






I
6
542














XV

in MVND CAR





Carpi Commen
taria cũ amplissi
mis Additioni-
bus super anato
mia mũdini vna
cum textu eiusdẽ
in pristinũ ⁊ verũ
nitorẽ redacto.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PAtri et Domino. D. Iulio de Medicis Tituli. S. Laurentii in Damaso. P. Cardinali. Et. S. R. E. Vice Cancellario. Bonon. etc. Legato Meritissimo Iacobus Berengarius. S. P D.



Via non solum nobis nati sumus, sed patriæ, parentibus, amicisq;, et alter alteri certis tenetur naturæ legibus, et cũ alia corporis, fortunæq;, alia animi mortalibus beneficia contigisse uideam, consilium fuit, ita pro uiribus operam dare, ut posteris prodessem, nedum uiuẽtibus, auspice Alberto Pio Domino meo præcipuo Comiti Illustrissimo disciplinarum singulari genio. Ergo cũ totã hactenus ætatem non sine labore assiduo per anatomes insitas difficultates produxerim, testãte id Ciuitate tua studiorum matre et mea altrice Bononia, peræq; tanq̃ exercitatus nauta mendosas cautes in eadem materia ancoræ scrutinio nauiganti denudauerim, operæpræciũ duxi, quæq; longo et abominabili tum corporis tum animi labore didicimus, magistraq; experientia cognouimus. In aceruale messem colligere, opus profecto. In primis necessarium, et parili utilitatis uinculo coniũ



ctum, licet doctrinam hanc ipsam a q̃plurimis antiquo
rum et Iuniorum scriptoribus acri atq; sublimi igenio
examinatam cognoscerem. Accedebat insuper quosdã
Mundini nostri Bononiensis mastigas tanq̃ concisi
inutilisq; et praui, esse, in quos tela retorquere sua.
Occurrebat et quorũdam circa facultatis Medicæ Car-
dines ob ignoratam anatomem obliqua interpratatio.
Ideo tanq̃ obnoxius ultor, et ueritatis enucleator gene-
ris humani misertus partum hunc edere laboraui. Itaq;
Mundinum mihi ducẽ selegi, qui sicuti lumẽ mihi præ
uium dedit, ita eodem aliis fulgore manifestandus erit,
cum is auctor sit nõ minus breuis et lucidus, q̃ doctus,
et mihi scriptor inter cæteros, gratissimus, ut quæ ab eo
compendiosius forte, uel quãdoq; obliquæ tradita fue
rant, eadem uberiori, acrioriq; censura forte et ueriori
sermone relimarem, erat præterea In plerisq; fenestra-
ta materia, multorumq; defectus occurrebat, quibus p
inuẽtionem meam perfectio excogitari debuit, sed nec
me dedeceat quando q; necessario ab lege expositorum
digredi, cũ et eiusmodi diuerticulo exorbitãtes calamos
edoceam, discordes educam, uel eosdem cõciliem. Itaq;
Deo Op. Max. q; deinde Aristotele, Galeno, ac Mun-
dino præuiis archetypis pluribusq; aliis fidem nostram
attestantibus opusculum generi humanno perq̃ tum
utile tum necessarium absolui, hoc autem alarum tuarũ
umbram agnoscens, quorũlibet inuidiam depræcabit.
Immo sub ea requiescens fælicitatem paucis concessam
haud quaq̃ desperat, id facit amplitudo tua, domusq;

tuæ generositas clarissima, solent quippe litterarum labores sub alicuius potentiori numine sua deditione obsecrari, unde luminis sui quādoq; obscurati nitorem ad mittāt. Quid. n. a stirpe clarissima, tum stēmatis, tū decoris in te degenerat? sed siluisse melius est q̄ pauca, ut dictum de Carthagine et rudi fistula cōstrepere, uulgara est tuæ domus āntiquitas, unde tot Illustres uiri emanauerint, et conditæ rerum gestarum sub medicibus titulis uirtute testantur, sed et qui annales non uestitum quelibet possint referre siue titulis militaribus, siue prudentia et sapientia, omnia certe hæc pectoris tui cōsilia testantur. Collegisti q̄cūq; hominē felicitate quæ ant. Quis Cosmum, Laurentium, unde trahis originem, cæterosq; alios uiros Illustres non agnoscat? testantur in tua urbe Florentia eorum claritudinis insignia, fuerē ex familia Principes, fulget modo mundi totius, Imperium Duce tuo Leone Summo Pontifice. X. Pacis et bonarum omnium disciplinarum cultore, et non minus acri protectore. In quo meritissime Sūmus Deus procōsulatum suum collocare dignatus est, ut q̄ solum Medicæ familiæ defuerat, primus rerū creator donaret. In qua si mores contemplemur, si gloriam, ingeniumq;, si regiā liberalitatem, eam pene diuinā fatebit̄ quisq;, testant̄ magnifici sumptus. In erigēdis Palatiis, spatiosis porticibus, et sacris ædibus, tu undequaq; tot tantisq; corruscas bonis, pari iustitia cuncta metiris, pari grauitate et prudentia fortunā moderaris, studioso pectore scelera detestans, contraq; bene agentes ample-

xans, cui igitur me meosq; labores fælicius q̃ tibi consecrem? cōmodem? quãq̃ fata Principem Laurentium nepotem tuum cui idem opus inscribere animus fuit, subtraxerit, fæliciori forte auspicio, utpote fœturæ meæ patrocinio in longum uicturo. Summat igitur dignissima altitudo tua hoc quodcunq; maximi laboris mei munusculum tibi toto corde destinatum, qua frōte heroica domus tua cunctis litteratorū partubus semper arrisit, Regius cum sis, Regale non minus est paruula uota nō despicere, q̃ prætiosissima largiri. Vniuersa medicorum achademia tantum tibi referrent acceptum, quātum illis emolumenti opus meum præstiterit. Immo et nomen tuum opere meo tibi addicto et per te in ora hominum exire permisso, decantabitur, nisi ita laborassem tibiq; laborem adscripsissem meum, merito ingrati hominis nota inurēdus essem, hinc cum me iamdiu stipendiis sibi Ciuitas tua publicis asciuerit. Inde cum eius Ciuitatis frena pientissimo nutu contemperes. Vale et Carpi tui animum deditissimum potiusq̃ rem ipsam complectere.

EXPOSITIO ANATOMIAE MVNDINI CVM ADDITIONIBVS CARPI.



ISIS tot, & tantis alterca tionibus inter scribentes de Anatomia, placauit mihi, q̄ longa experientia uidi secā do & uiuorum, & mortuo rum corpora, & q̄ longa le ctione quæsiui per uiā Cō menti in unū breuiori quo dam summario pstringere. Et dux meus erit optimus Mundinus Bononieñ. q in ter omnes sapientes Medi cinæ in breuiori quodam ca talogo, omnia de cognitione organicorum membrorum perstringit: cuius merito primus anatomes habetur. Cu ius librum exponere intendo, q̄uis etiam ipsius littera qua si clara sit. In qua expositione aliqua notatu digna iuniori bus non inutilia addam, Duce semper sensu, & diuini Ga leni auctoritatibus, & ratiōibus quibusdam. Et libri titulus erit expositio anatomiæ Mundini, cū additionibus Carpi.

EXpositurus Anatomiam Mundini, reiectis superfluis illis, de quibus Commētator in prohœmio physico rum, & Haly in primo Theoricæ: quatuor tamen no stro præpositio opportuna paucis expediam. Primum qui dem erit de laudibus Mundini, qui librum de Anatomia composuit organicorum, cui alter non est æquādus, quia nec antiquorum, nec recentiorum reperitur liber, qui in tam breui sermone, tot, & tanta de cognitione membrorum dixerit. Hic certe fuit diuini ingenii: Et q̄uis aliqui dicant Galenum Anatomiæ ducem composuisse librum particu larem, in quo docet Anatomiam fieri, adhuc de eo apud nos non est cognitio. Sed tantum duo reperiuntur libri apud nos de eius Anatomia particulari: primus est de ana tomia oculi: alter de anatomia matricis. Verum ego quidē audiui a fide dignis q̄draginta libros Galeni particulares: De laudibus Mundini.

reperiri nondum traductos in lingua latina de particulari anatomia a capite ad pedes/quos non uidit Mũdinus / sed sublimitate sui ingenii hunc breuem/ & maturum edidit libellum. Nec mea est intentio præponere Mundinum Aristoteli/nec Galeno/nec Auicennæ/nec forte aliquibus iunioribus/nisi de eius breui/ac copioso ordine.

¶ Aliquos reperio Mundinum increpãtes/ qui sunt in eadem naui. Veritas est ꝙ Mundinus in aliquibus deuiauit a ueritate/ & etiam in nonnullis mancus reperitur. Hoc tñ non est mirum. Tanta.n.erat sua ætate librorum penuria: quod forte ad eum nõ deuenere ueri libri Galeni/ & maxime ubi de matricis anatomia ab eo traditur:nã ibi est apertissimus error de septem matricis cellulis:in quo etiam iuristæ simul/ & forte cum Mundino manifeste decepti fuerunt/ut Conciliator inquit.x. problematum / problemate xiiii.ex falso libri titulo: & propter hoc Mundinus non est damnandus. Scimus enim scientiam fieri per additionem partis ad partem: & nos sumus tãq̃ pueri in collo gigantis: longius quippe uidere possumus:q̃ uiderit antiquitas. Si forte Mundinus(ut asserunt multi) deuiauit a sententia ueritatis/ uel forte mancus reperitur/ hoc potius esse in cã: ꝙ non omnia possumus omnes: & etiã quandoq; bonus dormitat homerus. Et forte ex penuria librorum non uidit / q̃ forte uidit Gẽtilis/Nicolus/ Arculanus / Vgo / Forliuiẽsis/ & alii de eo susurrantes.

¶ Fateor ego quicquid scio de anatomia:scio primo duce Mundino: & si forte aliquis corripiat / & increpet ipsum ille inuidus / & maledicus est: quia de bono opere non est lapidãdus aliqs. De suis ergo principiis laudandus est: & illi tanquã præceptori/ & bono parenti danda est gloria: laus: & honor. Inquit.n. Plinius:quod benignum est/ atq; ingenui pudoris ad plenum fateri:per quos profeceris. Video ego usq; in hodiernũ diem ipsius anatomiã obseruari/ merito cuius ipse inter latinos primus anatomes habetur.

De subiecto huius libri.

SEcundum uidendũ est de subiecto huius libri: & de eius necessitate: & utilitate. Totius igitur huius libri subiectum:est corpus humanũ.uiuũ:uel mortuũ. Tẽpore.n.nostro nõ fit anatomia in uiuis:nisi forte a medicis ut mihi contingit interdum in incidẽdo apostemata/ & se-

cando

cando ulcera/ & trepanando/ & perforando membra / ubi cognoscunt colligātias membrorum/ positiones/ & operationes/ & omnia requisita in anatomia. Et lōge melius cognoscerentur in uiuis/ q̄ in mortuis / nisi præ immanitate desisteremus a tali opere. Apparent certe multa in uiuis/ q̄ non apparent in mortuis. Verum est ꝙ multa possunt fieri in mortuo/ quæ non fierent in uiuo : quia tāto tempore nō duraret uita/ ꝙ possemus uidere cordis anatomiā / nec cerebri/ nec similium membrorum nobilium.

¶ Quod fiat anatomia in uiuis / īter alios testis est Celsus in prohœmio suæ medicinæ. Inquit.n.dogmaticorum sectam dicere/ necessariū esse medico incidere corpora mortuorum/ eorumq́ uiscera/ atq́ intestina scrutari: lōgeq́ optime fecisse Herophilum/ & Erasistratum/ qui nocētes homines a regibus ex carcere acceptos uiuos inciderint/ considerarintq́ etiam/ spiritu remanente/ ea quæ natura ante clausisset: eorumq́ posituram/ colorem/ figuram/ magnitudinem/ ordinem/ duritiem/ mollitiem/ liuorem/ cōtactum/ processus deinde singulorum/ & recessus/ & siue quid inseritur alteri/ siue quid partem alterius in se recepit/ hæc ille/ & parum infra subdit/ nō esse crudele/ sicut pleriq́ præponunt/ hominum nocentium ex horum quoq́ paucorum suppliciis remedia populis seculorum omnium quæri.

Vtilitas ana tomiæ.

Vtilitas Anatomiæ/ & necessitas non solum requirit̄ sciri a Medico/ uerum etiam a Philosopho rimanti secreta naturæ: ubi ualde per anatomiam admirant̄ de potētia creatoris/ ut patet.xvii.de utilitate particularū/ ubi.G.loquitur de Elephāte/ & de Pulice: & comparat naturam arti de exemplo Phaetontis sculpto cum quattuor equis minutissime/ & diligentissime sculptis: uide ibi.

¶ Istam Anatomiam non esse necessariā medicis dicit imperitorum secta: nam dicunt colorem/ mollitiē/ & similia/ non esse talia in inciso corpore/ qualia in integro fuerant: & ꝙ inedia cruditate/ lassitudine/ & similibus sæpe mutātur/ nec quicq̄ stultius esse dicunt/ q̄ credere mortuum similem esse uiuo/ quorum rationes friuolæ sunt. Dico anatomiam in uiuis esse necessariam/ per ea quæ dicta sunt a Celso/ & Alexandrino in primo de sectis.c.xi. Cuius utilitas in multis cognoscitur/ & maxime uidere colorem mē/

brorum.Ego.n.pluries cognoui craneũ esse læsum & ali/quid sub eo per colorem liuidum/quamuis in eo nõ sit aliqua fractura manifesta:per colorem autem uiuacem / & album mixtum rubedini cognoui nec craneum/ nec sub eo contenta esse læsa:ut latius diximus in libello de fractura cranei.Qui color non cognoscitur in mortuis/nec a quocunq;:sed a bona extimatiua Medici & longa ipsius experientia hoc etiam cognosci potest:sicut experti circa gemmas/iudicant bonas a falsis / & illas cognoscunt : similiter experti Medici prænarrata cognoscunt.

Necessitas Anatomie.

¶Et quod sit necessaria anatomia Medico/clarum est qa non possunt cognosci ægritudines membrorum interiorꝝ absq; ea:Inquit.n.Auerrois ꝙ ægritudines intrinsecæ indigent signis demonstrãtibus se/ & suas causas:sed cognoscũtur ægritudines ab operatione læsa & operationes læse cognoscuntur habendo cognitionem operationum mẽbrorum/ & talis cognitio non habetur nisi per bonam anatomiam.Igitur anatomia est necessaria/ & nõ solum in cognoscendis ægritudinibus/uerum etiã in curandis/ & etiã in præseruandis & cõseruandis corporibus in sanitate : & sine tali cognitione plerũq; erratur/ut Gal.quarto interiorum in pluribus exemplis/& primo interiorum in idẽ incidit / & sexto ingenii dicitur / Medico sectori apostematum/& uulnerum/scire hanc esse necessarium:ne credat latum ligamentum fore pelliculam/ & rotundum fore neruum.Et iuuat non solum anatomia in cura perficiẽda/ uerum etiam ad prognosticum.

¶Tanta est igitur anatomiæ necessitas/ & utilitas/ ut multitudinis usus dicat eam esse Alphabetum Medicorum / i qua prius instruendi sunt accedentes ad medicinam/sicut litteras Alphabeti prius docentur/debẽtes legere/ & discere per eas/hæc Gentilis.Et Auicenna monstrat necessitatẽ anatomiæ in pluribus locis/ & in quarta primi / & ubi de exituris secandis/ & de uulneribus dilatandis/loquitur.Et etiam Albucasis per plura exempla in prohœmio suæ chirurgiæ.Et ita Medicus qui ignorat anatomiam / est tanq̃ cæcus cæcum ducens/& ambo in foueam cadunt/ut in dies per diuersa uidemus exempla.

TErtium uidendum est/ utrum hic liber Mūdini possit dici anatomia: pro cuius declaratione uidēdum est/ quid sit anatomia. Primo quid nominis. Secundo quid rei. Et primo dico anatomiam dici ab ana græce/ quod latine dicitur per / alias quandoq; sursum / uel rectum / uel circūcirca / & tomos quod est incisio uel a temno uerbo græco q est incido quasi recta/ uel super/ uel circūcirca incisio.

Quid rei sit anatomia. Noto primo q anatomia capit dupliciter/ uno modo prout est artificiosa actualis incisio: & clarificatio eorum/ quæ in occulto sunt corpore abscondita. Istam diffinitionem dat Alexādrinus in libro de sectis: & isto modo accepta anatomia/ non est scientia nec theorica nec pratica: sed operatio quædam/ etiā q in uiuo facta sit talis operatio manualis/ pro fine cuius intendit forte sanitas: quia medicina nec quo ad practicā/ nec quo ad theoricam/ est operari/ sed scire operari: & isto modo etiam Medicina est sciētia: ut princeps prima primi de diffinitione Medicinæ increpat Halyabbatem. Sed anatomia sic sūpta prout est instrumentum deseruiens medicinæ/ non est scientia: sed tantum instrumentum. Quid sit Anatomia.

¶ Alio modo capitur anatomia pro scientia: & hoc dupliciter: primo modo capitur pro scientia qua cognoscuntur membra tam simplicia/ q̄ composita/ & eorū operationes/ compositiones/ colligātiæ/ situs/ & huiusmodi. Et isto modo est pars medicinæ theoricæ/ & ei supponitur: & de hac locutus est Auicenna prima primi: & in libris de animalibus: & Aristo. & Galenus in multis suis libris: & multi alii de hac/ tanq̄ rimatores naturæ/ & ueri Philosophi / & isto modo supponitur etiam naturali philosophiæ.

¶ Alio modo capitur anatomia pro scientia cognitionis membrorum/ ubi etiam traditur modus operādi cum manu actu/ & demonstrādi ipsa membra: de qua aliqui dicūt Galenum fecisse librū/ uel libros/ qui ad nos (ut prætactū est) nondum peruenerunt: & de hac Mūdinus hic loquit & supponitur medicinæ practicæ: pro quanto iuuat in cognoscendis membris/ & eorum complexionibus/ & cōpositionibus: & ita in cognoscendis causis ægritudinum / & ut sic est pars Medicinæ Theoricæ. Pro quāto uero cōfert

in curandis ægritudinibus/ est pars pacticæ. Auer. tamen primo colliget de diffinitione medicinæ/ dicit anatomiam esse partem medicinæ practicæ. Hic tamen multa possent dici: sed pro quanto ego uideo Auicēnam de ea loqui: ubi Theoricæ loquitur. Ideo dico eam esse partem Medicinæ Theoricæ/ & hæc sufficiant de diffinitione anatomiæ.

¶ Vtrum autem anatomia ut superius diffinita magis dicatur ars/ q̃ scientia/ nō est presentis negotii. De hoc enim Sophistarū codices pleni habent. Ex prædictis potest apparere/ utrum ista pars. s. liber de anatomia Mūdini possit cōuenienter dici anatomia. Et dicimus ꝙ sic. s. secūdo modo/ prout supponitur medicinæ practicæ: quia in eo tradit̃ scientia membrorum/ & modus secandi/ & uidendi numerum/ & colligantiā/ & alia anatomiæ necessaria.

Conditiōes boni anatome.

Qvartum autem uidendum est/ quid requiratur/ ad hoc ꝙ aliqs sit bonus anatomes siue anatomicus. Dico ꝙ primo/ & ante omnia oportet ꝙ sit instructus in scientia medicinæ/ & cum sibi annexo/ & delectet̃ legere/ ac pluries legere quæ Aristo. & Gal. & Auic. & alii de aīalibus dixerint tā de uiuis q̃ de mortuis: & quid dixerint iuniores: & sit bonæ extimatiuæ/ ut distinguat inter dicta doctorum/ & incūbat pro uiribus dissectioni animalium diuersarum specierum/ & diuersorum sexuū/ ac diuersarum ætatum prægnantium/ & non prægnantium/ uiuorum/ & mortuorum. Et ad scientiam istam acquirendā incumbat anatomiæ fœtuum diuersarum specierum animalium: quia multe partes membrorum simplicium lucidissime uidentur per anatomiā fœtuum quæ in perfectis non apparent/ nisi diminute. Et per istorum fœtuum anatom: fareor me multa cognouisse: q̃ mihi prius ꝑ obscura erant.

¶ Et non credat aliquis per solam uiuam uocē/ aut ꝑ scripturam posse habere hāc disciplinam: quia hic requiritur uisus/ & tactus: ut. xii. de utilitate inquit Galenus. Nec per unam anatomiam potest haberi distincta cognitio mēbrorum. Nam cum adhibetur studiū in subtili ostensione unius particulæ/ propter propinquitatem ipsorum/ compositio alterius quasi pœnitus destruitur. Requiruntur igitur multæ numero/ & præcæteris credere Galeno/ q errores aliorū correxit: maxime Cleamenis/ praxagore/ & philo/

tini, & aliorum ueterum: ut in libro de anatomia matricis ipse. G. testatur: & cõis tenet opinio errorem aliquẽ adhuc nõ inueniri in sua anatomia. Eiusq; opiniones firme, & inuiolatæ adhuc permanent: q̃uis Auic. in libris de animalibus de ortu neruorum teneat cum Aristo. contra Gal. de quo latius in anatomia neruorum cerebri (deo annuente) dicemus. Et. G. fere in omnibus suis libris aliquid dixit de anatomia, magis tamen in. xvii. libris de utilitate particularum, & de iuuamentis membrorum, & in libello de anatomia uiuorum, & in libro de dissonantia anatomicorum, & de uirtutibus naturalibus, & de motibus liquidis ĩ quibus maxime comprehenditur ingenium, & doctrina. Gal. de anatomia. Et q̃uis Aristo. simul, & Auic. dissentiant a Gal. discrepant tamen tanq̃ philosophi. Galenus autem, tanq̃ artifex sensibilis, non transcendit sensum. Sed reuera Aristo. in uniuersali quodammodo tractat de anatomia. Gal. autem in particulari, & satis complete, q̃uis ipsemet Gal. asserat aliquem post eum inueniri posse, qui inueniat aliqua, quæ p ipsum inuenta non sint. Credere tamen debet anatomes. Gal. maxime ꝯcordãte sensu, aliter nõ, nec aliis auctoritatibus est credendum, ubi experiẽtia & sensus sũt in contrarium. Multi tamen sunt, qui decipiuntur sensu. s. unum pro alio capientes ex sua debili cogitatiua. Non credat ergo aliquis sibi soli, sed cõmunicet doctorum auctoritates, & sui ipsius opinionem cum peritis in anatomia, si potest: & simul sit sensus, & experiẽtia sup eo, d quo sit sermo, ut quæ forte nõ distinguit unus, distinguãt forte alii. Et istis seruatis, aliquis poterit appellari bonus anatomes Et hoc satis sit, quãtum ad quartum inquirendum: ad literam Mundini subsequenter transeundo.

INCIPIT ANATOMIA MVNDINI .TEXTVS.

QVia dixit Gal. Septimo Terapeutice methodi auctoritate Platonis: opus in aliqua scientia uel arte traditur tribus de causis. Primo

ut quis satisfaciat amicis. Secundo ut exercitetur utilissimo exercitio quod est per intellectum. Tertio ut remedietur obliuioni: quæ est ex senectute. Hinc est ꝙ his tribus de causis promotus proposui meis scholaribus ĩ medicina quoddam opus componere. Et quia cognitio partium subiecti in medicina, quod est corpus humanum, quæ partes loca dispositionum appellãtur est una partium scientiæ medicinæ: ut dicit Auer. primo sui colliget capi. de diffinitione medicinæ. Hinc est ꝙ inter cætera nobis cognita cognitionem corporis humani et partium eius quæ ex anatomia insurgit proposui tradere, non hic obseruans stilum altum: sed secundum manualem operationẽ uobis magis tradã notitiã.

COMMENTVM PRIMVM GARPI.

UT melior habeat notitia de dicẽdis, prius hoc opus Mundini in quo de anatomia agitur, diuidẽdũ est. Et diuiditur primo in duas partes. Primo in prohœmium. Secundo in tractatum: secunda ibi, situato itaq; corpore. Prima pars posset diuidi, sed non est uis, quia littera clara est per se, & satis nota, unum solum noto, ꝙ prohœmium græce sonat idem quod latine exordiũ, siue præfatio uel proprie rei ingressus, & principium, cætera patét.

TEXTVS.

SItuato itaq; corpore uel homine mortuo per decollationem uel suspensionẽ supino. Primo noticiam totius debemus habere. Secundo partium, nam cum omnis nostra notitia incipiat a notioribus nobis:

et quæ ſunt confuſa ſunt notiora: et totum confuſius ſit partibus a cognitione totius debemus incipere.

¶Circa totum autẽ quod debemus cognoſcere eſt id in quo homo differentiam habet ab aliis animalibus. Habet autem differentiam in tribus.ſ.in figura uel ſitu partiũ:et in moribus ſiue artibus et ĩ partibus qbuſdã.

¶In figura nãq; homo eſt ſtature recte:et hanc habuit propter quattuor cauſas: nam corpus humanum habet inter cætera animalia materiam leuiſſimam ſpumoſam et aeream. Et ideo ad ſuperiora eleuabilem. Secundo inter cætera animalia eiuſdem quantitatis calorem habet ampliorem cuius eſt ſemper ad ſuperiora eleuare. Tertio formam habet perfectiſſimam quæ cum angelis et intelligentiis quæ totum uniuerſum regunt cõicat: et ideo ſurſum eius ſecundum ſurſum uniuerſi eſſe debet. Quarto ratione finis ſui fuit eiuſdem ſtature et figure recte: quia ipſe finaliter ordinaẗ ad intelligere ad quod deſeruiunt ſenſus et maxime ſenſus uiſus: ut apparet in prohœmio metaphyſicæ: et ideo in ipſo debuit uiſus ſituari: et cerebrũ et ꝑ conſequens caput ſitu tali: ut poſſit omnia uel diuerſa ſenſibilia apprehendere. Et quia ad plura uiſibilia ſe extendit quando ſituatur in alto, ꝙ apparet quia cuſtodientes ciuitates ut poſſint a longe bene uidere: ſtatuunt ſua ſpectacula in loco alto, ut in turribus et huiuſmodi: ut dicit Gal. nono de iuuamentis membrorum capi. ſecũdo. Et propter hoc ipſe ibi dicit, et Auic. auctoritate Gal. iii. can. in principio ꝙ intentio in creando caput ſuperius in homine non fuit

propter cerebrũ: nec propter aures: nec propter os: nec ꝓpter nares: sed ꝓpter oculos ꝓpter causam dictã. Et sic apparet ex parte omnium quatuor causarũ ꝙ homo fuit stature recte: propter quod uocatur antropos .i. planta reuersa: et microcosmus .i. minor mundus: quia sursum et deorsum habet sicut mundus et uniuersum. Et hæc est prima differentia.

❡Secunda est ex moribus uel ex arte. Mores .n. iter cætera animalia magis habet mansuetos: nam est animal politicum et ciuile. Arte omni a natura caret: nõ enim hẽt artẽ insitã a natura: ut aranea: apes: et hmõi ad hoc ut ꝑcipiat oẽm artẽ: si. n. haberet aliq̃ insitam a natura: oĩ alia careret arte: ut dicit Gal. primo đ iuuamẽtis. M.

❡Differt etiam ab aliis in partibus: nam non habet partes multas, quas habent alia animalia extrinsecas, nã nõ habet partes quæ sunt a natura date, ut arma ad defendendum sicut sunt cornua rostra ungues longe, et istis caret, quia habet organum organorũ quod est manus, quibus sibi potest parare omne genus armorum ad defendendum, ut etiam dicit Gal. primo de iuuamentis et ideo caruit a natura illis, ut omnia possit habere. Caruit etiam partibus quæ pilosæ pennosæ et squamosæ sunt, propter eandem causam, et etiam quia non habet materiam multum superfluam nec terrestrem, quæ materia est illarum partium. Caruit etiam cauda extrinseca propter eandem causam, et etiam quia cum sit stature erecte quietem operatur sedendo, cauda. n. extrinseca sessionẽ prohibet, et hæc sufficiãt de anatomia totius.

cõmentũ secũdũ

COMMENTVM SECVNDVM CARPI.

HIc est tractatus Mũdini de Anatomia: in quo auctor intendit loqui principaliter de anatomia organicorum, seu officialium membrorũ, & si aliquid de cõsimilibus loquitur, hoc est per accidẽs. Et diuiditur hic suus breuis tractatus, seu libellus in quatuor partes principales. In prima parte tractat de anatomia membrorum naturalium. In secunda de anatomia spiritualium, seu uitalium. In tertia de anatomia animalium membrorum. In quarta de anatomia extremorum .i. de anatomia membrorum non contentorum in uentribus: ut de anatomia spondylium, & nuchæ, & neruorũ eius. Et de anatomia manuum, & pedum .s. uenarum, & ossium eorum. Secunda ibi, his expeditis incipe excoriare uẽtrẽ mediũ. Tertia ibi, his expeditis assume caput. Quarta ibi, capite expedito &c.

¶ Aliam diuisionem faciebãt Medici ægyptii de corpore humano. Diuidebant .n. corpus in quatuor partes .s. in caput, manus, thoracem, & crura: ut dicitur in libro. Gal. attributo introductorio medicorum: qui forte non est Gal. secũdum aliquos siquidem incompletus certe sit. Diuisio Mundini melior est, cum distinguat membra uitalia a naturalibus, q̃ omnia in thorace sunt.

¶ Prima pars adhuc diuiditur in duas. In prima parte loquitur de anatomia hominis, aliquo modo in uniuersali. In secunda loquitur de ea in particulari. secũda ibi, de partibus nanq;. Prima pars adhuc posset diuidi ĩ multas partes, sed non est nisi pro superfluo hæc diuisio: quia hic non intẽdo circa hæc puerilia conterere tempus, sed aliorum auctorũ dicta ad breuitatẽ lucidã, iuxta posse, reducam. Littera est per se clara, lege eam.

¶ Sed antequam ulterius procedam, dubitatur ꝙ corpus citius sit eligendum, an per suspensionem? an per decollationem? an per aliam mortem? ut melius uideatur anatomia. Respondeo, & dico, aut ꝙ intendimus uidere anatomiam uniuersalẽ a capite ad pedes, ut hic a Mundino, aut alicuius membri particularis. Si uniuersalem, ut supra, melius est habere corpus sanum ætate augumentatiua perfectum, bene compositionatum & ꝯsequenter cõplexiona-

Quod corpus p anatomia sit eligẽdum.

tum/medium inter pingue/& macrum/& strangulatum/ ut in principio tertii de animalibus dicit Auicenna/ q̃uis sint aliqui/qui dicant corpora strangulatorum amittere si tum oculorum:ut primo prognosticorum capite.xiii.

¶ Si uero uolumus habere particularem dupliciter consideratur hæc anatomia:aut enim uolumus unius membri tantum uidere anatomiam perfectam/destruendo aliqua alia membra/ut melius illam particularem uideamus/& tunc dico corpus debere esse/ut supra:sed si uellemus alicuius membri uidere aliquam ægritudinem particularẽ: & cognoscere qualiter sit illi membro illa ægritudo/ & cõsequẽter quomodo facilius aliæ similes possint curari.Dico corpus eligendum esse ægrum/saltem in illo mẽbro:in quo intẽdimus anatomiã uidere:ut si uellemus uidere q̃d sit catarrhata in oculo/anatomizare debemus oculũ cũ catarrhata.Et ita alia membra/ut in pleuretico/pleuram anatomizare.Et uesicam propter lapidẽ in uesica: & in empimate pectus:& in hydrope/hepar. Et ĩ apostematibus matricis matricem/ & sic de singulis totius corporis mẽbris. Et hoc satis sit pro isto dubio.

¶ In prima parte supioris littere/Mundinus ponit hoĩem differre ab aliis animalibus ĩ toto/ & ĩ partibus quibusdã.

Causa figuꝛ recte hois.

In toto differentia est. Primo circa figuram/dicit.n. ꝙ est figure recte primo ex parte materiæ leuis & spumosæ eleuationi aptæ.Secundo ex parte agẽtis:quia homo est plurimi caloris:& non intelligas de calore intenso. quia Leones sunt intensioris caloris hoĩe:sed homo est calidus multitudine spirituum/a quo calore nõ nocetur homo/ ut prima primi Auic.& in de ægritudine oculorum.Ideo calidissimus dicitur spiritualiter:ut inquit Arist.iiii. de partibus: & tertio.c.vii.s.ꝙ homo est calidissimus/ & humidissimus inter cætera animalia:& decima problematum quinto & quarto problematum septimo: & quomodo sit calidus quãtitatiue/uide ibidem Conciliatorem . Certe homo in spiritibus plus abũdat cæteris animalibus.Calidissimũ est etiam sus animal/ & forte quia conuenientiam habet cum homine/ut decima problematum a Conciliatore:& etiam propter aliud:uide ibidem.

Alia causa.

¶ Dicamus etiam cum Mundino hominem esse figure re

cte ratione finis:hominis.n.natura / atq; substantia diuina est. Officium autem diuini est intelligere / ut quarto de partibus ab Arist. Homo.n.habet itelligere uniuersum orbem. Ideo eius corpus eleuatur/ ut correspōdeat parti sublimi uniuersi. Nec ualet illa ratio / q̄ homo sit figure recte/ ut uideat cœlum:quia tertio de utili.c.iii.dicitur/ q̄ est quidam piscis spector appellatus/ qui semper aspicit cœlum. Et multa etiam alia animalia repetiūtur/ quæ faciliter aspiciunt cœlum. Sed cœlum uideri ab homine est/quando homo cœlestium rerum naturam mente considerat/ut inquit Plato.s.q̄ homo debet aspicere cœlum oculis interioribus.i.intellectu. Recte tamen etiam sentit Mundinus in hoc.s.q̄ homo uideat cœlum/quia certe per oculos aspiciendo cœlum/ multa intelligimus/ & scimus tā in Metheorologia/ q̄ in Astronomia/ & id genus.

❡Assignatur tamen una alia causa ratione finis a.G.tertio de uti.c.iiii.s.ratione organorum cruris / & coxæ cum dorso:quia homo per hāc compositionem stat/ & etiam sedet/ immo coactus erectus est uersus cœlū/ & omnes artes sibi necessarias/ uel maiorem partem/ hac figura perficit:& nō est aliud animal/ qd̄ uere sedeat suapte natura / nisi homo: Vere.n.sedere/ est ad aliquem finem necessarium sedere: & hoc solum est in homine propter aliquas artes/ quibus necessario homo sedet:q̄uis etiam sedeat homo/ quia non potest stare/ sicut alia animalia. Duo.n.pedes tanto tempore non sustinent tantā mollem/ sicut quattuor in alio aiali/ quæ animalia non stant:sed prostrata iacent/cum non possunt stare:homo autē sedet fessus/ & se apodiat / seu hæret alicui corpori solido/ q̄ nō faciunt alia aialia/ iō ēt pp mollē sedet. Et q̄uis Simia/ Cercopythecus/ & hmōi aialia uideant sedere/ non tñ uere sedent : sed ut inquit Gal.iii. de uti.c.xix.hoc Simia facit/ ut derideat homines. *Alia causa.*

❡Dicit p̄terea Mūdinus/ q̄ hō fuit stature recte:quia hō ē ordinatus ad itelligere:cui maxime deseruit sensus/ uisus/ & ideo oculi/ & cerebrum situati sunt in alto / ut homo possit diuersa sensibilia aprehendere:quia q̄to altius sunt spectantes/ plura uident:ut.viii.de iuuamentis.c.ii. & hac de causa Gal.dicit caput non propter cerebrum esse factū: sed pp oculos:cuius auctoritatem posuit Aui.prima tertii. *Causa situs oculorum.*

Certe hæc eſt ſatis ardua quæſtio inter Ariſto. & Gal. & ali/
os medicos. Ariſt. quarto de partibus. c. ix. dicit caput pro/
pter cerebrum eſſe factum: cõtra quem Gal. arguit. viii. de
uti. c. ii. & quinto inquit/ ꝙ ſunt multa animalia/ quæ non
habent caput/ & habent cerebrum. Super hoc tamẽ paſſu
multi multa arguũt: ſed Haly. tertio theoricæ. c. xi. forte uo
lens cõciliare iſtam altercationem/ dicit/ ꝙ caput eſt factm
q̃tum ad ſitum propter oculos: & forte ſic intellexit Gal.
maxime de homine/ & etiam de multis aliis animalibus/
quia ego uidi animalia de genere cãcrorum habere caput
& in capite non erant oculi/ quia caput non erat in altiori
parte illius animalis/ ſed oculi erãt in extremitate pedum
anteriorum/ tanq̃ in altiori parte eiuſdem animalis: tamen
natura potuiſſet in multis animalibus in loco altiori pone
re oculos/ q̃ in capite/ ꝙ non ſecit propter diuerſos fines/
quos forte iudicare eſſet difficile. Et ſic credo/ ꝙ ſi caput ẽ
in homine in alto/ ꝙ tandem ſit propter ſitum oculorũ. Al
bertus etiã coincidit cũ Haly. in lib. de hiſt. animalium.

Alia cauſa. ¶ Aliqui tamen dicũt/ ꝙ caput eſt in alto propter oculos
gratia ſitus/ ſed ꝙ etiã cerebrum debet eſſe prope oculos
propter eorũ mollitiem: quia oculi molles debent eſſe pro
pinqui membro molli/ ut eſt cerebrum/ & ita cerebrũ eſt ĩ
capite/ ut humectet oculos. Neſcio tñ q̃tum credã huic ra/
tioni/ quia Auic. tertio de animalibus/ dicit membra eſſe
mollia/ & dura/ nõ ꝙ membrum durum ſaciat ſibi uicinũ
durum/ nec molle/ nec econtra/ & ꝙ hæc durities non eſt
a materia unius membri propinqui ad aliud/ ubi loquitur
an uena/ & nerui oriantur a corde/ ſed ſit a uirtute iforma/
tiua. Nos etiã uidemus aliqua alia animalia habere caput ĩ
quo eſt cerebrum molle/ & tamen oculi ſunt duri/ ideo fal
lit illa ratio.

Vera cauſa ſitus oculorum. ¶ Credo ego/ ſaluo ſemper ſaniori conſilio/ ꝙ caput in ho
mine ſit factum propter utrunq;. ſ. propter oculos/ & pro/
pter cerebrum: ſed q̃tum ad ſitũ principaliter ꝑpter ocu/
los: ſed natura poſuit cerebrũ prope oculos principaliter:
q̃uis poſſent aſſignari multæ cauſæ/ ut cerebrũ ſubito/ &
in multa q̃titate trãſmittat ſpiritus uiſiuos ad oculos: quia
ſpiritus in homine/ præcæteris animalibus/ ſũt ſubtiliores
& ideo multo magis reſolubiles: ueritas eſt ꝙ ad motũ re/

quiritur maior q̃titas ſpirituum/ q̃ ad alium ſenſum/ exce/
pto uiſu/ ſed ad uiſum requiritur plus de ſpiritu/ q̃ ad mo/
tum propter eorum ſubtilitatem/ & ſubitam reſolutioneͣ:
& ita omnia animalia/ quæ habent cerebrum in capite in
notabili q̃titate/ habent illud/ ut ſubito multa ſpirituū q̃ti/
tas ad oculos tranſmittatur: & ideo etiam natura fecit ner/
uos opticos magnos/ ut per eos magna ſpirituum portio
ad oculos uadat/ cum opus eſt: & hoc etiam fecit in multis
aliis ſpeciebus animalium/ & eiſdē rationibus: q̃uis in aliis
animalibus non ita reſoluantur ſpiritus/ ſicut in homine ꝓ
pter ſubtilitatem eorum/ quia alia animalia non ita itenſe
aſpiciunt/ ſicut homo/ ſed ſufficit eis uidere inconfuſo.
Homo autem habet diſtinguere inter colores/ & alia mul/
ta ſuo uiſo. Et ſuper hoc poſſent moueri rumores multi:
& dari exempla de Aquila/ & de Lynce/ & de multis aliis
animalium generibus/ quorum rationes non obſtarent ꝑ
dictæ noſtræ opinioni: quia homo inter alia animalia ſub/
tiliſſime/ & a longo/ & a prope uidet: ut ꝯſtat apud Pli. vii.
naturalis hiſto. c. xxi. đ uno homine/ qui fecit ex ebore for/
micas/ & alia parua animalia taliter ꝙ earum partes cerni:
ac diſtingui uix poterāt/ & ibidem diuerſa exempla de ſub
tili uiſu ponit. Et ut etiam conſtat apud Gal. xvii. de uti. de
illa ſubtiliſſima ſculptura phaetontis in lapide paruo cum
quatuor equis/ & curru/ quæ uix etiam cerni poterat.

¶ Et ita etiam ut ſubito ſpiritus penetrarent ad oculos/ na
tura eos locauit uicinos magiſq̃ in alio animali. Minor cer
te eſt diſtantia oculi ab oculo in homine q̃ in alio animali
reſpectu ſuæ mollis. ut. x. problematum/ & ibidem cōcilia
tor inquit/ ꝙ non tantum ſic natura locauit oculos gratia
protectionis/ q̃ gratia cognitionis: quia ſenſus per oculos
maxime facit nos ſcire/ & multas differentias rerum oſten
dit: eo quia omnia colore participant/ & ideo natura ſitua/
uit eos ſibi uicinos/ & ipſi cerebro/ ut perfectius ueniret ex
eis uidendi iudicium: & ut ſupra dictum eſt: quia præcæte
ris aīalibus intēſius uidet hō/ plus de ſpiritibus reſoluunť:
iō ut ſint ꝓpe frontē a quo trāſmittātur ꝯtinue/ & in multa
q̃titate ſpūs/ ꝓpinqui ſunt cerebro/ & ēt ſibi ipſis uicini: qa
ſi diſtarēt/ ſicut ī alio forte aīali/ nō ita ſubito æqualiter eis
tranſmittenť ſpiritus: & hæc q̃tum ad hoc ſufficiant.

Cauſa uici/ nitatis ocu/ lorum.

RVrsus dicit Mūdinus/ꝙ homo differt in moribus: & in artibus ab aliis animalibus: & per artē in brutis intelligas instinctum naturalem/ quia bruta non habent artem/ prout ars penes Arist. est recta ratio rerum factibilium. Aliqui dicunt ꝙ homo non habet instinctum naturalem propter liberum arbitriū/ quo priuaretur/ si ex instinctu naturæ ad aliquos mores/ uel ad artes iduceret. Nota tamen ꝙ etiam est aliquid in homine ex īstinctu naturæ: quia non solum natura creauit/ & præparauit in homine os/ stomacum/ uentrem/ & organa nutrimēti: sed naturaliter. i. ex instinctu naturæ fecit eum doctum qualiter eis uteretur: uirtutem ei imponens/ secūdum quam proprium nutrimentum accipiat. ut inquit Gal. xv. de uti. c. vii. istis uerbis. Homini uero cibum quidē lac præparauit. Ad unum autem terminum duxit/ i māmillis quidē eius: quæ peperit nutrimentum/ in debētibus uero nutriri impetum/ qui ad huius humorem. Si. n. apposueris papillam uberis ori infantis: confestim quidem constringit labiis/ confestim autem diastolans attrahit maxillas/ deinde curuans linguam pellit uersus faringam/ ac si multo tempore didicisset &c.

De īstinctu naturæ.

Aduerte q̄uis ex instinctu naturæ homo capiat sibi nutrimentum/ tamen ex instinctu naturæ non habet mores/ nec artes. Quāuis forte a natura sit inclinatus ad aliquos mores/ ut dicitur de Socrate/ & etiam ad aliquas artes/ ut patet experientia. Et ex hoc parentes tenētur ponere filios ad eas artes/ ad quas sunt inclinati a natura. Inquit. G. primo de utili. c. iii. ꝙ propter manus homo non habet artes/ nec propter manus homo est sapiens: sed propter sapientiam habuit manus. Ratio autē docuit artes/ & manus sunt organum artium/ sicut cythara musici/ & malleus fabri. Inquit etiam particulas non facere animam sapiētem: non timidam non strenuam. Nouiter genita animalia inspiciendo/ quæ incipiunt agere/ anteq̄ particulæ perficiantur. Inquit uidi uitulum cornuantē anteq̄ perficerent cornua: & pullum equi calcitrantem mollibus adhuc soleatibus: non igitur animalia edocentur a particulis.

Inquit etiam si uis accipere tria oua/ unum Aquilæ/ aliud Margonis/ aliud Serpentis/ animaliū quæ generabun/

tur quidem conantia uolare uidebis anteq̃ possint uolare: aliud reuolui/ & conari serpere: eisq; perfectis/ Aquilam ad altum/ Margonem ad paludem uolare uidebis. Illa uenabitur non discens: Ille natabit. Serpens autem cauernam ingredietur. Naturæ.n.animalium indoctæ sunt. Inquit Hippo.natura magisq̃ ratione in brutis operatur: imo semper/ ut est uidere de mirabili artificio apum/ & aranearũ: & formicarum/ & aliorum animaliũ/ quæ quicquid agũt/ agũt ex instinctu naturæ. Et si bene natura dedisset eis manus sine ratione/ & sapientia/ parum eis profuissent: ut Simiis contingit/ & Cercopythecis/ quæ habent mẽbra manibus similia: immo ꝙ plus est/ multi sunt homines rudes & agrestes sine sapientia/ qui manus habent/ & parum ipsis conferrunt/ & hoc planum est cuilibet & certum. Aliq dicunt centauros habere manus. Dicamus hoc esse poeticum/ nõ in natura: quia impossibile est/ ꝙ sperma equinũ misceatur cum humano ad formationem Centauri. ut inquit. Gal.iiii.đ uti.c.ix. Idẽ tenet Albertus/ & alii multi/ & si haberent manus/ non conferrent eis/ sine sapientia.

Mundinus præterea ponit multas alias differentias hominis ab aliis animalibus/ quæ differentiæ sunt clare in litera. Sed ultra differẽtias/ quas ponit Mũdinus/ multæ aliæ differentiæ a nobis ponentur/ & in mẽbris/ & in eorum operationibus/ & in ægritudinibus quibusdam/ partim ratione materiæ/ que non est terrestris/ sicut in brutis/ & partim ratione finis hominis. Quæ autem sint causæ talium differentiarum/ hic non dicentur/ quia forte ille solus scit/ qui omnia nouit. Et ultra alia animalia primo homo habet faciẽ/ ut primo de hist. reperitur tamẽ belua apud indos mantichore dicta/ quæ habet faciem/ & aures similes/ homini/ teste. Arist.ii.de hist.c.i. solus homo etiam habet nasum ad extra eminentem solus terrestrium homo bipes. Solus homo uere sedet. Solus habet pedem carnosum totum sensibilem. Aliqui dicunt ꝙ solus patitur menstrua. Auicen. tamen septimo de animalibus dicit Canem/ Equam/ & aliqua alia animalia pati menstrua/ sed non continue/ sicut homo: & Aristo. dicit idem sexto de histo. Solus homo habet caput pilosius cæteris mẽbris. Solus patitur fluxũ sanguinis narium naturaliter.

Differentiæ hominis ab aliis animalibus.

Solus patitur epilepsiam/dicitur tamen ꝙ multa sunt alia animalia/ quæ patiuntur idem/sicut Cuculus/ & Vpupa/ & Gallina/ & Passer/ & Alces animal/ & Ouis/ & Capra/ & Coturnix/ & Pica/ & forte alia multa. Solus titiligã patit. Soli homini profusio seminis. Solus somnio coit:quito de animalibus. Aui. idem dicit de equo/ & etiam Cõciliator x. problematum. xvi. Solus etiam homo masculus coit cũ masculo sciẽter/ & a Pli. x. naturalis hist. c. xxxiii. dicit idẽ de perdicibus/ & coturnicibus/ & gallis gallinaceis/ maxime si pugnent inter se/tunc dicit uictum uenerem pati a uincente: hoc tamen nõ est sciẽter/ quia talia animalia impetu libidinis/ post ꝗ completa est pugna/ non cognoscũt masculum a fœmina/ & sic masculus supponit masculum: quia idem ego uidi in gallis gallinaceis ubi multi sint masculi numero/ qui quærunt gallinas/ quæ interdum arripiunt fugam/ & inter se coeunt/ maxime galli iuuenes/ q plures reperiuntur numero/ ꝗ antiqui/ tamen nesciũt se coire cum masculis/ sicut faciunt praui homines hoc agentes/ q appetitu insano/ furoreꝗ libidinis hoc agunt/ etiã prohibẽte lege/ & ratione. Sed de hominibus sic coeũtibus aliqui masculi coeunt cum masculis honestatis causa/ ut aliqui q publice honestam degunt uitam: & aliqui cõmoditatis cã ut sũt iuuenum nõnulli præceptores: & aliqui necessitatis causa/ ut illi qui castra sequuntur: & aliqui ut fugiãt numerosam prolem/ & aliqui uoluptatis causa/ ut diuites aliqui ocio dediti: & aliqui ꝑpter sanitatẽ iuxta illud præceptũ. Aui. xx. fen. iii. c. xi. ꝙ admissio coitus contristat plurimum & grauat corpus eius/ & caput &c. Et ibidem dicit/ ꝙ coitus cum infantibus/ quamuis sit fœdus apud multitudinẽ gentium/ & etiam prohibitus in lege/ tamen quia sperma non expellitur cum masculis expulsione plurima/ sicut fit cũ mulieribus/ est minoris nocumenti/ qa matrix est causa maioris emissionis spermatis ut notum est apud omnes: Matrix certe est ita spmatis attractiua/ sicut magnes ferri: & aliqui sunt qui appetunt coitum super se/ & sunt ægri/ & Aui. appellat istos aluminati: & horum aliqui appetunt uidere coitum currentem inter duos: & postea appetunt super se/ & dicit Auicẽ. ꝙ in istis sunt prostratæ animæ/ & malignæ naturæ/ & male cõsuetudines/ & complexiones

Dimissionẽ coitus plurimum contristare.

muliebres:

muliebres: & etiam a prædictis hominibus sic coeuntibus sunt aliqui/ in quibus concurrunt ex prædictis causis plu/ res simul/ & quanto plures causæ simul concurrunt / tunc sunt deteriores/ & maligniores homines. Solus etiam ho mo utriusq; sexus iter alia animalia iuuat seipsum/ ut sper/ matizet uel manibus/ uel alio ingenio/ q non faciunt alia animalia/ excepto Cynocephalo siue Cercopytheco qui dicitur Simia caudata/ quem uulgares dicunt Catum mai monẽ/ & ut accepi a multis/ & pſertim a fide digno Scho/ lari meo. D. Mario Querno Bagnonensi commorante in ædibus Magnifici. D. Mathei ex Maluetiis de Bonomia/ p̄/ dictum animal manibus se iuuat in spermatizando/ & po/ stea emissum sperma comedit/ & si forte (qđ mirabilius ẽ) ab aliquo homine in huiusmodi detestabili uitio deprehẽ datur/ non minori pudore afficitur/ ac si ratione frueretur. Homo ẽt inter cætera aĩalia coit p diuersos situs dãdo am/ lexus & oscula/ & detestãdus est ĩ hoc/ qa est magis uitiosũ ac uoluptuosum/ & diabolicũ/ q̃ rõnale. Solus ẽt hõ patiẽ mariscas ani propter prædictam causam. Solus sternutat. x. prob. xviii. Solus patitur calculum ĩ uesica. x. prob. xliii. Solus balbutiens: ibidem. xliiii. Solus reminiscitur memo ria oblita. Auicen. primo de animalibus. Solus habet uarie tatem multam oculorum. Solus habet aures immobiles. Soli homini sũt suræ/ & nates. iiii. de partibus. ix. Solus ha bet uarices in cruribus. Solus canescit/ & etiam equus. So lus clauitium habet clauescens tempore/ sed Structio/ Ca/ melli/ & cornui aquatici naturaliter semper caluẽt. Malæ: & mentum sunt soli homini/ teste Pli. tamen apud Hiero/ nymum legitur / Dauit aprehendisse mentum Leonis / & Vrsi/ & apud plau. in men. Glandiodicam/ suillam/ lardũ/ pernam/ Itidem autem sinciput aut menta porcina/ uirgi. etiam in geor. equis malas tribuit/ Inquit. n. quo tempore glauci portmiade malis membra assumpsere quadrigiæ. Solus patitur fluxum emoroidarum. s. per uenas recti siue ani. Solus gonorhoeam/ seu (ut alii) gomorream patitur. Solus ridet/ & plorat. Solus balbescit seu traulizat. Solus anteuersus prospectat/ & uocem anteuersus mittit. Solus etiam homo uere tussit. x. prob. Soli homini ĩ cicatricibus non oriuntur pili. x. prob. xxvii. & . xxix. Solus homo a na/

tiuitate claudicat.x.pb.iiii. Solus homo mutus ibidē.iiii. Solus homo emittit plures uoces ibidem.xxxviii. Minus distant oculi in homine respectu suæ mollis/ q̄ in alio aiali. Soli homini est morphea.x.prob.v.etiā equis/inquit Cōciliator. Soli homini tota cutis non est pilosa / sed subtilis/ lucida ac rubicunda. Soli homini sunt pili in alis / seu a sellis uel axillis & circa pubem. Solus homo habet mammas in pectore/ & pectus latum. Simia tamen & aliqua alia animalia habēt idem. Solus homo habet furculas superiores pectoris: ut quinta quarti capitulo de dislocatione furculæ. Solus homo masculus habet lac in māmillis. Solus homo cum incipit coire / incipit pilosior fieri q̄rta pb. q̄rto. Solus uerecūdatur/ præter Cercopythecum/ ubi supra. Solus maxime animalium somniat quarto de hist. & sup hoc uide Conciliatorem.x.prob.xvi. Solus habet uuam/ uulā/ uel ueam. Solus homo ambidexter secundo de histo. & multi alii dn̄t φ hō masculus solus est ābidexter/ & Hipp. Pli. & alii dicunt mulierem ambidextram non effici: & ratio est ex naturæ debilitate: nescio ego q̄tum hoc concedēdum sit cum & mulieres uiderim ego ambidextras/ & multa alia animalia: credo ego φ nullo pacto homo sit naturaliter ambidexter/ sed bene credo multa esse animalia a natura ambidextria/ ut Leo/ Felis/ seu Catus q̄si cautus/ & alia multa animalia. Riment igitur ac ruminēt dicta nostra legentes/ & inuenient ueritatem/ quia forte illorum literæ sunt corruptæ. Solus homo uere habet manus/ quæ ueræ sunt manus. Ex quadrupedibus sūt multa animalia/ quæ habent multa membra ex prædictis/ & quasi assimilātur homini/ habēt membrū simile faciei/ & digitos in manibus/ tamē nō sunt ueræ manus/ teste Arist. primo đ hist. & māmas in pectore sicut est Simia/ & Cebi.i. Simia caudata/ & Cinocephali/ & canicipites/ quæ oīa aīalia eadem forma sunt cum Simia/ maiora tamen. Alia etiam aīalia uidi ego similis formæ/ minora tamen/ quorū nomina ignoro. In prædictis tamen est facies (si facies dici fas est) magis canina/ q̄ alterius animalis/ & canini dentes/ & huius generis sunt babuini/ siue ueri pygmæi hominibus nanis similes/ (de quibus Aristo.viii. de histo.c.iiii. loquitur) cū quibus pugnant grues/ & compositionem simillimam cū

hominibus habent/tamen non sunt ueri homines/quia ra tione non fruuntur/non uerecundant/non cogoscunt ue/ rum a falso. Dicunt tamen aliqui ꝙ habẽt loquelam/ & ser monem/ & ꝙ habent bonitatem imaginationis prælijs brutis. Quos etiam esse confirmat Aui.vii.de animalibus & etiam Albertus/ & Pli.in.vii.naturalis hist. Isti incedunt recti/ & sunt longitudinis unius cubiti/ & propterea dicti Pygmæi. Nam pygmæ cubitus græce dicitur/ & generãt in tertio anno/i octauo est finis suæ uitæ ad plus. Certe mi rabilis est natura/quia aliquãdo format prædicta aialia ho mini similia. Interdum/ immo sæpe hominem conuenien tis/ & iustæ magnitudinis. Aliquando ueros homines bre uissimæ staturæ/pigmæi/siue nani appellati. Aliquãdo gi/ gantes miræ magnitudinis/qui an fuerint ueri homines: an non/pro eorum diminuta ratiõe hæsitatur. Solinus.n. dicit non reperiri hominem longiorem pedibus septem. Tamen Romæ Augusti tempore (ut refert uera historia) reperti sunt duo homines lõgitudinis.x.pedum. Alios au diui a fide dignis septem cubitorum. Ioannes tamẽ de cer taldo/ alias Boccatius Florẽtinus in suo de genealogia deo rum.lib.iiii.c.lxviii.dicit pro uera historia/ꝙ fuere gigan/ tes miræ magnitudinis/qui iquit/ꝙ diebus suis apud dre panum Siciliæ oppidum accidit/ꝙ nõnulli agrestes uolẽ/ tes domum pastoralem construere/dum fundamenta fo/ derent/inuenerunt antrum miræ magnitudinis/in quo in uenere hominem/in sinistra cuius erat baculus seu clauis lignea/ quæ tacta statim corruit in cinerem/i medio cuius ligni per longum erant millæ/ & quingẽtæ libræ plumbi solum pro grauedine baculi augenda. Demum homo etiã tactus in cineres corruit/ ex illo tamen reperti sunt tres dẽ tes miræ magnitudinis/ & põderis centum unciarum dre panensium/quos dentes drepanites seruarunt in certa ec clesia Annunciatæ uirginis/inuenta est Præterea inter il/ los cineros certa pars cranei ãterioris solida/ ꝙ erat pluriũ modiorũ frumenti capax: inuentũ est etiam unum os cru/ ris eiusdem/ talis lõgitudinis/ꝙ per peritos geometriæ no tum fuit eum fuisse longitudinis plusꝗ ducentorum cubi/ torum. Res hæc profecto memoratu digna/ atq; notatu quamquam creditu uideatur difficillima.

Gigas miræ magnitudis

SEd anteq̃ ad aliam litteram Mundini accedamus/ di
gnum putaui ad maiorem cognitionem anatomie:
in quodam catalogo omnibus mẽbris exterioribus
humani corporis propria imponere nomina:relinquẽs in
teriorum membrorum tã consimilium q̃ organicorũ no/
mina locis suis.s.quando de eorum anatomia particulari
fiet sermo/iuxta ordinem Mũdini.Et certe ille qui bonus
uult euadere medicus/nõ debet ignorare essentiam/ & no
mina omnium membrorum corporis humani.Sed debet
scire quæ sint membra simplicia/ & quæ cõposita .s. quid
sit neruus/ & quid tendo/ siue tenon/uel corda/quæ idem
sunt:quid ligamentum/quid cõdrum/seu cartilago/ quid
os/quid unguis/quid uena/quid arteria/ quid caro/ quid
etiam musculus/quid pinguedo/ quid medulla/quid tuni
ca seu tunicula/seu membrana/uel pãniculus/ quid cutis/
quid sanguis/quid alter humor a sanguine/ quid spiritus/
quid chilus/quid sit chili fex/quid lotium/siue urina/quæ
sint oculorum/aurium/ac narium excremẽta/ quid sputũ/
seu sputamina/quid semen genitale/siue sperma/ quid ẽt
per incerta spiramenta exeat.i.uapor/quid sudor/ quid pi
lus/& mulieribus addiiciuntur duo Lac.s.& menstrua/q̃/
uis etiam lac reperiatur in aliquibus uiris/ proprius tamẽ
est mulieribus.Sed quia omnia ista de facili habent apud
medicinæ cardines/pro aliquibus ex prſtdictis ad illos ue
lim ꝙ habeatur recursus/maxime cum nõ possint tot præ
narrata breui sermõe perstringi/sequẽdo ordinẽ Mũdini.

Nota distin
ctionem pul
chrã de mẽ/
brs.

¶Pro maiori tamen dilucidatione dictorum/& dicendo/
rum/notent legentes/ꝙ membrorum quædam uere sunt
simplicia/ut quorum partes cõicant nomine/ & diffinitio/
ne cum toto/ & cum hoc sunt nullius operationis organi/
cæ/uel principalis instrumenta/ut caro/ & ossa. Quædam
uero sunt uere organica/quorum partes a toto disconue/
niunt in nomine/ & diffinitione/ & sunt animæ propria in
strumenta ad complendum motus/ & principales opera/
tiones animæ/ ut manus / oculus / & huiusmodi. Idcirco
dicta sunt membra formalia : quia forma quæ est in ani/
ma / in eis maxime existit / & eis mediantibus operatur/
& manifestatur.Et ex opposito alia simplicia dicta sunt na
turalia/quia in ipsorum creatione non sunt de intentione

naturæ / nisi propter formalia quæ ex eis componuntur. Quædam uero membra sunt naturæ media inter hæc / ut neruus / corda / arteria / panniculus / spinalis medulla / & huiusmodi. Nam talia pro quanto sic se habent / ꝙ partes cum toto cōicant in nomine / & diffinitione / uidentur na/tura simplicium participare. Pro quanto tamen sunt certarum operationum animæ propria organa / participant na/tura organicorum / quia neruus est instrumentum delationis spirituum animalium ad membra / & sensationis ꝓpri/um organum / & ita uenæ sunt ad deferēdum sanguinem: & panniculi ad tuenda / & liganda membra / & ad dādum eis sensum: & iuncturæ etiā ipsæ / & musculi uident̃ utraq; natura participare. Inter hæc tamen membra medio mo/do se habentia / existit differentia: quia quædam magis naturæ consimilium attinent / ut pāniculus / quædam magis naturæ organicorum / ut spōdyles / & musculi / & iuncturæ deseruientes motui uoluntario. Quedam uero magis sunt naturæ mediæ / ut neruus / & arteria. Et hæc est doctrina Alberti in libro de animalibus / & in primo de generatiōe / & corruptiōe. c. xliiii. quam opinionem sequitur Matthæ/us de gradi super. xxii. tertii in principio.

¶ Visis istis. Ad nomina mēbrorum exteriorum deuenio: a capite incipiendo / tanq̃ a nobilissimo membro: quia ipm̄ est locus / & habitatio ratiōalis animæ: ut. ix. de utilitate. c. iiii. & primo de regimine sanitatis. c. ix. & tertio interiorū: & primo regiminis acutoꝝ. & alibi a. G. Plato ēt ĩ Timæo caput non solum principale / sed etiam totū in corpore nū cupauit: q̃uis aliter sentiat. Arist. & etiā uenerabilis Beda super Marcum / qui inquit / animæ locus non / ut Plato / in cerebro est / sed iuxta Christum / in corde est. A capite etiā incipio / quia sic obseruatum uideo apud medicos de ægritudinibus tractantes / qui prius a capite / inferius descendē do usq; a pedes / incipiunt. Quid sit caput.

¶ Catalogus de nominibus membrorum / & primo de Capite cum Facie.

CApu t quod a græcis cehpas / uel cephale dicitur: & a doriensibus cotida / & est supma pars hominis Cephas / Cotida / Cephale /

duplicιter summitur. Vno modo/pro eo toto/ quod collo substentatur:& sic sumitur ab Arist.primo de hist. & sic ét sumitur a multis aliis . Et isto primo modo caput sumptũ diuiditur in duas partes.s.in anteriorem / & posteriorem: anterior appellat̃ facies/posterior uero calua a qua/ q̃tum ad ipsius nomẽ/prius incipiamus. Inquit Arist. primo de hist.in translatione noua.c.vii.ꝙ calua est illa pars capitis/ quæ capillis tecta est/ & i eodem.c.dicit calua ipsa sane to/ ta/os rarum/rotundum/ cutæ gracilenta obductum est/ali bi ab Arist.& etiam a Celio/os capitis caluaria appellatur: sed Auic.quinta tertii.c.de fœtore nasi / intelligit caluá eá partem/in qua fit caluities/siue caluitium/quæ est pars su prema/ & media capitis.Ita etiam caluam intellexit.G. se/ cundo Techni.c.xlv.Propter quid autem fiat clauities hic loci/ & non alibi/ habet̃ ab Arist.quinto de generatione/& a.G.secundo complexionum:& a multis aliis: & a Poluce etiam os capitis uniuersum cytos uocatur: licet cytos cy/ teos proprie apud græcos dicatur uas/profundum / latitu do / ac corium.

Facies
Calua
Cytos

¶Ex prædictis uideo dicta auctorum intricari: quia aliqñ calua sumitur ꝓ parte capillata:aliqñ ꝓ toto capite : aliqñ pro loco caluitii:ob quod noto/ꝙ qui uult intelligere no/ mina membroꝝ tá capitis/q̃ aliorũ membroꝝ a nobis hic & alibi dicẽda/oportet ꝙ uideat a quo auctore id habebat & tunc bene debet rimari ultimo conatu sensum ipsius nominis per diuersa media/& quid uult sibi illud nomen bene intelligere & non sibi soli debet credere / sed peritũ/ iuxta posse/cósulere/ut mentẽ auctoris itelligat.s.illius tñ a quo uidit nomẽ impositũ:qa aliter multi sequerent̃ erro res/ná diuersa noia unũ iterdũ significát / & iterdũ unũ no mẽ diuersa significat: & hoc puto ẽe ab iterp̃tũ uarietate. Varietas ẽt noium / & barbaries plerũq; inducta est uitio imprimẽtiũ lr̃as:& ideo fere oia corrupta / & alterata sunt in multis locis/maxime i medicina. Distinguát ergo caluá legentes/ & alia membroꝝ nomina modo antedicto/ quia hic nec alibi uolo intricari in diuersitate nominum mem/ brorum:sed communiora solum/a clariora ponam nomi/ na in toto hoc opere/ hos labores relinquẽs uersutis ac so/ lertioribus circa nomina rerum:& cõterentibus in hoc to

Quid agere debeat / qui uult intelli/ gere noia.

tam eorum uitam/ac si non haberent utiliora quærere/ q̃ nomina: ut inquit Gal. quarto de uti. dicens hoc quidem in toto opere custodire oportet sermone Platonicæ suasionis semper memorantes/ ꝙ si negligamus nomina dictiores prudentia ad senectutem deueniemus.

¶ A propositum iterum dico caluam etiam esse totum os capitis nudum tam brutorum/ quã hominum/ maxime apud columellam in multis locis/ & apud rutilium paladium: qui inquit equæ/ uel asinæ calua intra hortum ponenda est. Creduntur enim omnia quæ in horto sunt sua præsentia fœcundare: & ideo aliqui uolunt ꝙ os totum dicat̃ calua/ & non caluaria/ dicentes ꝙ locus ubi sunt caluæ. i. capita nudata caluaria appellat̃: ut legitur in Euãgelio. S. ductus est Christus in golgota/ quod est caluariæ locus: in quo erant multa capita supplicio affectorum denudata: tamẽ siue dicatur caluaria: siue calua apud multos idẽ sunt. Nam Aristo. primo de histo. appellat caluam: & secũdo de partibus. c. vii. uocat caluariam: & Celsus lib. viii. c. primo caluariam: & alibi caluam/ & omnia importãt caput. Sint igitur boni iuditii diuersa nomina audientes/ & non curẽt de nominibus dummodo sensum rerum percipiãt. A qua calua dependet caluitium/ uel caluities/ & in ista parte capitis quæ calua/ siue caluaria appellatur ab Arist. s. pars capillis tecta/ est occiput/ & interciput/ siue capitis pars media/ & etiam sinciput ad mentem Arist. quamuis sinciput ab aliis non ponatur in hac calua: quia dicunt faciem esse in sincipite: iuxta illud Iuue. Comedã ego flebile nati sinciput elixi. Quid tamen sint sinciput occiput/ & alie partes capitis/ inferius ad longum dicemus. Hic sufficiat dixisse de calua/ siue caluaria.

Calua secundũ columellam.

Calua fœcũdat hortum

Caluaria est locus

¶ De Facie.

NVnc modo ad faciem/ tanq̃ ad principaliorem partem capitis deueniamus. Superius diximus faciem esse partem anteriorem capitis/ quæ tantum est in homine/ teste Aristotel. primo de histor. capitulo octauo. Inquit faciem partẽ eam noiamus dũtaxat ĩ hoie q̃ caluæ subiecta est. Nã piscis/ aut bouis faciẽ dicere non solemus:

Facies hoĩ tantum.

Prosopon/ & est ea pars/quæ caluæ.i.parti capillaatæ anterius subiecta est:quæ Prosopon græcæ dicitur/q̄uis apud ipsos græcos Prosopon/proprie loquendo/importet fictam faciem

Larua/ que ab Horatio in sermonibus dicit Larua / a uulgo Ma/

Laruatus/ schara.Dicit.n.Horatius Nil illi Larua/ quod nō aduertēs

Persona/ Ambrosius Calepinas i dictione Personæ/ dixit hāc iunio

Personatus/ res Laruam uocant Laruatus dicitur Larua faciem tectus/ sicut personatus dicitur laruis/siue personis indutus. Sed ad rem nostram/dico ꝙ facies est membrum uere organi/cum/ & formale/ ꝙ componitur fronte/temporibus/auri/bus/superciliis intercilio naso/oculis/palpebris ciliis/ge/nis/siue malis/maxillis/siue mandibulis/ore/siue bucca la

Gelasinus umbilicus ueneris bris/siue labiis/Gelasinis siue umbilico ueneris/ Mystace/ lacuna sub naso / & mento quæ est inferior faciei pars. Et latine dicitur facies/teste Var.quia quasi facit hominem. Inquit Isidorus ꝙ per faciem fit uniuscuiusꝙ personæ co/gnitio/ & distinctio:cuius signum est si uulnere uel ulcere notabiliter lædatur facies/amittitur pristina forma.Facies

Vultus in quo differat a facie. etiam dicitur uultus a uoluendo/& a uolēdo/ & in hoc dif ferūt facies/ & uultus inter se.s.ꝙ facies stat/ & uultus mu/tatur/ & interdum subito mutatur propter animi qualita/tes/siue affectus.Certe sæpe indicat nobis uultus quid ue lit ille/cuius est uultus/nisi ille sit ualde/ac ualde cauatus: quia reperiuntur multi/qui unum habent in animo / siue in corde/ & aliud in uultu iuxta illud poetæ.Spem uultu simulat præmit altum corde dolorem:Isti appellantur uul/

Vultuosus tuosi.Voluitur etiam uultus propter passiones corporis/ ut primo prognosticorum ab Hippo.Voluitur etiā de æta te in ætatem/ & semper eadem facies manet:q̄uis a pueri/tia ad ætatem cōsistentiæ augeatur semper/quæ facies est composita membris/ & partibus antedictis. Et inter alias mutationes/ & uoluitiones citissime mutatur propter ali/quod crimen commissum in publico petitum: iuxta illud heuq; difficile est crimen non prodere uultu. Tam uultus q̄ facies habent in physionomia multa prognostica/ de q/bus nō curat medicus/inq̄tum medicus nisi forte in simu/lantibus ægritudinem:& etiam in cognoscēdis aliquibus ægritudinibus futuris/siue præsentibus/ sicut est quando propter rubedinem partium aliquarū faciei cognoscimus

peripneumoniā

peripneumoniã/ & cognoſcimus leprã/ & ita per alios colores alias cognoſcimus diſpoſitiones/ puta ictericiam/ & tempus menſtrui in muliere/ & alia diuerſa a medicis ſcripta. Nunc autem de partibus faciei/ & frontis primo ſermone aggrediar.

De Fronte.

Quid ſit Frons.

FRons de preſenti teſte. G. in introductorio/ eſt capitis particula/ quæ eſt ãte ſupra ſupercilia nuda pilis ab aure ad aurẽ. A Varrone uero capitur pro ea parte capitis anteriori/ in qua eſt foratus oculorum/ & ſecundum eundem/ & etiam ſecundum Iſidorum/ dicitur frons a foratu oculorum/ uel a ferrendo/ quaſi præſeferẽs animi indicia: & ita ad mentẽ Varronis in fronte ſunt ſupercilia/ & oculorum locus/ & intercilium/ ſiue lepor naſi/ ſiue glabella. In fronte de facili fit ſudor/ quia ſubiacet parti humidiori cerebri/ Et antiqui obſeruabãt dare oſcula in fronte. Teſte Plutar. honeſtatis cauſa. Auic. etiam dicit frontẽ eſſe ſupra ſupercilia. Nam tertia quarti de exituris aperiendis iubet apertionem exituratum frontis non fieri ſecundum rugas/ quæ græce Epiſimon dicuntur/ quia caderent ſupercilia propter inciſionem neruorum frontis ſi fieret inciſio ſecundum trãſuerſum. Cõmunis tamẽ opinio eſt/ ꝙ frons ſit a radice capillorum anterius/ uſqꝫ ad foratum oculorũ. Quæ ſecundum longum/ & ſecundum latum incipit ab angulo ſilueſtri/ ſiue minori alterum oculorũ/ & terminatur ad angulum eundem alterius oculi/ & habet a dextris & a ſiniſtris tempora in medio. Cuius frontis ſupra ſupercilia/ uel idirecto glabellæ/ uel parum lateraliter ſunt ſituatæ uenæ quæ phlebotomantur ad diuerſas ægritudines: & dixi prædictas uenas eſſe uel indirecto glabellæ/ uel parum lateraliter/ Et notantur dixi/ quia ſic eſt. Prædictæ. n. uenæ non obſeruant unum ſitum/ nec aliæ uenæ corporis ſed interdum altiores/ uel depꝓſſiores reperiũtur/ & ita etiã lateraliter mutant ſitum/ ut eſt uidere in diuerſitate indiuiduorum: quia una uena uni eſt in uno loco/ in alio uero indiuiduo eſt alibi: non multum tamen uariat ſitum. Verũ eſt ꝙ de ꝑdictis uenis/ & ita de uenis totius corporis phle/

De uenis Frontis

botomari solitis/una ē uni magnā & notabilis / & forte ēt superficialis:& alteri erit per totum oppositum . Et huius cā ē uirtus iformatiua/& particularis hepatis/& totius cō/plexio a qua depēdet cōpositio/& membroꝝ formatio.

¶Frons dilatatur in lætitiam/ & corrugatur in tristitiam/ & pudorem in ea cognoscimus:a qua dependet frontuo/sus qui capit̃ pro impudēte.Hic autē coactus aliq̃ de phy/sionomia frontis dicam:& hoc gratia defensionis Bononiensium.Inquit Zerbus auctoritate Aristo.primo de histo. quibus frons magna segnes sunt / quibus parua mobiles/ quibus lata mente moueri idonei/ quibus rotunda iracundi/qui rugas habent retractas magna cogitant:frontē ue/ro habentes tensam / & politam / dolosi sunt & fallaces : & subdit auctoritate Conciliatoris / ꝙ tales comparantur in Italia Bononieñ.Sed Zerbus/clypeo alieno quærit seipsū tegere/dicens hoc auctoritate Conciliatoris:hic certe propria/ & sua solita malignitate icrepat Bonoñ. quia ipse malis moribus plenus/Bononiæ sacrilegus habitus est/ & homo pessimi nominis. Quid dicam?non ne & publice Romæ in apotheca illorum de bonadies i sinu ipsius reperta fuere duo uasa argentea / quæ furatus erat cuidam Epō: dum eum uisitaret ægrum:& ibi uituperosissime corā po/pulo coactus est arripere fugam/aliter ascendisset pulpita mœsta trium lignorum? Etiam idē correxit ita suos filios/ ꝙ tandem Romæ/Iulii Pont.tempore / duo eorum intra mēsem/tanq̃ publici latrones fuere laqueo suspensi/& hoc propriis oculis uidi/huius etiam signum est ꝙ idem Zer/bus ferro terminauit uitā suam . Debuisset igitur Zerbus dicere/qui frontem habent tensam & politam dolosi sunt & fallaces/in Italia Zerbo comparati. Sileāt igitur qui male dicunt de Bononiensibus/qa alibi/q̃ Bononiæ frons est tensa/ & tersa:nec talis frons necessario facit fallaces hoies/ sicut legit̃ de Socrate.Tñ ut plurimū iterdū hō est mēdax & aliū hoiem decipit/& hoc nō solū Bononiæ/sed & alibi.

Contra zerbum i defensionem Bononiensium

¶De Superciliis.

Ophrys græce dr̃ supcilium/tumulus siue collis.

DE superciliis/quæ ophryl græce dicuntur/tanq̃ de partibus frontis dicamus. Supercilia sunt circa in/

feriorem partem frontis: & est illa pars pilis uestita/ quæ ciliis prominet/ & ab aliquibus hæc pars grunda dicitur / & supercilia dicuntur/ quia ciliis sũt supra posita. Interdum fastum/ seu superbiam / & plerunq; grauitatem insinuant: ut poeta in priapeis/ Conueniens latio pone supercilium.i. grauitatem: & Iuuenalis/ si cum magnis uirtutibus affers grande supercilium/ & numeras in dote triumphos. Qui prominẽtibus superciliis sunt/ Silones dici putat Nonius a Sileno/ q hirsutis superciliis fuisse traditur. Supercilia habent diuersa prognostica in physionomia/ đ quibus nihil dicam. Attende tamen ꝙ supercilia non sunt membra: ut inquit Aristo. secundo de partibus: sed sunt pili ibi in compagine ossium/ & q̃uis non sint membra de eis/ & de ciliis tñ magis q̃ de alia parte pilosa natura fuit solicita / partim grã decoris/ partim grã defensiõis oculoꝶ. Et eorũ optima forma est ꝙ sint subtilia/ & arcuata. Iõ hãc formã faciũt artificialiter mulieres se depilãdo filo/ uel argẽteis/ uel æreis uolsellis/ uel ut uulgo dicitᷣ mollietis/ iuuamẽta aũt/ & necessitatem eoũ dicemus infra de anatomia oculoꝶ latius. Silones unde dicti.

De Temporibus.

IVxta supcilia a lateribus sunt tempora ubi caput cõpressius ẽ a dextris & a sinistris: & tẽpora appellantᷣ quia tẽpus & anni in eis cognoscuntᷣ: unde poeta i æneidos. Dum melior uires sanguis dabat æmula nec dũ. Tẽporibus geminis canebat sparsa senectus. Tpa primo canescũt/ cauãtq; diuturnitate tẽporis/ ut apparet i equis: dicit.n. colume.i.x. ãno. Eqs tpa cauari incipiũt/ supcilia ẽt canescũt & hæc uidi. Aliq dñt ꝙ tpa plana idicãt ptisim. In regiõe tẽporũ sũt ossa paris de qbus loco suo dicemus. Tempora

De Auribus.

POst tempora ueniut Aures/ quæ sunt duo membra carth laginosa cute tecta/ in qbus sũt satis notabiles uenæ: ut ego uidi i aliqb' uulneratis/ & sũt imobiles in hoie/ situ/ locatæ sunt/ teste. G. i itroductorio. M. in extremitate tẽpoꝶ/ posterius tñ in iferiori/ & laterali parte capi/

tis retro iuncturam mandibulæ/ & ad intra sunt sinuosæ/ & conchiliæ dicuntur. Aliqui dicunt ꝙ in parte ima ipsius auris est quædã uirtus memoratiua/ & ꝙ naturaliter homo confricat sibi illam partem dum uult memorari. Aliqui dicunt antiquos obseruasse/ ut rapturi in ius aduersarium testes facerent/ alias iniectio manus nõ erat: Sic uero faciebant ut ptingentes imam auriculam dicerent esto memor. Nec licebat hoc ni futurus testis annuisset. Et aures dictæ sũt quasi audes ab auditu/ aut ab auriẽdo/ ut placet Lactantio/ & Virgilio. R. enim. & D. sibi inuicem cædũt. Nam aduena/ & aruena/ aruenio/ & aduenio prisci dixerunt: & in his membris reperta sunt cognomina familiarum: nam Flaci ab antiquis sunt uocati quorum aures flaccidæ/ ac languidæ/ deorsumq; pendentes sunt. Et tam carthilago eius exterior/ q̃ eius foramẽ auris dicitur apud Lucretium/ pars suprema/ & exterior auris pina/ uel pinula/ & lobus dicitur/ a pinu/ quia in acutum tendit. Eius pars inferior ab antiquis fimbra: & etiam lobus dicitur. De parte eius intrinseca multa dicemus in eius anatomia.

Vnde dicantur aures.

Flaci.

De Intercilio.

POstq̃ de fronte/ de superciliis/ & temporibus/ & auribus diximus/ ad alias faciei ptes deueniamus. Et primo dico ꝙ in cõfinibus frontis est certum iterstiiciũ diuidens supercilia in eorum medio/ diuidens etiam frontem a naso: & huic parti tanq̃ ad certum cẽtrum cõterminantur nasus/ & frontis infima/ ac media pars/ & duo supcilia/ tanq̃ in quadriuio: A latinis hæc pars appellatur intercilium/ alio nomine glabra/ siue glabella. Glaber. n. interp̃taẽ sine pilis/ ut Plautus in aulularia dicens/ tu istum gallũ si sapis/ glabrionem reddes mihi. Arist. etiã quarto de partibus. c. xii. loquens de structio. Inquit ꝙ est glaber capite & parte colli superiore. i. sine pilis: & Pli. etiã dicit ꝙ hoc animal naturaliter caluet. i. est sine pilis i capite. Hæc ergo pars est locus antedictus pilis carens/ quæ alio nomine dicitur lepor nasi/ maxime ab Aui. tertia q̃rti. c. de Erisipella: & hic loci/ ut plurimum/ incipit illa ægritudo/ quæ a recẽtioribus guta rosacea dicitur. Ab antiquis tamẽ Erisipella

Intercilium glabra/ uel glabella/ Glaber.

dicta ē: & hic loci icipit nasus/ quo ad superiorē partē eius.

ℂDe Naso.

DIcamus tamē ꝙ reperitur & Nasus/ & nares / quæ nomina idem important: tamen aliqui capiunt nasum pro parte exteriori/ ut latius apparebit/ & nares pro parte interiori. Pli. tamen. xi. per totum appellat tā intrinsecam/ q̄ extrinsecam partem/ nares. Et super hoc/ ut supradiximus/ non sunt consideranda nomina: sed auctorum sententiæ/ eas bene ruminando/ & ponderando. Dicamus igitur ꝙ nasus est ea pars faciei præcipua ꝓminēs quæ a superciliorū centro / siue confinio antedicto oritur/ & quasi æquali porrecta iugo utranqꝫ aciē simul & discernit/ & munit. Sed. G. viii. de util. & in introductorio uocat partes exteriores laterales nasi alaria/ quæ alulæ/ & phenæ dicuntur ab aliquibus: & partes inferiores ubi sunt foramina nasi appellat nares: & sunt illa foramina/ per q̄ exit aer. Medium autem nasi ab Isidoro īterfinium uocatur : & est ea pars interior/ quæ diuidit nares in duas partes. s. in dextram/ & sinistram/ quæ a quibusdam sæptum porrectum/ & a græcis diaphragma uocatur . Et sunt aliqui / qui loco nasi tantum habēt orificia sine parte nasi extra prominēte & isti nascuntur in septimo mense / teste Pli. xi. naturalis hist. c. xxxvi. Et hinc sunt cognomina Simorum/ & Silonū de quibus supra. Alia littera uocat istos hossimos/ & Simones. Et in naribus nascuntur pili/ qui uibrosi dicuntur / qa cum euellunt/ uibratur eorum caput/ cuius sunt nares.

Nasus/ Nares/

Alaria Alulæ Phenæ

Interfiniū nasi

Sæptū porrectum

Simorū & silonū noīa.

Hossimos/ Simones.

Pili uibrosi.

ℂNota tamen ꝙ per nares non debes intelligere illam solam partem latam exteriorem nasi/ sed totum illud uacuū supra os palati/ ab uuea/ seu uuigera/ usqꝫ ad extremitatem nasi uersus anterius/ & ita uersus superius omnes illas cauernositates posteriores usqꝫ ad os basilarē: super quo ossæ immediate est glandula suscipiens superfluitates mucosas cerebri: quas transcolat ad nares prædictas/ quæ glandula est immediate sub cruciatiōe neruorum opticorum supra os basilare. Et ꝙ istæ cauernositates sint ueræ nares / uide Auicen. quinta tertii de anatomia nasi : ubi uult ꝙ nares uadant usqꝫ ad uueam : & ita aer clauso ore / uadit ad pul-

monem per nares. Idem etiã tertia quarti de exituris ape/
riendis dicit partem anteriorem cerebri esse magis aptam
sanari/ q̃ posterior pars/ quia pars ãterior habet nasum / &
nares: per nares intelligit cauernas prædictas posteriores:
per nasum autem itelligit porositates illas anteriores / per
quas recipitur odor. Et ita hic loci etiam ab Auic. pars in/
trinseca porosa in osse basilari/ in qua locantur caruncula
mamillares/ dicitur nasus: q̃uis nasus proprius ab eodẽ/ &
ab aliis multis/ sit pars exterior prominens antedicta. Ra/
sis etiam. xiii. con. c. iiii. appellat narem/ illã partem poro/
sam intrinsecam/ per quam recipitur quicunq; odor / siue
Palatum. fœtor. Aliã uero cauernositatem usq; ad uueam/ uocat pa/
latum. In istis tamen nominibus non est multa differẽtia:
satis est scire ꝙ cerebrum anterius potest expurgari p duo
loca: primo expurgatur ordinarie per colatorium. i. p po/
rositates ossis basilaris positas sub glãdula prædicta: & uer
sus istam partem usq; ad uuulam sũt proprie nares / potest
etiam expurgari per partem anteriorem cranei ubi os est
perforatum/ ut cribrum in directo caruncularum maimlla
riũ/ & hæc pars habet porositates maiores / q̃ habeat pars
quæ est sub glandula antedicta. De isto colatorio/ & etiam
de ista parte cribrosa anteriori suo loco dicemus.

Vnde dicat̃ nasus. ¶ Nasus/ teste Isidoro dicitur quia spiritus per eas emana
re non desinit/ uel secũdum alios/ dicitur nasus / siue nares
quia per ipsum natare/ seu innatare non desinit aer: dicun
Mixæ/ Nares/ tur etiã nares ꝙ humore natent: & a græcis mixæ dicunt̃.
Et dicit Valla/ ꝙ inde mucum dicimus uersa litera græca
in. u. & nares nos odore admonent/ ut aliquid sciamus: uñ
rudes/ & inscii dicunt̃ esse sine naso / metaphorice tamen/
Olsacere Olfecisse. n. ueteres sciuisse dicebant. Vnde Terentius/ ac
non notis ex mensibus prius olfecisset/ q̃ quicq̃ ille incepe
rit. & Auic. ix. de animalibus. c. vii. dicit. G. assignare ratio/
nes erratas/ quia tantum olfecit medietatẽ rerum: & ita ẽt
aliqñ nasus ponitur pro acrimonia/ & dicacitate. Vnde eũ
habere nasum dicimus qui subdola irrisione aliũ deridet.
Vnde Apuleius in meta. ꝯtorta & uitupanti nare discessit
& Pli. inquit/ lucillius cõdidit stili nasum. i. cõdidit satyrã:
q̃ acrimoniã stili hẽt in uitiis insectandis: hinc nasuti dicun
tur dicaces/ derisores/ ac reprehensores. A naso descendit

positiuum nasutus/ & hinc comparatiuum nasutius.i. ma lignius: Ideo Martialis positiue dicebat. Nasutus sis usq; licet/ sis deniq; nasus. Nasuti diminutiuũ est nasutulus. Vñ Apuleius/ nasutula mulier ac dicacula. Nasus ẽt sagacẽ/ & sapientẽ repsentat/ sumpta metaphora ab aialibus. Canes enim & uultures/ ac etiã multa alia aialia olfatu inquirunt & sua cognoscũt. Sapiẽs igit/ & cautus est qui obscura intelligit. ut hor. in ser. qui inquit/ ut pleriq; solẽt naso suspẽdis adunco ignotos/ ut me libertino patre natum. A naso fit uerbum denaso denasas. — Nasutus/ Nasutius/ Nasutulus/

¶ Nasi pars exterior hẽt ptes supiores/ iferiores/ & laterales. De lateralibus dictũ est supius. Sed supior/ & iferior/ & media pars nasi teste Isidoro/ qa eqlis ẽ i lõgitudine/ & rotũditate/ metaphorice columna appellat. Aliq uocãt ptẽ supiorẽ nasi/ leporẽ nasi/ siue pirulã/ uel pinã/ & ẽ ea extrema nasi pars/ quæ est in confinibus glabellæ/ imo est etiã pars ipsius glabellæ. Et aliqui uocant partem superiorem nasi summum nasi: inferiorem uero imum nasi. ut Suetonius de Augusto dicebat. s. q habebat mediocres aures/ & nasum a summo eminentiorem & ab imo deductiorẽ. Aliqui etiam uocant partem imam nasi/ pinam/ siue pirulam/ eo quia in aliquibus sicut pinus tendit in acutum: & etiam lepor nasi ab aliquibus globolus dicitur. Et hæc de naso/ & naribus hic loci sufficere uolo. — Columna/ Læpor nasi/ Pirula nasi/ pina nasi/ Sũmũ nasi/ Imum nasi/ Globulus

¶ De Oculis.

HLateribus superioris partis nasi ifra supercilia sunt oculi intra genas/ seu palpebras locati: & dicuntur oculi ab ocultando/ seu oculendo/ quia ciliorum/ & palpebrarum tegminibus ocultantur. Latent enim sub genis/ & ciliis. Dicuntur etiam oculi metaphorice/ esse in multis arborum surculis/ ut in populo arbore/ & uite/ & aliis arboribus: unde germinant. Ab oculo fit unoculus/ siue monoculus/ & ianoculus/ & eius diminutiuũ ocellus. De nominibus partiũ eius dicemus infra loco suo. Aliqui appellant oculos fenestras aiæ: teste Alberto & in eis sunt amoris/ & odii maxima inditia. Oculis ãnuimus/ oculis negamus. Sũt. n. oculi ueri cordis nũtii/ in qbus aius inhitat. — Vnde dicãt oculi. Vnoculus/ Monoculus Ianoculus Ocellus/

Oculos luminaria/atq; organum lucidum appellat.G.in introductorio/ & solarem animalis particulam. & tertio de util.c.xiii.nominat oculum membrum diuinũ.Cuius oculi q̃ta sit dignitas/ & utilitas/ monstratur a iure consulto imponens cæcum non posse postulare insignia magistratus/ quia uidere/ac reuereri nequeat/senatorium tamẽ ordinẽ retinet apii cæci exemplo.Oino tamen prohibetur ad nouum magistratum aspirare.

ℂDe Palpebris.

Quid sint palpebræ & unde dicantur.

PArtes circundantes oculum sunt palpebræ/genæ dictæ/in extremitate quarum sunt pili/cilia dicti. Sed quia reperio aliquos discordare de genis / aliqua est etiam danda distinctio aliarum partium faciei. Prius tamẽ dicamus de palpebris/quæ sunt membra/siue pelliculæ q̃ superius/& inferius tegũt oculos/quæ sunt carthilagineæ ut suo loco dicemus: & ocultãt oculũ necessitatis gratia. Et genæ appellantur.Vnde Terenti.inquit hodie non cõpressi genam genæ.i.hodie non clausi oculos / siue palpebras.Ennius etiam inquit/pandite quæso genas, & corde relinquite somnum: & Pli.inquit/dormire aquatilia existimamus non oculorum argumento/quia nõ habent genas.i.palpebras:sed ipsa quiete placida/ac soporata.Et idẽ dicit extremum ambitum genæ superioris cilium antiqui uocauere/ & est ea pars extrema/in qua sunt pili cilia dicti & istæ palpebræ sunt genæ superiores/teste Pli.ubi supra: sed prædictæ genæ a palpitando palpebræ dictæ sunt.

Gena

ℂDe malis siue pomis faciei.

Mala genæ dicta.

ALios reperio appellare genas illas partes rotundas faciei infra oculos/quæ poma/ siue mala dicuntur. Et est tota illa pars quæ est a papebra inferiore usq; ad illam partẽ/quæ barba uestitur:& hæc est illa pars præcipua/in qua est pudoris sedes/ quæ propter uerecũdiam rubet/maxime in hominibus bene coloratis:& hæc pars ẽ rarissimorum pororum in facie / teste Conciliatore.xxxii. prob.xii.Ideo cito aduenit/ & etiã recedit rubor : hoc etiã contingit

contingit quia sanguis/ & spiritus/ qui ad partes deferrun tur/ subtilissimi sunt/ & ideo fit coloris uelox mutatio/ ut in affectibus animi: puta in ira/ timore/ & uerecūdia/ & ĩ gau/ dio/ & in similibus : & hic cognoscitur peripneumonia. A colore rubeo rosaceo/ ut refferunt auctores: & hæc rubedo pomorum in uerecundia transit ad aures. De hoc uide Cō ciliat. iii. prob. iii. Et ꝙ istæ etiam partes appellentur ge/ næ/ testis est Pli. xi. c. xxxvi. his uerbis. Malæ homini tātū/ quas prisci genas uocabant. xii. tabularum interdicto radi in fœminis uetantes: & ibidem. c. xliii. appellātur genæ in/ feriores/ loquens de simiis/ quæ solæ quadrupedum/ & in feriorē hñt genā. i. poma/ siue mala in facie: q̄uis aliq ut su/ pra ostensum est/ dicant equis mala inesse.

¶ De parte barbata faciei.

Reperitur etiam tota illa pars quæ in facie pilis uesti tur / gena uocari / iuxta poetam dicentē. Tum mi/ hi prima genas uestibat flore iuuentus. Pacuuius ēt inquit / hic primū oppacat flore lanugo genas : sed aliqui dicūt Pacuuium intelligere per genas partem illam faciei sub naso/ quia primo hic loci crescit lanugo/ & in extremi/ tate mēti / sed citius sub naso/ q̄ alibi/ & hoc ut ĩ pluribus. Et aliqui putant/ & forte bene/ illā legē. xii. tabularꝫ interdi cere istā partē totā/ in qua nascuntur pili/ mulieribus radi. Dicit lex. MVLIERES GENAS NE RADVNTO. Certe circa mala nec circa palpebras oriunť pili/ qui abra sione indigeant/ & ideo lex fuisset frustatoria. Intelligere ergo debemus in dicta lege/ de loco ĩ quo uiris crescit bar ba/ quia si mulieres sibi raderēt faciem ĩ loco barbitii. i. in genis prædictis/ multæ earū essent barbutæ/ nam usus ra/ dēdi multiplicat barbam/ & alios pilos ibi ortos: & sic mu/ lieres fœdassent formā: & forte ꝙ multa latitassent sub bar ba/ quæ breuitatis/ ac honestatis causa prætermitto/ & for te īter alia / habita barba/ aliquæ earum ascendissent ad ali quos magistratus/ uel ad alia officia/ ad quæ Romani non admittebant mulieres. Sunt tamen aliqui aliĩ/ qui dicūt in dicta lege. li. Radere/ non importare pilorum abrasionem: sed lacerationem cutis/ dicentes ꝙ Romæ ante impositio

Pars barba/ ta faciei ge/ na dicta.

nem talis legis/moris erat inter mulieres ob mortē alicu/ius affinis/uel amici unguibus dilaniare/ac lacerare/ seu secundum ipsos radere sibi genas.i.poma faciei: ob q̄ cām opus erat postea manu medica: & ideo posuerunt legem/ ne sibi raderent genas.i.ut nō lacerarent sibi poma faciei: quid sit de hoc/utrunq; habet aliquid rationis in se: tamen siue sit hoc/siue illud primum/parum cōfert medico: hæc (qualiacunq;) diximus ad maiorē nominis dilucidationē.

Vnde dicāt genæ
Genion/
Geneum/
Gennao/
Geneades/

¶ Visis prædictis ui uocabuli/istæ partes in quibus crescit barba/genæ uocātur/a gennao uerbo græco/ quod est genero/quia ibi pili generantur/siue barba/ quæ appellatur a græcis genion/uel geneum/a græcis uero genæ/ uel pili circa barbam/geneades nuncupantur. Sed Hip. in suo libro de iūcturis per genas/intelligit ossa mādibularum/ teste Gal. in libro de motibus liquidis/ quæ ossa substentant musculos/ & cutim barbatæ partis faciei: etiā.G.xi.de util. sumit genam pro maxilla/ & mandibula/ & in introductorio.M.appellat genam illam partem/quæ spiritu inflatur/ uel humiditatibus/uel cibariis/quæ alio nomīe bucca/seu buccæ appellantur/quæ partes etiam habent barbam: & idem.xi.de uti.numerat mentum esse partem genæ dicēs inferioris uero genæ os solum habet i ipso diuisionem nō omnino manifestam secundum extremitatem barbæ.i.in medio menti. Genæ ergo/secundum totum significatum/ sunt partes laterales faciei sub temporibus/ & sub oculis/q̄ a uulgaribus guanciæ appellant/ in quibus etiā sunt tota p̄s barbata/& mala/& palpebræ/oculos intra se claudētes.

Mētum est gena

¶ De Ciliis.

Quid sint cilia.

SEd anteq̄ ulterius procedam/de ciliis integrum ser/monem aggrediar. Inquit Pli.xi.c.xxxvi. extremū ambitum genæ superioris ciliū uocauere: & aliq dicunt Pli. per cilium intelligere palpebras. Tamen si Arist. credimus/primo de histo.aliter est intelligendum .s. q̄ sūt pili palpebrarum dicit Arist. pilos/ qui extremo palpebrarum ambitui adhærent/ Ciliū noīamus: & secūdo de partibus inquit/cilia uenularum clausis summis innitiātur: nā ubi cutis palpebrarum finitur/ibi uenulæ desinunt: idem

in.c.de simia sensit de ciliis/quæ cilia ꝓprie sunt pili ꝓmi/
nētes i modū ualli/ & tuētes oculos a puluerī/ & ab aliis mi
nutis:q pili/secundum aliquos/nutu dei nō crescunt/ nec
ēt pili supciliorꝫ:& ciliū dr̄/qa cilere ē mouere/uel ciliū q̄si
cæliū/a cælādo/ ꝙ oculū cælet. Alber.xii. de aīalibus.c.iiii.
appellat ciliū spinas:qa sunt pili duri/ut spinæ/q īfixi sūt ī
mēbro carthilagioso/ut recti & tēsi maneāt pp duos fines.
Primo ne sua mollitie caderēt ad īferius/ & īpedirēt oculos
a ꝓpria opatiōe.Secūdo ut melius tueāt̃ oculos ab extrin/
secis nocere aptis:q pili nāliter sūt nigri/ut ꝯfortēt uisū/ iō
melius uidēt/cæteris parib⁹:q nigra hn̄t cilia . In aliqb⁹ tn̄
sūt flaui coloris/ & īterdū subalbidi/ & interdū ēt canescūt.

Vnde dicat̃ cilium.
Cilere

¶De Maxillis/siue Mandibulis.

POstq̄ diximus lōgo sermōe de genis/ac de ciliis/ tāq̄
de ꝑtibus earꝫ/qa ēt sūt in facie ptes hn̄tes alia noīa/
de eis dicamus.Sūt igit̃ ī facie maxillæ/ siue mādibu
læ/ēt genæ dictæ/ut supra patuit. Maxilla igit̃ descendit a
mala/& est eius diminutiuū uoce tm̄/ nō aūt significatiōe.
Mala aūt descēdit a mylon græce ꝙ est rotundū/uelut ali/
quibus placet/ mala dicitur a mādo mādis / uel a molēdo:
& isto mō significat utrāqꝫ mādibulā.s.supiorē/ & īferiorē:
q̄uis mādibulæ sint q̄tuor/supiores duæ/ & duæ īferiores.
Aliq uocāt illā supiorē maxillā:īferiorē uero mādibulā. Tn̄
Aui.īdifferēter:qa īterdū īferiorē uocat maxillā. ut prima
primi de anatom.musculorꝫ maxillarꝫ/ & īterdū eā īferiorē
mādibulā.ut.v.iiii.c.de dislocatiōe mādibulæ. Veritas ē ꝙ
multitudinis usus p maxillā ītelligit ptē lateralē exteriorē
faciei ꝯ tpibus ad mediū mēti:p mādibulā uero ossa illa ī q̄
īfixi sunt dētes. Alio mō distinguit Ari.de hist.istis uerbis.
Est ꝑterea maxilla duplex/cuius pars prior mētū/ posteri/
or mādibula est:& subdit mouēt aīalia oīa maxillā inferio/
rē/cocodrillo fluuiali excepto.Ecce ꝙ maxilla ibi ꝯtinet in
se mādibulā:& in istis uerbis/īplicite tn̄/pars superior ma/
xilla appellat̃.Sed latius de istis ī particulari eius anatom.
dicemus:hic tm̄ de noībus/non autē de essentia mēbrorū
sit sermo.Istā autē mandibulā inferiorē / Halyabbas uocat
faucem/quāuis ueræ fauces aliud significent.

Maxillæ & mandibulæ dicuntur genæ.

Quid sint maxillæ & qd mādibulæ.

Fauces.

De Mento.

Vnde dicaẗ mentum.

SVb maxillis/ tanq̃ de earum partibus/ sequitur mentũ. Et dicitur mentum abeminendo/ a/ gula. n. eminet/ a quo mentagra morbus dictus est. Mentũ summit initium a radice inferioris labii & finem habet in infima faciei parte: & ita mentum est infima faciei pars: a simili infimi in rebus mites dicũtur: & ita in physionomia mẽtum oblongum mitem hominem significat. Et apud antiquam græciam moris fuit ob hoc ut inquit Pli. in supplicando mentum attingere in signum infimitatis / & seruitutis/ quod etiam usq; nũc obseruatum uidimus. Cum. n. deo præces porrigimus genuflexi uel stantes manibus iũctis usq; ad mentum illas ponimus in signum humilitatis: & hoc non solum cum ad deum supplicamus/ sed hoc fit etiam coram regibus/ & aliis magnis/ ac potentibus uiris pro gratiis impetrandis. In medio menti (quod a græcis anthereon dicitur/ & si proprie ipsum mentum sit) aliqbus hominibus in est quædam fouea parua / quæ non hẽt peculiare nomen/ quam Galeotus Narniensis bucculã uocat/ q̃ sic dicit & nõ ĩpcinne ad similitudinẽ paruæ buccæ.

De Bucca.

Quid sint buccæ.

POstq̃ de mẽto diximus/ buccas aggredimur. Buccæ enim sunt ea omnia quæ in facie naturaliter possunt spiritu inflari. s. ipsa concauitas oris: quæ spiritu a pulmone reuocato/ & retento/ oppressis labiis/ inflaẗ. Vnde hor. in ser. quid causæ merito quin illis iuppiter ambas iratus buccas inflet. Buccæ etiam capiunẗ pro istamet parte extrinseca quæ est apta iflari. Vnde Plau. quæ istas buccas tam bella purpurissatas habes. (Nam purpurissum dicitur uelamẽ illud coco seu grana intinctum / quo mulieres genas elegãtiores sibi/ uel nobis fingũt/ ut scilicet allectẽt.) Et ille sonus qui ex inflatione buccarũ erumpit/ fictitio nomine/ & a uulgo sclopus dicitur. Vnde Persi. Nec scopulo tumidas intendis rumpere buccas. Misare autem dicimus sonum aliquẽ facere naribus/ clausis labiis/ spiritu isto mediante inter buccas retento/ qui rumphare dicitur a uulga

Purpurissũ quid.

Quid sit sclopus/ & sclopulus.

Quid sit misare.

ribus/uel fornachiare. Et istæ buccæ etiam genæ dicuntur quandoq; tamen bucca accipitur pro ipso ore: unde proverbialiter dictum est/ quicquid i buccam uenit: & bucca etiam dicitur tuba/ ut iquit Hierony. apud hebræos/ a qua bucca uenit diminutiuũ buccina/ quæ est pastoralis. s. cornu recuruo facta. A bucca uenit etiam buccea/ uel bucella/ quæ significat frustulum alicuius rei esui apta/ q̃tum. s. cõmode capit bucca/ quod frustulum seu frustillum aliter bolus dicitur/ a græcis uero bolos iactus habetur. Item a bucca dicti sunt buccones/ qui tumidioribus existunt buccis: Vnde Plau. stulti stolidi futuri fungi/ bardi/ blemii/ buccones/ solus ego omnes anteo stulticia. Bucculentus est qui magnam habet buccam. Et ide aliter bucella siue buccula est puxilla bucca apud Apuleium de asino: etiam a bucca buccula dicitur/ & est genus armaturæ buccas/ & mẽtum cum collo tegentis: ut Iuue. de cassidæ buccula pendens: & hæc armatura (ut tactum est) armat partes barbatas: & hodiernis temporibus adhuc est in usu/ & dicit̃ barbotiũ a uulgaribus: & circa buccas exteriores homine ridente/ uel alio modo os torquentẽ in aliquibus apparent aliquæ eminentes lineæ/ quæ rictus seu rictum nuncupãtur. Buccea uero per. c. simplex dicitur foliculus iterior grani fabæ.

Bucea
Bucella
Frustum/
Frustulum/
Frustillum/
Bolus/
Buccones/
Bucculẽtus:
Buccella/
Buccula/
Barbotium/
Rictus/
Bucea/

ℭ De gelasinis/ siue de umbilico ueneris.

Est præterea in medio buccarum i cute exteriori certa cõcauitas/ in utroq; latere dextro. s. & sinistro una quæ apparet in aliquibus sine risu/ & sine aliquo motu buccarum/ dans uenustatem. Magis tamen apparent i risu/ & in loquela/ & etiam magis apparent in mulieribus: & hæc fossula gelasinus appellatur/ a Gelao uerbo q; est rideo: q̃uis gelasini etiam sint quidam dentes/ de quibus loco suo dicemus. Et illi qui narrant partes facientes formosam mulierem/ dum narrant formosam faciem/ dicũt has fossulas/ siue concauitates/ quæ ab aliquibus buccæ etiam dicuntur/ facere formosam/ ac gratam faciẽ: unde Martia. inquit. nec grata est facies/ cui gelasinus abest: & istæ fossulæ a me uocãtur umbilicus ueneris. & sic recte possunt uocari: quia assimilant̃ ꝓprie illi herbæ sic nomiatæ. s. herbæ

Gelasinus/
Gelasini dẽtes
Vmbilicus ueneris.

Cotyledon herba Cymbalaria

quæ dicitur umbilicus ueneris. Quæ herba alio nomine cotyledon dicit/ siue cymbalaria ab aliquibus: quæ herba habet folia parua rotūda in medio foliorū cuius est quædā cōcauitas similis ꝯcauitati umbilicali humanæ/ minor tñ: & ideo pp illā cōcauitatē similē umbilico hæc herba dicit umbilicus ueneris: qa ergo ēt istæ cōcauitates in facie sunt similes huic herbæ: possūt dici umbilicus ueneris. Debent ēt dici hæ fossulæ umbilicus ueneris/ qa hæc pars in facie pp gratiā/ quā dāt faciei/ maxime incitāt uenerē aspiciētibus. Iō recte bene ac rōnabiliter tales cōcauitates noiant umbilicus ueneris/ cū (uti diximus) arguāt pulchritudinē: & uenustatē: q̄ sunt ꝓprie i mulieribus decorū & charites.

De Ore.

Quid sit os

Post buccas/ siue buccā: & post umbilicū ueneris: de ore dicendum est. Os igitur est illa concauitas/ per quā cibi seu nutrientia intra corpus mittuntur: & sputamina exterius per illam mittimus/ & per quam igreditur aer ad pulmonem necessitatis causa/ & etiam exit: & a qua egrediūtur uoces & sermones. & dicitur os quasi hostium ad prædicta extra/ & intra mittēda/ teste Isidoro. & Aristo. primo de hist. dicit. Os est pars quæ intra maxillas: & labra describitur: & inquit ꝙ partes eius sunt palatum/ lingua/ lingula/ tonsiles/ gingiuæ/ dentes/ columella/ siue uuigera/ uel uuea/ seu uua. Auic. uero quinta tertii. inquit ꝙ os est membrum necessarium ad hoc: ut cibus ꝑueniat ad concauitatem inferiorem: & ꝙ aer perueniat ad cōcauitatem superiorem/ & cōfert in expulsione superfluitatum aggregatarū i ore stomaci: ēt est uas uniuersale membroꝝ locutionis in homine/ & uociferationis in animalibus uociferantibus ex sufflatione. Membra autem locutionis in homine sunt ea/ quæ numerata sunt prius ab Aristo. & ita os est totum cōpositū ex prædictis membris: tñ pluries os capitur pro sola illa concauitate: q̄ tñ est uia cibi: & superfluitatū aeris: & ē tanq̄ embotū/ & bucca appellat: ut supra diximus de bucca. Interdū ēt sumit solū ꝓ illo foramine intra labra existēte: & hoc ēt bucca appellat. Sed nota ꝙ sic sumēdo ps sumit ꝓ toto/ qa uere os ē totū ꝯpositū ex supra

dictis ptib⁹ab a Ari. Nota ēt ꝙ oris significatio ē ualde lata: nā os indicat totā faciē. Vñ Oui. Pronaqꝫ cū spectent aīalia cætera terrā/ Os hoī sublime dedit: cœlūqꝫ uidere &c. Dicitur ēt os omne id qđ patet: & aptū est in quacunqꝫ re corporea. De anatomia autē oris alia multa dicemus. Hic tm̄ de eius nomine dicitur. Nunc de labiis/ siue labris agēdū.

De Labris/ siue Labiis.

Labra igiť tāq̄ ptes oris duo sunt. s. inferius/ & supius: q̄ cōprimunť ꝑut aius affectus est. Cōpescunť ēt/ & exporrigunť. Vñ Iuue. dixit. Digito ꝯpesce labellū: & Persius inquit. Atqꝫ exporrecto trutinanť uerba labello. *Labra*
Et labia teste Isidoro dicuntur a lambēdo: & pars superior labium dicitur/ & iferior: quia grossior/ labrum. Aliqui uolunt labra esse uirorum: labia uero mulierum: apud Persiū tamen tam superius: q̄ inferius labrum: siue labra dicūtur. unde nec fonte labra prolui caballino. Labra etiam dicunť a Celso/ & a Terentio labia: tamen in hac discrepantia nō est ponenda cura quia de istis non curat medicus: satis est scire eoꝝ noīa: & eis uti loco suo/ q̄a labia/ siue labra aliđ ēt significāt/ q̄ partes oris: qa significāt ꝑputia matricis/ & aliqua alia. Sed a labris/ siue a labiis/ quæ idem apud idoneos significant/ q̄uis aliter sentiat Isidorus/ dicta sunt cognomina labronū & labeonū/ qui brochi dicunť/ teste Pli. Sūt. n. brochi ꝓducto ore/ & dentibus ꝓminētibus: hic loci labia sunt partes in facie/ ī medio quoꝝ est fixura/ q̄ os appellať. *Vnde dicāť labia.* *Labrones* *Labeones* *Brochi*

De Lacuna sub naso.

Sed ī medio supioris labii īfra nasū ē q̄dā uallecula/ q̄ pp similitudinē lacunā uocat lactāti⁹/ a græcis Sphæriō/ sed ab Homero hyspina uocať. Vlterius ēt nota/ ꝙ os osculū facit/ qđ duo significat/ est. n. osculū os paruū: uñ primo metamorpho. uidit oscula/ q̄ nō est uidisse satis. Os ēt basiū significat: non. n. basiolū daŕ possumus/ nisi ex ore fiat osculū. i. đ magno oŕ fiat os puū/ qđ osculū dŕ/ & os q̄si clausū. i. diminute aptū/ ꝙ pp op⁹ suū sermocinādi musa appellať/ & ide musare est submissa uoce loq̄/ ac secrete. *Lacuna* *Sphærion* *Hyspina* *Osculum* *Musa* *Musare*

Vnde Plau.neqꝫ id ocultum haberi/ neqꝫ per metum musa
ri/ quin participem pariter ego te/ & tu me facias. Aliquan
do musare ponitur pro tacere. Vnde Teren. Sile/ cela/ ocul
ta/ tege/ tace/ musa. Nota etiam ꝙ labia oris situata sunt in
Barba — loco/ qui dicit̃ barba. Vnde Gal. in itroductorio. M. appel
lat illam partem sub naribus cum ore/ & mento barbam:
Mystax — sed Zerbus auctoritate Arist. hanc partem mystacem ap/
Mustax — pellat: q̈q̈ ea sola pars/ quæ ẽ sub naso supra os mystax ab
Mystax pro — aliquibus dicatur q̃ pars a nostris uulgaribus mustax dicit̃
prie — corrupte tamen. Istæ omnes partes sunt intra genas/ quæ
sunt partes faciei: De qua facie puto satis dixisse/ q̈tũ ad no
mina/ & etiam quantum ad caput primo modo sumptũ.

ℭ De capite absqꝫ facie/ testa nominato.

ALio modo sumitur caput pro illa parte continua ce
rebri tantum absqꝫ tota facie: quia in isto etiam ca/
pite est faciei pars. Et hoc caput sic sumptum est to
Olla — ta illa pars quæ est a superciliis supra/ quæ olla appellatur
quia ad instar ollæ continet cerebrum: & hæc pars ab Ari.
primo de hist. in translatione antiqua: & a Gal. viii. de iuua
Testa — mentis/ Testa nuncupatur/ a tenendo: quæ est quasi galea
dura: & forte a figura testudinis testa dicta: uel dicitur testa
quasi tosta. i. assata/ & dura metaphorice sic dicta. Vasa. n.
terrea cocta/ & assata testæ dicuntur: & uulgares nostri ha/
Testi/ siue te — bent propria uasa testæ/ siue testi dicti/ cum quibus turtæ
sta turtacea. — coquũtur/ & aliqua alia fercula. Et sic omnia dura aliquid
in se continentia possunt teste appellari. Nam dicimus
etiam corticem fructus nucis/ testam nucis: & ita testam
auellanæ/ siue coryli/ & testã amigdalæ & pini/ & similiũ:
& dicimus testã ouorum/ & omnes pisces/ qui duro corti/
ce teguntur/ ut sunt omnia conchylia/ siue conchyliæ/ ut
ostreæ/ & id genus testæ dicuntur. Vnde hora. in serm. in
quit: sed non omne mare generosæ est fertile testæ. Et sic
Craneum/ — caput isto modo sumptum a græcis uocatur craneum cor
Cranion/ — ruptæ tamẽ/ quia uerius/ cranion/ aut cranium/ quæ sunt
Cranium/ — idem quod contentiuum/ siccum/ & durum/ ut testa supe/
rius dicta. Ideo os capitis qa tale est cranio̊ dictũ. Sed Aui.
prima primi de anatomia cranei/ uocat craneum solum/

duo ossa

duo ossa quæ sunt in bregmate hoc est i superficie capitis de quibus loco suo dicemus i particulari anatomia. Tamē idem Aui. prima tertii. c. primo accipit craneum / pro toto osse superiori contentiuo cerebri / istis uerbis. Partes uero capitis essentiales: & quæ ea sequunt̄ sunt capilli cutis / caro / pāniculus / postea craneū: deide pāniculus durus / postea subtilis / secundina dictus / deinde cerebrū / uētres eius: & quod in eis est / postea duo pāniculi / deinde rete / postea os basilare: & ita isto secūdo modo caput est sumptum ab Auicenna sine tota facie. Caput etiam nominatur clypeus & scutum cerebri: & dicitur caput teste Varrone / quia sensus ibi initium uere capiunt. Caput etiam importat idem quod principium / & origo rerum. Vnde poeta. O latii caput horum / & causa malorum. Caput etiam denotat principia parua librorum / quæ tanq̄ diminutiua a capite / capitula / ut plurimum appellant̄. Et isto secundo modo caput sumptū diuiditur in quinq; partes. s. in anteriorē / i supmā siue mediam / in posteriorē / in lateralē / & in inferiorem.

Partes essentiales capitis

Clypeus

Scutum cerebri.

Vnde dicat̄ caput

Capitula librorum.

De Prora Capitis.

Pars anterior capitis est a superciliis usq; ad locū illū / ubi ultimate concrescit os eius: qui locus apud arabes / maxime a Mesue / zuendech dicitur: & est locus ubi iungitur cōmissura sagittalis cum coronali: & ibi fiunt cauteria ad diuersas ægritudines / ut inquit Mesue in. c. de præseruatione oculi: & tota hæc pars a supciliis supra usq; ad istum locum uere dicitur sinciput / q̄uis aliqui dicant in sincipite esse faciem: & ita siue caput sumat̄ primo modo: siue secūdo tota anterior pars / sinciput appellat̄ / sicut etiā supra diximus. Vnde Iuue. inquit. Comedā ego flebile nati sinciput elixi. Et sic in capite / secundo modo sumpto / est pars faciei. s. frons: & terminat̄ sinciput ad zuendech supra nominatum. Tamen Arist. primo de hist. dixit / q sinciput est pars caluæ / & est locus in quo nouissime os consistit: siue concrescit: p caluā tn̄ intelligas partē capillatā: sed hic loci Arist. capit partem sincipitis pro toto / quia hæc pars ubi ultimate concrescit os est pars tātum sincipitis. s. superior / ut supra uisum est: quia sinciput a coronali cōmissura inci-

Zuendech

Locus cauteriorū in craneo.

Quid sit sinciput.

pit/& continet totum id quod est ante uersus faciem: & ét faciem/uel ad minus fronté ipsam. Aliqui tamen capiũt p sincipite partem capillatam supra fronté immediate usq; ad zuendech/siue coronalem commissuram. A nonnullis etiam hæc pars sinciput dicta nominatur prora capitis.

Prora capi/tis.

De Carina/siue cacumine/uel intercipite Capitis.

Carina
Cacumen
Summitas
Interciput
Bregma
Vertex
Corona

POst istam primam.s.capitis partem in ordine sequit̃ secunda/quæ media siue suprema est capitis pars/q̃ interdum carina/& cacumen/siue capitis summitas/& interciput/& corona capitis/siue bregma dicitur/& interdum dicitur uertex. Quare dicatur cacumé/summitas/carina/& interciput/omnibus notum est. Sed corona dicitur quia i principio anteriori huius partis est commissura coronalis/& etiam quia hic loci coronantur Reges/& alii coronas merentes: & hæc pars media incipit in coronali commissura/& finitur posterius uersus commissuram laudæ/tantum de capite tenens/q̃ta est longitudo sagittalis commissuræ. Hæc auté pars bregma dicitur/quia sunt ibi duo ossa in medio quorum est sagittalis commissura quæ dicuntur ossa bregmatis. Quæ ossa uersus latera habent commissuras mendosas/ut latius suo loco dicemus: & sic Gal.xi.de utili.appellat ista ossa: Ossa bregmatis/& ab eodem hic locus dicitur bregma: & ista ossa sũt illa sola/quæ dicuntur craneum ab eodem sexto igenii: & a multis aliis. Aliqui tamen dicunt hæc duo ossa sumere nomen a loco: qui bregma dicitur. A multis aliis uero hic locus uertex dicitur: & dicitur uertex/quia est summitas in homine. Vertex enim summitatem dicit. Vnde Virg.in ænei.sic uertice cœli constitit/& q̃uis uertex multa alia significet/hic capitur pro illa parte capitis/in qua capilli uertuntur indecliue tam uersus occipitium/q̃ uersus latera: & hic locus a latinis dicitur discrimen/& æquamentũ capillorum: dicitur etiam callis/& a uulgaribus callisela capitis dicta est: & a græcis lysoma dicitur. Istarum partium sæpe medici capiũt partem pro toto/& interdum totum pro parte: quare oportet diligenter eorum mentem considerare.

Vertex
Discrimen
Callis
Callisela capitis
Lysoma

¶ De Puppi/ siue Occipitio.

PArs deide posterior dicitur puppis / siue occiput ab Alexandro medico in.c.de phrenisi/ dicitur imon a Galeno in pluribus locis/ dicitur parengephalida. A quibusdam pyxis: Teste Alberto. ab Ari. primo de hist. dicitur occipitium: & dicit Ari. ꝙ hæc pars ē manis. Aliqui admirantur Ari. dicere hanc partem capitis esse inanem / cū tota illa etiā pars sit plena medulla cerebrali/ & aliqui hūc Aristotelis dictum non intelligunt. Zerbus dicit ꝙ Albertus exponit dictum Arist. inane. i. priuatum / & uacuū uenis/ & sensibus: & bene sensit Albertus in hoc/ si per uenas intelligit arterias/ & si per sanguinem intelligit spiritū animalē: quia Ari. secundo de partibus. c. x. declarat se ipsum Inquit. n. cerebrū uero parte priori continet omnia / qbus hoc datum est: quoniam id quo sentiūt in parte priori corporis situm est. Sēsus. n. prouenit a corde/ quod parte priori commissum est/ sentire etiam tantummodo possunt partes quæ sanguinem obtinent. Occiput autem uenis uacuum est. Hic ergo loci cum non sint arteriæ: sed uenæ/ ꝑ uenas intelligit arterias/ & per sanguinem intelligit spiritum & hoc est clarum cuicunq; docto: quia etiam Gal. in libello de phlebotomia dicit: ꝙ antiqui per arterias intelligebant uenas: & ita etiam uenas uenales / & indifferenter omnes uocabant uenas.

Puppis
Occiput
Imon
Parēgephalida
Pyxis
Occipitium

Sēsus a corde.

¶ Aduertāt unū aliud legētes/ ꝙ Ari. dixit istū locū inanē/ nō ꝙ ibi nō sint uenæ uenales/ nec cerebri substātia/ sed inane dixit/ qa hic in occipitio est platea/ siue lacuna satis lata/ in quā a torculari exprimit̄ sanguis: quæ nō est uere uena: q̄uis ꝯtineat in se sanguinē/ sicut faciūt uētres cordis: q̄ lacuna satis latū tenet locū: & isto mō Arist. intelligit / qn̄ dicit ꝙ pars posterior cerebro caret: & certe sic est/ qa hæc pars caret tāto cerebro/ q̄ta est lacuna ꝑdicta/ de q̄ loco suo dicemus. Cæterū craneū/ excepta ista pte ātedicta ē plenū cerebro & uētrib'/ & emboto/ & uia satis lata ad nuchā ꝑ deferrēdis spiritib' motiuis/ & sēsitiuis/ sed q recte itelligit dictū Ari. dū dicit ꝙ occiput sit inane/ & uacuū uenis/ dicit ari. ꝑ uēas itelliger arterias: qa arterie īgrediētes cerebꝝ sūt tm̄/ uel saltē quo ad maximā eoꝝ ptē i añriori pte cerebri/

quæ ueniunt a rete mirabili pro maiori parte portãtes spi/ritum a corde ad cerebrum: & ꝙ hoc sit uerum Arist. alibi intelligit per uenas ipsas arterias/ & hic loci itelligit uenas a corde uenientes: quæ dicunt̃ arteriæ a modernis: cũ ipse intelligat maiorem partem sensuũ oriri a corde. Et forte ꝙ etiam possemus dicere de mente Aristo. & non male/ ꝙ memoratiua uirtus sit in parte alia cerebri/ q̃ in posteriori: De hoc tamen in cerebri anatomia multa dicemus: hic tã/tum hæc dicta sint exercitii causa.

¶ De partibus lateralibus Capitis.

PArtes laterales capitis/ aliæ sunt superiores/ aliæ in/feriores: Superiores dicuntur partes caluæ. s. illius loci/ in quo fit clauitium. Istam partẽ in qua fit cla/uitium. Aui. & Gal. uocant caluam/ & ita multi alii: partes uero inferiores laterales capitis sunt tempora / circa quas posterius sunt aures. — *Tempora*

¶ Pars autẽ iferior totius capitis est os basilare: super quo residet cerebrum: qd sit os basilare/ loco suo dicet̃: hæc aũt đ capite sufficere uolo. Ad alia. n. mẽbra nũc deueniẽdũ ẽ. — *Os basilare*

¶ De Collo.

EXpedito capite/ uidenda sunt inferiorum membroꝝ nomina/ primum itaq; membrum suscipiens & sub/stinẽs/ & super quo uertitur caput / collũ dicitur usq; ad humeros: & licet collum multa significet. s. iterdum ex/tremitatem rerum/ aut cãnã/ seu longitudinẽ ossis cruris: si cut a Gal. tertio/ octauo. & . xvi. đ utilitate. Et ẽt aliqñ sumi tur pro canali: & poro/ sicut. iiii. de utilitate. Tñ de p̃nti col lum sumit̃ ꝑ ea parte supra humeros usq; ad caput: & de hoc membro loquitur Gal. in introductorio. & dicunt ali/qui ꝙ in q̃tũ collũ continuat caput cum trunco totius cor poris/ pars posterior ipsius colli magis collum dici debet: quæ pars posterior ceruix dicitur: quia magis ꝑ partẽ po/steriorẽ/ mediãtibus spondylibus unitur/ & cõtinuatur ca put ad collum/ q̃ ad anteriorem. Colla. n. dicitur continua tio/ unde mediante aliquo glutinoso: ut colla corpora effi/ — *Collum* — *Ceruix* — *Colla* — *Glutinum*

ciuntur cõtinua uel quasi. Aliqui uero dicunt collũ esse eã partẽ, quæ monilibus ornatᷓ: & q̃uis hoc totum anterius: & posterius collum dicatur: tamen quia monilia anterius magis applicantur, pars anterior collum dici debet: secundum cõmunem usum: quæ pars est ante a facie usq; ad pectus. Cuius colli pars interna sphangæ: uel faringæ: & gutur dicuntur: a gariẽdo tũ: quia inde garitus uenit: gutur tamen uere est illud spatium quod aperto ore uidetur in extremo interiori colli post uueã i qua est principiũ meri: & epiglotis: frumen uero, & rumen sunt partes eminẽtes i gula locutionis tempore. Et sphangæ, uel pharingæ a fando, uel a findendis uocibus. Istæ tamẽ faringæ sunt uenæ quæ intumescunt ex forti uoce, & fragitides a Celso dicũtur. Et fauces ab aliquibus istæ partes dicuntur, quamuis fauces capiantur pro parte suprema meri: sed in toto collo est trachea arteria, & epiglotis, & meri, siue gula, uel Isophagus, & uenæ, & arteriæ, & glandosæ carnes, nerui, & ossa, & musculi multi: de qbus omnibus loco suo dicemus & eorum nomina: & alia in anatomia requisita: pars tamẽ colli anterior, licet improprie, cõmuniter gula, & iugulũ dicitur: q̃uis iugulum proprie sit os recuruum, uel ossa in summo costarum', furcula superior dicta, q brachii motu paululum cum lato osse spatulæ mouetur: & hæc ossa etiã clidas, & clidia dicuntur. Et illa pars iuguli, siue furcularũ quæ est uersus os spatulæ, uocaᷓ æpomis: altera uero uersus gulam dicitᷓ parasphagis. Colli uero pars posterior ceruix, & tenon dicitur: q̃uis tenon capiatur pro corda a musculo orta. ut a. G. tertio techni: & primo de utili. c. xvii. & alibi. Et ita quia in parte posteriori colli sunt corde ualidæ & notabiles, iõ hæc pars tenõ dicta est: & ita oẽs corde ualidæ mẽbra magna mouentes tenontes appellantur.

Collum est anterius

Frumen

Rumen

Sphangæ

Faringæ

Fragitides

Fauces

Gula

Iugulum

Clidas

Clidia

Epomis

Parasphagis

Tenon

¶ De Ceruice.

CEruix ideo siue tenõ, dicta est tota illa pars posterior colli a capite incipiens terminata inferius inclusiue in septima spõdyli, siue uertebra: q̃ quia onus sustineat atlas dicitur: & illa animalia, quibus hæc pars est rigida, fortis, & dura, duræ ceruicis appellãtur, sicut sunt

Ceruix

Atlas

Tauri/ & Leones. Inde etiam per similitudinē dicimus hominem esse duræ ceruicis quasi indomitum / ferinum / inexorabilem / durum/ & indisciplinabilem/ & ita dicūt physionomi/ ꝙ homo qui incedit erecta/ & rigida ceruice / est rigorosæ mētis.i.duri capitis/ duriqꝫ animi: ex hoc ꝙ caput nemini inclinare non dignatur. Hæc pars tenon / siue ceruix dicta habet partem superiorem/ ubi in prima spondyli caput collo iungitur: quæ ab Auicē. quarta primi dicitur alchadam: habet etiam partem iferiorem prope humeros: q̄ dicit̄ alchael/ siue alchel/ pars uero media inter alchadā: & alchael/ nocra dicitur. Et hæc de collo sufficiant.

Alchadam
Alchael
Alchel
Nocra

ℭ De partibus lateralibus corporis.

EXpedito collo/ ad ptes inferiores deueniamus: quarum aliæ sunt anteriores/ aliæ posteriores/ aliæ uero laterales. Quæ partes laterales sunt cōes anteriori/ & posteriori: harum partium aliæ dextræ / aliæ sinistræ: quid sit dextra/ & quid sinistra pars / omnibus notum est: sed Ari. primo de hist. c. xv. declarat quid sit latus dextrū/ & quid sinistrum istis uerbis/ similibus fere partibus / atqꝫ eisdem sane cōstat dextrum/ & sinistrum/ & rerum sinistra omnia imbeciliora. Solus tamen homo ambidexter/ hoc ē dexter manu utraqꝫ nascitur teste eodem secūdo de hist. c. primo. Dextrū tn̄ latus/ ut i pluribus/ ē latus i quo ē hepar: Si autē solus hō sit ambidexter a nobis supra dubitatū est.

Sinistra oia eē ibeciliora

ℭ De manibus in communi.

OMissis aliis partibus/ laterales primo aggredior/ obseruando ordinē. G. in introductorio: qui post collum de manibus tractat. Manus. n. in homine sunt necessariæ. Iō natura illū eis decorauit. Inquit Gal. primo de iuuamētis: ꝙ corpora aīalium sunt instrumēta aiarum/ quæ sunt in eis/ ut per ea/ & per diuersitates membrorum compleat̄ illud/ quo indiget aīa: & tūc necessarium est / ut mēbra corporis cuiuslibet aīalium sint cōuenientia dispositioni aīæ illius corporis: & sic fuit datū cuilibet mō aīaliū p̄terq̄ homini ex modis armorū secūdū naturā aīæ in ira/

De manibus in cōmuni

cũdia/audacia/& timore. Homo autẽ quia inter alia aĩalia intelligentiã habet/& cognitionẽ. In oĩbus modis fuit da/tum ei instrumentũ/in quo cõueniant oĩa instrumẽta. Dabãtur ergo illi manus loco omnium/cum ita utaẽ eis loco omniũ modorũ armorũ/ & cum his utitur eis in omnibus cæteris modis quibus indiget artificiis. Et quia oĩa animalia irrationabilia faciũt artificia sua naturaliter/& sine do/ctrina: & aĩa hoĩs caret artificio naturaliter/sicut caret cor/pus eius armis: dabanẽ ei loco eius/quo caruit armis ma/nus/ & loco eius/quo caruit instrĩs artificialibus/uirtus/ & intellectus/ & cognitiões. Et si habuisset aliqua arma naturaliter/eẽnt illa arma sola ei semp/ ita si habuisset aliq̃ artificia naturaliter/nõ posset acqrere artificia residua: & qa melius ẽ ei uti oĩbus armis/ & oĩbus artificiis nõ fuerũt iposi/ta ei arma/neq; artificia naturaliter: hæc ille. Et primo de utilitate inqt. (hoĩ qa sapiẽs ẽ aial/ & sicut dixit Ari. ẽ sapiẽtissimus aĩaliũ: & solũ eoꝝ q̃ in terra diuinũ) ꝑ oĩbus defensoriis & armis manus dedit Creator istrumẽtũ. s. ad oẽs artes pacificũ. Nõ ei dđit cornua arma ĩnata: sed meliora cornibus. s. manus/ ut q̃cunq; uellet posset accipere. Ensis. n. telũ/ & sagitta meliora arma sũt cornibus: homo. n. domat Equũ/interimitq; Leones sua sapientia/manu mediãte: & ꝑparat sibi thoraces ferreos oĩb⁹ coriis duriores. Dicamus igiẽ cũ. G. ꝙ manus ẽ organũ organorũ/ & instrĩm instroꝝ: sine quo nõ posset conseruari species/nec etiam indiuidua humana: quia totius mundi structura fit isto instrumento mediante/de cuius dono laudetur immẽsa Dei maiestas.

Manus ĩ homine pp ar/tes.

Manus ẽ organũ orga/norum.

¶ Diuisio/siue distinctio de manu.

MAnus igiẽ de pñti tripliciter capiẽ. s. large/ stricte/ & strictissime. Primo nanq; mõ sumiẽ manus ꝑ illo toto/ quod est a spatula/siue scapula inclusiue usq; ad extremitatẽ digitorũ/ & q̃uis maior pars scapulæ sit in posteriori parte teste Arist. primo de hist. c. xv. qui inquit. dorsum post pectus ẽ. Cuius partes scapulæ / & spina &c. Tñ quia motu brachiorũ necessario mouenẽ scapulæ: & brachia/siue manus/dicunẽ partes laterales. Iõ inter ptes laterales scapulæ ponunẽ/ & habẽtur tanq̃ partes manus.

Man⁹ large. Prima distinctio.

Scapula ubi

Manus stri/cte. Secunda di/stinctio. Tertia disti/ctio. Laudes ma/nus Sciurus aial Schiratolus Scia Vra	¶ Secundo nanq; modo .s. stricte manus sumitur pro ea tota parte/ q̃ ē a scapula exclusiue ad extremitatē digitorū. ¶ Tertio uero modo .s. strictissime manus sumit̃ p ea pte q̃ est a carpo/ siue a raseta inclusiue/ usq; ad extrema digitoꝝ. ¶ Et manus/ sapientiæ/ ac rationis ministra/ & organum/ a manando dicta est/ quia a manu omnia emanāt uel quasi: & certum est q̃ omnia arte facta a manu procedunt: sed ēt multa sunt in natura quæ mediāte manu salubriora: ac gu stui meliora sūt: ut fructuum species/ quæ prius siluestres/ manu mediante/ domesticæ ac urbanæ factæ sunt: & ita ēt de mineralibus dico/ in quibus mediāte manu cōsistit nūc temporis fœlicitatis supremus gradus: q̃uis a sapientibus dicta sit fœlicitas fortunæ. Et q̃ plus est manu mediante/ fiunt animalia etiam perfecta: ut de mulo legitur: qui ma/ gis idustria/ & manu hominis generatur / q̃ appetitu asini ad equam: quia rarissime/ uel forte nunq̃ asinus ascēderet equam/ nisi homo id procuraret. Reperitur tamen q̃ ma/ nus multa alia significat/ sed pro nūc sumitur pro parte la/ terali hominis: & est membrum humanū organū organo/ rum appellatum: & est soli homini appropriatum: ut a.G. secundo de uti.c.primo. Et si qua alia animalia habent mē bra similia/ uel quasi/ ut Simia/ Cæbi/ & canicipites: rudio ra sunt illa mēbra/ teste Ari. secūdo de hist.c.viii. Multa in super animalia sunt/ quæ utuntur pedibus anterioribus lo co manuum: teste eodem: secūdo de hist.c.primo istis uer/ bis. Habent quadrupedes/ quæ animal generant / omnes uice brachiorum crura priora/ sed præcipue quæ multifi/ da sunt hæ manibus suo digitato pede respondent: hoc.n. ad plura/ quasi manu/ utuntur. Pli. etiam dicit/ alia anima/ lia/ excepto homine/ uti pedibus anterioribus loco manu/ um: ut sciurus animal a uulgo schiratolus dictus / q ponit sibi cibum ad os cum pedibus anteriorioribus: dicitur.n. sciurus a scia græce/ q̃ est umbra / & ura q̃ est cauda / quia hoc animal se tegit/ & facit sibi umbram cum cauda. Dico etiam alia animalia multa uti pedibus anterioribus loco manuum certando/ & prædando cum eis/ ut Catus Leo/ & id genus. Elephas etiam teste Arist. ubi supra/ utitur na/ re uice manus/ & id membrum a Pli. manus appellatur/ ta men non sunt ueræ manus/ nisi in homine.

¶ Alia distinctio

¶ Alia distinctio de manu.

Visa manus etymologia idest ueriloquio/ & eius no/bilitate/ ac necessitate/ad noia partiũ eius deueniẽdum putaui. Diuidaẽ ergo manus primo modo su/pradicto in quinq; partes: & cuiuscunq; partis dicanẽ noia tam latina: q̃ arabica: & græca: maxime quo ad maiorẽ eorum partem: quia non omnia a nobis hic ponentur noia membrorum: sed ea tantum quæ magis usitata suut apud & philosophos: & medicos fide dignos.

Etymologia & ueriloquium idem. Manus diuiditur i qnq; partes.

¶ De prima parte manus.

Prima itaq; pars manus a multis dicta ẽ scapula maxime a docto Celso libro. viii. c. primo. & hæc pars est uersus dorsum: imo in dorso: seu in tergo: latera lis parum. Teste Ari. primo de histo. c. xv. dum inquit: dorsum post pectus est: cuius partes scapulæ: quæ scapulæ scapilium etiam dicuntur: & sunt duæ: in medio quarum in tergo est locus interscapilium appellatum. Appellantur ẽt istæ partes spatulæ a multis: quia ossa earum assimilantur spatæ: quia latæ sunt: sicut spata parua: a. G. autem in pluribus locis homoplata hæc pars dicitur: & etiã a Celso ubi supra: dum iquit. Rursus a ceruice duo lata ossa utrinq; ad scapulas tendunt: nostri scopula operta: homoplatas græci nominãt: sed scopula operata proprie est os in scapula. Scapula autẽ est locus: hæc pars: a. G. in introductorio. M. appellatur humerus. Sed Zerbus dicit: ꝙ dicuntur humeri quia super eis feruntur pondera: sicut humus. i. terra. Apud Celsum tñ: ubi supra: humeri componunẽ ex extremitate ossis spatulæ: & ex extremitate furculæ: & capite ossis brachii: si bene ponderentur eius dicta: ita ꝙ iũctura ipsa tota appellatur humerus: & ita etiam tota iunctura dicitur humerus ab Auic. quinta quarti. c. de dislocatione humeri: & non tantum Celsus ipsam iuncturam capit ꝓ hu/mero: imo etiam os totum adiutorii. Dum iquit: superius autem humeri caput rotundius: q̃ cætera ossa: de quibus adhuc dixi uerticilatis scapularum ossibus inseritur: ac maiore parte ex transitu ex neruis deligatur: at inferius duos

Scapula

Scapilium

Interscapilium.

Spatulæ

Homoplata

Scopula operta

Humeri unde dicantur

processus habet/inter quos/quod medium est/magis etiã extremis partibus sinuatur:humerus etiam ab Hali. nono practicæ:est tota illa pars in qua est iũctura scapulæ. Si huri capiãtur pro scapulis:sicut a.G.ubi supra/pars ipsius suprema acromium dicitur ab acros/siue ab acrõ græce/ qđ latine dicitur summitas/& cacumẽ/hæc pars humerus dicta/est magis uersus posterius/& uersus anterius/q̃ uersus superius:hæc pars dicitur clauis.s.locus ubi est furcula superior:& hoc nomen sumpsit hic locus/ut refferunt quidã quia hic loci uulneratus fuit Philippus Rex. Curabaturq; (ut assolet/isussurauitq; medicus/cum expleri muneribus non uideretur/sed Imperator inquit/cape q̃tumlibet / qñ clauem habes. Alii dicunt clauim dici per similitudinem: nam sicut clauis claudit ianuam/ita clauditur pectus furcula/uel furculis/quæ claues dicũtur. Inter hæc.s.inter acromium/ & clauim sũt stangæ/ siue sfangæ/uel faringæ superius nominatæ/quæ sunt partes/ quæ intumescunt in parte laterali colli uersus anterius ex forti uoce : & ibi sũt illæ/uenæ/quæ appellantur a Celso fragitides/ a medicis recẽtioribus/guidez/dictæ. Tamen apud Guidonem de caulia co/humerus/spatula/ & homoplata idem sunt/ & ita apud multos alios. Igitur debent qui uersantur circa nomina:cuiuslibet auctoris bene intelligere sensum circa ea: & ipsa membra / seu nomina intelligere ad mentem ipsius auctoris tantum/& non aliorum:quia aliter multi sequerentur errores/unum pro alio capiendo. Hic uero tantum ponam cõmuniora nomina/ut per eas distinctiones deueniat ad terminatũ:secũdũ unũquẽq; auctorẽ nomen.

[Margin: Acromium / Acros / Acron / Clauis & unde dicatur / Stangæ / Sfangæ / Faringæ / Fragitides / Guidez]

De Secunda parte manus.

Visa prima parte magnæ manus/ad secundam transeo:quæ secunda pars inclusiue usq; ad extremum digitorum magna manus etiam dicitur : teste.G.in introductorio.M.Denoĩat ergo hæc secunda pars multis noĩbus:cõiter tñ Haly/Rasis/& Aui.& sequaces/ hãc partẽ appellãt adiutoriũ. Ari.primo de hist. seu interp̃s uocat eã ulnã:Celsus uocat:ubi supra:humerũ.G.i itroductorio. M.appellat ulnã/ & brachiũ:& est tota illa pars/ q̃ est inter

[Margin: Adiutoriũ / Vlna]

iunctură scapulæ/ & iunctură cubiti/ in qua est tm̃ unũ os.

De Tertia parte manus.

Tertia uero pars/ est imediate sequés istã: & est iunctura ipsa/ i qua os adiutorii prædicti simul cũ duobus ossibus/ focillia a multis appellata iũgitur: & facit iũcturã q̃ cõiter appellatˀ cubitus a medicis: ab Arist. autẽ primo de hist. hæc iũctura giber appellatˀ. Cubitus etiã capitˀ ꝑ mẽsura geometrica/ q̃ est q̃titas duorũ palmorũ/ siue ulnarũ/ accipiẽdo palmũ ꝑ lõgitudine uolæ manus extensæ cũ digitis suis. Cubitus ẽt capitˀ ꝑ extremitate focillis iferioris brachii/ maxime uersus os adiutorii/ siue humeri/ teste Celso ubi supra/ & teste. G. secundo de uti. c. xii. & cubitus olecranũ dr̃ ab atheniẽsibus/ teste. G. secũdo đ uti. c. ii. inq̃t ꝙ cubitus ab atticis olecranũ dr̃. Aliq dicunt ꝙ dr̃ cubitus/ quia super eam iuncturam recumbant homines. Cuius cubiti pars exterior a Gal. in introductorio. M. coronum/ & coclearium/ & olectranũ nominatˀ/ siue olecranũ.

Focillia
Cubitus
Giber
Palmum
Coronum
Cocleanũ
Olectranũ
Olecranum

De Quarta parte manus.

Quarta autẽ pars manus a. G. in introductorio. M. brachiũ dr̃: quo mẽsurãt hoĩes: & certe hæc pars ẽ duaꝝ ulnarũ/ seu palmoꝝ/ hæc ẽt pars brachiũ dr̃ a Celso: q̃ pars ꝯstat ex duobus focillibus/ quæ focillia radii appellanˀ: quorũ ossiũ siue focilliũ breuior: & supior cercida a græcis dr̃. Aliud uero. s. iferius lõgius/ & primo plenius cubitus appellatˀ: hic locus ubi bina ossa ꝯponunˀ i brachio Ancon dr̃/ teste docto Georgio uallẽsi i suo de ptibus corporis: ab Auic. & a Rasi & ab Haly: ista duo ossa ꝑdicta dñr asceid. G. secũdo đ uti. c. v. hoc focille minus appellat Kerkidias. Itẽ. G. extremitatẽ hoꝝ focilliũ secũdo de iuuamẽtis uocat pomũ granatũ: sed aliq dñt malũ granatũ hic loci eẽ extremitatẽ adiutorii uersus cubitũ. Auer. ãt primo collig. ponit haꝝ priũ ita horrida noĩa/ ꝙ atq̧ nõ ausus fui ea scribere/ qa solo sũt timẽda sono. Audactiores me illa uideãt/ & medullitꝰ ruminent. Credo tñ ego (credãt/ & dicãt qd uellint alii) ꝙ terminorũ nomina uaria tam in Auerroe

Brachium
Radii
Cercida
Ancon
Asceid
Kerkidias
Pomum granatum

q̃ in aliis auctoribus sint imposita a uarietate iterpretum.
Ideo diuersa nomina interdum unum significant: & inter
dum ac plerũq; unũ nomen diuersas res indicat ut pluries
diximus. Adde q etiam uarietas nominũ: & barbaries ma
xime inducta est uitio imprimentium libros. Ideo fere om
nia corrupta, & alterata sunt. Sed ad rem, licet hæc pars a
Gal. & a Celso brachium dicatur: quid tamen sit brachiũ
maturius uidendum est.

¶ Brachium.n.quod græcum est: multa significat. Nã ali-
quãdo significat partem: siue riuum maris: & arboris: nec
non mõtis: & in sacris literis etiam brachium pro potẽtia
sumitur. Et brachium cõiter est membrum organicum bi
partitum: ulna etiam dictum ab Ari. primo đ hist. & est ea
pars quæ est ab humeris: siue scapulis usq; ad extremũ di-
Magna manus — gitorum: & hæc pars etiam magna manus appellatur: in
qua est iunctura cubiti cum toto osse adiutorii: & duo so-
cillia: & tota parua manus. Quod brachium habet partẽ
domesticam: & siluestrem.s.interiorem: & exteriorem: &
Sinus — habet sinum a summa eius parte uersus costas: qui sinus
Axilla — axilla ꝓprie dr̃ a latinis: siue locus sub ala: & titiliciũ, i quo
Locus sub ala — sinu est emũctorium cordis: tã in dextra q̃ in sinistra: q̃uis
cor sit locatum magis in sinistra parte. Et hic loci accidunt
Titilicium — sæpe apostemata quorũ materia uirtute cordis de facili trã
smittit ad hæc loca, & tpe pestis talia apostemata sũt uald
suspecta. In isto mẽbro magna uis cõsistit: ideo antiqui or
Armillæ — nabant brachia armillis: & monilibus: ac si ipsa uictoriam
Brachiale — peperissent. A brachio uenit brachiale: qđ est ornamẽtum
brachii siue ipsius armatura: tamen brachiale ab Arist. pri
mo de hist. capitur pro nodo: quo parua manus iungitur
brachio. Hæc tota pars, quæ brachium ab Arist. dicitur: ꝑ
Quid sit ulna — ulna etiam ab eodem capitur: & ita ab aliquibus aliis ulna
dicitur totum illud spatium: in quod utraq; exẽditur ma
nus: sed a.G. in introductorio. M. ulna est illa pars: quæ est
ab humero ad cubitum. Aliquando sumit ulna pro ea par
te: seu mensura quæ est a radice manus paruæ.s.uolæ: usq;
ad extremitatem digitorum: extensis digitis. Aliqui capi-
unt ulnam pro mensura unius cubiti: ut Suetonius: Sed
Georgius uallẽ. ubi supra, dicit. Si ambas manus explices
extendasq; a pectore in lineam rectam: ulna dicitur.

¶De quinta parte manus.

Quinta & ultima pars magnæ manus : manus parua dicit̃ a multis:a.G.autẽ summa/& superior manus / quæ etiam græce dicitur Chir. A Celso hæc pars tantum manus dicitur:nec ab ipso:qui est pater inter latinos medicos : ponitur differentia manus magnæ: nec paruæ:sed hæc differentia posita est a Gal.& a multis aliis. Hæc autem pars ultima est nobilior omnibus aliis antedictis : de qua parte multi philosophi non sine causa multa dixerunt : unde a nobilitate / & ipsius dignitate surrexit una scientia physionomiæ subalternata chiromantia dicta : & hoc est quia natura circa hoc membrum multum fuit solicita : & diligens imponendo ibidem lineamenta: & alia a quibus indicãtur hominum mores : & inclinationes ad illa omnia : quibus homo : q̃tum est ex parte naturæ ipsius/alligatus est.Dicunt chiromãtici ad quid opus est sidera/tot fabricatis instrumentis/de rerum humanarũ euentibus consulere:ad quid aruspices adire:cũ unus qsq; suam fortunam inscius in manu ipsa gerat : & dicunt in ea manu naturam pinxisse uniuscuiusq; hois naturam/ casus: infortunia/ & prosperitates ut in ea aspicientes uenturam sortem/ amplecti:& renuere/& illi declinare possent medi antibus & lineis/& aliis signis i ea repertis / quia nobis nõ poterat aliter loqui natura . Dicunt ex hoc chiromãtici ꝙ infantes dextrã aperiunt cum primum ueniunt in lucem/ suam sortem ostensuri/hoc suadente natura.Et dicunt hominem esse minorem mundum etiam ob hoc: quia in manu tanq̃ in libro naturæ locantur & septem planetæ/ & ẽt xii.Zodiaci signa/ac quatuor elementa:& hanc scientiam Alpharabius filiam magicæ naturalis uocat . De hac autẽ chiromantia pleni sunt codices:ad quos recurrant:qui talia q̃runt:nã hic loci alia/ & utiliora quidem intendo.Dicamus igitur ꝙ secundum aliquos hæc pars appellatur parua manus:quia minor est aliarum partium magnæ manus scilicet scapula adiutorio:& brachio:sed credo ego / & recte quidem/ꝙ hæc pars magnæ manus/cõmuniter/ & solummodo dicta sit manus propter excellentiam ipsius inter alias partes:qa ab ista parte omnia principia emanant:

Parua man[us] Sũma man[us] Supior ma[nus] Chir

Laus nostri corneli celsi

Laudes chiromantiæ

Manus ab emanando

Si manus ab emanãdo dicta sit: q̃uis aliæ partes cõadiuuẽt hác partẽ ad emanationẽ rerũ ab ista parte procedentium ac emanantiũ. Hæc ultima pars ꝓprie manus dicta / habet partes multas / & ita multa ẽt noĩa. Prima itaq; pars ĩfra iũ

Asceid
Radii
Nodus
Brachiale
Brachialia
Bracialeta

cturã asceid: siue focilliũ duoꝝ / a Celso radii appellati / nodus dĩ / quo brachiũ manu iũgit̃: q & brachiale dĩ ab Ari. & iõ etiã nunc tẽporis / & mulieres / & nobiles multi / ac curiales hic loci portãt ornamẽta aurea gẽmis plena / q̃ brachialia appellant̃ / q̃uis diminutiue a multis bracialeta dicant̃ ad dr̃iam brachialis armaturæ / q̃ totũ armat brachiũ.

Manilia

Aliq tñ alii uocãt hoc ornamẽtũ maniliã. i. munile manus / eo quia ornat: & quasi munit manũ / & reuera utrũq; ẽ bene dictũ. Hæc manus hẽt partẽ extrinsecã / & itrinsecã / seu domesticã / & siluestrẽ: Pars intrinseca uola appellat̃ / & est

Vola

tota illa pars / in qua nõ sunt digiti. Tñ secundũ aliquos ẽt pars itrinseca cũ oibus digitis uola dĩ / eo qa dicũt uolã uocari ab inuolãdo / ꝙ significat rapere / & quasi intra uolã retinere / sed cũ hoc faciũt digiti: ergo digiti sũt ꝑtes inuola.

Noĩe carẽs
Palma

Pars exterior noie caret / teste Ari. primo de hist. sed reperiunt̃ alia noia in manu: apud Celsum. n. reperit̃ palma / & ẽ illa pars q̃ est a iunctura asceid usq; ad digitos: nec i palma secũdũ Celsum / sũt digiti / qa de digitis seorsum loquitur. Credo tñ ego ꝙ digiti ueniãt ĩ palma / (cũ dicat̃ ab aliqbus ꝙ manus dr̃ palma /) eo qa assimilat̃ palmæ arbori / & ꝙ digiti in manu stant loco foliorũ: in palma arbore / tñ maior pars palmæ est illa pars interior plana aliq̃liter cõcaua: & Haly. ii. the. c. vii. diuidit palmã ĩ ossa pectinis: & in digitos Gal. uero secundo de uti. & primo de iuuamentis & in introductorio. M. sic distinguit manum paruam. s. ꝙ prima

Carpus & uñ dicat̃.

pars: & ossa infra iuncturam asceid: in qua sunt octo ossa de quibus latius loco suo dicemus / Carpus appellatur.

Contra Zerbum.

¶ Et secũdũ Zerbũ forte Carpus dr̃ a carpẽdo / siue aphendẽdo / qa manus ẽ aphẽsiõis organũ: sed ĩ hoc errat Zerb⁹ qa nulla deriuatio græca depẽdet a latinis: sed Zerbus solitus carpere / & rapere / siue furari / ut alias diximus / ꝑdictã

Carpos

dedit uanã iterꝑtationem: sed ego huius nois defensor: & meæ patriæ / dico ꝙ Carpus dĩ / qa Carpos græce iterꝑtat̃ latine fructus / & ita hõ mediãte hoc mẽbro ꝓducit tot / tales / ac tãtos fructus / a qbus ꝯseruat̃ huana spẽs / & ipsa idi/

uidua. Et q̃uis Carpus tñ sit ps manus/ qa est prima ipsius manus ps/ iõ dico totã manũ posse denoĩari & recte Carpũ/ quia multa alia secũdũ totũ ipsius sumũt nomẽ a parte hæc tñ ps. s. Carpus dicta/ ab Aui. & a Rasi/ & a sequacibus raseta dr: ab Haly dr ascã. Vltra carpũ ẽ alia ps a græcis dicta Metacarpũ/ siue antecarpiũ/ & procarpiũ q̃ cõponitur ex q̃tuor ossibus. ab Aui. ẽt & a p̃dictis pecten manus hæc ps dr: & dr pectẽ quia ossa sũt inuicẽ ordinata/ sicut ẽ pectẽ capillorũ. ultra pectẽ. s. in extremitate pectinis sunt cõdyli/ ita dicti a. G. in introductorio: sed credo ego q̃ extremitas pectinis/ siue metacarpii uersus digitos/ ubi incipit iũctura imo iũcturæ ipsæ cõdyli dicãt. Et ista noĩa ita ꝯueniũt pti intrinsecæ: sicut extrinsecæ/ excepta palma/ & uola: deide sunt digiti qnq̃/ q cõponunt ex tribus ossibus teste Haly: ubi supra: q̃ ossa ab ipso/ & ẽt a multis aliis dactyli uocant/ eo quia alio carẽt noĩe: Et dicũt aliqui q̃ sic uocant/ quia assimilãt ossibus dactylorũ: Zerbus tñ dicit q̃ hæc ossa græce dactyli uocant. Dicit ẽt digitos dici a lõgitudine/ siue a digerẽdo dicti/ siue a denario numero: qui p̃prie digitus dr/ quia coĩter ĩ hoĩe sunt digiti: & sup hoc dubitat Firmianus an p̃ualeat pulchritudo ob numerũ p̃fectũ/ ac cõpletũ ordinẽ/ & gradũ/ ac ob curuaturã decẽtẽ flexibilẽ: & ob formã unguiũ rotundã: an præualeat utilitas: hoc uolo q̃ iudicent/ qui uiuunt utilitate manuum.

Raseta
Ascam
Metacarpũ
Antecarpiũ
Pro carpiũ
Pectẽ man⁹
Condyli
Dactili
Vnde dicãt digiti

ℭ De Police Digito.

QVuiq̃ digito sunt tres articuli/ excepto police. s. iũcturæ: quæ scytalides uocant: uel falangæ: & uocãtur nodi: internodii uero sũt illæ ptes: quæ rigidæ sunt inter nodum: & nodũ: a digito uenit digitale ĩstrumẽtum muliebre: uel uirile arti sutoriæ aptũ: quod a græcis dactilethra dicitur. Polex itaq̃ digitus primus est: qui græce dicitur megas: siue magnus: & antichir: ab anti quidem æquale: & chir: quasi æqualis mãui: & dicitur polex eo q̃a polet plurimum: & . iiii. de partibus dr: q̃ polex dr eo q̃ ui: & ptãte cæteris p̃poleat. & . G. primo đ util. uocat hũc digitum permanũ. Aliqui alii uocant hunc digitũ halũ: a saltu: eo q̃ constricta manu solus proximum digitum scandat.

Articuli
Scytalides
Salangæ
Nodi
Internodii
Digitale
Megas
Antichir
Polex
Permanus
Halus

Stichos
Tuberculus
mons

Hic digitus habet sub se pectus carnosum quoddã stichos dictum a græcis. Hæc pars a chiromanticis mons/siue tuberculus Martis/ab aliquibus tamẽ ueneris dicitur: hic autem digitus habet duos articulos tãtum secundũ aliquos: & tres scd̃m alios. De hoc tñ in eius anatomia latius dicet.

De digito indice.

Index

Salutaris
Lichanos

SVbsequitur alter digitus index a.G.in itroductorio. M.dictus: & index dictus est/quia isto digito indicamus quod intendimus. Vnde dicitur ꝙ Beatus Ioãnes Baptista isto digito indicauit Iesum Christum cum dixit ecce agnus Dei: hic digitus etiam Salutaris dicitur: & græce dicitur Lichanos/quamuis alii uelint Lichaon esse digitum medium. Habet index sub se inuola mõtem: siue tuberculum/ab aliquibus tarsum appellatum: ioui dicatũ a Chiromanticis.

De digito medio / seu impudico.

Digitus
Verpus
Impudicus
Infamis

Mesos
Catapygõa

EST & alter digitus indicem in ordine sequens: qnem G.medium appellat a loco id nomen sumés: dicitur etiam digitus uerpus/ & digitus impudicus/ & insamis: & dicunt aliqui ꝙ hic digitus dicitur infamis: quia cæteris præminet/ & se ostendit supra alios ad similitudinem hominis impudici se efferrẽtis supra alios homines. Geor. Valleñ. dicit ꝙ impudicus dicit/quia subductis aliis utrinq; digitis solo illo porrecto membri pudendi formam referat. Aliqui dicunt ꝙ dicitur infamis: eo quia cum opus est tractare uel matricem: ut faciunt aliquæ impudicæ mulieres libidinis causa/uel obstetrices necessitatis causa/uel circa rectum intestinum propter aliquam eiusdem intestini ægritudinem/uel propter calculum in uesica: eo solo utuntur operatores digito/ideo notatur infamis: & impudicus dr̃ pp loci impudicitiã: & imundiciã. Hic digitus dr̃ græce mesos/ & catapygona / q̃uis mesos apd̃ græcos proprie dicatur æquiuoce medius non magis rationem habens ad digitum/quam ad alia / ut sit adiectiuum/sub se habet tuberculum hic digitus/siue montem saturno dicatum.

De digito

¶De digito medico siue anulari.

Sequitur & alter digitus medicus dictus: eo qa hoc digito soleamus interdū mūdare oculos: & eo eisdē imponere collitia: hunc digitū paramedium uocat. Gal. ubi supra: a Polluce paramesos dr: dicitur ēt anularis ab anuli gestatione in isto digito: & nota ꝙ sunt aliqui qui dicunt ad istum digitum maxime in sinistra manu uenire neruū a corde: unde fit ꝙ hic loci imponit anulus mulieribus qñ desponsant: sunt etiam aliqui qui dicunt anulum ibidem poni propter uenam uenientem a corde ad istum digitum: & sūt alii qui dicunt anulum hic gestari propter numerum senarium huic digito atributum: qui numerus plenus & completus atq; diuinus est: & alii sunt qui dicūt hoc esse propter minores operationes huius digiti: & hoc dictum fabulosum esse tenet Zerbus: eo quia in anatomia hoc non comprehendit: quicquid sit semper obseruatum est: ꝙ hic loci desponsantur mulieres: sed quia ubiq; famāt homines hoc eē propter neruum / uel propter uenā a corde / forte ꝙ non omnino est falsum. Et maxime cum reperiantur aliqui probi uiri hoc affirmantes. Super hoc tamē est aliquid a nobis dicēdum: cum ab aliquibus fide dignis hoc dicatur: & inter alios Isidorus libro secūdo. c. xv. dicit ꝙ ad istum digitum uenit uena a corde: Ideo fit in isto digito anuli ipositio. Aulus gellius quoq;. lib. x. c. x. dicit anulum quarto digito / qui minimo est proximus / imponi auctoritate Appionis: & hanc dicit esse causam secundum libros ægyptiorum. s. ꝙ insectis / apertisq; corporibus humanis repertum est neruum quēdam tenuissimū ab eo uno digito / de quo diximus ad cor hominis tendere / ac peruenire / & propterea non sine scientia: & ratiōe uisum est potissime digitum istum tali anuli honore decorandum esse: ut ille digitus cum principatu cordis sit quasi connexus. Idem dicit Macrobius libro. vii. saturnalium: qui dicit cur sibi cōis assensus anulū in digito: qui minimo uicinus est: quem etiam medicinalē uocant: & manu præcpue sinistra gestandū esse persuasit: subdit idē Macrobius: respondens quæsito. De hac ipsa sermo quidem ab ægypto uenerat: de quo dubitabam fabulam ne / an ueram rationē uocarē:

Digitus medicus
Paramedius
Paramesos
Anularis

Ad digitum anularē uenit uena

sed libris anatomicorum postea consultis/ uerũ reperi ner
uum quẽdam de corde natum prorsum pergere usq; ad
digitum manus sinistræ minimo proximũ/ & illic desine/
re implicatum cæteris eiusdẽ digiti neruis: & ideo uisum
ueteribus ut ille digitus anulo/ tanq̃ corona/ circundaret:
& ibidẽ Macrobius dicit anulũ huic digito imponi pp se/
narium numerũ: qui numerus p.enus ac perfectus est. Di/
cens & Horus: adeo inquit/ Disari/ uerũ ita/ ut dicis/ ægy/
Prophetæ ptios opinari: ut ego sacerdotes eorũ quos Prophetas uo/
cant/ cum in templo uidissem circa deorũ aras: hũc in sin/
gulis digitũ cõfectis odoribus illinire: & eius rei causas in
quisissem: & de neruo: qd iã dictũ est: principe eo℞ narrãte
didicerim: & insup de numero: q p ipsum significat: cõpli
catus.n. senariũ numerũ digitus iste demõstrat: qui omni/
fariã plenus/ pfectus/ atq; diuinus est: dicit ẽt ibidẽ Macro
bius anulũ imponi huic digito in sinistra manu: quia inter
alios digitos iste est minus aptus lædi extrinsecus ab ope/
rationibus manus: q̃ operationes ẽt sunt minores: & leuio
res in leua/ q̃ in dextra manu. Visis igit̃ pdictis/ a nobis est
examinandũ an hoc sit fabulosum: an uerum: & ita ẽt satis/
faciemus populo sup hac cõsuetudine imponẽdi anulũ in
medico digito sinistræ manus. Dicamus igit̃ istas esse qua
tuor opin. hic loci anulũ imponendi. Vna est q hoc sit pp
uenã ibidẽ a corde terminatã: alia est pp numerũ senariũ
huic digito attributũ: alia est pp neruũ tenuissimũ ad istũ
digitũ pueniẽtẽ: alia est pp minores opationes huius digi
ti. Et primo dicamus quid sentiamus sup numero senario
& bř dico hoc esse fabulosum: iudicio meo: & maxime cũ
ẽt fide dignus optimus Macrobius idẽ sentiat loco præal/
legato istis uerbis/ causasq; cur plenus sit hic numerus ille
multis asseruit: ego nũc ut pñtibus fabulis minus aptas re
linquo. Dicamus secũdo p ea q̃ a nobis uisa sunt in anato/
mia sensu duce: & etiã p ea q̃ in scriptis tradita sunt a medi
cis: & phis: an a cord ad pdictũ digitũ ueniat neruus aliqs.
Et primo dicamus q̃ a nobis uisa sũt: & dico me pluries fe/
cisse anatomiã/ a corde uersus ascellas ad brachia trãseun/
do: & tandem peruenisse per prædictam uiam a corde ad
ambas manus & non potui uia aliqua iudicare aliquẽ ner
um oriri: nec uenire a corde: non solum ad istum digitum

qualiſcunq; ſit manus: ſed nec etiam ad alia membra: & ꝓpinqua: & remota: ex quo infero opinionem Zerbi ſuper hoc eē uerā. Veritas tñ eſt ꝙ uidi neruos notabiles cordoſos a collo uſq; ad manus tēdere ita ad dextrā: ſicut ad ſiniſtram manum: ex quo infero omnino in uia Gal. & aliorū medicorum: hoc eſſe fabuloſum: quia nerui non ueniunt a corde ſecundum medicos: ſed a cerebro: & a nucha: & ut teſtatur Gal. primo de interioribus. c. vi. ad digitos auriculares/ medios/ & anulares utriuſq; manus ueniunt nerui a ſpondylibus ultimis colli: ubi ipſe ponit exemplū de uno: qui ceciderat ex equo ꝑgens Romā: & ex percuſſione facta ibidem amiſit ſenſum horū digitorū: & ipſe Gal. in collo eius applicuit medicinas: quibus ille ſanatus eſt. Colligitur etiam a. G. primo de util. & alibi: necnon ab Aui. prima primi. c. de muſculis mouentibus digitos manuum: ꝙ ad iſtos digitos non ueniunt nerui a corde: ſed ueniunt a cerebro: uel a nucha: & ita uadunt ad manum ſiniſtram: ſicut ad dextram: & ideo hoc eſſe fabuloſum omnino putandū eſt: & hoc magis: cum non reperiatur ratio ꝓpter quid huic digito magis debeat uenire neruus: q̄ aliis digitis: & magis ſiniſtræ manui: q̄ alteri: immo minus đ neruo nobili debet uenire huic digito: & etiam minimo: q̄ aliis: quia non ſunt ita principales in operationibus: ſicut ſunt alii primi tres teſte. G. ubi ſupra. In uia autem Ariſt. & ſequaciū: qui tenēt neruos oriri a corde: hoc etiam apparet fabuloſum: q̄uis poſſint adduci aliquæ rationes hoc probantes: ſiue ſuadentes/ & ꝙ hoc ſit fabuloſum in uia Ariſt. probaẗ/ quia nerui: qui ueniunt ad manum/ uadunt ita ad ſiniſtram/ ſicut ad dextrā/ & ita ad alios digitos ſicut ad iſtos anulares/ & ita ad anularem dextræ manus/ ſicut ſiniſtræ. Ex quo hoc dictum puto eſſe inane/ & penitus fabuloſum. Veritas eſt ꝙ in uia Ariſt. eſſet ſubſtentabilis iſta opinio/ ſi nerui non tenderent ita ad alios digitos/ ſicut ad anulares/ cauſam non dico/ quia omnino eſſet inanis/ & uacua. Dicamus tertio/ an huic digito/ ſicut dicit Iſidorus/ ueniat uena a corde. Pro cuius dubii declaratione/ eſt notandum ꝙ omnino uadit uena una ſatis notabilis inter digitos anulares/ & auriculares/ ſed in anularibus magis diſpergitur. q̄ in minimis. ut ſit magis tuta ab extrinſecis/ quæ oritur

ut dicunt auctores/a uena basilica/ & ita uadit ad manum dextram:sicut ad sinistram: Vadunt etiam aliæ uenæ notabiles ad alios digitos utriusq; manus:quia inter policem: & indicem reperitur uena una quæ secundum Mundinū/ dicitur saluatela/ quæ est ramus cephalicæ: & ad digitos medios/ teste eodē/ uadit una uena quæ dicitur funis brachii:q̄ est uena cōis basilicæ: & cephalicæ: & phlebotomatur loco uenæ cōis: & isto modo etiam uidetur Isidorus fecisse mendosa uerba de ista anuli impositione ī isto digito. Tamen hæc sua opi.est probabilior aliis prædictis/ quia q̄uis ad alios digitos uadant uenæ/ad digitos tamen anulares uadunt uenæ:quæ maiorem habent colligātiam cum corde:q̄ uenæ aliorum digitorum/mediante tamen arteria secū ꝯcomitata:qa uena basilica: cuius rami aliq uadūt ad istos digitos anulares:ī loco satis alto sub utraq; ascella associatur cuidam arteriæ satis notabili: sicut sensus demōstrat: & hoc affirmat Aui.quarta primi.c. de phlebotomia: & sic associata fere semper usq; ad manum uenit: & ita ista basilica uena maiorem habet colligantiam cum corde mediante prædicta arteria cui coastomatur q̄ habeat cephalica: & cōis:quia ut notum est oibus de mente.G.uena imbibit arteriam: & arteria uenam: & sic hæc uena est alligata cordi: & orta uirtualiter ab eo mediante ista arteria:eam imbibēte spiritu uitali.Et q̄uis istæ uenæ/ & arteriæ ita uadant simul iunctæ tam in sinistra parte/ sicut in dextra. Tamen quia arteriæ omnes habent ortum a parte sinistra cordis.Ideo putandum est aliqualem maiorem colligantiam esse huius uenæ sinistræ partis cum corde:q̄ uenæ dextræ partis propter minorem distātiam eius a corde:quia arteriæ sinistræ partis sunt propinquiores cordi/ q̄ dextræ partis arteriæ: & cā est:quia arteriæ oriunt̄ a sinistra parte cordis: & sic puto dixisse omnia:quæ possunt adduci in fauorem Isidori/ qui totaliter non deuiauit ab odore uiæ ueritatis.Macrobius tamen ubi supra tenet aliam opinionē/ cui ego magis cōsentio.s.q; hæc sit propter minores operationes huius digiti:cum aliquibus suis ueris ratiōibus: quas ibidem refert istis uerbis. Inquit.n.in mediū profero quæ de hac eadem causa apud Ateium capitonem pontificii iuris inter primos peritum legisse memini/qui cū nesas eēt

Vera causa gestationis anuli in digito medico sinistræ man⁹

sanciret deorum formas insculpi anulis / eo usq; processit: ut & cur hoc digito: uel in hac manu gestaret anulus: non taceret / ueteres (inquit) non ornatus: sed signandi causa: anulum secum circunferebant / unde nec plus habere: quã unum licebat / nec cuiq; nisi libero / quos solos fides decerneret: quæ signaculo cõtineret. Ideo ius anulorum famuli non habebant: ut etiam iuris consulti refferũt in Titulo de aureorum anulorum gestatione. Imprimebatur autẽ sculptura materiæ anuli siue ex ferro / siue ex auro foret: & gestabatur: ut quisq; uellet quacunq; manu quoq; digito. Postea inquit usus luxuriantis ætatis signaturas prætiosis gẽmis cepit insculpere: & certatim hæc omnis imitatio lacessiuit: ut de augmento præcii: quo sculpẽdos lapides parassent gloriaretur: hinc factum est: ut usus anulorum exẽptus dextræ / quæ multum negotiorum gerit / in leuam relegarẽtur: quæ ociosior est / ne crebro motu: & officio manus dextræ præciosi lapides frangerentur. Electus autem inquit ipsa leua manu digitus minimo ꝓximus / quasi aptior cæteris: cui cõmendaretur anuli præciositas. Nã pollex: cui nomen ab eo: ꝙ pollet accepit: nec in sinistra cessat nec minus q̃ tota manus semper in officio est. Vnde apud græcos αντίχειρ inquit uocat: quasi manus altera: pollici uero uicinus nudus: & sine tuitione alterius appositi uidebatur: nam pollex ita inferior est: ut uix radicem eius excedat: medium & minimũ uitauerunt: inquit: ut ineptos: alterũ magnitudine: breuitate alterũ: & electus est q ab utroq; claudit: & minus officii gerit: & iõ seruãdo anulo magis accõmodatus: hæc sũt: q̃ lectio põtificalis hẽt / unus qsq; ut uolet: uel hetruscã: uel ægyptiã opinionẽ sequet &c. Ego tñ hãc oino ueriorẽ opinionẽ cæteris prædictis affirmo: & cætera: ut plurimũ: esse fabulosa consentio. Magis credens sensui &. G. q̃ libris ægyptiorũ in anatomia / q̃ oino usq; ad tẽpus. G. fuit spuria / balbutiẽs & diminute cognita. ut idẽ primo de util. c. viii. dicẽs Ari. & eius prædecessores ignorasse oẽs actus organicorũ. Arist. ẽt nõ cognouit arterias hepatis nec diaphragma teste Auer. secũdo colliget. c. de iuuamentis anhellitus: &. c. de iuuamentis membrorũ nutrimẽti: & hoc nõ ẽ mirũ quia illud qđ apprehẽdit p anat. est sicut res quæ apprehẽdit numero motuum circulorũ.

¶ De minimo digito.

Digitus
Minimus
Micros
Auricularis
Hypotenar
Tenar
Ir

SEquitur & ultimus digitus/q minor : siue minimus dicit̃ latine/& micros græce / nã micros paruus dr̃/ auricularis etiã uocat̃:eo quia eius usus est ad aures mundandas ad instar radii:seu auriscalpii . Horum digito/rum oĩum latitudo quæ sub eis est/ quæ facit digitorũ mõtes siue tubercula hypotenar dr̃. Tenar uero est illa portio manus interior a magno digito ad indicẽ:a quibusdam ẽt dicitur ir. Huius digiti tuberculum dicatum est uenerei secundũ aliquos chiromanticos/& secũdũ quosdã alios mercurio.Pars uero media manus in qua est triangulu/smer/curio:& secundũ aliquos marti.Altera uero manus pars q̃ satis eleuata est sub triangulo tuberculũ lunæ dicitur : & a

Opistenar

græcis opistenar . In hac uola manus sunt diuersæ lineæ: quæ spectant chiromantico : & non medico . Ideo de eis sermonem perstringo.

Alæ
Latera
Costæ
Subascela
Axilla
Titilicium

¶ Sub manibus sũt aliæ partes laterales:etiam superiores dictæ.s.latera:& costæ.Sũt enim duo : dextrum & sinistrũ incipientia a superiori parte titilicii : quæ est pars sub ala: uel ascella:uel latine magis axilla dicta. Hic sunt glandosæ carnes expurgãtes cor:& iõ hic locus dr̃ emũctoriũ cordis.

¶ De partibus inferioribus corporis bipartitis.

VIsis aliquarum partiũ lateraliũ noibus/obmissis partibus lateralibus:quæ in clybano:seu in thoracæ sũt quas loco suo nominabimus:ad partes iferiores bi/partitas corporis.s.fœmoris:& coxarũ/ & cruriũ / ac pedũ deuenio . Dicamus igit̃ reperiri ista noia ancha / & scia:&

Ancha
Scia

ancha dicitur a latinis/a græcis uero scia . Dicit Zerbus q̃ ancha large sumpta/comprehendit natẽ/sciã/& coxã/stri/cte uero cõprehendit tm̃ os anchæ/uel sciæ. Os enim illud magnũ in quo uertit̃ extremitas rotũda supior ossis coxæ respectu quatuor eius situũ:siue partiũ : q̃tuor habet noia.

Os ilii
Alhartapha

Ad partẽ.n.siluestrẽ teste Haly.dicit̃ os ilii : & alhartapha. Ad partẽ uero anteriorẽ dr̃ os fœmoris:ad posterius os anchæ.Ad partem uero superiorẽ/q̃ pars respicit inferiorem .s.illud cõcauum in quo ingredit̃ os coxæ uocat̃ scia:ab ali/

quibus acceptabulum/ græci cotylas uocant: & caput coxæ cotyledon. Coniunctio aūt ossis coxæ cū acceptabulo plectrū dr̃. Ligamentum uero quo ligat̃ os coxæ cum acceptabulo ischiō dicit̃: & ita ēt uertebra tota coxæ merus dr̃. Et ab isto osse ilii hæc pars dicta est Ilialis: & fœmoralis/ in qua qdē intrinseca regione sunt mēbra generationis/ maxime in muliere/ & fitteri/ ac ipsa uesica/ & hæc sunt duo ossa dextrū & sinistrum faciētia duo ilia/ quæ partes flāchi a uulgo dn̄r/ laterales tū/ & uersus exterius. In medio uero pectinis/ istud os dicit̃ os fœmoris/ uel pubis/ uel pectinis/ & ista duo ossa iunguntur in dorso firmissime cum tribus spondylibus existentibus immediate sub spondylibus renum/ q spōdyles faciūt imo dicunt os sacrum. Est & alia iūctura anterius in medio pubis/ in quo qdē loco hæc ossa cōiungunt̃ ita stricta iunctura/ ut quasi appareant unū os. Ideo dicebat Gal. xvi. de uti. c. ix. ossi fœmoris raro accidit fractura propter dispositionem fortitudinis suæ.

acceptabulū
Cotylas
Cotyledon
Plectrum
Ischion
Merus
Ilialis
Fœmoralis
Flanchi
Os femoris
Pectinis
Pubis

¶ De pedibus in cōmuni.

POst ossa prædicta/ de pede dicamus/ pes itaq; est/ & paruus/ & magnus/ sicut manus supius deducta est suis noībus/ istū pedē. s. magnū. Rigil uocāt arabes. In quo est coxa/ crus/ & pes paruus/ & est totū illud qd̃ est ab osse anchæ ad plantā pedis/ hoc totū crus uocat Aristo. primo de hist. Ita ēt noiat. G. in introductorio. M. Dicunt quidā q̄ dr̃ crus a currēdo/ & sunt duo pedes/ iuuamentū eorum dicemus loco suo. Diuiditur itaq; pes magnus ab Arist. primo de histo. quē crus appellat isto modo. Primo ponit os fœmoris idest coxæ partem interiorem/ deinde ponit coxam deforis orbiculatam. & a Galen. coxa etiam dicitur. Deinde ponit genu sub quo ponit tibiam/ cuius tibiæ pars anterior/ siue prior/ crea dicitur. Crea tamen ab aliquibus est os tibiæ. i. focille maius/ posterior uero sura & ab aliquibus dicit̃ focille minus/ postremū uero cruris malleolus dr̃/ & aliter clauicula pedis. G. ēt i itroductorio. M. post coxā ponit articulationē/ siue iuncturā q̄ genu dr̃. partē uero circa genu uersus iferius/ uel posterius uocat locū iuxta flexionē/ partē uero infra genu/ q̄ hēt magna cola

Pes magnus
Rigil dicit̃
Crus
Genu
Tibia
Crea
Sura
Malleolus
Clauicula pedis
Locus iuxta flexionem

Anticnemiō
Gaſtrocne/
mion
Sphiria
Schirones
Spirones
Sphyron

ideſt focillia: uocat tibiā. Cuius tota pars anterior dr̄ antic
nemiō: poſterior aūt gaſtrocnemiō. Finis uero oſſiū tybiæ
a.G.in introductorio: ſphyria dr̄: ſiue ſphyrō: & hic loci po
nūt calcharia ſchirōes: ſiue ſpones dicti uernacula lingua.

De Coxis

Paramerion
Fœmur
Meron
Meſomeriō
Skelos
Tarcametra
Trocantica

COxe pars interior paramierion græce dicitur: dici/
tur etiam fœmur latine. Exterior uero meron: me
dia uero coxæ pars meſomerion dicit̄. Os tñ coxæ
a.G.in lib.de util.crus dicitur: & etiam ſcelos. In libro ta/
men de iuuamentis membrorum uocat os coxæ: coxam:
in ſuperiori parte oſſis coxæ ſunt duo additamenta: unum
maius altero: qđ dicitur arabicæ tarcametra: græce autem
trochantica. Aliud eſt additamentum minus/ de quo Aui.
loquitur in anatomia muſculorum coxæ.

De Genu.

Goni

POſt coxam eſt iunctura genu dicta: a græcis goni &
genion dicta: & dicitur genu a genis: eo quia genua
dum infans eſt in utero genis oppoſita ſint: & dicūt
aliqui hæc membra inuicem pati.ſ.genua/ & oculos: quia
erant in utero materno hæc membra conuicina: & amica.
Ideo cum aliquis pro dolore: & animi triſticia ad genua ſe
proſternit.i.genu flectitur ſtatim oculi lachrymantur. Vo/
luit certe natura amicitia uteri materni rememorari: uel
dicta ſunt genua a generādo: ut tenet Zerbus: uide ibi: hoc
membrum eſt coniunctio oſſis coxæ cum oſſibus duobus
cruris: quæ focillia dicuntur: & coniungitur mediantibus
ligamentis latis: & fortibus in parte anteriori cum certo oſ
ſe carthilaginoſo: quod arabicæ dicitur addaicon: ab Auic.
xiiii.de animalibus. qđ ſignat limen genu: & prima primi
nominatur raſga: & oculus genu. Ariſt. primo đ hiſt. uocat
molam: & a.G.iii.de uti. & .iiii.de iuuamentis dicitur uo/
ceuſa: a quibuſdā genuale os: uel ſupergenuale: & carthi/
laginoſum os: & a latinis patella: & rotula genu appellat̄:
& etiam polus. Pauſanias uocat etiam hæc oſſa molas/ in/
ter q̄ oſſa/ & ligamenta ſunt uacuitates ſuffragines dictæ/

Addaicon
Raſga
Ocul' genu
Mola
Voceuſa
Os genuale
Patella
Rotula
Polus
Suffragines

sub genu

sub genu in posteriori parte est uacuitas mediante qua flectitur crus/ quæ poples dicitur: ideo dicitur poplitis curuatura: pus.n.podos græce pedē importat & plexio flexionē igitur pedis flexio dicitur: & poplitis regio ignia seu poples græce dicitur.

Poples
Pus podos

De Tibiis: siue Cruribus.

Post genu est tibia teste Ari. primo de hist. quæ cōponitur ex duobus focillibus/ magna cola dicta a.G. & etiam scelos. & .xiii. de util. c. xiii. uocat focille maius tibiam/ & minus peronam: & cōiter hæc membra crura dicuntur: partem anteriorem uocat Arist. cream: posteriorē suram. Quæ suræ sunt homini tātum/ teste Pli. has uocat. G. gastrocnemiam tertio de utili. & Rufus gastrocurmiā. Aliqui uocant hanc partem uentrem tibiæ: anteriorem uero partem nasum cruris: quam. G. uocat antinimion. Ista ossa arundines/ cola/ tibiæ/ canne/ suræ/ & peronæ uocant/ unū tñ est maius altero. Cruris uniuersi pars āterior anticnemion/ posterior gastrocnemiō. Totum consurgēs ex crure/ & coxa/ sphyro/ & pede/ scelos. Coxa cum crure tantum colon/ & colyma: calcaneum autem/ & pterna quasi petra: unde & pterna ciuitas apud lycophronem pro basi sumitur.

Focillia dñr
cola & scelos
Perna
Crea
Sura
Gastrocnemia
Vēter tibiæ
Nasus cruris
Antinimion
Arundines
Tibie
Canne
Perone
anticnemiō
Gastrocnemion
Scelos
Colon
Colyma
Calcaneum
Pterna

De Pede paruo.

Post crura sequitur pes paruus/ qui græce (ut iam dictum) pus podos dicitur: & est illa pars exclusiue ab ossibus tibiæ usq; ad extremitates digitorū. Aliq appellant pedes plantas/ quia quasi plantant hominem: & faciunt eius corpus stare. Aliqui etiam uocant calcem. Componitur pes/ cute/ carne/ uenis/ arteriis/ ligamētis/ neruis/ carthilaginibus/ ossibus/ & unguibus/ de quibus loco suo dicemus. Diuiditur totus hic pes in cōuexum pedis: quæ est eius pars superior: & in calcaneum/ quæ est pars posterior: & in uolam/ quæ est pars concaua/ & in plātam/ quæ est pars attingens terram/ quæ est inferior omnibus aliis partibus/ & in digitos/ & ungues. Aliqui dicunt qđ media

Pus
Planta
Calx
Vola

Noie carens pars plantæ noie caret. Pes multiplici osse costat/ pars po/
Calx sterior calx dr̃/ primo đ hist. & .iii. de iuuamẽtis Aif: a calcā
Aif do tñ calcaneū dr̃/ siue calcaneus. Rufus aūt calcaneū pter
Calcaneum nam uocat. Aliqui uocant hāc partē peronā: siue pernam:
Pterna unde alti cales perones dicūtur: & hic loci fiunt perniones
Perona .i. morbus calcanei magis adueniẽs hyemali tpe ex nimio
Perna frigore. Aliqui tñ dicūt pernā pedẽ significare: & aliqui di
Perniones cunt ꝙ pernæ sunt coxæ tā anteriores/ q̃ posteriores simul
cū pedibus porcorū salitæ/ sic dictæ a pterna græco signifi
cāte tam priores (ut tactū est) q̃ posteriores coxarū partes:
hinc petasones Martialis dicit has suillas partes salitas: per
na est ẽt piscis quidam circa pōtias insulas. Hæc posterior
pars cōposita est ex tribus ossibus teste. G. iii. de iuuamẽtis
Cahab .s. ex cahab: & alrip. i. calcanei os / & ex nauiculari: & talia
Alrip ossa nō habent sibi similia in manu: idẽ tenet Haly. ii. theo/
Nauiculare ricæ. s. ꝙ sit os calcanei/ & os cauillæ/ & os nauale. Os qui/
dem cahab/ uel alcahab est os mediū inter duas cruris can
Astragalus nas & os calcanei: qđ. iii. de uti. uocat astragalus: in cuius
Cauillæ extremitatibus sunt duæ cauillæ/ quæ cahabin dicunt: &
Cahabin quælibet earū dr̃ malleolus ab Arist. primo de hist. totū tñ
Malleolus astragalū Haly. uocat cauillā: hæc pars/ clauicula pedis/ &
Clauicula malleolus talus/ & sphyria ab aliqbus dr̃. Istud os cauillæ
pedis iungit cū duobus ossibus cruris/ & cū osse calcanei. Est pte
Talus rea aliud os nauale in cōcauitate cuius posteriori: ingredit
Sphyria os astragali: in cōcauitate uero anteriori igrediunt rotūdi
Os nauale tates triū ossiū/ tarsi pedis/ q tarsus stat loco carpi/ siue Ra/
Tarsus setæ in manu. Post ista duo ossa. s. cauillæ/ siue astragali/ &
os nauale uersus posterius est os calcanei dictū/ a quo osse
denoīatur calcaneus secundū aliquos: & secundū alios lo/
cus denominat ab osse. In ista tñ dr̃ia non est utilitas me/
dicis: hoc aūt os est positū sub alcahab/ & est magnū/ & fe/
rens fere totū corpus: teste. G. iii. de utilit. & ẽt teste Auic.
palma pedis ¶ Est pterea alia pedis ps inferior/ q̃ a. G. in introductorio/
Vestigium palma dr̃/ q̃ calcamus/ & ei sup ascẽdimus: hæc ps ẽt uesti
Planta giū dr̃. Alii hāc ptẽ plātā/ alii uero soleā pedis uocāt/ ut cau
Solea liacus: Hæc ps ẽ carnea/ & nerua/ & dura: Certe palma pe/
dis cutis duritiẽ debuit hẽre cū diligẽtia tactus/ ut ei i aspe
ris/ & duris locis ad ambulādū eẽt tolerātia. Hæc pedis plā
Cotyla ta hẽt cōcauū alqđ i se/ & dr̃ cotyla ab aliqbus: itẽ i ista pte

ima pedis ē eleuatio digitos uerſus/ q̄ dr̄ mōs pedis: cuius ps añrior Tarſus ab Homero/ & ab aliqb⁹ pectus pedis dr̄: uniuerſalis uero toti⁹ pedis iſerna regio tyloma: & baſis dr̄. Mōs pedis pectus pediſ Tyloma Baſis

Eſt pterea i pede pars ſupior cōuexa: q̄ teſte Ari. primo de hiſto. caret peculiari noie. G. tñ hāc partē a ſphyris uſq; ad digitos tarſum uocat: & tarſus in pede eſt pars pportio nata carpo/ ſiue raſetæ in manu ſecundū aliquos: & ſecun dū alios pportionata eſt metacarpo/ ſeu pectini manus/ tñ pars pportionata metacarpo/ a. G. iii. de uti. uocať plūgū/ ſiue pedis planities. Hæc ps eſt cōpoſita ex ſecūdo ordine oſſiū pedis: q̄ oſſa ſunt tria tm̄/ numerādo uero ſecum cer/ tum os/ quod grandinoſum dr̄/ ſunt quatuor: hoc os dicit ab aliquibus ſolitarium/ & eſt ſimile taxillo a Gal. tertio de utili. dicitur cubiforma habens formam cubi: coſtas. ſ. ſex & tertio de iuuamentis exagonum dicit. Noie carēs Prolūgū/ & planities pe dis Grandinoſū Solitarium Taxillus Cubiforma Exagonum

Poſt prædictā aciem pedis/ ſecunda acies dicta/ ſequitur tertia: q̄ ex quinq; oſſibus cōpoſita eſt. Cui aciei ꝯtinuant oſſa quinq; digitorꝝ. Non. n. fuit polex in pede ex oppoſita pedis parte: ſicut in manu: qa firmitas magis requiritur in pede/ q̄ cōpreſſio & circūdatio: & inter has tres acies: ſiue ordinationes oſſium/ ſunt articuli/ ſiue iuncturæ contiguæ quæ iuuant motus pedibus neceſſarios.

Sequūtur præterea digiti in pede tanq̄ ultima: & extre/ ma pars pedis non tamen habentes nomina talia: qualia habent digiti manuū/ ſi cōſiderētur partium manus noia. Nō. n. index eſt in pede/ nec medius/ nec anularis/ nec au/ ricularis/ ſicut in manu nominandus/ ſed improprie nomi nantur eiſdem fere noibus/ ut intelligātur per nomina di/ gitorum manus/ tanq̄ a loco: quilibet digitus pedis con/ ſtat ex tribus oſſibus: excepto police: quorum omnium oſ ſium tam digitorum: quam pedis dicemus anatomiā: cū de pedis particularem dicemus anatomiam.

Præterea de unguibus eſſet dicēdū/ q̄ ſūt partes oſſoſæ ad tuendā extremitatē digitorū tā in manibus/ q̄ in pedib⁹ ſed in manibus ſunt tanq̄ arma naturæ/ & ad capienda mi nuta: ut dicemus cum particularem anatomiam/ tā pedū/ q̄ manuū perſcrutabimur: & hæc ſufficiant de partibus la/ teralibus/ exceptis eis/ quæ ſunt in clibano/ ſeu in thorace/ ad quas remeare iam tempus eſt.

¶ De residuo corporis/ & primo de pectore quod est uen/ ter spiritualium membrorum.

VIsis partibus lateralibus totius/ nunc uidendæ sunt
partes anteriores/ac posteriores/ maxime duorum
uentrium inferiorum.s.spiritualium/ac naturalium
membrorum/ & hoc quantum ad sua nomina.
¶ Dicamus igitur q̄ sub collo in parte ãteriori est recepta/
culum : siue arca membrorum spiritualium / quod cõiter
Pectus — pectus dicitur:quod græce dicit̃ sternõ teste Ruso/ tamen
Sternon — sternon secũdum aliquos est os qđ superiacet cordi in me
dio pectoris & in sterno sunt mammæ quod cõiter &.G.
Thorax — & Auic.uocant thoracem:& cassum. Sunt tamen aliqui q
Cassus — uocant thoracem partem tantum a ceruice infra quãtum
continent.xii.spondyles tam anterius / q̃ posterius . Hanc
Pectorale — partem pectorale uocat Haly.Ari.tamen primo de hist.c.
xiii.uidetur uelle q̄ thorax sit a collo usq; ad pudenda / dũ
inquit/maris penis foras postremo thorace propẽdens: &
etiam.xiiii.c.numerat ĩ thorace partes posteriores his uer
bis/pars item interior fœmoris/ & natis cõis/coles etiã sub
natale:thoracis iam partes omnes diximus:thorax etiã di/
citur holmos.Pectus uero est anterius tantum.s.incipiẽdo
a loco ĩferiori/qui dicitur ensiformis/seu gladialis/ seu ma/
lum granatum/uel punicum/seu furcula inferior/dicta cõ
dros/uel xiphoides/ascendendo superius usq; ad furculas
superiores iugulum dictum:totam hanc partem mediam
aliqui uocant sternum:ut supra diximus: hæc tamen pars
a.G.vi.de uti.c.iiii.non est inter partes exteriores : & hoc
membrum est compositum cute/pinguedine/carne mus/
culosa/ & carne adenosa/siue glandosa/ossibus/ & carthila/
ginibus/ac panniculo intra costas tegente/ & aliis in con/
cauo ipso cõtentis:de quibus omnibus loco suo dicemus.
Huius membri pars anterior media proprie dicitur pectus
teste Ari.primo de hist.ab aliquibus hæc pars media/uoca
Statemia — tur statemia:pars uero lateralis costarum loca/ & latera di
Loca — cuntur/quæ sunt duo dextrum/ & sinistrum/ de quibus lo
Latera — quuntur medici dolorem lateris demonstrantes:quæ late
ra incipiunt sub ala immediate/ & terminantur ubi incipi/
Iugulum — unt hypocondria.Pars pectoris superior iugulum/ siue fur

cula/ dicitur etiam clauis/ siue claues: pars uero īferior epi/ glotalis/ siue malum granatum appellatur / aliqui uocant hanc partem inferiorem sternon/ & etiam engastrimitos. Media pars autem inter hæc ab aliquibus thorax dicitur. Inferior uero & interna pars thoracis/ siue pectoris termi/ natur immediate in regione diaphragmatis. In parte ante riori pectoris/ non tamen in medio/ sunt mammæ siue ma millæ/ dictæ/ mastos (q̈uis mastos græce sit proprie bruto/ rum mamma) & ubera quando in eis est lac / titthia uero sunt muliebres mammæ/ quæ etiam thele dicūtur græce: & ex carne sunt glādosa/ neruis/ & uenis fabricatæ: & figu/ ræ rotundæ/ in medio quarum est quoddam additamen/ tum/ siue apex omnibus notum papilla dictum/ græce au/ tem thele teste Ruso/ ad istar papulæ: quod est apostema paruum furunculus/ siue aldemenul dictum teste Diosco/ ride. Istæ papillæ assimilantur tibulis fontium/ qui tibuli a Varrone papillæ dicuntur/ & circulus nigricans/ papillam ambiens/ græce dicitur phos photos. i. lux uel lumen qua si in similitudinem oculi factus/ quod autem subest mámis procardion/ ac hypocardion/ & anticardion dicit᷑. Ista mē bra cum matrice magnam habent colligantiam. Ossa me dia pectoris ponuntur a sapientibus tantum septem: q̈uis Alber. dicat esse. xvi. Costæ uero sunt. xxiiii. & ita ex utraq; parte. xii. s. in utraq; parte. vii. ueræ / & quinq; mendosæ. De hoc latius dicemus loco suo.

Clauis
Engastrimitos
Mamillæ
Mastos
Vbera
Titthia
Apex
Papilla
Thele
Papula
Tibuli
Phos
Cardion
Hypocardiō
Anticardion

¶ De Ventre naturalium membrorum.

Post pectus. i. infra istum uentrem medium/ qui uen ter medius cassus est dictus: eo quia uacuū/ & inane est secundum aliquam eius partem: quia spiritualia respirando inaniuntur. Est uenter inferior in quo sunt mē bra naturalia/ qui etiam cassus interdum dicitur ea ratiōe/ qua & uenter medius dicitur cassus. Dicitur etiam hic uē/ ter inferior uter/ & etiam aluus maxime in mulieribus ab alendo/ qui uter est plenus chilo: & fecibus primæ/ & secū dæ digestionis. s. stercoribus / & lotio/ siue urina / & etiam tertiæ digestionis superfluitatibus est plenus/ quæ est sup fluitas utilis. s. phlegmate: seu pituita / cuius superfluitatis

Cassus
Vter
Aluus

lacuna est stomachus. hic tñ esset mouenda qstio/ an phlegma seu pituita i stomacho/ ac in intestinis sit superfluitas utilis? an illđ phlegma qđ est i uenis? Quæ alio loco ruminabimur: & soluemus. Est etiam quartæ digestionis superfluitas etiam utilis in hoc uentre/ quæ sperma uocatur: & ideo ꝑpter has superfluitates/ maxime ꝑpter primas duas fœtidas: hic uenter redditur abhominabilis/ & ignobilis: & ideo est primo uidendus in anatomia/ propter aptitudinem quá habet corruptiõi/ maxime in mortuo/ pp qđ reddit residuum corporis ineptum ostensioni in anatomia.

¶ Diuisio huius uentris inferioris penes nomina. Et primo de partibus mediis.

Hic uenter habet multas partes exteriores/ continentes dictæ/ de quibus/ & etiam de contentis loco suo dicemus: hic tantũ noía intendimus. Dicamus igit̃ cũ Mundino istum uentrẽ diuidi in partes medias: & laterales: sicut & uẽter medius/ incipiendo a supioribus. Post uentrẽ mediũ immediate/ est quædá pars q̃ est cóis uentri medio: & etiam isto infimo/ q̃ furcula inferior dicta est: & gladialis/ & ensiformis/ ac malũ granatũ uel punicũ: & cõdrũ uel xiphoides ad similitudinẽ capitis gladii/ siue carthilago pars sterni dicta/ uel os epiglotale/ uel hypocódriũ q̃uis condrum proprie ab aliquibus dicatur costa: & ita intelligitur a multis medicis: cum hypocondria uere sint loca lateralia sub costis: costa etiam nobis indicat carthilaginem secundum aliquos: & maxime costæ illæ quinq; notæ/ siue mendosæ: sub quibus est illa regio hypocondriũ dicta: quia certe illæ costæ sunt carthilagineæ magis: q̃ ossosæ. Hæc etiam pars dicitur uirtute loci stomachalis/ eo quia stomos dicitur os uentris: & hic loci circa dorsum est os stomachi: sed Mundinus uocat partem stomachalẽ illá: in qua est regio continens partẽ inferiorẽ stomachi. s. in q̃ fiunt unctiones/ & emplastra magis pro uirtute digestiua corroboranda: & etiam ad plures alias intentiones/ q̃ pro appetitiua: quæ appetitiua est in ore stomachi superius dicto: & ita ad mentem & Mundini: & aliorum multorum medicorum infra istam primam partem stomachalẽ dictá.

Furcula iferior
Gladialis
Ensiformis
Malũ pũicũ
Malũ granatum
Condrum
Xiphoides
Cartilago
Sternum
Os epiglotale
hypocódriũ

ſiue epiglotalem eſt uera regio ſtomachalis deſinens/ & fi/
niens ſupra umbilicum per quatuor digitos iclusiue. Poſt
iſtam ſecundam ſtomachalem partem/ eſt pars umbilica/
lis dicta/quæ uere eſt in medio totius epigaſtri: hæc pars
ab aliquibus uocatur radix hoīs:& dr̄ umbilicus ab umbo
ne:q̄ ē ps media clypei:hāc partē mediā græci acrophalin
dicūt/pellis uero umbilicū circū uoluēs græce dicit̄ grea:
& uetula:quia corrugata eſt teſte Valla: & circa umbilicū
regio per quatuor digitos dicitur aluourati: uel alborati
ab Auicen.quarta quarti capitulo de uulneribus uentris:
Cætera de umbilico dicemus loco ſuo. Infra umbilicum
eſt pars: quæ dicitur ſumen/ & abdomen/ & etiam hy/
pogaſtrion: ſiue epygaſtrion: p ſumen tñ Aui.xiiii.tertii.
intelligit umbilicū prædictum: hæc pars eſt īfra umbilicū
per quatuor digitos:Circa hanc regionem eſt matricis fū/
dum:& ita ueſicæ/& hic loci ponuntur medicinæ locales
ad iſta membra.Poſtrema pars huius ſuminis/ ſiue adomi
nis dicitur aquaticulus/uel aqualiculus/uel aqualicus/q̄ ē
pars ſupra pectinem/aliqui dicunt ꝙ metaphorice dicitur
aquaticulus/quia aſſimilatur uaſi/in quo ſorbēt porci/ uel
aliqua alia animalia/qđ uas etiam dicitur alueolus.Aduer
tant tamen legentes ꝙ aqualiculus non eſt pars iſta exte/
rior: ſed illa cōcauitas:quæ eſt intra uentrem in extremita
te ſuminis dicitur aquaticulus:quia aſſimilatur uaſi prædi
cto:in qua cōcauitate eſt matrix:& fundum ueſicæ:& for/
te ꝙ dicitur aquaticulus:quia hic loci eſt aqua in ueſica:&
in matrice dum mulier eſt prægnans: & iſta pars exterior
uocatur aquaticulus:quia ſub ſe habet aquaticulū.ſ.prædi
ctum locum.De loco huius ſuminis eſt concors Ariſt.cum
Mundino:primo de hiſt.c.xiii.dicens.Venter infra pectuſ
eſt parte priore:eiuſq; radix umbilicus eſt: cui radici pars
ſubiecta in latus utrunq; ilia dicitur:quæ autem recta ſub/
iungitur ſumen ſiue abdomen:cuius poſtremum aquati/
culus.Sumen etiam eſſe ibidem affirmat Plinius in.xi.qđ
ſumen antiqui(ut ipſe refert)uocabant abdomen.Celſus
tamen & alii multi/uocant abdomen/ & ſumen/totum uē
trem inferiorem.ſ.partem anteriorem cōtinentem tantū
.ſ.a cute ad ſiphac incluſiue/& ſecundum lungum uentris
a pube/ſiue a pudendis/ſiue inguinibus/uſq; ad p̄cordia:

Pars ſtoma/chalis
Pars umbilicalis
Epigaſtrum
Radix hoīs
Vmbo
Acrophalin
Aluourati
Alborati
Sumen
Abdomen
hypogaſtriō
Aq̄ticulus
Alueolus

& ad costas mendosas/ dicēte Celso libro.viii.c.primo sub costis uero prioribus quinqꝫ quas Rhoas græci nominát breues tenuioresqꝫ/ atqꝫ ipsa quoqꝫ paulatim in carthilagi/ nem uersæ / extremis abdominis inhærescūt. Et libro.iiii. c.primo. Inquit ipsa autem ilia iter coxas / & pubem imo uentre posita sunt/ a quibus/ ac pube abdomē sursum uer/ sus usqꝫ ad præcordia peruenit/ ab exteriore parte euidēti cute ab interiori leui membrana inclusum/ quæ omēto iū gitur / quæ peritonos a græcis nominat̄: sed Ari. & etiam Mundinus acceperunt partem suminis siue abdominis ꝑ toto / quia omnino illa pars quæ ē sub umbilico est princi palior pars huius uentris exterioris: qa magis eminet aliis partibus: hanc partem græci uocāt Epigastrion ab epi qđ est supra/ & gastrion uenter. i. supra uentrem: & ideo bene dicit Leonicenus interpres Aphorismorum Hippocra. par ticula.vii.cōmento.lv.dum dicitur. Effunditur aqua ad lo cum membranæ abdominis interioris epigastrio / hoc est parti supra uentrem positæ correspondentem: & q̄uis epi gastrion ui uocabuli indicet omne id quod est supra uen/ trem siue sit hic/ siue alter uenter/ proprie tamē indicat ab domen . Sunt tamē aliqui qui uolunt abdomen indicare pinguedinem quādam circa renes/ inter quos est Calepi/ nus in dictionario: Cui ego non consentio / maxime quia ipse adducit auctoritates extra propositū/ quæ sunt & Cel si/ & Plinii/ & Plauti. Et inter alios adducit Iuuenalem di/ centem: Montani quoqꝫ uenter adest abdomine tardus: quia hic loci iuuenalis nō intelligit per abdomē pinguedi nem: sed totum uentrem. i. partem continentem composi tam cute/ musculis/ & mirach/ & siphac: & multa pingue/ dine: sed quia abdomē abundat multa pinguedine. Et Ca lepinus/ & aliqui alii rei essentiam ignorantes/ dicūt abdo mē capi pro pinguedine/ qđ tamē falsum est apud bonos auctores: hoc membrum etiam dicitur pantices a pando pandis/ & isto modo uētricosi & prægnantes & uentre tu midi tantum habent panticem . Pars autem ultima huius uentris dicitur pectē/ & hebe/ & episium/ & pubes/ ubi pu denda posita sunt: qui pecten extendit se usqꝫ ad radicem uirgæ: & ad os uuluæ in mulieribus/ quæ uirga/ siue penis aut cauda salax membrum pendens in maribus / dicit̄ etiā

Pecten
Hebe
Episium
Pubes
Virga
Penis

coles

coles/ & muto/ & natura/ & faſcinum/ membrũ/ & uepra/ & infame membrum/ & mẽtula/ & capros/ & melanurus/ & perinon/ & priapus/ cuius ſumma pars a græcis dicit̃ corone/ a nobis glans/ & balanum: ſed tegmẽ glandis præputium dicitur/ cuius foramen dicitur uretra. Hic loci.ſ.circa pubem incipit oriri lanugo/ quæ proprie dicitur pubes/ & in primo ortu horum pilorum incipit pubertas. Albertus dicit ꝙ hæc pars dicitur pecten: quoniam quælibet pars continua ex qua plurima alia oriũtur/ pecten dicitur: ſicut pecten manus/ & pecten pedis/ & inguinis. De uirga tamẽ ac teſtibus/ ac oſſeo/ ſiue ſcorto/ & de didimis/ & matrice: loco ſuo dicemus: & nomina/ ac etiam alia eorum perfectæ anatomiæ requiſita.

Coles
Muto
Natura
Faſcinum
membrum
Vepra
Infame mẽbrum
Mentula
Capros
Melanurus
Perineon
Priapus
Corone
Glans
Balanum
Præputium
Vretra

¶De partibus lateralibus uentris inferioris.

EXpeditis partibus mediis huius uentris ad laterales deuenio: quæ etiam non ſunt uere laterales: ſed laterales: & anteriores/ dictũ fuit ſub mamillis eſſe regionem dictam procardion/ ſiue hypocardion/ ac antichardiõ quæ eſt pars quæ inferius terminatur in loco ĩ quo terminantur coſtæ notæ: & hæc pars eſt pro parte anterior: & ꝑ parte lateralis: hic loci incipiunt hypocondria/ quæ uere hypocondria dicuntur: & ſunt duo dextrum/ & ſiniſtrum. In dextro locatur hepar. In ſiniſtro locatur ſplen. Iſta hypocondria inferius terminantur ubi incipiunt ilia quæ ſũt loca anterius pro parte/ & pro parte ad latus poſita in loco in quo eſt os ilii/ de quo dictum eſt ſupra: quæ ſunt ſupra coxas: & pubem poſita/ teſte Celſo: & ibidem terminãtur circa pectẽ: quæ ilia dicuntur etiã loca uacua/ cuius uacuitatis multæ ſunt cauſæ: & quia flacida/ & uacua/ ac languida ſunt: dicuntur flanci: græci ab inanitate uocãt ceneona: etiam lagona: nam lagõ idẽ eſt qđ ileõ: & latus: & logaros ab innanite dr̃. Circa ẽt iſta loca a parte intrinſeca reperit̃ eſſe multis reuolutionibus alligatum illud inteſtinũ ileon dictum: & forte ileõ dicitur: quia eius maior pars eſt circa os ilii: uel forte/ ſecũdum aliquos: ꝙ os tale ſumpſit nomẽ ab iſto inteſtino. Quid tamen ſit de hoc parum confert medico. Inter ilia: & hypocondria eſt quædam pars eis cõis

Procardion
Anticardiõ
Hypocardiõ
Hypocõdriõ
Ilia
Flanci
Ceneona
Lagona
Logaros

Colago Itrum Inguen Bubo Genitalia

caua quæ colago dicitur/& ab aliquibus itrũ:extrema uero pars iliorum uersus coxas: & os pubis/ uocatur inguen & fœmur:& in masculis fœmur dicit̃ posa : has partes.G. in libro de utili.uocat bubones . Multi tamẽ tam uirorũ/ quam mulierum genitalia uocant inguina.

De parte posteriori thoracis.

EXpedita parte ãteriori thoracis / ad posteriorem deuenio:est nãq; ab humeris infra: hæc pars posterior in homine:etiam includendo in ea nates / tota dicta tergum/ac etiam thorax/superius a lateribus sunt homoplata/siue spatulæ:iter quas est regio a.G.dicta metaphrenũ : quæ etiam regio dicitur interscapilium: credo regionem istam omnino esse in medio dorsi/ubi alligatur diazona:seu diaphragma:quod etiã metaphrenum dicit̃ ab aliqbus:& ita ascendit usq; ad primam spondylẽ inclusiue : ex xii.spondylibus costarũ: & hæc pars uere est dorsum teste Haly.ii.theo.c.iiii.hæc etiam pars dicitur scapula : & notõ ab aliquibus.G.xii.de uti.c.xii.uoluit dorsum cõstare.xx. octo ossibus.Auicen.uero uoluit prima primi dorsum constare.xxx.tamen (ut inquit Iacobus de partibus super prima primi de iuuamẽto dorsi) nõ est differentia inter Aui. & Galen.nisi in uerbis:quia Auicen. posuit illa duo ossa ultima dorsi inter uera ossa.G.uero posuit ea inter carthilagines:& causam uide ibi.Quæ pars est tanta posterius: sicut pectus anterius.In regione ista inferiori metaphreni:est regio dicta glutum:teste.G.dicente:glutum autẽ distinguit metaphrenũ:& lumbos:quod glutũ a crusta dicitur ab Homero/ licet corrupte: quia alii uocant achnestem uerius interpretãdo.Postea sũt lumbi a libidine dicti: qui nominantur oxia:qui lumbi a Matthæo de gradi sup.xxi.tertii dicũtur ilium per.m.literã scriptũ:ad differentiã intestini ileon per.n.scripti:qui lumbi sunt duo musculi intra:& duo extra/notabiles ad latera spondylium positi. De quibus loco suo latius dicemus.In medio tergi in parte intrinseca sunt spõdyles:de quibus etiam loco suo dicemus. Latius tamẽ de istis noibus.s.de spondylibus / de spina/de thorace / de scapulis de metaphreno/tergo/noto/ & dorso tractatur in

Tergum Torax Homoplata Spatula Metaphrenum Interscapilium

Glutum A crusta Achnestes Lumbi Oxia Ilium Ileon

officina Leoniceni i certo libro/ qui dicit Antisophista me dici Romani / ad quē uolo etiā ꝙ habeat recursus ꝓ uera dilucidatione prædictorum nominum.

¶Post Lūbos in inferiori parte tergi: sunt nates a nitendo dictæ: & sessus a sedēdo. Hic loci est caro firmior: q̄ in cæteris mēbris/ ne ꝑmēte corporis molle/ ossibus ꝑmat: harum natiū ptes eleuatæ dicunt pigæ/ dicūt ēt clunes. Vñ Iuue. Ad terrā tremulo descendāt clune puellæ. Istæ partes habēt colligātiā cū toto/ dicūt medici: & iō dicunt scarificationē ibi factā uētosis applicitis/ ac ēt sanguisugis/ esse uicariā phlebotomiæ. Istæ ptes sunt obtusi sensus: iō dicūt pueros hic loci pcuti/ ut aīaduertent: seu castigentur. Istæ partes ꝑstant requiē corpori sedendo: qa certe hō erectus nō pōt stare absq̧ corporis dolore: iō hō requiē: ac deliciā sedēdo desiderat: & iō caruit cauda/ ne fiat ipedimētū in sedendo: Sunt tñ aliq hoies q hñt aliqđ additamētū in medio tergi infra regionē ossis sacri: q̄ a multis uocat cauda humana: & isti homines/ ut plurimū/ sunt in hybernia insula occidētali: de quibus ego uidi duos / hoc tñ additamētum est immobile/ tectum cuti humana: ac si esset digitus: & in extremitate eius sūt aliquæ fibræ notabiliter distictæ: nec i isto additamēto sunt pili: sicut i cauda brutorum/ ignotū tñ est mihi: anꝑdictū additamētū a uulgo cauda dictū / sit ossuosum/ an carthilagineū: an carneum: quia nō palpaui manibus: sed tātū uidi/ iō de hoc additamēto diminute scribo. Istæ nates prædictæ stant loco caudæ ueræ ad tutelam ani sufficientes: unde illa carnositas trahit ad se nutrimentum illud: quod transiret in caudam: & q̄uis aliqua animalia habeant caudam: & coxas carnosas: ut Equi: ac Thauri: nō tamen habuerunt tantam carnem: sicut homo: & ideo eis tegitur anus per caudam: non autem per clunes: sicut homini. Cum itaq̧ clunes sint loco caudæ: dignū putaui in Natibus. i. in cauda horum omnium membrorum: de quibus sermonem feci/ sermonem claudere: cum a principio hoc solum animo habuerim/ a capite ad caudam transire. De ano: ac de eius partibus/ loco suo erit dicendum: sicut propositi est nostri de aliis omnibus membris ad Iuuenum utilitatem dicere. Et ita de prædictis laudetur qui Trinus/ & unus est.

Nates
Sessus
Clunis
Nates sūt loco caudæ
Quare i sermone de natibus ponit finis 'catalogi.

DE ANATOMIA VENTRIS INFERIORIS QVI CONTINET MEMBRA NATVRALIA.

TEXTVS MVNDINI.

DE partibus nanq; licet sint duplices .s. simplices et composite, de simplicibus non ponam distinctam anatomiam, quia earũ anatomia non apparet perfecte in corpore inciso, sed magis in liquefacto in gurgitibus aquarum. Sed ponendo anatomiam membrorum organicorum, de consimilibus loquar secundum ꝙ consimile aliquod in aliquo membro organico dominatur, ut de carne i anatomia coxæ et de ossibus in anatomia dorsi et pedum: et de neruis in anatomia cerebri et nuchæ.

¶De membris autem officialibus sciendum est ꝙ in q̃ pluribus ipsorum, q̃tum ad anatomiam factam in mortuis, ad minus sex sunt uidẽda ut dicit Cõmentator alexandrinus in cõmento libri sectarum .s. quæ ipsorum sit positio, quæ sit eorum substantia, et per consequens complexio, et quæ sit eorum quantitas, numerus, figura, et continuitas eorum.

¶Sed q̃tum ad anatomiam ipsorum factam in uiuis sunt etiam cõsideranda duo quæ etiam in mortuis uel mortuorum anatomia possunt quodammodo apparere. Primum est, quæ sint iuuamenta ipsius, et operatio-

nes . Secundum est, quæ sint ægritudines, quæ in ipso possunt contingere, et si curam aliquam appropriatam habent, quæ sit illa, ostendatur.

¶Diuisio autē, et numerus partium corporis est, quia partes quædam sunt: quæ extrema, uel extremitates di/cuntur. Quædā uero intrinsecæ, et profundæ, et illarū quædam sunt, quæ ordinantur immediate ad conserua tionem speciei, quædam immediate ad cōseruationem indiuidui. Prima sunt membra genitalia. Secunda sūt, quæ in uentribus continentur.

¶Tres autem sunt uentres in corpore nostro .s. superi or, qui continet membra animata, ut caput. Inferior q continet membra naturalia . Medius qui continet mē/bra spiritualia. Primo tamen incipiam, ab anatomia uē tris īferioris, ut ipsius membra fœtida prius abiiciātur. Et incipiam primo ab anatomia totius, tanq̄ a notiori, quia omnis nostra cognitio et speculatio, si etiam con/sistat ex manuali operatione, a notioribus nobis īcipit. Totum autem, cum sit posterius natura, est nobis no/tius, et ideo a toto prius incipiēdum est.

¶Primum autem qđ est uidere de hoc uētre, est substā tia et complexio eius, quia positio eius est satis nota, qa fuit positus infra alios uētres propter imperfectionem eorum membrorum, quæ continentur in hoc uentre, quia membrum quanto minus participat de nobilitate et perfectione, tanto magis locum infimum obtinet in genere membrorum, sicut est in mundo in genere enti

um, item quia continet mēbra deputata ad expurgādū, et ad continendū feces, et superfluitates graues, q̄ tēdūt deorsum, et specialiter quæ sunt acceptæ per sursum.
¶Est itaq; substātia eius carnosa et pelliculosa: carnosa tamē est magis, et ex hoc apparet, quod est cōplexionis calidæ et humidæ. Et causa quare fuit huiusmodi uenter carnosus et pelliculosus, et nō ossuosus, est, quia huiusmodi uenter habet continere membra, quæ sunt interdum apta inflationi propter assumptionem cibi, ut stomachus, et propter retentionem fæcū, ut intestina, uel propter retētionē aquositatis, ut in hydrope, uel ex uētositate, uel propter imprægnationē, ut matrix, et iō debet aliquando intumescere. Si autē uenter esset ossuosus non posset intumescere, et inflari.
¶Secundum, qđ oportet uidere, est numerus partium, quātitas, et figura. Partes enim sūt duplices. s. intrinsecæ et extrinsecæ. Extrinsecarum quædam sūt directæ: quædam collaterales.
¶Directæ Primo sunt, quæ dicuntur correspōdere ori stomachi, et est pars in qua sentitur os: siue carthilago epiglotalis, quæ alio nomine nominatur pomum granatum: de qua suo loco apparebit.
¶Secūdo est pars stomachalis, quæ est supra umbilicū: uel distans ab umbilico per quatuor digitos
¶Tertio est pars umbilicalis: et est ubi ē umbilicus cū quo est alligatio fœtus in matrice cum uenis matricis. Et propterea in intrinsecis apparet uena quædam, quæ

cõtinuatur cum ipſo, et pertranſit per gibbũ hepatis in chilim, iſta tamen uena priuata eſt ſanguine: quia fru/ ſtrata eſt poſt partum a propria operatione: et propte rea cõtinue euaneſcit, et ideo minor apparet in ſenibus, quam in iuuenibus, ſicut etiam euaneſcit arteria, quæ cum dicta uena uenit ad umbilicum fœtus. Et quando eſt in uentre: fœtus deſcendit inferius, et peruenit ad ar/ teriam aborti iuxta ſpondyles renum et Albauius: ut in fra dicetur, et quando excarnas mirach prope umbili/ cũ, hanc conſidera arteriam, quæ eſt admodum nerui, uel cordæ.

¶Quarto eſt pars, quæ uocatur Sumẽ infra umbilicũ per quatuor digitos, et eſt pars in qua quædam uenæ terminantur ad cutim, per quas pueri exiſtentes in ma/ trice emittunt aquoſitates. Et ideo, ut dicit Auicenna, tales uenæ, et talis pars notior eſt in non natis, quam in perfectis: ut patet decimaquarta tertii, capitulo đ cau ſis Aſclitis, et ego hoc multotiens monſtraui, quia in perfectis fruſtrantur ab hac operatione.

¶Quinto eſt pars, quæ uocatur pecten in qua exiſtunt membra genitalia.

¶Partes uero laterales ſunt duæ, hypocondria, et ilia. Et eſt hypocõdrium dextrum et ſiniſtrum, dextrũ eſt, ubi locatum eſt hepar, et hypocondrium ſiniſtrum, ubi locatum eſt ſplen, et ilium dextrum, et ſiniſtrum ſimili/ ter ſub hypocondriis.

VIso catalogo de nominibus membrorum:continuā da est litera Mundini/in qua in particulari magis/q̄ in ſuperiori litera tractat de anatomia membrorum organicorum:& adhuc magis in particulari tractabit inſe/rius.Et hic loci incipit tractare de uentre inferiori : in quo ſunt membra naturalia : & incipit ab iſto uentre/non tanq̄ a nobiliori parte:ſed gratia melioris finis anatomiæ uiden dæ:quia in hoc uentre continentur feces/quæ ſuo fœtore non poſſunt conſeruari tanto tempore:ꝙ uideantur prius alii uentres ſine corruptione membrorum eas continētiū a qua ſequeretur abominatio aſpiciētium : & tractantium talia.Ideo dicit Mundinus iſta primitus abiiciantur. Et in cipit primo ab anatomia totius huius uentris tanq̄ a notio ri/ut ipſe ibidem dicit in litera.Et diuiditur hæc pars ī par tes.xvii.In prima nanq; parte tractat de iſto uētre. Aliquo modo etiam uniuerſali : q̄tum ad partes eius continentes extrinſecas.In ſecunda parte in particulari : q̄tum ad par/tes continētes intrinſecas.ſ.de anatomia mirach . In tertia uero parte in particulari tractat de hoc uētre : etiam q̄tum ad partes continentes magis intrinſecas.ſ.de anatomia ſi/phac.In quarta parte incipit tractare de anatomia conten/torum:& incipit a Zirbo.In quinta parte de anatomia in/teſtinorū.In ſexta parte de anatomia meſenterii . In ſepti/ma de anatomia ſtomachi.In octaua de anatomia ſplenis. In nona đ anatomia hepatis . In decima đ anatomia kiſtis fellis.In undecima de anatomia uenæ chilis:& emulgen/tium/ & renum.In duodecima de anatomia uaſorum ſpet matis tam uirorum:q̄ mulierum:magis tamē mulierum. In decimatertia de anatomia matricis . In quartadecima de anatomia didimi.In quintadecima de anatomia teſticu lorum:& uaſorum ſpermatis uirorum . In decimaſexta de anatomia ueſicæ . In decimaſeptima de anatomia uirgæ. Secunda ibi/his uiſis partes magis intrinſecas &c. Tertia ibi/eleuatis autē.Quarta ibi/reſtat uidere. Quinta ibi ele uato autem Zirbo.Sexta ibi / hæc.n.omnia membra uide bis.Septima ibi/ uiſo de inteſtinis . Octaua ibi/ſplenis ana tomia . Nona ibi/hepar manifeſte.Decima ibi/kiſtis fellis.

Vndecima

Vndecima ibi/quibus oĩbus. Decimasecũda ibi / debes ergo scire. Decimatertia ibi/ & ut continuetur. Decimaquarta ibi/ & iã narraui. Decimaquinta ibi / expedito didimo. Decimasexta ibi/ his cõpletis. Decimaseptima ibi/ ultimo uero. Prima pars adhuc diuiditur in duas partes principales. In prima parte uolens loqui de anatomia/ præponit q̃dam uniuersalia scitu digna immo necessaria cuilibet anatomiam rimanti. In secunda uero parte loquitur de partibus uentris inferioris q̃tum ad partes extrinsecas continẽtes. Secunda ibi primum quod oportet uidere &c. Prima pars adhuc posset diuidi: sed litera est clara absq; diuisione lege eam. Sed quia hic ultra literam sunt aliqua notatu digna: de eis est dicendum.

¶ In hac igitur prima parte/ dicit Mũdinus in litera / ꝙ ad minus in anatomia mortuorum/ sex sunt uidenda: teste Ioanne Alexandro in cõmento libri sectarum: & ita est / ꝓut habetur in cõmento. s. quid sit numerus partium/ substantia/ positio/ magnitudo/ scæma/ & cõtinuatio. Sed ibidem Alexandrinus dicit/ & etiam Mundinus/ ꝙ in uiuis est necessaria anatomia propter duo. s. propter necessitatem: & propter operationem. Propter necessitatem: quia epiplex siue Zirbus est necessarius ad calefacienda intestina sua unctuositate. Vnde teste. G. in milite plagato deficiẽte operatore/ computruit/ & icisus a uẽtre proiectus est / qui miles postea digerere non poterat/ & tunc fuit arte inuẽtum iuuamentum epiplitis/ siue Zirbi/ ꝙ nõ poterat facere natura illo deficiente: & propter hanc necessitatẽ fit anatomia in uiuis. Propter operationem fit etiam in uiuis anatomia ut cognoscamus succificationem/ uel chilificationem factã a stomacho/ & distributionem siue discretionem humorũ ab hepate. Et ita erunt octo consideranda in anatomia: sed Guido de Cauliaco addidit unam considerationẽ ultra cõsiderationes Alexandrini. s. quæ sint ægritudines quæ possint contingere membris: ut prognosticari possint melius ac etiam curari duce anatomia. Ista tamen omnia nouem numerat Mundinus: sed credo ꝙ Mũdinus hic loci fuerit deprauatus errore impressoris: quia hæc nouem sunt numerata a Mundino: q̃uis sine ordine: & maxime ultima. s. quæ sint ægritudines mẽbris aduenire possibiles: est etiã

litera Mũdini diuersa a lr̃a Alexãdrini:qa ubi dicit Alexandrinus necessitatẽ:Mũdinus dicit iuuamẽtũ:& ubi Mũdinus dic.figurã.Alex.dicit schema:ubi Mũdinus dicit q̃titatẽ.Alex.dic.magnitudinẽ:i cæteris sr̃ ꝯcordes mõ ãñdcõ.

¶ Præterea facta diuisione uẽtriũ: incipit a uẽtre inferiori. Et dicit huius uẽtris: primo situm/ secũdo substãtiã/ tertio cõplexionẽ/ quarto dicit numerũ partiũ/ q̃titatẽ/ & figurã: & opationes:& iuuamẽta:& ultimo loco numerat ægritudines:q̃s põt pati hic uẽter: & de hac ultima incipit loqui in anatomia Siphac. De aliis oĩbus loquit̃ in præsenti lr̃a: sed hic nihil loquit̃ de passionibus mẽbrorũ supra Siphac exñtiũ:q̃ tñ mẽbra pñt pati oẽ genus ægritudinũ:ut dicet̃.

¶ Circa sitũ:dicit hũc uẽtrẽ esse sitũ in inferiori pp impfectionẽ cõtentorũ:& ignobilitatẽ eorũ:iõ infimũ obtinet locũ:sicut est uidere in mũdo in genere entium: dicit etiam esse situm inferius propter feces graues:& utrũq; est clarꝫ.

¶ Dicit ẽt ꝙ ẽ pelliculosæ & carnosæ substãtiæ: & ex hoc tãgit cõplexionẽ. Dicit p̃terea numerũ partiũ.qa q̃dã directæ:q̃dã laterales:& q̃dã intrinsecæ: & q̃dã extrinsecæ: & tacite tãgit q̃titatẽ:& figurã:q̃ duæ nobis manifestant̃ sensu:& dicit colligantiã:dũ loquit̃ de uena umbilicali. Dicit etiã iuuamẽta qñ loquit̃ de uenis: p quas pueri emittunt aquositates:oĩa sunt clara:ideo circa ea non fit sermo.

¶ Sed circa partẽ umbilicalẽ a Mũdino recitatã: & partẽ q̃ dr̃ Sumẽ:sunt aliqua notatu digna. Et primo de umbilico dicẽdũ est de colligãtia: & de eius cõpositione: & de utilitate:qa de noĩe eius sufficiẽter dictũ est in catalogo mẽbrorũ.

Vmbilicus

Est aũt umbilicus cooptoriũ quoddã uenarꝫ:& arteriarũ orientiũ a secũdina:secũdũ aliquos. Tẽpore quo primũ aĩal indiget nutrimẽto:& euentatione/ in eius prima creatione arteriæ oriunt̃ ab arteriis: & uenæ a uenis terminatis ad tunicã intrinsecã matricis:quarꝫ arteriarꝫ:& ẽt uenarũ orificia sic terminata cotyledones dicunt̃: ut latius dicemus in anatomia matricis.

Cotyledões

Sũt tñ aliq̃ q̃ uolũt has arterias oriri a fœtu tẽpore quo psalmat̃ aĩal:& tandẽ alligari cotyledonibus antedictis tpe antedicto. Hæ autem uenæ: & arteriæ sunt plures in secundina/ in umbilico autem & in uẽtre fœtus sũt duæ arteriæ/ & una uena maior arteriis / quæ ut sit fortior/ & apta pati fortes motus/ sic facta ẽ: & talis ue

na siue oriat a secúdina: siue ab hepate fœtus/ terminat in ↄcauo hepatis eius in medio ramoꝝ uenæ portæ. Mundi. tñ dicit ꝙ trásit ꝑ gibbū hepatis in chilim: sed si uolumus intelligere Mundinū: prout lr̃a sonat: hoc erit falsum: sed credo Mundinū uoluisse dicere: ꝙ talis uena trásit ꝑ gibbū hepatis ī chilim. i. ꝙ mediáte ista uena trásit sanguis nutritiuus fœtū a cócauo hepatis in gibbū: ī quo gibbo sunt rami uenæ chilis/ in ↄcauo aūt rami uenæ portæ/ & isto mō possumus saluare Mūdinū. s. ꝙ hæc uena/ siue delatū a tali uena tráseat ī chilim/ sed nō imediate/ ut sensus đmōstrat.

¶ De duabus uero arteriis apparet manifestus descensus ad intra uentrem usqꝫ ad finem suminis: quæ postea arteriæ/ una distincta ab alia/ ibidem īgrediūtur arteriam ahorti: & ita a secundina portát sanguinē spirituosum ad fœtū: & per istam arteriam ad cor eius tádem. Et isto modo nutritur/ & euentatur fœtus/ & istæ duæ arteriæ descendentes supra nominatæ/ appellantur a medicis arteriæ sempiternæ. Et natura sagaciter fecit de duabus uenis unam: ratione prætacta: quæ ascendit ab umbilico ad hepar/ uoluit autem arterias intra uentrem permanere duas: quia ex se quælibet est fortis: & dura: quia est duarū tunicarum ligamentalium: uena autem est debilis: & unius tunicæ nō apta sufferre motus fortes: sicut arteria. Fecit etiam natura sagaciter duas esse arterias in suo descensu alia fortiori causa quia inter arteriam/ & arteriam natura locauit quoddam corpus pelliculosum: uracum dictum/ per quod expellitur urina/ quæ superfluit fœtui/ quia natura non utitur uesica dum fœtus est in utero/ ut per eius collum quod est uirga mingant fœtus in utero/ quamuis urina pro parte ingrediatur uesicam tunc/ quia hoc facit natura/ ut cum animal uenerit in lucem clauso/ & ligato umbilico/ urina exeat ꝑ uirgam motu uoluntario. Per uracum autem expellitur motu naturali. De hoc latius dicemus in anatomia fœtus/ & ita hoc uracum uenit ad umbilicum per Sumen inter has arterias/ & ingreditur umbilicum/ & portat aquositatem urinalem in suo determinato loco/ scilicet in panniculo Elancoidea/ qui est panniculus adhærens secūdinæ/ & inuoluens fœtum. In isto panniculo mingunt pueri naturaliter non uoluntarie/ & ista arteria/ & uenæ/ ut dicit

Arteriæ sempiternæ

Vracum

Mūdinus/ in pfectis sūt frustata a ꝑpria opatiōe: tñ diligēs opator eas descernit: & uenas: & arterias: & uracū ī q̄cūq; ætate: sed melius apparēt ī nō natis/ & minus apparēt ī se/ nibus/ q̄ ī iuuenibus: & in q̄cunq; ætate ego multociēs oīa p̄dicta mōstraui: & tā uenæ: q̄ arteriæ: & uracū sunt mem/ branosæ naturæ.

❡ Nota p̄terea ꝙ aliq dānāt Mūdinū de sumine dicēte: ꝙ ad Sumē.s. ad cutim suminis terminant̄ q̄dā uenæ ꝑ quas pueri mingūt qñ sunt ī matrice: & dicūt nō esse uerū tales uenas terminari ad cutim suminis: qa de facto sic est. Et ip/ se Mūdinus adducit auctoritatē Auicē. xiiii. tertii de causis Asclitis dicēs ꝙ tales uenæ sunt notiores in nō natis. Nota lector ꝙ hic loci ꝑ Sumē Mūdinus nō ītelligit umbilicū: si cut ītelligit Aui. loco p̄allegato: qa clara est Mūdini snia. s. qñ dicit: quarto est pars q̄ uocat̄ Sumē infra umbilicū per quatuor digitos: tūc. n. dat ītelligere qd ītelligat ꝑ Sumen: sed qñ dicit: & est pars in q̄ q̄dā uenæ terminant̄ ad cutim ꝑ q̄s pueri emittunt aquositates in matricæ existētes: uult dicere: & sic saluat̄ lr̄a eius: aliter errasset. s. ꝙ ꝑ Sumē ad in tra/ ut supra diximus/ trāseūt uenæ: & ꝑ uenas ītelligit ura/ cū prædictū/ quæ tandē terminant̄ ad cutim. i. ab intra/ ad extra ad umbilicū: & isto modo mingunt pueri in matrice existentes/ nec est credendū aliter/ cū ipse dicat: & hoc sæ/ penumero monstraui: quia Mundinus fuit & diligens: & doctus opator: q̄uis qñq; bonus possit dormitare Homer⁹.

❡ Visis partibus directis/ loquit̄ de lateralibus. s. de hypo/ condriis: & de Iliis: q̄ quidē qd sint: uisum est in catalogo membrorū: unū tñ noto. s. ꝙ Iliom p. m. scriptū: significat illud intestinū de gracilibus lōgū: siue īuolutū dictū: a quo intestino hæc pars exterior uentris sumpsit nomē: quia in illa regiōe ad ītra uētrē tā a dextris/ q̄ a sinistris/ reperit̄ ma ior ps p̄tacti intestini/ & ita hæc regio iliom p. m. debet scri bi: cū deriuet ab ītestino p̄dicto/ sed Ilion p. n. scriptū: signi ficat alterū de duobus musculis dorsi ad intra hunc uentrē inferiorē positis: qui musculi sunt duo/ alter ab altero ma/ nifeste separatus: substentantesq; renes: & dicūtur lumbi: sicq; debent intelligi per differentes litteras. s. per. m. & ꝑ n. Et hoc inter alios nottat Matthæus de gradi super. xxii. tertii: tractatu secundo capitulo quarto/ cui parum credo.

Iliom

Ilion

DE ANATOMIA MIRACH.

TEXTVS MVNDINI.

Visis istis, partes magis itrinsecas discernas: ipsarum enim quædam sunt contente, quædã uero continentes. Continentes communi nomine uocantur Mirach. Mirach autem componitur ex quinq; partibus. s. cuti, pinguedine, pãniculo carnoso, musculis, et cordis eorum, et Siphac. Cum rasorio igitur incide protrahendo a scuto oris stomachi directe usq; ad ossa pectinis leuiter incidendo cutem, postea similiter iuxta umbilicum, secundum latitudinem incidas, protrahendo a dextris ad sinistras usquæ ad dorsum.

¶ Postea excoria, et habebis primo cutem, quæ est duplex, quædam est sicut corium, scilicet illa quæ est exterius, quæ si deperditur, potest restaurari, alia est cutis, quæ dicitur uera cutis, quæ est alba immediate sequens corium, et est spermatica, ideo si depredatur, non potest restaurari. Sed in mulieribus caue a uena, quæ in eis a matrice ad mamillas ascendit per Mirach transiens, ut infra dicetur.

¶ Post autem apparebit statim pinguedo, maior tamẽ in porco, quam in homine, sub qua postea locatus est panniculus carnosus, qui non est neruosus, ut alii, neq; est carnosus, ut musculus, sed est permixtus ex carne, neruo, et ligamento, post eum sunt corde, et musculi.

¶Musculi sunt octo, ut dicit Galenus sexto de iuua-
mentis membrorum capitulo ultimo, nam duo sunt
longitudinales, quorum fila protendunt secundum lō
gum a clypeo oris stomachi usq; ossa pectinis, ideo uo
cati sunt longitudinales, et isti non habent magnas cor
das, sed ligamentales: post istos sunt duo transuersales
superiores, unus a dextris, alter a sinistris, et ambo oriū-
tur a superioribus iuxta costas, et desinunt in cordas cir
ca ossa pectinis, sic q; dextra corda tendit inferius ad si-
nistrum, et sinistra ad dextrum, et per oppositū sunt
procedentes inferiores ad superiora, quorum ortus est
ab ossibus pectinis, et anchæ, et desinunt in cordas cum
ad locum, ubi finiuntur costæ, ueniunt, ita q; cordæ eo
rum cruciantur adinuicem ad modum istius. .X.
¶Vltimo post istos sunt latitudinales, quorum fila
protendunt secundum latum, unus dexter, et alter sini-
ster: et ortus, et apparentia eorum est magis iuxta dor-
sum uersus sursum, et isti cum longitudinalibus ueni-
unt intersecātes se adinuicem ad angulos rectos, et hic
est numerus, quātitas, positio, substātia, figura, colligā-
tia, et continuitas.
¶Iuuamētum horum musculorum est duplex, scilicet
commune, et proprium. Commune est duplex, scilicet
principale, et secundarium. Principale est, ut constituē-
tes substantiam ipsius Mirach membra intrinseca tueā
tur a nocumētis extrinsecis, et ut caliditas eorum reuer-
beretur ad intra. Secundarium iuuamentum est, ut ad-
iuuent ad expulsionem eorum, quæ a superioribus ex-

pelluntur, ut ad expulſionem fœtus, et fecum, ſicut dicit Galenus in eodem ſexto, iuuamentum ſpeciale eſt, quia muſculi longitudinales ſunt facti ad attrahẽdum principaliter. Secundario ad expellendum, et quia hæc operatio in inteſtinis maxime requiritur, ideo iſti muſculi fuerunt magni, expulſionem autem operãtur per contractionem uillorum ſuorum, quibus contractis cõprimunt membra, quæ continent, et per conſequens expellunt quod in eis continetur. Item hoc faciunt gratia diaphragmatis cum quo continuantur, quod deſcendens ad partem poſteriorem dorſi, cauſa fit quare inteſtina, et membra quæ continentur ſunt quaſi inter duas manus, et ideo quando iſti muſculi contrahũtur, comprimitur diaphragma ſic, ꝙ illa membra exprimunt quod in eis continetur, ſicut aliqua res contenta inter duas manus expellitur per compreſſionum manuum adinuicem, quod latius infra declarabitur ĩ anatomia diaphragmatis.

¶Muſculi uero latitudinales ſunt facti ad expellẽdum principaliter, et propter hoc maxime, et immediatius approximantur inteſtinis, et quia expulſionem faciunt per compreſſionem partis, a qua debet fieri expulſio. Et expulſio debet fieri a ſuperioribus ad ĩferiora. Hinc eſt ꝙ iſti muſculi magis fuerunt poſiti ſuperius, quam inferius.

¶Tranſuerſales uero fuerunt poſiti ad retinendum. Retentio enim fit per uillos tranſuerſales, ut apparet tertio de uirtutibus naturalibus, et quia retẽtionem na-

turam opportebat facere ne ſuperfluitates reaſcenderēt ſuperius ad locum ſuperiorem, unde ueniunt, et ne cito deſcenderent, ſed continerentur, ut totum iuuatium exugeretur, ideo non fuerunt tantum duo tranſuerſales ſuperiores, ſed et inferiores duo. Sed quia magis requiritur retentio, ne regrediantur ſuperius, q̄ ꝗ deſcendant inferius, ideo maiores fuerunt tranſuerſalas ſuperiores quam inferiores. Et etiam ad hoc facit diaphragma, ut poſtea dicetur.

COMMENTVM QVARTVM CARPI.

IN hac ſuperiori litera Mundinus/ poſtq̄ dixit nomina partium extrinſecarum huius uētris dirrectarū/ & lateralium. Aggreditur etiam ſermonem/ partium extrinſecarum continentium: quæ partes poſſunt dici intrinſecæ reſpectu partium prædictarum/ ſunt tamen partes extrinſecæ continentes. Et diuiditur hæc pars in quinq; partes. In prima parte facit quod dictum eſt/ & etiā declarat quid ſit Mirach/ & incipit docere modum aperiē di iſtum uentrem/ ut uideantur eius partes. In ſecūda parte loquitur de partibus huius uentris/ & primo de cuti. In tertia parte loquitur de pinguedine/ ī qua parte loquitur de certo panniculo/ qui dicitur carnoſus. Et iſte panniculus eſt uere Mirach/ ut patebit infra. In quinta uero parte loquitur de octo muſculis huius uentris. Secunda ibi/ primo excoria/ & habebis primo cutim. Tertia ibi/ poſt autē apparebit ſtatim pinguedo. Quarta ibi/ ſub qua poſtea locatus eſt panniculus carnoſus. Quinta ibi/ Muſculi ſunt octo/ ut dicit Gal. prima pars adhuc poſſet diuidi/ ſed non eſt uis/ hæc tota litera Mūdini eſt clara/ lege eam/ quia nō indiget expoſitione/ ſed ultra ea/ quæ dicit Mundinus in litera/ ad perfectam cognitionem anatomiæ tam huius uētris/ q̄ aliorum membrorum multa a nobis dicētur hic loci notatu utiq; digna/ & neceſſaria cuicūq; uolēti intelligere

anatomiam

anatomiam humani corporis. Et primo noto ꝙ ualde mi/
ror/ ꝙ tales & tanti periti auctores nō intellexerint Aui. de
panniculo carnoso/ qualis fuere primo Mundinus/ q inter
alios anatomiæ auctores plurimū ualuit/ & eum secuti sūt
Nicolus aggregator subtilissimus/ & præpinguis/ & specu
lator eximius Gentilis Fulgineus/ & copiosus Matthæus
de Gradi sup. xxii. tertii/ & fere omnes alii Moderni aucto/
res sunt in eadem naui/ & tremebūdus in hac parte/ & etiā
alibi assumpsi hāc prouinciā. s. istos/ & alios corrigēdi: con
fisus tamen semper in bono sensū per lungam experientiā
anatomiæ/ & etiā in aliquibus Aui. uerbis/ & G. hoc facio:
& primo dico ꝙ Mundinus in hac parte ponendo anato/
miam mirach: dicit mirach. i. abdomen cōponi quinq; par
tibus. s. cuti/ pinguedine/ pāniculo carnoso: & octo muscu
lis/ & cordis eorum/ & siphac: & credo omnino ꝙ Mundi/
nus posuerit hanc compositionem mirach de mēte uel. G.
uel Aui. sed magis credo eum secutum fuisse Auic. q̄. G. qa
G. non nominat panniculum carnosum: sed Auic. sic: nihil
ominus q̄uis. G. non ponat panniculum carnosum/ tamē
sexto igenii. c. iiii. dicit mirach componi cuti/ pinguedine/
& musculis/ & siphac/ sicut dicit mūdinus istis uerbis/ dico
igitur his corporibus locus/ qui tactu lenis est/ qui arabice
mirach dicitur/ compositus est ex cuti superiore/ & ex cuti
subtili inferiore/ q̄ q̄si pellicula est/ & amorica uocat̄/ post
hāc uero sunt duæ extremitates lacerti/ quæ sunt neruosæ
& subtiles quasi pelliculæ/ quas omnes anatomici non di/
cunt duas esse/ sed unam: eo ꝙ sunt ꝯiunctæ/ diuidiq; diffi
ciles: nam ultra modum sunt subtiles: itē post hoc sūt duo
lacerti carnosi a pectore usq; ad pectinis ossa descendentes
quorum omnium unus cum alio/ & alius cum alio cōiun
ctus est: sed periti Eleni cum uellent ostēdere qualiter uul
nus uētris sui deberet/ his omnibus compositionibus unū
nomen imposuere. s. epiphasterion/ alias epigastrion. i. mi
rach/ & qđ est post inferiorē uentrem/ peritoneon uocaue
runt. i. siphac qui totū uentrem circūdat/ arbitrant̄ quoq;
siphac corpus esse non compositū/ ꝙ nō est ita: duplex. n.
corpus est utrunq; non habens sanguinem/ sunt etiam ner
uosa: horum tamē unum est extremum duorum lacertorū
supra uētrem per latitudinem extensorum: alterum uero

quædã pellicula tenuissima quasi araneæ tela / ꝙ ꝓ certo uocant peritoneon/hæc est compositio epigastrion.i.mi/ rach in medio uentre/& notanter dixit in medio uẽtre/ qa a lateribus non est illa extremitas lacertosa quá græci apo neurosin uocant : Ecce quod in prædictis uerbis .G. ponit omnia membra in isto uẽtre posita a cuti usq; ad peritone/ on/siue ad siphac inclusiue uocari mirach/Auic.etiam.xiii. tertii.c.primo dicit idem istis uerbis/cutis & panniculus q est post ipsam & est carnosus & lacertosus positus in tuni/ ca quæ est infima tunicarum lacerti uentris cum pãniculo subtili/q est secũdũ uirtutẽ siphac/est ex summa mirach/& puto Mũdinũ accepisse dicta sua ab isto textu Auic. Notẽt tñ legẽtes ꝙ iste textus nõ stat sic in Auicenna/ quẽ nos ha bemus:sed istũ textũ adducit Nicolus septimo sermone.c. xl.de anatomia mirach & siphac/ & puto istũ textũ esse ue/ riorẽ & meliorẽ illo/quẽ in presenti habemus:quia cõcor/ dat cũ Galeno in loco prædicto de isto mirach/nec alibi re/ perit ꝙ Mũdinus potuerit nominare hoc totũ aggregatũ mirach/nisi ab Aui.& a.G.in locis ꝑdictis: sed quia.G.non nominat panniculũ carnosũ:sed Aui.sic/ ideo Mũdinus ac cepit ab Aui.& ita alii oẽs moderni:ex isto igr̃ textu Auic. & Mũdinus & ꝑfacti auctores ponũt panniculũ carnosum post cutim supra musculos/& oẽs sunt in errore: qa nõ re/ perit aliqs pãniculus inter musculos uẽtris & cutim q pos sit dici carnosus/ ex eo ꝙ i ipso sit aliqua pars carnea/ueri/ tas est quod supra musculos lungos sunt cordæ musculoꝝ obliquorũ ad instar panniculi/iste tñ pãniculus ex ꝑdictis cordis factus non est carneus in aliqua parte:est etiã a late/ ribus huius uẽtris unus pãniculus circũ uoluẽs musculos obliquos/& tñ nec ẽt iste pãniculus est carneus / igitur est deueniendũ ad demonstrationẽ/& declarationẽ huius pã/ niculi carnosi/cũ tot auctores ponãt eũ/& ꝙ non reperiat reuera in hoc uẽtre/nisi cutis & pinguedo & musculi octo cum cordis suis & uerum siphac siue peritoneõ. Dico igr̃ prius implorata uenia de cõtradicẽtia tãtoꝝ & taliũ aucto/ rũ / ꝙ ipsi iudicio meo / ponẽdo pãniculũ carnosum distin ctũ ut supra/ponũt eũ de mẽte Aui.& tñ Auic.nõ ponit eũ distinctũ a musculis/ & isti auctores in rei ueritate scribunt anatomiã ꝑ auctoritates / quas interdũ oblique intelligũt.

Si.n.bene ruminent̃ dicta Aui.xxii.tertii.c.primo ĩ primis uerbis/qui dicit uentrem componi duobus pániculis istis uerbis/oportet ut scias ꝙ sup uentrẽ post cutẽ sunt duo pániculi/quorũ unus nominat̃ siphac/& ꝑ siphac hic loci intelligit mirach:quia siphac apud arabes indicat oẽm pániculũ:ꝙ quidẽ mirach / teste Aui.cõprehẽdit oĩa intestina: & calefacit ea sua spissitudine & unctuositate/& cõprehendit lacertos.i.in isto mirach ẽt sunt lacerti:& subdit/& secũdus.s.pániculus est interior/& nominat̃ beriteron & totũ dus/& hoc est uerũ siphac:ecce ꝙ Aui.ponit musculos uẽtris facere unũ pániculũ q dicit̃ mirach/cũ autem musculi sint carnei/& eoꝝ aliqui sint ĩ medio/ & aliqui a lateribus/ necessario hic pániculus primus q dicit̃ mirach dicet̃ páni culus carnosus:qa ꝑ totũ uẽtrẽ est extẽsa caro ad instar pániculi/licet ẽt in isto uentre sint ꝑdictorũ musculoꝝ cordæ q̃ sunt neruæ.Et iõ hic mirach dictus panniculus carnosus nõ est totaliter carneus:sed ꝑ parte nerueus & ẽt pinguis: & ita hic pániculus erit cõpositus pinguedine/ & carne & pelliculis nerueis/ & iõ ibidẽ recte dicit Auic.ꝙ hic primus pániculus siphac.i.mirach dictus cõprehẽdit/& tegit intestina/& calefacit ea sua spissitudine/& unctuositate/ & propter istã causam Aui.xiii.tertii.c.primo uocauit istũ primũ panniculũ carnosum/ & ab illo textu multi auctores fuere decepti/qa credidere in uẽtre esse unũ panniculũ carnosũ/ ultra musculos post cutim imediate/& cãm puto eẽ:qa nõ intelligũt anatomiã sensibilẽ/& Mũdinus fuit ẽt deceptus ab ista auctoritate/quáuis fuerit sensibilis anatomes:qa nõ cognouit cordas musculorũ obliquorũ / & putauit eas esse unũ panniculũ in medio uẽtris/& forte credidit eas esse illũ pániculũ carnosum quẽ ipse ponit/& ut dixi/fuit deceptus ab auctoritate Aui.ꝑdicta ꝑ eũ male itellecta : & ẽt qa post cutim supra musculos apparẽt istæ cordæ ad istar pániculi satis grossi/& cũ nõ sit ibidẽ alter pániculus/iõ sicut Mus sup farina ipse Mũdinus & alii auctores dixere supra musculos uẽtris post cutim eẽ pániculũ carnosum / quem uocat Matthæus de Gradi ubi supra uerũ mirach . Ad maiorẽ ẽt ꝑdictorũ declarationẽ noto ꝙ Mirach capit̃ ab auctoribus dupliciter.s.large & stricte/large capit̃ ꝓ toto aggregato/sicut dictũ ẽ superius a.G.'& ab Aui. & a Mũdino

& a multis aliis/ſtricte uero capitur mirach ꝑ cuti pingue/
dine/ & ſex muſculis ſuperioribus uẽtris.ſ.quatuor obliqs
& duobus lũgis:& ſic accepit.G.c.ꝑallegato.vi.ingenii qñ
docet facere ſuturã uẽtris/ & ẽt Aui.quarta quarti de ſutu/
ra uentris/ & ẽt Mũdinus/ & miror ꝙ ipſe nõ poſuerit aliq̃
diſtinctionẽ de iſto mirach/ ut poſſet intelligi ĩ tali ſutura/
ſed ibidẽ dormitauit/ & ſic ẽt accepit Albucaſis/ & oẽs alii
de ſutura uentris/ quãdo dicunt debere ſui ſiphac cum mi
rach / quia certæ cordæ muſculorum latitudinaliũ ſunt ta
liter alligatæ ipſi ſiphac/ qđ omnia ſimul capiuntur pro ſi/
phac. Et ideo.xxii.iii.cap.i.dicitur. Et currit ſuper plurimũ
alberiteron.i.peritoneon ab inferiori de ſubtilibus lacertis
dilatatis ſuper uentrẽ tunica una:& forſitan exiſtimatᷣ qđ
ſit pars eius pp cõtinuationẽ eius/ & ſimilitudinẽ ſuã cũ eo
& in neruoſitate cũ ergo ſit ſingularis ab eo alberiteron eſt
ſubtilis texturæ ualde:& ille ẽ alberiteron uere. Et ꝙ ſit ue
rũ ꝙ iſtæ cordæ nõ ſint ĩ mirach/ ſtricto mõ ſumpto/ patet
in fine ꝑdicti cap.iſtis uerbis. Primũ ergo qđ occurrit đ uẽ
tre ẽ cutis:deinde ſub ipſa ẽ pãniculus primus:& noiatᷣ eo
rũ aggregatio mirach:deinde ſũt lacerti.ſ.lati/poſtea beri/
teron.deide inteſtina. Et licet ꝑ iſtũ textũ poſſit dici ꝙ mi/
rach ẽ unus pãniculus diſtinctus ab oibus muſculis : tñ qa
poſt cutim ultra muſculos nõ eſt alter pãniculus. Dico per
mirach ſtricte ſumpto/debere intelligi ſex ſupiores muſcu
los uentris cum cuti:& hæc ſufficiãt de pãniculo carnoſo.

Siphac poſ/ ſe ſumi tri/ pliciter.

❡Eſt præterea notãdũ/ ꝙ ſiphac ſumitᷣ tripliciter.ſ. cõiter
ſtricte/ & ſtrictiſſime. Primo mõ.ſ.cõiter ſiphac ſumitᷣ apđ
medicos ꝑ quocunq; pãniculo in copore humano repto.
Stricte uero ſiphac ſumitᷣ/ ꝑ illo pãniculo ĩmediate tegẽte
oia inteſtina:& Zirbũ/ ſiue omentũ : q̀ pãniculus ab Auic.

Beriteron Rotundus

xxii.tertii nominatᷣ beriteron:& rotũdus:huic tñ pãniculo
ſic ſtricte ſumpto/ ſunt alligati muſculi latitudinales taliter
ꝙ apparet unũ ſolũ membrũ:ut infra dicemus in.c.de muſ
culis uentris:& maxime in medio uẽtris circa umbilicũ ꝑ
q̃tuor digitos:& ſic ſumitᷣ a medicis in ſutura uẽtris ibidẽ
faciẽda:& etiã ſic in rupturis ibidẽ factis:& ſic etiã ſumitur
ab Aui.xxii.tertii:dũ iqt:& currit ſup plurimũ/ alberiterõ
de ſubtilibus lacertis dilatatis ſuper uẽtrem tunica una:&
forſitan exiſtimatur ꝙ ſit pars eius propter continuationẽ

eius:& similitudinem suam cum eo in neruositate. Inquit etiam.xiii.tertii: & tunica/ quæ est infima tunicarum lacerti uentris cum panniculo subtili:qui est secundum ueritatem siphac/est ex summa siphac. Sic etiã sumitur a.G. vi.ingenii.c.iiii.istis uerbis. Arbitrantur quoq; siphac corpus esse non compositum:q; non est ita: duplex.n.corpus est utrunq; non habens sanguinem/ sunt etiam neruosa: horum tamen unum est extremum duorum lacertorum supra uentrem per latitudinem extensorum. Alterum uero quædã pellicula subtilissima/quasi araneæ tela/ qđ pro certo uocant peritoneon. Vtrum autem siphac habeat supra se tantum cordas latitudinales dictas/ infra de musculis obliquis uidebitur. Siphac uero strictissime est illa pellicula subtilis/de qua imediate dixit.G.supra: & sic ab eo sumitur. Sic etiam sumitur ab Auic.ubi supra istis uerbis: cũ ergo sit singularis ab eo alberiteron est subtilis texturæ ualde/ & illæ est alberiterõ uere: &.xiii.tertii dicit/ & est ei tunica ex subtiliato lacerto uentris cooperiens:& sub ipso uel ipsa est subtile eius/ qđ est recte siphac:& est uehementis subtilitatis: & sic sumit etiam Mundinus in litera/ ubi loquit᷑ particulariter de siphac:cætera de siphac dicemus infra in loco suo.

¶ Viso quid sit/ & Mirach/ & Siphac ĩ uniuersali:quid sint eorum partes est uidendum. Et primo de cuti occurrit sermo. Hæc tamen/quæ superius a nobis dicta sunt: & etiam quæ dicentur ultra literam Mundini/dicuntur tanq̃ additiones/ & digressiones/ ut citius/ & melius qui delectantur in hac facultate anatomiæ/absq; labore hic inueniãt aggregata cardinum medicinæ dicta:tanq̃ in catalogo/ breuiori quo potuimus ordine/in unũ reducta simul/ additis quæ a nobis super hoc uisa sũt:& fideliter data. Facta igitur dissectione leui secundum lõgum a carthilagine/ quæ pomũ granatum:& scutum stomachi a Mundino dicitur:ab aliq bus uero scutum stomachi:& ensiformis latine: & epiglotalis carthilago græce:seu condrum:quod condrum significat etiam costam:& carthilaginem:usq; ad os pectinis/ & secundum latum ab umbilico ab utraq; parte usq; ad dorsum. Primo occurrit de hoc uentre cutis/græce codion dicta/ & latine corium/ & tegmẽ/ & coopertorium/ & pellis/

& uelamen / & panniculus / quæ duplex eſt / ut commu/
niter tenent doctores / prima quæ occurrit / dicitur Imen/
ab eminendo / eo ꝙ immineat & mirach / & totum corpus
ubi eſt: & cutis huius uentris interdum dicitur epigaſtrió/
quaſi ſupra uentrem: & hæc cutis exterior non habet ner/
uum / neqꝫ ſenſum / ſed eſt quoddam accidẽtale / & ſupfluũ
nunc fluens / nunc occurrens ſecundum diuerſitatem cau
ſarum / ſicut apparet in excoriatióibus factis a rebus extrin
ſecis / puta ab aliqua cauſa primitiua: & ſicut apparet in ſca
bioſis / i quibus talis cutis fere deperditur : & in uenenatis
omnino euadentibus. Et cum dicant aliqui / ꝙ cutis nõ eſt
ad agendum aliquid / niſi ut operiat membra / intelligũt de
iſta cuti exteriori : q̃ non digerit / neqꝫ pulſum habet / neqꝫ
anhellitum / neqꝫ uoluntarium motum . Et aliqui dicũt / ꝙ
de hac quidam Perſarum Rex faciebat pergamenum pro
feneſtris / teſte Oribaſio in Aphoriſmis : quia eſt mirum in
modũ lucida reſpectu ꝑgameni facti ex aliis animalibus :
& ſic eſt concedendũ / quia cutis humana eſt ſubtilis / clara
& diaphana reſpectu cutis brutorum tam ex parte ſubſtã/
tiæ ipſius / q̃ ex parte nutrimenti: & etiam finis ipſius cutis
ut poteſt colligi a philoſopho. x. proble. xxvii. ubi quærit/
propter quod in cicatricibus Aſinorum / & Equorum oriã
tur pili: & ibidem etiam a Conciliatore aliqua dicũtur no/
tatu digna . Sunt tamen aliqui / qui dicunt ante iſtam cu/
tim curioſam eſſe aliam cutim ſubtiliſſimã diſtinctã ab iſta
q̃ apparet ſeparari in deſudationibus: & in alteratis a ſole:
q̃ etiã ſeparatᷣ in Eriſipilla / & in ſimilibus diſpoſitionibus:
ſed credo ego iſtos errare: qa hæc talis cutis nõ diſtinguitᷣ
realiter a ꝑdicto corio: ſed ẽ pars ipſius / q̃ pars eſt mõ groſ/
ſior / mõ ſubtilior / ſecundũ ꝙ ſunt factæ alterationes ĩ ipſo
corio mõ plus profundæ / mõ minus: & hoc magis credo:
quia ſic apparet in experiẽtia: & etiam quia medici cõiter
ponunt tantum duas cutes: & hoc corium nõ eſt membrũ
ſpermaticũ: ſed ſuperfluitas quædam / quæ renaſcitᷣ / ſi dep
datur. Poſt iſtam cutim exteriorem eſt alia cutis / quæ pro/
prie / & uere eſt cutis: & dicitur etiã panniculus / ut inferius
dicetᷣ: cũ de pãniculis fiet ſermo: & eſt mẽbrũ ſpermaticũ:
quæ nõ renaſcitur / ſi deperditur / ut prima / nec uere conſo
lidatᷣ / teſte Ari. tertio đ natura aialiũ. c. xi. qui dicit ubicũqꝫ

cutis per se/ac sine carne est uulnerata/nõ coit:ut in gena: bucca:præputio &c. & hæc cutis est membrum cõsimile: quia pars ipsius cõicat cum toto: tñ quia habet aliquas operationes/põt dici organicũ. Hæc aũt cutis / & etiã prima sæpe pellis uocatur: & secundum medicos / eius substãtia est media inter terrestrẽ: & aquosam: cũ declinatiõe tñ ad terreũ: Galenus tñ primo cõplexionũ dicit: ꝙ cutis est uere media inter calidum / & frigidũ / & siccũ/ & humidum: ex temperamento cuius/utilitas fuit/ ut tẽperate sentiret: & ideo q̃ magis tẽperata est melius sentit: ut est cutis palmæ manus/ quæ melius sentit pp temperiẽ ipsius: quæ tẽperies est huic parti data pp multas ratiões ibidẽ ab eo adductas. Et putant Medici/ ꝙ cutis sit cõposita ex uillis neruorũ/ & carnis/ dominantibus neruis: apparet tñ ꝙ ad cutim terminentur extrema uenaꝝ / & arteriarum/ & ideo ipsa cutis ponitur porosa / & per eos poros euentat᷑ animal: & emittũtur superfluitates pilorum / & multorum aliorum modorum. Et q̃uis hic tantum sit sermo de anatomia cutis mirach/ tñ ad maiorẽ anotomiæ cognitionẽ / hic sermo est de q̃libet cuti: q̃ q̃uis sit diuersa iter se/ & q̃uis sit cõposita ex neruis: & uenis: maior tñ pars ipsius est neruea. Quæ cutis etiã ponit᷑ duplex a Zerbo: q dicit ꝙ hæc cutis est cõposita ex duabus pelliculis: quarũ una est interior cutis: & subtilior exteriori: nullã tñ ipse adducit auctoritatẽ. Verum etiã. G. vi. ingenii: ponit duas cutes: & dicit ꝙ interior est subtilissima: quæ amorica uocat᷑: Sed credo ꝙ. G. litera sit falsa: quia cutis iterior est grossior exteriori: ut apparet ad sensum: saluo tamẽ semper saniori iudicio: credo ꝙ ubi litera. G. dicit ꝙ cutis iterior subtilissima est: ꝙ uelit dicere: cutis exterior: quia de facto cutis iterior est neruea: & lõge grossior exteriori: & sic dicũt omnes experti in cõficiendis carthis ex qualibet cuti. Adde ꝙ cutis diuersificatur ex parte loci. Pæterea inquit Haly. secundo theoricæ: ꝙ cutis palmæ ẽ magis media: & minus pilosa cæteris pp necessitatem sensus: tactus: & dicit ꝙ omnis cutis est membrum debile suscipiens sup̃fluitates aliorũ mẽbrorũ de facili: qa porosum: & rarũ: & dicit ꝙ oĩs cutis nõ est æqualis in subtilitate: grossitie: & duritie: & pilorum productione: & priuatione: nec ꝯtinuatione ad ea quæ subsunt mẽbra.

Cutis.n.faciei tenuis eſt/ & propter ſenſum/ & ꝑpter pul/
chritudinem/ & coloris claritatem: & ita cutis labiorũ etiã
tenuiſſima eſt: & dicit ꝙ quædam eſt groſſa/ ut cutis pedũ
calcanei maxime/ propter utilitatem ambulãdi: & quædã
cutis inter eas eſt mediocris/ cum latitudine tamen in pro
ductione uero pilorum / & eorum priuatione differt cutis
acuti. Aliqua enim eſt nudata pilis propter ſenſum/ ut cu/
tis palmæ/ & aliqua eſt pilis ueſtita propter utilitates pilo
rum/ uel propter neceſſitatem ortus ipſorum in eo mẽbro
in quo ſunt: puta in capite propter aſcenſum materiæ pilo
rum/ & propter alias cauſas alibi dicendas. Dicit etiã Halv.
ꝙ continuatio cutis cum eis/ quæ ei ſubſunt/ non eſt eadẽ
ubiq;: quia aliqua eſt taliter cõtinuata cũ membro ſibi ſup
poſito/ ꝙ non poteſt excoriari/ quoniam lacertis cõſolida/
ta eſt/ ut in maiori parte faciei/ & circa ſicteri/ dum in quit.
At uero in labiis/ & in extremitate ani taliter alligata eſt la/
certis/ ꝙ ſeparari nõ poteſt/ taliter ꝙ inter cutem/ & lacer/
tos nulla apparet differentia/ niſi in ſuperficie. Cutis uero
uolæ cõſolidata eſt cordis/ quæ ſuper planum palmæ extẽ
ſæ ſunt optima conſolidatione. Oritur.n.inter lacertum/ q
ſuper cubiti poſitus eſt interiore/ corda quædam antequã
ad raſchæ perueniat diſgregationem quæ dilatatᷣ / & ex/
plicatur ſuper totam palmam/ & digitos/ & cuti uolæ con
ſolidatur tam diligenter/ ut euelli nequeãt ab inuicem. Et
ſubdit ꝙ ſimilis eſt ratio in plantarum pedis cute.ſ.ꝙ ex la
certo/ qui eſt ſuper uentrem cruris ab extranea parte / qui
ſimul naſcitur a capite coxæ/ oritur corda antequam ueni/
at ad cauillã: quæ ut ad cauillam peruenit/ dilatatur/ & ſub
pedis plãta cute diſtribuitur in omnes pedis partes/ & ſo/
lidiſſime cuti conſolidatur/ ut nequeant ab in uicem diui/
di. Dicit tamen ꝙ hæc colligantia cum cordis eſt propter
tres cauſas. Prima ut eſſet palma in perfectum iudiciũ ſen
ſus tactus. Secunda ut pilis careret propter impedimentũ
ipſorum in ſenſu. Tertia ut permixtione cordæ/ quæ dura
eſt/ cum molitie fieret temperies/ qua ſenſus competenti/
us eſſet organum. Eſt alia differentia in cute / quia aliqua
mobilis/ ut frontis/ & faciei: alia firma / ut eſt fere tota toti/
us corporis cutis: mobilitas autem cutis eſt propter diuer/
ſos fines/ quos dicemus locis ſuis: G.etiam.xi.de util.c.xv.
ponit

ponit multas differētias cutis. Primo ponit cutim frontis esse adhærentem musculo/ per quem mouetur: quæ cutis ab eodem ibidem dicitur cutis laxa/ quia mobilis. Inquit enim ꝙ impossibile est sine musculo inesse alicui mēbro motū: ideo natura subtēdit eidē fronti musculosam quādā substantiam subtilem: quæ tenaciter hic unita est cuti: & sola cutis frontis mouetur/ & etiam cutis pomorum faciei: quia est alligata cuti frontis/ quæ est musculosæ naturæ: iō simul cum cuti frontis potuit moueri/ quāuis substātia musculorum non sit submissa cuti pomorum/ submissam tamē habet membranam. Est alia cutis/ quæ secundum manus/ & pedes inpte itrinseca est musculosa: & tenaciter coadunata/ taliter/ si diligenter uolueris anatomizare has particulas ex subiacentibus musculis tendentes ad cutim manus intrinsecam/ & pedis inferiorem peruenientes sensibiliores simul: & nudas pilis: & iusta uertibiliores aliis cutibus inuenies. Est alia cutis/ quæ est secundum totum animal coadiuncta subiectis/ & non coadunata. Est alia/ quæ secundum labia musculis eorum/ quasi corruptis/ ut utiqꝫ dicat quis/ & per totū cōcretis cuti: & horū nihil ociose: a natura frustra factum est/ quoniā non erat possibile melius eas habere: quoniā quæ circa oculos a subiecta carne non excoriatur: & hoc ipsum inest intrinsecis partibus manuū & pedum. Sed illarum neutra est laxa/ sicut illa quæ frōtis neqꝫ sensibilem motum/ ceu neqꝫ gratia eiusdem utilitatis facta est talis inter alias. Aliqui dicunt ꝙ cutis pedum minus sentit/ dicētes Zoar attestari ossa sētire/ sed diminute/ sicut pedes rusticorum. Credo ego ꝙ hoc sit nō ratione cutis/ sed ratione calositatis impedientis/ & obtundentis sensum: quæ calositas est in prima cuti/ hoc est in corio. Arist. tamen pro ueritate: tertio de hist. c. xi. inter alias cutes/ ponit cutim capitis minus sentire aliis cutibus. Inquit sensu cutem ipsam carere constat/ maxime quæ capitis/ quoniā ibi nulla interposita carne ossi adhæreat. Aliqui exponunt li carere sensu. i. carere forti/ & acuto sensu: quia ꝑcipimus cutim capitis sentire/ diminute tñ: & hoc est quia sub cuti capitis non est caro/ nisi per pauca/ quæ est medium sensus secundum Arist. & etiam quia in ipsa cuti sunt radices: & materiæ pilorum undequaqꝫ dispersæ: quæ obtundunt

ſenſum. Et ob hanc cauſam pro parte cutes brutorum di/
minute ſentiunt. Auer. etiam ſecundo collig. non ponit ex
plicite cutim ſentire: & etiam Ariſt. de generatione aialiũ
ponit cutim terreſtrẽ: & .G. ii. cõplexionũ ponit cutim ſic/
ciſſimã: ſed ipſi intelligunt de prima cuti/ quæ terreſtritas/
& ſiccitas hẽt tueri mẽbra a nocumẽtis extrinſecis. Sua tñ
terreſtreitas/ & ſiccitas eſt reſpectiue ad cutes ĩteriores: ex
prædictis patet/ q̃ ſit cutis ſubſtantia: & cõplexio/ & q̃titas:
& ſitus: & colligãtia: & figura: & eius operationes/ ac iuua/
mẽta. Egritudines autẽ põt pati oium modorũ: & hæc de
cute ſufficiant. Vnũ tñ eſt aduertẽdũ/ ſecũdũ Mũdinũ/ qñ
dicit in mulieribus caue a uena q̃ in mulieribus a matrice
ad mamillas aſcendit p Mirach trãſiens. ſ. q opator in ex/
coriando cutim a pinguedine/ nõ incidat duas uenas aſcẽ
dentes ab oſſe pubis uerſus mamillas/ quia ab utroq; late/
re p Mirach aſcẽdit una uena ex p̃dictis uſq; ad mamillas:
ſed iſtæ uenæ cũ difficultate uident/ niſi mulier eſſet præ/
gnans/ uel lactans: ſed q bene uult uidere tales uenas/ uide
at anatomiã fœtus trium menſiũ/ uel q̃tuor ad plus in quo
uidebit poptime/ & has/ & alias uenas/ & iſtæ uenæ quæ
ſunt per Mirach aſcendentes ad mamillas in mulieribus
oriunt a certo ramo orto a ſeptimo ramo uenæ aſcẽdẽtis:
qui ſeptimus ramus eſt unus ex. x. ramis uenæ p̃dictæ: or/
tus quorũ. x. ramorum ab utroq; latere eſt circa finem ſpon/
dyliũ: & iſte ſeptimus uadit ad muſculos uentris longitu/
dinales: & ſic ẽt reperiunt aliquæ uenæ aſcẽdentes in ma
ſculis q̃ cõtinuant cum certis uenis uenientibus a pectore
ad Miraeh: & q nõ eſt bene inſtructus in talibus uenis: nõ
diſtinguet uenas maſculi a uenis mulieris euntibus ad ma
millas: nã uenæ/ q̃ a matrice uadunt ad mamillas: ſunt late
rales magis/ q̃ illæ q̃ ſunt ordinatæ p muſculis longis.

¶ De pinguedine.

De pingue/ dine

POſt cutim/ ſecũdum ordinẽ Mũdini/ ſequit de pin/
guedine dicẽdũ: & multa hic de pinguedine in cõi
dicent notatu digna. Et primo circa noĩa notat/ q
Stear pinguedo græce multa hẽt noĩa: qa interdũ pinguedinẽ:
Lipos prout pinguedo eſt graſſities aĩalis: uocat ſtear/ & lipos/

& liparon/& piar/& pimele/& lipa. Reperiuntur etiã multa nomina a latinis.s.grassities/unctum/siue unctuositas/pinguedo aruina/laridum/uel lardum/adeps/axungia/sepum/sagimen/siue sagina/& liquamen. Et quid sit unum quodq; eorum secundum latinos intelligendum/dicetur. Et primo dico q grassities/& unctuositas fere idem significat/& sunt tanq; genus ad prædicta nomina/tamẽ unctuositas se magis extẽdit ad omne unctuosum/& pingue/qđ exit a plantis/& ab arbustis/& herbis/siue ab aliquo minerali/aut arte/aut natura: quia interdum reperiũtur aliqua loca thermarum/a quibus uenit aliquod oleũ/uel unctuosum in magna copia: sicut est in agro Mutinensi in Castro monte Zibulo appellato: quia hic loci a saxo resudat oleũ sulphureæ uirtutis/quod appellatur oleum philosophorum: & alibi etiam reperitur emanare oleum a lapidibus: teste Mesue in.c.proprio de oleo philosophorum. Grassities autem magis se extendit ad unctuositatem exeuntem ab animalibus: quæ etiam grassities interdum significat superfluam carnositatem/quia apud medicos duplex est grassities una est pinguedinis/alia autem carnis/de prima hic est sermo/de secunda alibi dicetur: quæ secunda aliud nõ est/nisi superabundantia carnis supra temperatam habitudinẽ: & isti magis dicuntur carnosi: q̃ pingues/siue grassi. Interdum tamẽ reperitur grassitiem p̃dicari de uncto/de oleo: uel de unctuoso/ut qñ dr̃ hoc oleũ: uel hoc ferculũ/uel hoc emplastrũ est magis/uel minus grassum alio: & ita reperit̃ ecõtra.s.q unctuositas p̃dicat̃ de grassitie/ut qñ dr̃ ungat̃ hoc/uel illud mẽbrũ tali grasso. Reperirẽt aliter pinguedinẽ significare unctuositatẽ/nã Serapio/Auic.& alii medici dicunt saporẽ pinguedinis esse saporem unctuosum & ita etiam dicunt q materia pinguedinis/& grassitiei est sanguis unctuosus. Notant tamen aliqui periti q unctuositas est genus ad oleum/& ad grassitiem/& bene est notatum. Distingunt̃ tñ ut supra/qa sæpe unũ capit̃ p alio: & cõtra. ¶ Post unctuositatẽ/& grassitiẽ est notãdũ q reperit̃ apud multos pinguedinem in plus se habere/q̃ adeps/& esse genus ad adipem ab aliquibus autẽ reperitur oppositũ: nam Ari.v.proble.probl.iiii.&.v.&.x.proble.tertio. & alibi in problematibus: & tertio de partibus.c.ix.per pinguedinẽ

Liparon
Piar
Pimele
Lipa
Grassities
Vnctuositas
Oleum philosophorũ.
Grassities apud medicos duplex.
Vnctum
Oleum
Sapor unctuosus
Pinguedo
Adeps

intelligit adipem/ & omnem animalis grassitiem. Auic.tñ prima primi:doctrina.iii.de complexionibus membrorũ/ ponit differẽtiam inter adipem/ & pinguedinem / quæ est .s.ꝙ pinguedo est circa cutim / adeps uero intra uentrem: & hanc differentiam ponunt multi alii/ ut infra uidebitur. Et Aui.secundo canone:& Arist.tertio de hist.c.xvii. & alibi intelligũt per adipem omnem etiam animalis grassitiẽ. Distinguit tñ Ari.ubi supra/adipem a sepo/ut dicemus infra.Ex hoc infert'/ ꝙ non est ponẽda multa cura circa hæc nomina/cum idem auctor nunc dicat pinguedinem/nunc uero adipem/ & maxime cũ hæc nomina non sint nec græca:nec arabica:sed tantum posita sunt ad libitum interpretantis:& sunt nomina ad placitum primitiua/ & non deriuatiua:quia græce pinguedo dicitur pimele/ & stear. Igit in istis nominibus / & alibi aduertant legentes ad hoc.s.ꝙ cuiuslibet auctoris intelligant sententiam. Quia etiã apud bonæ latinitatis auctores/adeps est generale nomẽ ad omnem pinguedinem/siue animalis/siue alterius rei:ideo adipatum/pingue/ & succulẽtum tam de sermone / q̃ de aliis rebus dicitur. Vnde Iuue.feruent adipata ueneno:& Cicero asciuere suis artibus opimum quondam/ & tanq̃ adipatæ dictionis genus:& in psalmis dicitur/ cibauit eos adipe frumenti.Et Celsus/ & multi alii uocant omentũ adipinũ: & apud aliquos significat diuitias. Reperio etiam Ari.uocare adipẽ grassitiem circa renes / tertio de partibus.c.ix. istis uerbis. Itaq; uice carnis adipe renes obsepti muniũt/ quin etiam humorẽ melius discernunt/ & cõcoquunt sua pinguedine:pingue.n.omne calidum est : & tamen tertio de hist.ubi supra dicit adipem oriri:& esse inter carnem & cutem istis uerbis:adeps.n.inter carnem/ & cutẽ solet consistere.Ex prædictis igitur patet secũdum præfatos auctores/adipem/ & pinguedinem parum differre inter se. Vnã aliam reperio differentiam a Serapione datam auctoritate G.s.ꝙ pinguedo est in animali humido : & adeps in sicco: Pinguedo igitur erit in homine/in porco/ & anseribus / & in similibus.Adeps autem in thauro/in capra/ & id genus: & ita ad mentem.G.data est differentia adipis/ & pinguedinis uera.Ad mentem autem Aristo.tertio de histo. & ad mentem Pli.lib.xi.c.xxxvii. differt adeps a sepo in hoc: ꝙ

Pimele
Stear

Adipatum
Pingue
Succulentũ

Pinguis.i.diues

In qbus aĩalibus adeps: & in quibus pinguedo.

Sepi & adipis.

sepum est in animali nõ utrinq3 dẽtato/ Plinius tñ addidit cornuto/ & ꝙ animal habeat talos in pedibus: & sepum li/ quæfactum coagulatur: & fragile est/ & in fine carnis sem/ per est: adeps autem est in animali utrinq3 dẽtato / Plinius addit/ & non cornigero & bisulco/ scissis ue in digitos pe/ dibus: adeps est inter carnẽ/ & cutem / succoq3 liquida mi nime apta durari. Iacobus tamen de partibus adducit tex tum Ari. traductionis antiquæ / in quo Ari. loco adipis/ li/ tera dicit Zirbum/ & etiam ponit ꝙ Zirbus.i. adeps / siue sepum est in animali cornuto/ hoc uide prima primi de cõ plexionibus membrorum. Tamen Arist. secundo de parti bus.c.v. dicit ꝙ animalia quæ habent sanguinem corpulẽ tum/ & grossum/ sepum habent/ quia sepum terreum est: cum parum aquæ: & multum terræ contineat. Quamob/ rem/ quæ non utrinq3 dentata/ sed cornigera sunt: hæc se/ pum habent: quia animalia quæ cornua gerũt: & talos ob tinẽt/ natura sunt terrena/ & arrida. At uero genus utrinq3 dentatum/ & cornuum expers/ & multifidũ uice seui adi/ pem habet/ quæ non frangitur/ quoniam eius natura mi/ nus terrena est: & hic loci Ari. uidetur concordare cum. G. ꝙ seuum fiat in animali sicco/ adeps uero in humido/ ut p̃ tactum est auctoritate Serapionis in capi. de simplicibus. Aliam differentiam ponũt aliqui.s. ꝙ adeps sit intrinseca: Pinguedo autẽ extrinseca/ iuxta illud carmẽ/ intus adeps/ aruina foris/ pinguedoq3 q̃uis/ siue carnis: & secundũ istos sepum / & axungia/ & adeps erit idem: pinguedo autem/ & lardum seu laridum (utrũq3.n. lectum est) & aruina idẽ: secundum ergo auctores distinguant legentes/ & erũt ab/ soluti ab intricatione nominum. Notent præterea legẽtes ꝙ aruina etiam indicat omnem grassitiem: sicut & pingue do. Tamen proprie dicit exteriorem grassitiẽ/ axungia au/ tem dicit grassitiem intrinsecam animalis humidi/ ut puta suis/ uel porci/ & dicitur axungia ab ungẽda axe / uel lora: teste Catone de re rustica. Ex axungia fit liquamen/ quod a uulgaribus nostris appellatur delleguedo/ siue destructũ: quod liquamen etiam dicitur sagimẽ: siue sagina/ quæ est res gustui amica: hoc liquamen/ uel saginem igne dissolui tur: & fit tantũmodo axungia non autem sepo: quia sepũ abominabile est: & durum: nisi sit ex animali tenerrimo

Zirbus.i. adeps

Alia dñ̃a inter adipẽ: & pinguedinẽ

Lardum
Laridum
Aruina

Liquamen
Delleguedo
Sagimen
Sagina

lactante/uel quasi/quia tunc sepum non est ualde durum: sed est esui aptum: & amicum/ut est sepum hædi, uituli/ & agni/ & similium. Sagina uero/uel sagimen proprie est ci/bus quoquo modo factus/quo quis pinguis efficitur: & iõ pinguescentes arte dicunt saginati: & saginarium dicit lo/cus/ubi saginantur animalia: unde Varro dixit/pullos an/serum includunt in saginario/ibiq; poletã: & polinã aqua madefactam dant cibum/ita ut per dies saturẽt. Et quia ex prædicto liquamine: siue sagimine/uel sagina fiunt fercu/la maxime impinguantia/dicitur uere sagimẽ/uel sagina.

Saginati

Saginarium

Lardum uel Laridum

Nũc restat ut de lardo sermonẽ faciamus. Laridũ igit/uel lardum: est pinguedo circa dorsum nata/ & est proprie la/ridum quando est salitum/ quãuis etiã hoc nomen seruet sine sale: dicit sine sale laridũ/quia ex eius substantia fit lari dum qñ est salitũ. Notant aliqui q̄ succida/uel succidia est massa carnis porcinæ salitæ/quæ continet pernam/petaso nem/sumen/& glandiodicam/siue glandium/ & lardum: pernæ autem dicuntur tã priores: q̃ posteriores coxæ por cinæ salitæ cum toto pede. Licet perna aliter significet pe/dem/ut in catalogo diximus: & has pernas salitas Martial. appellat petasones. Aliqui tamen dicunt/q̄ petaso est illa pars/quæ est ab iliis ad costas inclusiue. Sumen autem est pars illa a nobis descripta/ quæ est gustui ualde amica. Teste Pli. qui dicit sumen optimum est: si modo fœtus non hauserit: & sumata a nostris uulgaribus dicta est hæc pars: quæ est ita gustui amica/& est illa/in qua sunt ube/ra in porca: quæ est multum in usu Romæ. Glandiodica autem/siue glandium est illa pars gulæ porci in qua sunt glandosæ carnes gustui sapidissimæ. Continet & succida laridum/quod dicitur laridum/uel lardum/ idest lente aridum: quia salitum/quod est porci tergum salitum. Substantia pinguedinis ponitur mollis: & rara/quia aerea Ideo supernatat aquæ mixta tamen est illi aquositas quæ dam. Ideo elixabilis/ & fluxibilis/ aer tamen in hac domi natur: & quamuis octauo de histo. dicatur nihil intrare de aqua: & terra in pinguedine: si nihil exponitur/idest pa/rum: corpus enim est compositum ex elementis: qđ gene ratur ex sanguine unctuoso/ & est membrum exangue: si membrum conceditur/ & est sine sensu teste Pli. ubi supra

Succida

Succidia

Perna

Petaso

Sumen

Glãdiodica

Sumata

Vnde dicat lardum

& caret uenis/ & arteriis:sed generatur ex sãguine a uenis præterfuso illi apposito/ & coagulatur a frigido/sicut Rob a calore solari:secundum aliquos. Gentilis autem negabat pinguedinem esse membrum:sed dicebat esse superfluitatem/contra quem multi dicunt: & asserunt ipsum errare: & maxime Nicolus septimo sermone.c. de adipe: utrum autem sit membrum:inferius dicetur. Quantitas pinguedinis est indeterminata/ quia aliquibus perpauca/ & fere nulla est:ut interdum ego uidi anatomizando corpora/ in quibus etiam omentum solum erat pelliculosum: iudicio meo/sine aliqua pinguedine. In istis tamẽ præcesserat aliqua ægritudo. In aliquibus uero est quantitas temperata & in aliquibus est maxima q̃titas:& est isensibilis/caret.n. sensu teste Gal. in libro de iuuamento anhellitus. Et inter omnia animalia porcus a nullo brutorum pinguedine superatur. Quod autem pinguedo careat sensu/ & ꝙ sit multa in porco/testis est etiam Varro libro secũdo de re rustica capitulo quarto de sue:qui dicit/scio in arcadia me esse spectatum suem: quẽ præ pinguedine carnis non modo surgere non posset: sed in eius corpore Sorex exeso nidũ fecisset/ & peperisset mures:hoc etiam in Vineta factũ accepi. Homo etiam mirum in modum pinguescit:unde recitat Pli. ubi supra:ꝙ.l. Aproni uiri consularis filio detractos adipes/ Leuatumq; corpus immobili onere:& hoc forte non facerent medici nostri temporis:quamuis sint multi qui dicant pinguedinem non sentire:uidetur tamẽ Gal. secũdo Techni uelle: ꝙ sit animata: cum ponat ipsam inter membra habentia uirtutem innatam tantum: sed multi negant ipsam esse animatam: quia caret calore uiuificãte:per quem fit nutrimenti attractio:quo nutriatur:& augeatur. Augetur enim dum unctuositas sanguinis per partem:post partem expellitur ad locum pinguedinis. Dicũt aliqui ꝙ in corpore est una pinguedo:quæ supernatat sanguini ad intra uenas:de qua Galenus secundo complexionum inquit:quod pinguedo sanguinis cum sit in loco frigido coagulatur:& hæc est pinguedo: quæ apparet natare supra sanguinem phlebotomatum/ uel alia uia a corpore extractum: alia est pinguedo circa membra: quæ iam coagulata est: & ista est membrum: non autem prima.

Pinguedo caret sensu

Sorex fecit nidũ in pinguedie porci.

Adeps ɗtrahit a corpore opere manus

Iuuamenta pinguedinis

Iuuamenta pinguedinis sunt plura: primo ad fouēdam digestionem: sicut recitat. G. de omento in milite plagato: & iuuat ne membra exsiccentur nimio motu: ideo dicunt aliqui ꝙ animalia plurimi motus circa cor/ & renes multam habēt pinguedinem: Ideo dicitur conagrum.i. Asinum silueſtrem/ habere pinguiſſimum cor/ habet etiam humectare membra ſicca/ & dura/ ne frangant leuiter. ut oſſa.

Complexio pinguedinis seu graſſitiei

¶ Complexionem pinguedinis/ siue graſſitiei/ reperio a doctoribus eſſe poſitam diuerſis modis: quia aliqui uolūt: ꝙ ſit frigidæ complexionis/ aliqui uero ꝙ ſit calidæ: ideo eorum opiniones in mediū adducendæ ſunt. Dicāq; qualiter ſit calida: & qualiter frigida. Opiniones nāq; ꝙ complexio pinguedinis/ siue graſſitiei ſit frigida/ ſunt iſtæ: primo Aui. de complexionibus mēbrorum ponit eam inter mēbra frigida/ & in libro de animalibus/ dum dicit/ quando multiplicatur pinguedo in corpore interficit/ quia congelat calorem naturalem: & etiam ſecūda primi: de ſignis cōplexionum dicit/ ꝙ pinguedo/ & adeps ſemper ſignificāt frigiditatem: & . G. ſecūdo complexionum dicit/ pinguedo nō eſt ſemper/ niſi propter frigiditatem corporis: & ibidē dicit etiam: in corporibus uero/ in quibus eſt plus pinguedinis/ q̄ carnis frigus iam eſt augmentatum: & Ariſt. ſecundo de partibus. c. v. dicit/ cito ſeneſcit animal multæ pinguedinis: quoniam ſanguis eius eſt paucus: ſenectus autē non eſt aliud/ q̄ mala complexio frigida/ & ſicca: & quinto de morbo dicitur/ ꝙ paucitas ſanguinis eſt cauſa frigidatis hac de cauſa dixit Hipp. ſecunda aphor. c. xliiii. craſſi ualde ſecundum naturam citius moriūtur magis gracilibus: qa talia corpora: (ut ibidem. G. inquit:) ſunt paruarum uenarum: & ideo neq; ſpiritu abundant/ neq; ſanguine: igitur pinguedo neceſſario eſt frigida. Aui. etiam quinto Cāticæ dicit/ frigiditas/ & teneritas dominatur in cōplexione pinguedinis: & Auer. ibidem in commento inquit/ multa uero pinguedo corporis ſuperfluam ſignificat frigiditatem: & humiditatem: & etiam. G. primo complexionū. c. viii. inquit: non eſt poſſibile: ut pinguedo coaguletur in circuitu hepatis/ nec in circuitu uenarum pulſantium: & nō pulſantium: nec in circuitu cordis: nec alicuius membri uehementis caliditatis: & ſexto eiuſdem/ morbi calidi febriles

Senectus qd

deſtruunt

destruũt pinguedinem:& quarto Meteororum quod dis/soluitur a calido. & coagulatur a frigido/ est frigidum:er/go.per præfatos auctores/pinguedo est frigida.Ponit etiã pinguedo/& adeps frigidæ complexionis ab Haly.secũdo theoricæ.c.xiiii.in fine ex parte agentis/istis uerbis/ at ue/ro pinguedo/ & adeps est corpus album molle:& hæc am plior est super panniculos/& super membra neruosa pro/pter eorum complexionis frigiditatẽ. Quod etiã pingue/do sit frigidæ complexionis/probatur auctoritate Petri Hispani in commentis.xxxviii.xxxix.xl.xli.xlii. diætarũ uni/uersalium Isaac dicentis/ ꝙ omne illud quod appositum corpori calorem naturalem diminuit:est frigidum:sed pin guedo est talis:ergo.& probat hoc experientia: dicit enim ꝙ oleum inungendo faciem mitigat eius ardorem:inquit etiam/unum quodq; in ratiõe cibi dicitur frigidum/quod ad humores frigidos conuertitur:sed pinguedo est talis:er go.experientia etiam probatur ꝙ pinguedo sit frigida: qa ipsa abundat in complexione frigida/ ut in phlegmaticis corporibus:& in mulieribus/& ĩ membris frigidis: cõiter etiam famigerati Moderni auctores/ tenent pinguedinẽ esse frigidæ complexionis/ut est Gentilis/ & Conciliator/ & Iacobus/& Vgo/& alii multi:ergo.

¶Oppositum reperio etiam apud multos.s. ꝙ pinguedo est calidæ complexionis:& primo ab Ari.quarto de parti/bus.c.iii.dicitur ꝙ pinguedo est calida istis uerbis. Omen tum ratiõe hac gignitur:sed natura eo abutitur ad cibi me liorem concoctionem/ut facilius/celeriusq; cibi ꝯcoquãt. Calor.n.uim habet coquendi/pingue autem calidum est: & omentum pingue est:tertio etiam de partibus.c.viii. in quit:itaq; uice carnis adipe renes obsepti muniunt: quin etiam humorem melius discernunt:& concoquũt sua pin guedine.Pingue.n.omne calidum est.G. etiã.iiii. de util. c.ix.dicit Zirbum sua pinguedine calefacere uentrem: & ob hoc quidam miles/cui abscisus fuerat Zirbus/ non po/terat digerere. Idem dicit etiam in libro de ingenio sanita tis/& quinto de iuuamentis membroꝶ.c.ii.& dicit ꝙ pin guedo est calida istis uerbis.Et significatio multi caloris in pingnedine est uelocitas in accẽsione propter propinqui/tatem naturæ eius ad naturam ignis/ & Serapio etiã dicit

ꝓ uirtus pinguedinis ē calefacere: & humectare: & Auer. secūdo colliget inquit: Sepi utilitas est, ut calefaciat: & qn to eiusdem dicit etiam qđ manifestius est i ipsa pinguedi ne, est calor cum multa humiditate. generatur etiā ex san guine teste Arist. ubi supra: & sanguis est calidus: ergo. Est etiam pinguedo aereæ naturæ: & aer est calidus: ab Auic. etiam secundo canone dicitur, ꝓ est calidæ complexiōis: & tertia quarti ponitur inter medicinas maturatiuas, & ta les sunt calidæ: & primo Canticæ, omne habens dominiū pinguedinis est unctuositas: & unctuositas ē calida: ergo. piuguia etiam inflāmāt erisipilas: & ægritudines calidas: ergo est calidæ naturæ: per multa alia media posset proba ri piuguedinem esse calidæ naturæ: sed hæc sufficiant. Ad dilucidationem autem præmissarum opinionū, est notan dum, ꝓ aliqua res potest dici calida, & frigida, sicca, & hu mida pluribus modis: quia dicitur talis: uel ut medicina: uel ut cibus: uel dicitur talis ex parte mixti: uel dicitur talis ab agente præparante materiam a qua illud tale generať: uel ab agente finali: uel dicitur talis: uel per se, uel per acci dens, uel actu, uel potentia. Has distinctiones dant medici: & pro parte Arist. secundo de partibus capitulo secundo.

Aliquā rē dici posse pluribus modis calidam, frigidā, humidā, & siccā.

¶ Data igitur tali distinctione, possunt saluari qui dicunt pinguedinem esse frigidam: & etiam qui dicunt eam esse calidam. Voco hic pinguediuem omne pingue: & unctuo sum. Et dico pro quāto pinguedo est medicina corpori ap plicata, ꝓ est calidæ complexionis magis: & minus secūdū speciem pinguedinis: & primo est calida per se: quia eius materia est unctuositas sanguinis: quæ poniť calida ab om nibus: secundo est calida per accidens sua uiscositate reuer berādo calorem, siue naturalem, siue extraneum ad intra: q̃uis posset dici, ꝓ potest reperiri talis calor extraneus in membris, puta in Erisipilla: & in pruna, & in igne persico: qui esset maior calore pinguedinis: & ut sic possemus di cere pinguedinem esse frigidam: ut medicina: respectu ta lis caloris: sed dicere pinguedinem: & alia simplicia: seu composita: etiam calidæ uel frigidæ complexionis: non est esse talia: nisi respectu complexionis naturalis membri: cui applicantur: & ideo non ualet prædicta ratio. s. ꝓ sit fri gida respectu caloris extranei: quia etiam pinguedo: q̃uis

ex se sit frigidior calore erisipilæ : & sit tanquam medicina contraria/ propter hoc nõ remittit illam caliditatem: quia non est sibi contraria in gradu : & etiam si esset / impe/ diretur eius operatio a sua uiscositate . Et ideo ego notan/ ter uidi aliquos inungere erisipilas cum oleo roxato / in quibus non erat magna inflammatio : & statim creuit ca/ lor extraneus : & hoc fuit magis a uiscositate olei : quam ab eius caliditate: & propter hoc nescio quantum credam auctoritati Petri Hispani: qui dicit ꝙ oleum mitigat ardo/ rem faciei : quod credo esse falsum : nisi ardor esset a mala complexione sine materia : uel ꝙ esset cum pauca mate/ ria : hæc tñ dicta sint cum reuerentia / & licentia suæ san/ ctitatis : quia ipse (& merito) fuit summus Pontifex uoca/ tus Ioannes uigesimus primus . Si autem sumatur pin/ guedo ; prout est cibus : est frigida : quia non digeritur propter eius uiscositatem : & sic dicunt omnes periti : ꝙ conuertitur in phlegma : & ideo/ ut sic/ est frigidæ com/ plexionis . Si etiam pinguedo capiatur prout est compo/ sita ex certo mixto aereo simul : & aquoso / aereo tamen prædominante : & ut sic / sit ab unctuositate sanguinis : quæ est calida (ut prædiximus) est calidæ complexionis. Si etiam sumatur ab agente præparante : est calida : quia agens est calor digerens cibaria : a quibus fit sanguis: qui est materia pinguedinis : & ita interdum / ut prætactum est : est calida per se : & interdũ per accidens: & interdũ p̱ se & p̱ accidens: & erit interdum calida actu extra corpus: si arte calefiat : uel si calefiat a calore corporis : eo modo quo calefiunt uestes : uel erit calida actu etiam in corpore uiuente : sed secundum membra una erit calidior altera. Pinguedo.n. circa cor / erit calidior pinguedine : & etiam carne pedis. Si autem capiatur pinguedo ab agente finali: non ab agente finali.s. propter quem finem creata sit/ quia de hoc nõ curat medicus/ q̃tum ad complexionem: sed ab agente finali/ hoc est ab agente dãte formã pinguedini: ut cõmuniter tenent doctores ꝙ fiat a frigido: & ita est frigi/ dæ complexionis: q̃uis sint etiam aliqui famigerati aucto/ res/ qui tenent oppsitum: quos nominabimus infra . Istis habitis/ potest saluari uterq; ipsorum : nec est credendum ꝙ tanti/ & tales auctores contradicant sibi ipsis.

Pinguediuẽ cibũ esse fri/ gidum.

¶ Notent tamen legentes / ꝙ apud Gentilem secunda primi.c.de signis complexionum / & apud Nicolum septimo sermone.c.proprio de adipe / & apud Matthæū de Gradi super uigesimasecunda tertii parapho. Quidam uero dicunt: ubi Matthæus loquitur de Zirbo: Reperio absolute eorum opiniones esse / ꝙ pinguedo sit calidæ cōplexionis ex parte agentis finalis. Nicolus dicit ubi supra / ꝙ pinguedo sit a calido diminuto. Matthæus uero đ gradi dicit salua semper aliorum auctoritate / ꝙ pinguedo sit a frigido .i.a calido diminuto respectu unctuositatis / ex qua fit pinguedo: non autem a frigido respectu cutis: ut tenēt multi alii: sed isti ultimi auctores dicunt hoc de qualibet pinguedine. Sed Nicolus secūdo sermone / tractatu quinto / distinctione prima.c.iiii.de signis complexionum naturaliū distemperatarum in generali / auctoritate. Aui. quæ auctoritas habetur secunda primi de signis complexionum / dicit ꝙ aliqua pinguedo.s.illa quæ est circa cor: non generatur a frigido: sed confuse dicit ꝙ generatur / propter materiam & propter curam naturæ pendentem a materia illi simili: & dicit ꝙ licet caliditas cordis repugnet generationi pinguedinis super cor / natura tamen / quæ corpora propter finem condidit / ordinauit ꝙ super cor generaretur pinguedo / ut sua frigidate remitteret caliditatem cordis: & prohiberet ipsum ab inflammatione / ad quam est dispositū propter multam eius caliditatem: & etiam / ut dicunt quidam ut pinguedo sua soliditate cōtineat caliditatem in ipso / & prohibeat eam / & spiritus exhalare. Ac etiā cum cor sit in nimio motu / nimiū exsiccaretur. Generata est ergo circa ipsum pinguedo / ut leniat / & mollificet / & ꝓhibeat ipsum ab exsiccatione. Et subdit etiam auctoritate Aui. ꝙ pinguedinis / & adipis congelatio super corpus diminuitur: & augetur secūdum caliditatis eius minorationem & augumētum. Per hæc tamen uerba explicite nō dat agens finale.i. dans formam pinguedinis circa cor / & circa alia membra calida / si aliqua sit: sed requirit ꝙ detur: & assignetur agēs huic pinguedini. Quod agens / subtilissimus Gentilis de fulgineo conatus est assignare de pinguedine oriente circa cor: & maxime super secunda primi.c.de signis complexionum: ubi etiam uult ꝙ omnis pinguedo sit calida maxi

me complexione actuali: & etiam potentiali: & q̃uis dicat ꝙ complexio pinguedinis sit frigida respectu complexio/nis carnis: parum tamen infra dicit ꝙ a calido generante: in eis relinquitur/ aliquod uestigium caliditatis sicut ap/paret in cineribus in quibus relinquitur aliquod uestigiũ caliditatis/ & adustionis. Et dicit cum ergo pinguedo / & adeps generetur a calido: q̃uis diminuto / respectu eius a quo generatur caro. Ideo in eis relinquitur aliquod uesti/gium caliditatis: & ideo non est inconueniens/ ꝙ corpori nostro approximata/ potentia calefaciat/ licet quando erat in corpore hoc non faceret / cũ tunc uniformiter subiicere tur. Et dicit ꝙ Aui. loquitur ibidem de complexione actua li: sed ꝙ argumenta quæ fiunt super pinguedine/ loquunt̃ de potẽtiali: sed profecto hæc Gẽtilis dicta mihi nõ placẽt. Hunc tñ enucleandi laborem maioribus meis relinquo.

¶ Sed ibidem parum infra/ subtilissime probat pinguedi/nem circa cor esse calidæ complexionis ab agẽte finali dã/te formam: quod quidem agens necessario requiritur & pinguedini: & omnibus aliis membris: siue partibus cuius libet animalis. Et arguit sic: circa cor non potest generari pinguedo: quia est ibi agens destruens. s. caliditas calefaci/ens/ dissoluens: & consumens ergo &c. arg. patet: quia ex quo est agens continue contrarium / non debet effectum cõtrarium producere: sed apparet / ꝙ in corde sit caliditas maxima/ tanq̃ in fonte caliditatis/ quæ est apta consumere & liquefacere pinguedinem: quare &c. Nec ualet/ si dicat̃ ꝙ ibi generatur per finẽ: sicut recitat Nicolus auctoritate Aui. ex intentione naturæ: quia finis debet mouere agens proportionale effectui: & non contrarium. Dicendum est ꝙ pinguedo multiplicatur in corde propter ea / quæ con/currũt ad ipsius pinguedinis generationem. s. propter ma teriam: & propter finem: & propter agens. Primo quidem propter materiam: quia ĩ corde multiplicatur multus san/guis: ut tenet. G. de iuua. membrorum: & cum pinguedo sit ex unctuositate sanguinis: & per consequens multa ma teria pinguedinis: quia in corde est multus sanguis: ergo circa cor erit multa pinguedo. Secundo apparet ex fine. s. ex iuuamento pinguedinis: ꝙ debeat esse circa cor: & mul ta/ quia in corde requiritur conseruatio caloris: hoc autem

facit pinguedo circa cor / non ꝙ habeat calefacere cor q̃tũ est de se / cũ sit ualde minoris caliditatis corde: sed cõseruat ipsum reuerberãdo. Generatur etiam pinguedo circa cor ratione agentis. Sed notandum ꝙ calidum naturale habet consumere unctuosa / & ea liquefacere: Item habet inspissare cum inspissatione: quæ fit a calido resoluẽdo humidũ aqueum: sed q̃tum ad actionem regulatam a natura agit secundum ꝙ exigit natura membri: quia ergo natura cordis indiget conseruatione caloris: ideo eius calidum naturale agens est ut regulatum a fine: & necessitate naturæ generat sibi pinguedinem cum qua conseruatur: & ideo dicebat Auic. (cuius auctoritatẽ adducit Nicolus ubi supra) non est propter complexionem .i. non generatur a calido: ut calidum est: sed propter curam naturæ .i. propter intentionem naturæ regulãtis calidum in sua actione quod exigit natura membri: sed quia hepar non indiget pinguedine conseruante calorem: quia in eo non est caliditas: sicut in corde: Ideo fuit in ipso corde generata: nõ autem in hepate. Responsiones quæstionis remitto uidẽdas illis: qui omnia quærunt: hæc penes me sufficiunt: impetrata etiã uenia de prolixitate. Et ob rationes prædictas Conciliator ausus est dicere / ꝙ complexio pinguedinis cordis est alterius naturæ ab alia pinguedine. Sunt tamen aliqui qui dicunt ꝙ caliditas cordis non obstat ꝯgelationi factæ ab aere frigido circa cor / uel factæ a complexione membrorum circũstantium frigidorum a quibus dicunt sanguinem cõuerti in pinguedinem circa cor: & dant exemplum de plũbo liquefacto / quod coagulatur a frigiditate aeris stãte ad huc in ipso / uirtute ignea urente: ut patet expientia. Quid dicant auctores de coagulatione plũbi / uel alterius metalli ꝙ fiat a frigido stante ẽt caliditate ustiua in quarto in ipso: mihi uidetur istam similitudinẽ negari posse: quia nõ est simile de pinguedine ad metalla. Quæ metalla / si coagulentur a frigido stãte in eis actuali caliditate ustiua / ꝓpter hoc nõ est / qn illa caliditas sit diminuta respectu caliditatis aptæ eliquare ea / qa q̃primũ remouent̃ metalla ab intẽso & forti igne eliquãte / statim remoto illo gradu intenso caliditatis: acquirit̃ in metallo frigiditas ab aere circundante: & ita coagulatur re uera a frigido: sed ꝓpter hoc metalla nõ

Exemplum de plumbo coagulato

sunt æque calida/sicut erãt/quãdo erant eliquata/ q̃uis ibi
dem sit caliditas urens. In corde autẽ/ circa quod generaꝛ
pinguedo/non est talis similitudo/ quia semper cor æqua
liter est calidum:& aptum eliquare semꝑ & æqualiter ip/
sam pinguedinem:& ideo est dicẽdum:ꝙ pinguedo circa
cor fit a calido eo modo quo dicit Gentilis:& sic fuit mens
Aui.loco/ubi supra. Vtrum autem hæc caliditas coagulãs:
& inspissans pinguedinẽ/uel frigiditas sit respectu comple
xionis cutis/uel sanguinis/uel carnis : sicut dicũt aliqui/ in
præsenti a me non determinabitur . Credo bene ꝙ dicere
aliquod esse calidum:uel frigidum : ꝙ illud itelligatur esse
tale actualiter respectu cutis:& sic est cõis opinio . Sunt ẽt
aliqui/qui negant similitudinem pinguedinis : & plumbi
posse substineri ex parte substantiæ ipsorum:& suæ quali/
tatis:dicentes plumbum esse aptissimum ad coagulationẽ
propter suam naturam ualde frigidam:& etiam siccã : quã
natura quærit conseruare in suo primo esse:& propter suã
naturã frigidã plumbum cito coagulaꝛ/stãte ẽt agente sibi
contrario potẽti:qa teste Ari.secũdo de partibus.c.v.diciꝛ
quod de duobus/nõ cito:sed lente frigesit : id calidius est:
& quod citius calesit eo ꝙ lentius/natura esse calidiori cẽ/
semus:talis:ergo.cõparatio est nulla/secũdũ istos: qa plũ/
bum:& pinguedo sunt diuersarũ substãtiarũ: & qualitatũ.
Vgo tñ/ & Matthæus de Gradi:& aliq alii:(q dant cõpara
tionẽ ꝑdictã plũbi:& pinguedinis:)nõ itẽdũt aliud ꝓbare:
nisi ꝙ possibile est:ꝙ ubi est caliditas : qualis est circa cor:
ꝙ ibi põt cõgelari pinguedo:ubi nõ est caliditas q̃rti gra/
dus/qualis remanet in plumbo nouissime fuso:quod coa/
gulatur stante ibidem adhuc caliditate ignea. Arist.tamen
ubi supra:distinguit multos modos caliditatis:quibus ui/
sis/ & intellectis / faciliter poterit aliquis soluere rumores
prædictos/dando exemplum de aqua feruente:& de flam
ma/ac de pauco igne:respectu multæ aquæ feruentis. Di/
cendo etiam ꝙ aliud est calidum actu/ & aliud potentia:&
aliud per se:& aliud per accidens:& aliud per se & per ac/
cidens. Vltra prædictas opiniones:sunt aliqui alii: q dicũt
circa cor non esse calidũ consumens:seu eliquans pingue
dinẽ:dicẽtesq ꝙ id calidũ qđ est i corde:est i cẽtro cordis:
non autẽ circa extrinsecam eius partẽ: & ꝙ caro cordis est

frigida/quãtum est ex se/ & si cor est calidum / calidum est intrinsecus mediãtibus spiritibus propriis/non autem extrinsecus ultra caliditatem naturalem carnis sui ipsius est calidum: & dicunt ꝙ capsula cordis: & alia membra circũ uicina frigida sunt causa coagulatiõis sanguinis in pinguedine circa cor: & ꝙ hoc sagaciter fecit natura .s. ut cor sua frigiditate/ & substantia densa / uniret calorem eius: & sic tenent pinguedinem circa cor generari non per accidens sed per se: hanc opi. recitat quidam Ioannes Baldus Florẽtinus: qui scripsit super tertio Canone Aui. quam ego nolui pertransire silentio. Finem tamen hic imponens sermoni de pinguedine.

¶ Post pinguedinem succederet loqui de pãniculo carnoso/ continuando ordinem Mundini: sed quia superius de toto mirach. i. de toto aggregato. s. cute/ pinguedine/ & pãniculo carnoso: & de musculis: ac d siphac factus est sermo & multa de isto pãniculo dicta sunt: & etiam infra dicenť. Ideo nũc de eo pauca hic referam. Verum quia hic est primus pãniculus/ de quo incipit loqui Mundinus: dignum putaui aliqua communia de panniculis hic loci inserere.

Tergus
Operimẽtũ
Tela
Tunica
Cooptoriũ
Tegmeu
Pellicula
Velamen
Hymen
Membrana
Siphac

Panniculus dupliciter sumitur

¶ Dico igitur ꝙ panniculus est membrum spermaticum: & simplex/ pro quanto pars cõicat in nomine: & diffinitione cum toto. Compositum autem/ & organicum potest dici pro quãto est organum certarum operationum animæ: puta ad dandum sensum: & ad ligandum membra: & multa habet nomina. Nam a Celso nominatur tergus/ cum dicit uentriculum. i. stomachum ꝯstare duobus tergoribus: ab Haly. dicitur operimentum: ab aliquibus dicitur tela: & tunica/ & coopertorium/ tegmen/ & pellicula / uelamẽ: & hymen: & ab Ari. tertio de hist. membrana/ & siphac arabice: q̃uis proprie / & stricte siphac sit panniculus interior uentris inferioris. Panniculus etiam dupliciter sumitur: uno modo large pro omni coopertorio membra tegente: alio modo stricte ꝑ uera cute/ quæ est intrinseca: & est neruea pãniculosa: quæ totum cooperit corpus: quia cutis exterior non est proprie denominanda pãniculus/ si componentia panniculum consideremus: sed hæc cutis exterior: (ut referunt quidam) est quoddam coagulatum ex quadã humorum unctuositate ad superficiem corporis trãsmissa:

quemadmodũ

quemadmodum inuenitur ĩ superficie pultium/ aut lactis bulitorum/in quibus quædam pellicula superficialiter apparet. De prædictis nominibus multæ sunt intricationes nes: quia aliqui sola composita cooperimenta tunicas nominant. Alii autem ea quæ sunt grossa/alii autem nisi hæc membra sint composita/ & grossa nuncupationẽ non dãt. Similiter de membranis est litigium: quibusdã.n.sufficit simplicitas/aliis subtilitas/aliis requirũtur subtilitas & simplicitas: sed in istis intrincationibus aliud nõ est / nisi uana gloria: & nulla est utilitas. Et in istis altercatiõibus noium multi consumunt totam suam uitam: sicut recitat. G. quarto de uti.c.ix.& isti fugiendi sunt: nobis sufficit unum ex prædictis nominibus: dũmodo per id intelligatur essentia rei.s.ꝙ panniculus est membrum ex uillis nerueis: & ligamentalibus compositum a natura propter diuersos fines (quos dicemus loco suo) factum. Sed quia a nobis huic pãniculo/ ad mentem tamẽ diuersorum auctorum/ multa nomina sunt posita: Quid indicent illa nomina/ dicamus/ ne illa a nobis innaniter dicta sint. Dicamus igitur ꝙ inter illa nomina est panniculus/ & tela: quid autem tela sit: & panniculus / quilibet uulgaris nouit: hoc autem membrum dicitur tergus a Celso: quia tergus indicat corium: ut est etiam apud Virgi. dum inquit. Tergora dirripiunt costis: & uiscera nudãt. & puto dici tergum ob hoc / quia a tergo pergamenum prius inceptũ est scribi ab uno latere: deinde ab utroq;: & pergamenum fit ex corio animalis: quod grossam habet pellem: & ita etiam corium est proprie pellis: quæ crassitiem habet/ & multam/ q̃uis interdum coriũ capiatur pro quacunq; re tegente aliquod corpus: ut hic. Membrana autem proprie sumpta est pellis / siue cutis ex qua pergamenum factum est/ & dicitur pergamennm: qa pergami primo factum: in quorum tergoribus primo scriptum est. Operimentum autem dicitur id / quod aliquid tegit: & operit: & ita tegmen/seu tegimen/ aut tegmentũ/ a tegendo etiam est dictum: & uelamen: q̃uis interdum sumatur pro ueste: hic tamẽ est omne id quod aliquid uelat. Cutis autem.i.pellis/a qua uenit pellicula eius diminutiuum/est corporis extremitas/in qua apti sunt oriri pili: & dicitur pellis a pellendo: uel a pilis in ea nascentibus: & se/

Panniculus

Tergus

Membrana proprie.

Pergamenũ unde

Operimẽtũ

Tegmen

Tegimen

Tegmẽtum

Velamen

Cutis

Pellis

cundum aliquos dicitur pellis cum est a carne separata/ q̃ cutis antea dicebatur: quæ postq̃ cõcinnata est pro calceis conficiendis Aluta dicitur. Hymen autem hic capitur pro panniculo membra tegẽte: sed Hymen cõiter capitur pro exteriori cute: quæ non est uera cutis: sed uere/ & proprie hymẽ est illa pellis tenuis uirginalis: quæ rumpitur in primo coitu/ quæ uenosa est/ ut apparet primo in uiolatis: & ita hæc sufficiant pro declaratione prædictorum nominũ: quæ omnia indicant panniculum: ut prætactum est.

Aluta

Hymen proprie: & cõiter.

Substantia panniculi

¶ Huius membri substantia/ teste Ari. tertio de hist. est similis cuti pertenui/ & spissæ: & carne uacat/ ut i pluribus: ut uapore careat: & tenuis est/ ut sit lenis: & pondere careat: tenax est/ & solida/ & est fortior circa nobilia membra: ut circa cor/ & cerebrum/ & non ueniunt ad ipsam substãtiam uilli carnei/ ut non ingrossaretur: & humectaret: imo subtilis: & leuis est nullam inferens membris grauedinẽ. Ideo Rabi Moyses dicebat/ omnes pelliculæ sunt in statu subtilitatis/ & molliciei. i. flexibilitatis/ & sũt corpa tenuia & nõ iuenitur in corpore membrum tenuius/ nec durius illo. Tenue. n. est ut paruum occupet locum: & sui substantia est dura: ne cito passiõibus subiiciatur. Ideo eius substãtia terrea est/ non simplex: sed composita est uillis nerueis: & ligamentalibus/ secundum latitudinem tamẽ. Nam nõ conueniunt omnes in spissitudine: quia capsula cordis est grossa: & differt a pia matre/ quæ est subtilis.

Figura panniculi.

¶ Figura/ & q̃titas panniculi sumitur ab eo membro/ cui circũiacet/ magna certe est quantitas pãniculi in corpore/ ut est uidere/ quia fere oĩa membra tecta sunt panniculis.

Numerus partium pãniculi.

¶ Numerus partium eorum talis est. s. q fere omnes sunt compositi ex uillis ligamentalibus: & nerueis: differenter tamen: nam panniculi ligantes ossa adinuicem: ut rasetæ: & digitorum/ plus participant ligamento/ deinde qui musculorum/ deinde minus qui sunt in membris iterioribus: qui autẽ sunt circa cor: & os stomachi minus. Itaq; ad multum panniculus componitur neruo/ & ligamẽto: & interdũ ex neruo solo: & ita ex ligamento solo/ sicut tenet Vgo super prima primi de membris: & interdum nerueæ partes superant ligamentales: & ita interdum oppositum/ ut est in panniculis iũcturarum: & ossium digitorum/ ac ra-

settæ:quos panniculos Auic.uocat cartilaginosos: & in eis fortasse uincit natura ligamenti/cum facti sint propter ligare/& unire:aut forte sunt panniculi aliqui ligamentales tantum:ut qui circa iũcturas:sicut inquit Conciliator: & etiã Vgo loco præallegato: sunt & aliqui panniculi compositi ex solis ramis arteriarum, ut rhete mirabile: sed hoc mẽbrum non est uere panniculus iudicio meo. Sunt tamen aliqui qui dicunt/ꝙ panniculus tegens cor/ & ipsa capsula/sunt nerueæ substantiæ solum:dicẽtes etiam eorum generationem præcedere generationem ossium: a quibus procedũt ligamenta: & etiam dicunt/ꝙ parti sensibilissimæ propter eius finem/natura indiget huiusmodi membro.s.nerueo dicebat Conciliator. Cui tamen contradicunt aliqui/ teste Nicolo/ & aliquibus aliis/ quibus omnibus contradicitur istis mediis.s.quia ut sic pãniculus hepatis: & cerebri eẽnt ex neruis tm̃:cũ ẽt ante ossiũ existãt generationẽ: & dicunt ꝙ si eẽnt neruei soli.s.panniculus cordis:& ipsa capsula/ ꝙ essent debiles in substãtia:& acuti sensus/ & ita possent pati a qualibet cã. Dicẽdũ ẽst igiť ꝙ pãniculi sunt corpora ex uillis nerueis ꝯtexta nõ sensu ꝑcepta:teste Auic. Et hic loci ꝑ neruos Aui.ẽt itelligit ligamẽta: quorum spissitudo tenuis existit/aliorum corporum sup̃ficies coopiẽtia/ & ea ꝯtinentia: & ueniũt ad talẽ cõpositionẽ:ut uillus nerueus: & ligamẽtalis nõ possint ab inuicẽ discerni/aut diuidi. In aliquibus tñ ut ꝓtactũ est:uincũt nerui/& in aliqbus ligamenta:& forte ꝙ sunt aliq ligamẽtales tm̃/ut q iuxta iũcturas ad ligãdũ tãtũ ordinati/ne dolore afficiant. Quicquid tñ dicať ab aliis: uoco ego tales pãniculos ligamenta:nõ autem pãniculos. Adde ꝙ ẽt credo nõ repiri pãniculos nerueos tm̃: sed nerueos/ & ligamentales simul ꝑ ea q̃ supra dicit Nicolus.

Quid sint Panniculi.

¶Cõplexio pãniculi innata merito mixti frigida est: & sicca/media inter cõplexionẽ nerui:& ligamẽti: & est cõplexionis cordę cũ latitudine. Tñ Zerbus ponit eã frigidã in septimo ordine cõplexionis mẽbrorũ a cute recedentiũ:& ponit eã siccã in sexto ordine cõplexionis mebrorum siccorũ: & ita re uera est/ loquendo de panniculis ligantibus/ custodientibus:& suspendentibus simul: & sensum dãtibus, Sed de aliquo panniculo sensum dante: ut est cutis: alia est complexio:& hoc quantum ad complexionẽ innatam:

Complexio panniculi innata.

quam uirtutem innatam tantum ponit. G. secũdo Techni esse in panniculis. Sed dicunt aliqui ꝙ. G. intelligit de panniculis ortis a ligamentis ligantibus solum quædam ossa: quia alii panniculi habent innatam: et influẽte m: cum sensu participent. Quantum uero ad complexionem influentem, diuersa est etiam eorum complexio. Diuersificatur. n. panniculus secundum complexionem membri: cui adhæret: nam capsula cordis est longe calidior panniculo hepatis, & splenis: & ita panniculus, in quo uincit neruus: erit calidior, siue minus frigidus, & siccus panniculo in quo uincunt ligamentales uilli: & ita econuerso. Notat tamen Zerbus, & bene ꝙ sunt multi panniculi, qui minus sunt frigidi neruis, sicut ẽ rete mirabile: (si pãniculus dici põt:) & pia mater, & cordis capsula, & pãniculus hepatis, & pulmonis, & cutis ambiens totum corpus: & dicit ꝙ. G. non præposuit in frigiditate panniculos neruis, sed in siccitate tantum. Panniculi igitur ex ligamentis: & neruis compositi (secundum Zerbum) sunt frigidiores neruis: sed in hoc pauca situ digna dixit Zerbus. Dicamus: ergo: nos quantũ ad complexionem innatam, panniculos semper esse frigidiores ipsis neruis: q̃tum autem ad complexionem influẽtem non, ut patet per prænarrata.

Situs atq; colligantia panniculoꝝ

¶ Situs: & colligantia panniculorũ summitur a loco: & a membro: cui uicinatur: panniculi. n. musculos, & ossa tegẽtes suis propriis membris alligantur: & situantur, secundũ situm eorum membrorum. Capitis enim panniculi sibi inuicem sunt alligati, quia pericraneum alligatur duræ matri mediantibus porositatibus cranei: & etiam cõmissuris: & situantur unus interius, alius exterius craneo adhærentes, duræ autẽ matri, alligatur pia mater, & etiam cerebro: ut loco suo dicemus. Membrorum autem uentris medii: hoc est pectoris panniculi, situs est diuersus, qui sensui patet. Colligantia autem eorum, quæ origo a multis medicis uocatur, est cum pleuræ panniculo: qui ad intra immediate tegit costas. Omnium autem membrorũ: quæ sunt in uentre inferiore panniculi etiam: quãtum ad situm: de facili sensu percipiuntur: oriri autem, seu alligari dicuntur omnes cum panniculo siphac, qui cooperit iterius uersus anterius musculos uẽtris: posterius uero cooperit dorsum

qui panniculus rotundus dicitur: quia ambit circũquaq; omnia membra contenta in prætacto uentre inferiore.

¶ Iuuaméta autẽ pániculorũ sunt diuersa: primo náq; ordinati sunt ad tegendũ mẽbra: & ea cõtinere in suo situ: & figura: defendũt ẽt mẽbra a nocumẽtis: ne læsio unius membri adueniat alteri: & ne læsa una parte: lædat altera eiusdẽ ut fit a mediastino: ut ẽt est iuuamentũ diaphragmatis: ne uapores fœtidi cõmunicẽt uitalibus mẽbris: & ut tueanť mẽbra a nocumẽtis: & in se cõtineant aliqua mẽbris opportuna/ sicut est de capsula cordis: q̃ tueť cor a nocumẽtis: & in se cõtinet humiditatẽ: a qua cõseruať cor ab exsiccatiõe: & ut suspẽdãt: & alligẽt mẽbra mẽbris: & ipa firma teneát. Dicit tñ Auer. ꝙ hoc officiũ est ligamentorũ: & dicit Auic. ꝙ mẽbra: qbus páninculi necessarii sunt: sunt mẽbra mollia fluxui parata: sicut cerebrũ: oculus: & spinalis medulla: & intestina. Iuuamentũ.n. siphac/ inter alia: est prohibere: ne exeát uentrẽ intestina: & ut mẽbra ẽt nõ sentientia sentiát p pániculũ sibi proprium: sicut cor: secundum.G. & hepar splen/ renes/ & pulmo/ mediantibus istis pániculis sentiũt & uẽtositates/ & humores apostemátes: ut ẽt iuuent digestionem facti sunt panniculi: ut dicitur de omento: hoc tñ magis facit sua pinguedine q̃ substantia pániculari: reuerberant tamen & siphac: & mirach calorem ad intra: táquã panniculi: & ita iuuant digestionem. Iuuant etiam in hoc ꝙ prohibent durum tãgi a molli: & econtra: ut de cerebro & craneo. Iuuamẽtũ etiam aliquorum panniculorum est retinere aliquas superfluitares gratia boni finis: ut de panniculo elácoidea: & de animo pániculo: qui retinẽdo & humiditatẽ sudoralẽ: & urinalẽ iuuát exitũ fœtus. Dicit Hali. ꝙ pániculi facti sunt: ut aggregent partes simul: & ipsa teneant membra firma: puta etiam iuncturas: ne dislocarentur: & ut separent membrum a membro: & ꝙ si membra moueantur/ & lædantur: aliud ab alio non læditur. Dixit Arist. secundo de partibus: ꝙ circa nobiliora membra sunt panniculi fortiores: ut circa cor: & cerebrum: propter custodiam illorum. Nota etiam lector: ꝙ Nicolus (ubi supra in fine capituli: auctoritate Aui.) dicit ꝙ aliqua utilitas pániculorum est/ ut panniculus intret constructionem membrorum aliquorum/ ut kystis fellis/ uesicæ/ itestinorum/ &

Iuuamenta panniculorũ diuersa.

Iuuamentũ siphac.

similium. Zerbus autem de anatomia panniculorũ in cõi etiã, in finecapituli, nõ adducit auctoritatem aliquam: sed dicit ꝙ aliqui panniculi sunt, qui intrant in conseruatione quorũdã membrorũ simpliciũ: sicut kystis fellis, aut cõpositorum, sicut corneæ: itestinorum, & uesicæ, & similium. Certe ista littera Zerbi est peruersa. Credo ego litterã Nicoli bene se habere, cum dicat, & panniculus ingredit̃ constructionem aliquorum membrorum: sicut kystis fellis: & uesicæ, & intestinoꝝ: & similiũ: quia kystis fellis: & uesica unã tantũ habent tunicã: q̃ est ex pãniculi substãtia: hoc est ligamẽtalis: & neruea: & ita pãniculus nõ solum ꝓbet iuuamenta ꝑnarrata: sed ingredit̃ cõstructionẽ: & cõpositionẽ membrorũ: quia ex substantia pãniculari simplici reperiũtur esse creata ꝑtacta membra: ex substantia uero cõposita: hoc est ex duobus pãniculis: siue tergoribus (teste Celso) factus est stomachus: & ita in hoc cõueniunt oẽs alii medici: ꝙ stomachus sit ex duabus tunicis: quæ sunt pãniculares: quãuis una earũ sit aliqualiter carnosa: maxime in fundo: ut melior fiat digestio: & hæc sufficiant de panniculis in cõmuni. Anatomiam autem carnis: & aliorum membrorum simplicium etiam dicemus locis suis.

De panniculo carnoso.

¶ Postq̃ uidimus q̃ diceda erant de panniculis in cõmuni. De panniculo carnoso dicent̃ oĩa, q̃ dicuntur de aliis membris. Et primo de situ, nam situatur post pinguedinẽ imediate supra siphac: cõprehẽdẽs totũ ipsum uẽtrẽ inferiorẽ in parte anteriori & laterali: & ita apparet eius q̃titas. Substãtia eius est carnosa: & neruea: ut supra tactũ est: & ita apparet numerus partiũ. Cõplexio eiꝰ calida: & humida: tñ recedẽs a cute in his qualitatibus: q̃tũ est ipsius carnositas. Figura eius est sicut media sphera: minus tñ: non autẽ rotũdus: ut siphac: quia undequaq; sicut facit siphac: nõ ambit totũ uentrẽ. Colligantia, supius pro parte tacta est: quia alligat̃ uersus inferius. i. uersus intestina ipsi siphac: & sua colligantia est maior in medio uẽtris ubi sũt corde musculoꝝ latitudinaliũ. Colligat̃ ẽt cum cute tegẽte uentrẽ q̃ est sibi firmissime alligata ꝑ totũ cũ multis uillis nerueis & ligamẽtalibus, & est unctuosus: teste Auic. & sua unctuositas est in aliqbꝰ diminuta, & iterdũ nulla, tñ ut plurimũ ẽ unctuosus & iterdũ ẽ ualde unctuosus ipius tñ unctuositas ẽ i ꝑte eius

ſuperiori. Aliqui putant totũ aggregatum uocari Mirach. Iuuamentũ ipſius eſt calefacere ſua ſpiſſitudine oĩa inteſtina/reuerberando calorem ad intra: & etiam per ſe iuuat digeſtionem ſua caliditate innata: & influente.

¶ Poſt pánicculũ carnoſum occurreret ſermo de muſculis uẽtris: ſed anteq̃ de eis fiat partialis ſermo/ad maiorem declarationem anatomiæ: prius dicet̃ de omnibus muſculis in generali. Et quia etiã ad cõpoſitionẽ muſculi ingredit̃ multa carnis q̃titas: de qua carne cõponatur muſculus etiam erit ſermo/quia reperiuntur diuerſæ carnis differẽtiæ. & ita etiã prius dicetur de neruo: & de ligamẽto/ex qbus componitur muſculus: & etiam de corda quæ neruo/& ligamento componitur in extremitate muſculi: Antequam igitur de muſculis determinetur: prius de prædictis erit uidendum: ut ab uniuerſalibus ad particularia fiat tranſitus a carne prius incipiendo.

¶ De Carne.

CAro eſt quædã ſubſtãtia ſanguinea/aquoſa/ mollis & eſt membrũ cõſimile/nullo modo organicũ: ſed purũ: ſimplex/nulla parte ſpermaticũ: ſed a ſanguine genitũ. De cuius generatiõe reperiunt̃ diuerſæ opiniones. Nã Ari. ſecũdo de generatione. c. xiiii. ſecundũ diuiſionẽ Alberti/dicit ꝙ caro generat̃ a frigido. Gale. uero ſecundo de cõplexionibus: & in Techni/intendit ꝙ a calido: & humido generet̃. & Aui. prima primi intendit ꝙ fiat a caliditate: & ſiccitate: & Ari. ubi ſupra/uult carnem diſſolui a caliditate: problematũ autẽ. iiii. inquit ꝙ non diſſoluit̃ a caliditate. Propter quã diſſonantiã eſt notandũ/ ꝙ ſecũdo de generatione Ariſtotelis mens eſt/ꝙ mẽbra ſpmatica generẽt̃ a caliditate uſtiua: faciẽte euaporare materiã ſubtilẽ: & indurante groſſam: & iõ dicũt quidã/ꝙ huiuſmodi membra/i aĩali ſũt ſicut colũnæ/& lapides in ꝯſtructiõe domus: & ita ẽt Auer. tenet cũ Ariſt. & ambo dicũt mẽbra ſpermatica ꝑ accidens eſſe frigida: quia partes ſubtiles calidæ reſolutæ ſunt. Dicũt tñ aliqui/ꝙ ꝑ aduſtionẽ in ꝓdictis mẽbris remãſit aliqua caliditas/ſicut in aliis rebus a caliditate exſiccatis. Frigida tñ ponunt̃ hæc mẽbra/quia parũ habent

Caro quid.

Vnde orian tur membra ſpermatica.

de calore innato: & etiam de influente/ si qua sint quæ ha/
beant calorem influentem: & ita Arist. imaginatus est car
nem fieri a frigido: i. a calore diminuto respectu caloris fa/
cientis membra spermatica: & sic posuit non absolute: sed
respectiue. Gal. uero imaginatus est/ & bene/ q caro fiat a
a calido/ & ab humido: quod quidem calidum non est ex/
tensiuum: sed medium. Aui. uero dixit carnẽ a calido: & a
sicco fieri/ non tamen intellexit absolute a sicco: sed respe/
ctu ad piuguedinis factiuum/ quod respectu eius põt dici
siccum: cum siccitas magis concurrat ad carnem/ q̃ ad adi
pem: & maior sit humiditas in adipe/ q̃ in carne. In anima
libus. n. calidis/ & humidis generatur multa caro/ non au/
tem in sibi oppositis in complexiõe. Apparet ergo q caro
sit calidæ: & humidæ cõplexionis: & q efficiens sit etiá ta/
le. Verum tamen non omnis caro est talis complexionis:
ut apparebit in anatomia cordis: & pulmonis. Dicunt præ
terea aliqui quod in carne est quoddam/ quod coagulatur
a calido: & quoddá/ quod coagulatur a frigido. Quod est
a frigido/ est certa humiditas pinguis/ quæ eliquat ex car/
ne ad ignem. Caro autem non eliquatur: sed forte dissolui
tur: uel aduritur: & ita intelligit Ari. q illud humidum car
ni mixtum dissoluatur a calido: uidetur tamen uelle. G. se/
cunda aphor. aph. illo. Sana habentes corpora/ q caro eli/
quetur a calido/ cum dicit/ q cũ medicina in corpore non
inuenit sibi humorem appropriatũ/ aut cholerá/ aut aquo/
sitatem uertit se ad sanguinem: & carnem eandẽ trahens
eliquando: ergo eliquatur caro: & secũda quarti de signis
sumptis ab egestione: dicitur fluxus uentris/ super quẽ est
unctuositas/ non ab acceptione rei unctuosæ/ significat li/
quefactionem membrorum radicalium. Et/ ut tenet Vgo:
& alii: talis liquefactio est a calido: & radicalia mẽbra sunt
minus apta eliquari carne: ergo. Et poterit eliquari etiam
caro a calido. Et prima quarti. c. de Ethica: etiam dicitur q
carthilagines liquefiunt: & . xvi. tertii de signis fluxus uen/
tris dicitur: q est ex liquefactione adipis est uirulentus:
grossus/ sicut in ulceribus cũ pinguedine: & colore diuer/
so: deinde fit ei essentia adipis absq; diuersitate in substátia
sua/ neq; i essentia sua: & similiter est dispositio liquefactio
nis carnis rubeæ/ nisi quia priuatur pinguedine/ & est po/
stremum

stremum eius caloris fœculenti. Quod etiam fiat liquefa/ctio a calore/patet/eadem sen.c.de cura fluxus colliquati/ui:& Albertus.ii.de generatione super loco Ari. allegato. non dicit ꝙ carnis coagulatio sit a frigido:sed dicit ꝙ sustẽtatio carnis est per frigidum complexionale/non per frigi/dum absolute/a quo frigido absolute nõ reperitur aliquod uiuens: & certe secundum proprium modum accipiendi coagulationem:& eliquationem/est dicendum carnẽ non coagulari/nec eliquari/si bene intelligatur coagulatio/ & liquefactio.iiii.meta.ab Ari.& ideo in antiqua trãslatione Ari.dixit caro sustẽtatur a frigore.Si uero capiatur coagu/latio largo modo/ut dicit Vgo de mente Aui.pro omni fa ctione terminati per resolutionem humidi superflui/ & cõprehensione remanẽtis in sicco terreo ex interminato/ cõ/stat ꝙ coagulatio est ex calido/& sicco/& ex frigore cõple xionali:sed coagulatio pinguedinis est a frigido absolute. Ex prædictis sumitur responsio ad prædicta.s. ꝙ caro pro/prie non eliquatur/ & ita saluatur Arist.quando dicit.ii.de generatione ꝙ caro dissoluitur a caliditate:& etiam quan/do dixit in problematibus/ꝙ non dissoluitur: quia si aliqd dissoluitur/illud est quoddam molle aqueũ in carne disp/sum magis ad naturam pinguedinis declinãs/q̃ carnis: qa caro est mediæ naturæ inter mẽbra spmatica: & pinguedi nes.Et hoc cõstat expientia/si caro q̃rat dissolui ab igne.

¶Ex ante habitis uisa est causa materialis: Consequenter & causa efficiens/simul & cõplexio carnis. Quæ q̃uis ab Aui.sit posita calida/& sicca/illud intelligatur respectu pin guedinis.Visa est etiam eius substantia/quia mollis:sed in ipsa carne/q̃tum ad complexionem:& q̃tum ad substantiã reperitur magna diuersitas: & hoc secũdum diuersitatem specierum eius:ideo istæ diuersitates sunt uidendæ & dilu cidandæ.Caro igitur/secũdum aliquos/diuiditur in quin/ꝙ species.s.in carnem puram:quæ est illa caro: q̃ est pars lacerti/secundum ꝙ dicimus lacertus componitur carne: & neruo:quæ caro est magis imaginabilis / q̃ dabilis sine neruo.Alia est caro:q̃ est caro lacertosa/& est lacertus ipse: uel pars ipsius lacerti:& ista ẽ maior molle cætera alia car/ne.Alia est caro:quæ dicitur caro glandosa:siue adenosa:q̃ est rarior:& debilior omni carne:quia spõgiosa: & rara est

& propter hoc est apta suscipere in se humiditates sibi necessarias, & ꝑpter alias necessitates hæc caro ordinata est: quia ad multos est ordinata fines. Aliqua.n.ē ordinata ad conseruationem speciei, ut quæ testiculorum: & aliqua est ordinata ad cōseruationem indiuidui, ut quæ mamillarū: & aliqua, ut suscipiat humiditates ab aliquo membro, & illas transcolet ad loca expurgationum, sicut glādula, quæ est super os basilar in directo colatorii: & aliqua ut substēt uenas aliquas, sicut facit hæcmet glādula, & glādula quæ est inter posterius, & medium cerebrū, quæ etiam replent loca uacua, ultra iuuamenta prædicta, & cum istis iuuamētis uenit caro glandosa mesenterii: & aliqua facta est, ut repleatur humiditatibus conseruantibus membra ab exsiccatione sicut est caro in radice linguæ, & caro mensenterii prohibens feces in intestinis exsiccari, uel ut mollificentur membra, ut melius perficiant suas operationes, ut est caro prædicta: & ut est etiā caro circa collum uesicæ: & aliqua caro est, ut suscipiat superfluitates a membris nobilibus, sicut quæ inguinum ab hepate, ascelarū a corde, post aures a cerebro. & aliqua quæ est ad subsistendū, sicut glandula morum dicta in præcordiis existēs quæ subsidet uenæ cōcauæ circa auriculā cordis lateris dextri. Vltra tamen prædicta iuuamenta. G. in lib. de iuuamēto anhelitus, q̄uis alii qui negent ipsum librum esse. G. dicit, & sic tenent multi alii: ꝙ carnes glandosæ omnes sunt ad fomentum sicut pinguedines, conseruando calorem naturalem: quia glandulæ quæ sunt in radice linguæ non solum generant saliuam: sed etiam digerunt sanguinem, qui ad miringas cerebri dirigitur: item glandulæ mesenterii caloris gratia attrahunt succum ab intestinis ad uenā hepatis: & mamillæ: & testiculi sua caliditate generāt sperma: & lac: & glādula circa collum uesicæ attrahit urinā a renibus: & sperma digerunt. Notēt tn̄ legentes de mēte Nicoli auctoritate Aui. ꝙ nulla carnium glandosarum: q̄tum est merito essentiæ suæ: est sensibilis: & si sentit: sentit per accidens: secundum ꝙ ipsa est posita in sensibiliori membro: sicut illa quæ est in mamilla: & in radice linguæ: quæ est sensibilior aliis carnibus, ratione loci: licet Rabi dicat de mēte. G. xvi. de util. ꝙ alicui glādularum, quæ habenť loco repletionis: & sub

stentationis non cōiungitur neruus: sed glandulis quibus indigemus ad generationem humiditatis necessario con/iungitur aliquis neruus paruus/ quēadmodum eis coniungitur uena/ & arteria: quia ut dicit Nicolus: si caro glando/sa sentit: sentit mediante aliquo panniculo eam tegēte: aut mediante aliqua carne neruosa illi uicinante: & isto modo per accidēs sentit: & iam super hoc a multis sunt moti multi rumores: quos pertransire decreui/ breuitatis gratia. Est præterea una alia species carnis: quæ est purior: & simpli/cior omni alia carne: quæ pars est uere minus mixta aliis speciebus: quæ a. G. perithima uocatur: siue (ut dicit Nicolus) infusa: quia frequenter humiditatibus infunditur: quā quidam confusam carnem nominant: & ista est caro inte/stinorum: hanc tamē carnem intestinorum. Auer. interdū uocat carnem glandosam: sed uere dicitur caro confusa: qa nullam sibi adscribit determinatam complexionem: nisi secundum ꝙ complexiones intestinorum inter se differunt: quia alia est hepatis complexio/ alia splenis/ alia renum: & hæc caro est per se insensibilis: & secundum Trusianū Monachum nō est caro: & ut uidemus (etiam cōiter apud po/pulum) ꝙ caro hepatis: & aliorum intestinorum non habetur pro uera carne: igitur recte est nominanda caro cōfusa immo dicunt aliqui (& est dubium antiquum) ꝙ hæc caro intestinorū nō generaꝰ ex sanguine: sed ex spermate. Op/positū tñ ego teneo/ sicut monstrabo in de generatiōe embrionis. Est alia. s. qnta & ultima species carnis: nō ꝙ una sit prior altera: sed sic est ī ordine ante notata: quæ a doctoribus uocaꝰ caro simplex: non ꝙ sit uere simplex: sicut illa caro quæ imaginaꝰ esse in substantia musculi: sed simplex est/ respectu carnis musculosæ: quia in ista carne sunt uilli neruei minores: & magis mixti/ q̄ in musculo/ & respectu illius dicitur simplex. De ista etiam carne ad imaginationē possēt fieri duæ species: sicut đ carne musculosa prædicta. Sed quia ex hac carne non daꝰ membrū: qđ sit in essentia de ꝑ se/ sicut ex prima ex qua simul cum neruo stat musculus/ uel caro musculosa. Ideo auctores đ ista carne: sicut de prima non faciunt diuisionem: & sub ista carne simplici multi conati sunt reducere carnem confusam: sed iudicio meo/ multum differt hæc ab illa: quamuis possint ambæ

Dubitatio antiqua.

ſpecies cadere ſub una ſpecie reſpectu nominis: q̃a quæli/
bet earum reperitur in natura purior: & ſimplicior: purior
tamen eſt caro inteſtinorum: quia dicimus carnem hepa/
tis tantum eſſe ſanguinem coagulatum nulli alteri ſub/
ſtantiæ admixtum: quia ſecundum aliquos/ uenæ non ſũt
de eſſentia hepatis: ſicut etiam tenet Truſianus dicens ꝙ
nec uenæ: nec corda: nec panniculus inuoluẽs muſculum
ſint de eſſẽtia muſculi. Et hæc quinta ſpecies carnis habet
uirtutem ſenſitiuam tantum/ non autem motiuam: ſicut
ea quæ muſculi: & hæc caro ab Auerroe ponit̃ eſſe minor:
in quanto/ omni alia carne: quod forte ego nõ credo: ſi be
ne conſideretur eius molles: ſed quia unã ſpeciem carnis
eſſe plus/ uel minus alia/ parum cõfert medico: ideo ſuper
hoc ab ulteriori inueſtigatiõe me abſoluo: & hæc ſimplex
caro reperitur in gingiuis ad firmandos dentes: & ad dan/
dum ſenſum: & in capite uirgæ: & in extremitatibus coxa
rum. ſ. in clunibus: ſiue natibus: q̃ eſt ibi ut puluinar: ſeſſio
nis tempore/ requiem præſtãdo. Reperitur etiam hæc ca/
ro in regione lumbari intus: & extra/ ut ſubſtẽtet renes: &
tueatur nucham a nocumentis extrinſecis: & intrinſecis.
Eſt etiam hæc caro ſimplex in extremitatibus digitorum
poſita/ multum cum filis nerueis permixta/ & refracta: nõ
tantum ea quæ digitorum: ſed etiam quæ gingiuarum: &
capitis uirgæ: & lumborum: & natium: quæ quidem caro
cum alia ſpecie carnis eſt in qualitatibus primis ad mini/
ma refracta: cuius ſignum eſt ſua ſenſibilitas: & ideo poſita
eſt a multis: excepta cute/ propinquior æqualitati ponde/
rali. Aliqui tamen dicunt carnem clunium eſſe obtuſi ſen/
ſus/ & ob id pueri in natibus ſcuticis ſolẽt animaduerti: ſed
iſta ſenſus obtuſio eſt magis groſſitie: & caloſitate cutis: q̃
carnis ſenſus obtuſione: quia iſtæ ſimplices carnes ſubtiliſ
ſimæ ſentiunt propter multam: & perfectam mixtionẽ ner
uorum cum ipſa carne. Notent tamen legentes: ꝙ q̃uis a
nobis de mẽte Dini: & aliquorum aliorũ ſint poſitæ qnq;
ſpecies carnis: quæ quidem quinq; ab aliquibus reducun
tur ad tres: ut ab Haly. & ab Auer. Tamen uere & proprie
capiendo carnem/ non reperiuntur niſi duæ ſpecies ueræ
carnis: una ſpecies ẽ caro muſculoſa neruis notabiliter ad
ſenſum permixta: & in iſta eſt uis ſentiendi: & mouendi: &

ista est uere caro: & est maior molle omni alia carne. Est & alia caro quæ simplex dicitur respectu primæ: quia i ea nõ apparent ita manifeste uilli neruei / ideo uocatur simplex: & ista habet solam uirtutem sensitiuam : & non mouetur: nisi ab alio moueat: & ista est minor molle prima. Aliæ ue/ro species non sunt uere carnes: & ideo bene dicitur: ꝙ nõ sunt nisi duæ species ueræ carnis. Iuuamenta carnium glã dosarum dicta sunt superius. Iuuamenta carnis confusæ di centur: quando tractabitur de anatomia intestinorum. Iu/uamenta carnis musculosæ est iuuamentum ipsius muscu li. s. ut sit instrumentum uoluntarii motus: necessarii nanq3 fuerunt musculi: ut membra mouerentur: quia uirtus mo tiua uenit a cerebro (ut inquit. G. primo de interioribus) ad musculos: sicut a sole splendor: & lumen in aere. Alia iu uamenta cõmunia carnis assignat. G. xii. de uti. s. ut sit uela men membrorum calefaciens in hyeme: & obumbrans in æstu / & ut sit locorum mediorum impletio / & ipsorũ for/titudo: qua substentantur: & ut sit defensorium : ne inuicẽ confricentur sine medio: & facit cum his ad pulchram ha/bitudinis formam. Inde dicebat Arist. ii. de generatione: ꝙ natura in animali est sicut pictor: q prius lineat: & umbrat: ita natura prius membra producit spermatica: quæ sunt si cut lineæ: deinde carne replet intersticia: & spacia quæ sũt inter ea / & sic complet suas figuras. Et primo de iuuamen tis auctoritate Platonis dicit: ꝙ caro est in toto corpore ad cooperiẽdum a frigore: & a casu: & quia est in ea de humi/ditate mediocriter infrigidat in æstate per id ꝙ exit ab ea ex uapore / & sudore / & calefacit in hyeme. Idẽ recitat. G. primo de util. probãs ꝙ nihil plus infrigidat in æstate / nec plus calefacit in hyeme corpus / q̃ caro / excepto balneo. Si tus carnis est inter cutem: & ossa / teste Ari. tertio de histo. Figura carnis est figura spatii per eam repleti. Quantitas carnis / præter ossa / est maior molle / omni alio membro: & maxime dominantia in animali sunt ossa / caro / & pingue/do / & pãniculi. Passiones potest pati omnium modorum. Ex prædictis sufficienter tactæ sunt causæ omnes. s. mate/riales / formales / efficientes / & finales / & consequenter sub stantia: & complexio / & alia ad carnem requisita tacta sũt.

Figura car/nis.
Quantitas carnis.

De Neruis:

Neruus.
Neuron.
Neuris.

Neruus: qui græce neuron/ uel neuris dicitur: est ex membris spermaticis: & est consimile: quia pars habet denominationem totius: sed organicũ: quia deseruit pro operatióibus animæ in sensu/ & motu: cuius color est albus/ & substantia uiscosa/ ad separandum tenax/ & dura. Differunt tamẽ nerui inter se mollitie/ & duritie: qa puri sensitiui sunt molliores/ & frigidiores: motiui uero duriores/ & calidiores. i. minus frigidi: quia ex motu aliquid caloris acquirũt/ etiã qa maior copia spirituũ requiritẽ eis: exceptuatis semp opticis: q magnã semp hñt spirituũ copiã: & ẽt cũ fortius sit agere/ q̃ pati/ iõ motiui plus de spiritibus habẽt: sentire autẽ est pati/ moueri uero agere. Quãtitas neruorũ est diuersa/ siue sint motiui/ siue sensitiui: quia sensitiui inter se differunt: & etiam motiui inter se/ & motiui a sensitiuis: & ita ubi requiritẽ maior motus/ ibi ẽ maior neruus: & ita de sensu: inde. vii. de utili. dicitur ꝙ ad uehementes/ & fortes motus sunt constituti maiores/ & duriores nerui: & ita ad manus/ & pedes maiores necessario sũt nerui/ & sicciores/ ac fortiores. & ita ad oculos pro sensu uisus. Complexio tamen eorum in communi/ est frigida/ & sicca/ q̃uis inter se differant q̃titate/ substantia/ & officio. Figura eorum est oblunga/ & rotũda/ in longitudine flexibilis/ in latitudine nequaq̃: nisi ualde uiolenter: si in longum scindantur/ paucum est nocumentum/ si uero in latum est magnum: habet neruus uillos per longum subtiles solum capientes spiritum aliũde: & ideo dicit Ari. tertio de hist. ꝙ nulla pars corporis stupore tentatur quæ neruo careat. Et quia dictum est superius neruos habere uillos. Quid sit uillus est uidendum anteq̃ ulterius procedatur.

Opticos neruos esse multũ spũosos.

Differẽtia inter sentirẽ: & moueri.

De Villis.

Villus quid

Villus itaq; interdum dicitur filum: ut a Conciliatore diff. xlvi. & interdum Inulum uocat. G. xii. de uti. & Ari. uocat Inas. Qui quidem uilli sunt corpora: siue membra spermatica tenuia filis similia: substãtia uillorum est tenax/ solida/ subtilissima. Quos uillos tertio de histo. &

Substantia uillorum.

secundo de partibus interdum Ari. uocat Inulos: & fibras: quando dicit genus fibrarum duplex est: unum quod solet cõsistere in sanguine: maxime aliquorum animalium/ aliquibus uero animalib' deest: sicut ceruis/ uris/ seu bubalis/ leporibus: & dammis: sed est fluidum quale lac/ & talis sanguis aqueus est: & hæc animalia frigida sũt/ propter quod nõ habẽt fibras: fibræ. n. terreæ sunt: & solidæ: & has Inas: siue fibras. G. secundo de elementis uocat fila: quando dicit/ & in sanguinem quidem uisibiliter uidentur fila currere cum eo: & quando remouentur illa fila/ a sanguine/ sanguis non coagulatur: & secũdum aliquos istæ fibræ in sanguine sunt partes melãcholicæ: & hoc genus fibrarum sanguinis nullo modo est membrum. Est aliud genus fibrarũ: quæ inter neruum: & uenam suam habẽt naturam: ut inquit Ari. tertio de hist. & sunt uilli/ de quibus est sermo: licet fibrarum nomen importet omnium rerum extremitatem/ sicut extremitatẽ uiscerum: & ita minutæ partes uenarum per quas uadit sudor/ fibræ appellantur: & ita radices arborum apud Columelam/ & Pli. fibræ dicunt. Quorum uillorum/ siue fibrarum substãtia: alia est neruosa: alia ligamentalis: alia uenalis/ alia arterialis: alia pannicularis: & alterius naturæ/ secundũ corpus a quo sunt/ unde. G. secundo complexionum dicebat: carnis uero quæ in corde est forma/ non est forma simplex: sed sicut in lacerto est uillus: quo continetur caro ipsius: ita est genus uilli in corde qui non est de genere uilli: qui est in lacerto. Villus namq;: qui est in lacerto non est nisi pars nerui: & ligamentorum: sed uillus/ qui est in corde est ei proprius/ quemadmodum uillus corporis arteriarum est ei proprius/ & uillus corporis uenarũ est ei proprius: & uillus intestinorũ est proprius intestinorũ: & uillus stomachi stomacho/ & uillus corporis matricis matrici: & uillus corporis uesicæ uesicæ/ & uilus corporis fellis felli. Nos. n. uidemus i oibus istis officialib' carnẽ unicuiq; ipsorum propriã cõtextã uillo unicuiq; ipsorum proprio. Isti tñ uilli apparẽtiores sũt in lacerto: tanq̃ in substãtia dissimiliore eis. Nã uilli i musculo nõ sũt de substãtia carnis/ sed uilli uenæ sunt pars uenæ: & uilli nerui pars nerui. & in hoc differt caro ab aliis mẽbris: q̃ uel uillos hñt: uel uillis carẽt/ ut ossa/ & carthilagines. Sola. n. caro uillos hẽt:

Fibræ uenalæ.

Quid importet nomen fibrarum.

& tamen uillis caret: qui sint de substātia su i: loquo tamē de uera carne/ non de glandosa: nec de confusa. Situantur

Situs uillorꝫ

isti uilli diuersimode/ aliqui recti/ aliqui diagonales/ aliqui latitudinales. Complexio eorum frigida/ & sicca. Color eorum est ad albedinem declinans. Quantitas eorum in latū est subtilissima/ in longum est secundum magnitudinē mēbri sibi proprii: transuersales sunt latiores/ siue grossiores: Figura eorum rotunda non concaua. Passiones eorum sūt omnium modorum: eorum iuuamenta sunt diuersa: quia: qui carni implantantur: eam substinent: & roborāt: qui in musculo sunt: tribuunt sensum: & motum: uilli uenarū hepatis attrahunt chilū concurrente calore naturali hepatis. Omnis. n. operatio perfecta: & completa in corpore est ꝑ

Qualis quilibet mēbrorum motus.

uillos: quilibet. n. motus membrorum uel est uoluntarius uel naturalis/ uel mixtus: si est uoluntarius/ fit per uillos lacerti: si naturalis/ ut attractio sanguinis a uena/ est etiam ꝑ uillos uenæ proprios. Si uero mixtus: etiam fit uillis. Sunt tamen aliqua membra: quæ suo calore trahunt sine uillis: ut ossa: & carthilagines: & caro: sed de attractione: & expulsione: & retentione multa essent dicenda: uerum alibi latius sunt uentilata istæ operationes: ideo supersedemus.

¶ Visa quid sit uillorum/ siue fibrarum essentia: ad neruos redeo de quibus uisa est substantia: q̄titas/ figura: & complexio: post quæ etiam est aliquid uidēdum. Et primo de situ neruorum: & de eorum colligantia: quātum est de eorum ortu in præsenti sermonem aggredi nolo: quia est pe

Ortus neruorum.

lagus permaximum. Nam ab Arist. iii. de hist dicitur omnino neruos oriri a corde: & Auic. tanq̄ philosophus/ est secutus eum tertio de animalibus: ubi contradicit. G. qui uolebat ponere pignus contra custodem altaris: dicēs sibi dare multū de auro: si monstraret neruos oriri a corde. A Galeno autem: & a multis aliis medicis tenetur: ꝙ oriantur a cerebro: sed quia ego nō transcendo uiam medicorum: teneo cū medicis. s. ꝙ alligent: & oriātur a cerebro. Quantū

Locum terminationis neruorū esse in cuti itrinseca.

autem ad locum ad quem nerui terminantur: maxime sensitiui: secundum plurimum/ terminantur ad cutim intrinsecam: ideo dicebat Zoar. ꝙ maxima pars sensitiuorum tēdit ad exteriora corporis: & maior pars motiuorum ad interiora: & ob hoc in cute manifestatur sensibilitas: plusq̄

in cæteris

in cæteris membris. Credo tamen ego ꝙ ad cutim etiam terminentur nerui: qui sint motiui: & sensitiui simul: quia puri nerui sensus: qui a cerebro ueniunt/ ut plurimum ua/dunt ad intestina: & ad membra intrinseca: ut uidebitur in toto processu anatomiæ. Neq; reperitur neruus qui uadat ad ligamenta/ nec ad carthilaginem/ nec ad os/ nisi ad den tes: radici quorũ uadit neruus patuus/ mollis/ teste. G. vii. de uti. Neq; reperitur neruus/ qui uadat ad pinguedinem: & secundum aliquos/ neq; ad carnem glãdosam/ nisi ad il/lam/ quæ generat humiditates utiles sicut ad linguam: ad mamillas/ & ad testiculos: ad quam carnem uadit neruus paruus: sicut uadit arteria: & uena. Ad manus autem: & ad pedes uadunt nerui motiui multi: & magni. Alligantur ẽt nerui arteriis. Et ideo dicebat Rabi. cum spasmatur genus nerui: compatiuntur sibi uenæ pulsatiles in dolore: & effi/ciũtur duræ in passionibus neruorum: & neruosorum mẽ/brorum. Numerus quorum manifestus reperitur: ꝙ a ce/rebro oriũtur septem paria: a nucha. xxxi. par: & unus ner/uus/ sicut latius uidebimus in anatomia cerebri: & nuchæ. Apparet tamen ꝙ debeat esse in corpore magnus nume/rus neruoꝝ/ cũ sint plusq̃ quingẽti musculi: & cũ sit neces/sariũ cuilibet musculo hẽre neruũ: & cũ ẽt neruus uadat ad alia loca: q̃ ad musculos. De hoc latius alibi diseremus.

Numerus neruorum & unde.

¶ Iuuamenta nerui essentialia sunt dare sensum/ & motũ mediante. i. mãdante cerebro omnibus membris/ quibus est hæc uirtus/ & hoc est in neruis per potẽtiam animæ in eis innatam/ quæ est forma substãtialis neruorum: licet ad hoc/ ut in actum exeat hæc uirtus: requiratur spiritus ani/malis ad neruũ a cerebro missus. Inquit Haly. ꝙ usus ner/uorum est corpori necessarius ad deferendum sensum: & motũ oĩbus partibus corporis: exceptis ossibus/ ligamẽtis carthilaginibus/ ac glandulis/ & adipe eorũ: & uirtus sen/sus: & motus deferunt ad membrũ simul per aliquos ner/uos: & ad quædam membra deferunt sensus per aliquos neruos: & ad aliquem motũ per aliquos neruos: licet qui/libet neruus sit sensitiuus/ teste. G. xvi. đ util. Nã teste eodẽ lib. de motibus liquidis in membris: quæ sũt principia uo luntarii motus: per eundem neruum defertur spiritus dãs sensum/ & motũ cuius fides est: quia ablato sensu a muscu/

Iuuamenta neruorum essentialia.

lo aufertur etiam motus uoluntarius. Et propter hoc aliq conati sunt dicere, q̄ nerui facientes pro tactu cōmuni, q sūt in cuti, nō sunt de neruis musculorum dantium motū: & dicunt propter hoc, q̄ in cuti est stupor, & tamen membrum mouetur. Hanc tamen opinionem possumus, reprobare dicentes q̄ stat q̄ cutis sit stupida, & q̄ illud membrum moueatur ab aliquo musculo distante a parte stupida: uel dicamus stuporem esse diminutum, uel ad illam cutim tamen terminari neruos sensitiuos, non autem motiuos.

Iuuamenta neruorum p accidens.

¶ Vltra prædicta iuuamēta essentialia, sūt aliqua iuuamēta per accidens: & sunt ut per eos neruos caro solidetur: & membrum fiat forte, dummodo non ultimetur talis fortitudo. s. ut fiat spasmus de exsiccatione: & ista soliditas, quæ fit in carne, nō fit a principio intrinseco nerui, nec ratione finis, cuius gratia creati sunt nerui: sed gratia cōmixtionis eorum cum carne mediante qua fit solidum membrum carniformæ.

¶ Est aliud iuuamentum neruorum per accidēs membris aduenienis. s. percipere nocumenta quæ adueniunt membris sensu carentibus, sicut est nocumentū, adueniens hepati, spleni, & carni glandosæ: quod percipitur mediante panniculo tegente, uel suspendente, uel alia uia mediante neruo ad prædicta membra tendēte. Passiones neruorum possunt esse omnium modorum: quæ sunt diuersæ, ut patet apud medicinæ cardines: & ita hæc sufficiant pro nunc de neruis: ad ligamenta transcendo.

¶ De Ligamentis.

Ligamenta.

Vehalhat.
Alahacab.
Alcahab.

Substantia ligamenti.

Ligamēta, quæ interdum colligationes ab Hippo. & a quibusdam: nerui colligati dicunt: summendo neruum largo modo: & ab aliquibus connexiones interdum uocant, & arabice uehalhat: ut ab Auer. uel alahacab, uel alcahab, ut ab Aui. prima primi. De isto mēbro Ari. iii. de hist. indistincte locutus est, loquens tā de ipso, q̄ de neruo: & de corda, dū diceret, nerui deducti, distractiq; passim ad artus: & flexus ossiū applicātur. Hoc membrū ligamētū dictū est: & est spermaticū simplex, & omnino impmixtū: teste Haly. Eius substātia est media inter substātiā neruorum

& ossiũ:sed terrestris/ & dura:minus tñ carthiligine/ q̃ pter ossa/ & ligamenta/ est magis terrea. Cõplexio ligamenti frigida/ & sicca est: remissior tñ osse/ & carthilagine: ut prima primi. Figura eorũ est diuersa: qa secundũ iũcturas: & mẽbra/ quibus alligãt/ diuersificãt. Duæ.n. sunt ligamentorũ spẽs/ ut dicit. vi. ingenii. Quædã.n. sunt ligamẽta lata subtilia: siphacia. i. pãnicularia dicta: qa pãniculis similia: ut q̃ ligãt uiscera dorso. Quædã autẽ rotunda oblonga q̃ ẽt sũt duplicia/ teste ibidẽ. G. qa quædã sunt: qbus musculi ossib⁹ alligant: maxime musculorũ capita: & alia qbus inuicem ossa ligant in cõcauitatibus iuncturaꝝ: & differũt a primis per maiorẽ duritiẽ: & hæc sũt illa ligamẽta de qbus Auer. dicebat ꝙ corpus ligamẽti est mediũ iter os/ & corpus musculi: & ista uocant alachacab: uel alcahab ab Aui. uel kalahabarab/ quod nomẽ/ secundũ aliquos/ latine est mẽbrorũ cõnexio. Illud uero ligamentũ/ quod uadit ad musculũ: nõ dicit nisi ligamẽtũ. Color quoq; est albus/ & omnino oĩa ligamẽta sunt sine sensu: ut prima primi/ ne ꝓpter motũ: & fricationẽ doleret animal. Ex prædictis patent iuuamenta: q̃ iuuamẽta ẽt sunt ad cordas faciendas/ & ad pãniculos faciendos/ musculos & alia mẽbra tegẽtes: & ut cũ carne: & neruis ueniãt ad cõpositionẽ musculi: & ut etiã aliquod ligamentũ in quibusdã iuncturis sit culcitra aliqbus neruis: siue cordis: quia ut uolũt quidã/ sunt aliqui panniculi/ & ligamẽta q̃ sunt ad defensionẽ uenarũ: & neruorũ/ cũ p ossa transeunt musculis nudata/ ut nerui cubitorũ: teste Rasi in almansore/ & Haly. qui dicũt cordas ꝓductas a lacertis: q in manifesto sunt brachii ad mouẽdũ rasetã opta eẽ ligamẽtis/ ortis ab utroq; extraneo cubiti: & eas ab incõmodis defendũt extrinsecis: & ẽt itrinsecis: ut a soliditate ossiũ: & ꝙ ẽt a ligamẽtis oriant pelliculæ lacertos uestiẽtes: testis est Rabi moyses. Sũt tñ aliq q uolũt aliq̃ ligamẽta sẽtire: ꝙ tñ ẽ p accidẽs. s. p admixtionẽ alicuius nerui cũ ligamẽto: sed hoc mẽbrũ nõ est ligamẽtũ: sed corda: uel pãniculus: & dicãt aliter: q uelint: qa aliter nõ est: nec põt eẽ. Quãtitas ligamẽti est minor carthilagine: & alligant ossi: & musculo: & faciũt cordã: quia corda solũ neruosa eẽt sẽsibilis nimiũ. Passiones omniũ modorũ possunt pati ligamenta: & hæc de eis sufficiant: nam ad cordas transire animus est.

Carthilaginẽ eẽ substãtiæ terreæ.

Complexio ligamenti.

Species ligamẽtoꝝ duæ

kalahabarab

Quantitas ligamenti.

Corda quid Tenon

Corda latinæ/græce tenon dicta: est corpus album: durum: tenax: rotundum: & ideo primo de uti. dicitur: q qui non est sapiens in anatomia: credit ligamenta rotunda esse neruos: & non est mirum: quia nerui: & cordæ: & ligamétum sunt multum similia in colore: & etiam primo occursu apparent eiusdem substátiæ: & qa etiam omnia habent uillos in longum tendentia: uerum si tágantur ligamenta: sunt duriora cordis: & cordæ neruis. Et corda est membrum spermaticum: consimile tamen: p q̃to pars uenit cum toto: sed dissimile: & cópositum: quia componitur neruo: & ligamento/ & est organicú: quia est pro operationibus motiuis: & etiam sensitiuis. Et dicit cor da: quia cum retrahitur incordat: & retrahit membrum: sicut corda retrahit arcum.

Substantia cordarum.

Substátia igitur cordarum est de substantia ligamentali: & de substantia neruea: & ideo dicit Haly. secundo theoricæ. c. xi. q cordarum substantia est media inter ligamentorum: & neruorum substantias: & q eius utilitas est ex actionibus ligamentorum: & neruorum composita: & Nicolus septimo sermone de anatomia cordarum/ auctoritate Haly. & etiam Rabi Moyses dicunt/ q q̃titas magnitudinis corporis cordæ est quanta magnitudo ligamenti: & nerui simul: & subdit: & multis locis corporis lacerti cordá inueni decuplæ q̃titatis corporis nerui ipsi lacerto in capite cóiuncti. Ex quo infertur ad compositionem cordæ multo maiorem portionem ligamenti uenire: q̃ nerui. Ideo infertur auctoritatibus prædictis: q nó est uerum q substantia cordæ sit media inter ligamentú: & neruum: cum aliqua corda reperiatur componi ex maiori portione in decuplo ligamenti: q̃ nerui: nisi intelligat̃ li substantia media largo modo sumpta. s. q corda sit ex ligamento: & neruo. Corda igitur est membrum (ut prætactum est) ex ligamento: & neruo/ plus participans ligaméto/ q̃ neruo.

Complexio cordæ.

Complexio cordæ est inter ligamentú: & nerú/ prout plus est de ligamento in ea: & ita est graduata in frigido/ & sicco secundum membrum prædominás in ea.

Numerus cordarum.

Numerus cordarum/ secundum aliquos/ est minor numero musculorum/ cum reperiantur multi musculi sine cor-

dis:quia musculi/qui non uadunt ad iuncturas/non habẽt cordas:sicut sunt musculi multi:& ani/& uesicæ:& faciei: & pectoris inter costas/& aliquarum aliarum partiũ/quis sint aliqui musculi a quibus oriantur plures cordæ/q̃ una. Figuræ cordaꝝ circa originem earum/ut plurimum/sunt rotundæ/& maxime quæ uadunt ad iuncturas/ut primo de iuua.quia aliquæ earum(teste Haly.)sunt rotundæ/& aliquæ latæ/aliquæ tamen latiores/& subtiles/ut pannicu li/sicut cordæ latitudinalium musculorum uentris.Situan tur autem cordæ/& colligãtur mẽbris diuersimode/quia ubi oriuntur.s.in inferiori parte musculi/quæ dicitur mus sculi cauda/ibi sunt rotundæ/ubi autem ueniũt ad iunctu ras/& articulos situantur in circuitu membri:& dilatãtur: & iunguntur membro:ut membrum moueãt/cum opus est/& uoluntas.Si cordæ sunt extrinsecæ/membrum extẽ dunt.Intrinsecæ autem cordæ trahunt membrũ. Itaq̃ q̃n una trahit/altera relaxatur:propter q̃d si intrinsecæ cordæ membri incidantur:perditur membri extensio.Si autẽ in cidantur extrinsecæ/amittitur flexio.Oportet igitur medi cum bene scire cordarum situs/& etiã scire an sit una cor da singularis orta ab eodem musculo:uel si sint plures cor dæ ortæ a diuersis musculis:uel si sint plures cordæ ab eo dem musculo ortæ:quia sic reperiũtur oriri: teste Auerroe dicẽte:cordarum.n.quædam a duabus/quædam a tribus originem trahunt lacertis/quemadmodum corda magna quæ uenit ad talum.Hæc.n.oritur a lacertis duobus ei su prapositis:quia etiam sũt quidam musculi:a quibus duæ: & tres:& plures cordæ oriũtur:quemadmodum a medio lacertorum cruris i anteriori eius parte a quo oriunt̃ qua tuor cordæ:quæ sicut aliæ cordæ articulis iunguntur.i.os sibus mediantibus ligamentis ibidem ossa ligantibus:me diantibus tamen carthilaginibus:ut inter extrema esset medium.Iuuamenta igitur cordarum sunt ad mouẽdum principaliter.Ideo.xii.de uti.dicebatur.Tenõ nãq̃ est pri mum motus organum:& musculus est instrumentum me diatum motus:quia fit motus membrorum mediante cor da/licet prius moueatur musculus:ideo dicebat Almansor colligitur si quidem corda:& ad suę radicis partem retra hitur:unde totum menbrum ad illam retrahit partem:ad

Figuræ cordæ.

Situs cordarum.

Tenon.
Musculus.

quam colligitur musculus. Ex parua.n.musculi retractiõe corda aliq̃liter trahitur:& sic mẽbrũ mouetᷣ: & ita musculus membra laxat:& trahit:qñ in se retrahitᷣ: & elongatur mediante corda. Et ultra prædicta iuuamenta motus: sunt alia iuuamenta in cordis:quæ sunt:ut sentiant membra ratione cordarum. Ideo Haly.dicebat:natura cordarum est sentire:& mouere:& lacertos ligare cum ossibus: ideo subdebat Haly.est uero necessaria corda tribus de causis: Prima ut det membro indicii tactus bonitatem:ut dat corda: quæ cuti medii palmæ substernitur: quia hæc data est ad probãdum omnium qualitates. Secunda est, ut duritiem pariter addat aliis membris: quemadmodũ est corda sub plantarum pedis cute prostrata:quia hæc cũ diligentia tactus debet duritiem habere, ut iuuet in ambulãdo, tuẽdo a duris, & asperis pedes hominis. Tertia utilitas est ũt corda aliqua operiat aliqua mẽbra:quẽadmodũ corda latitudinalium uentris:q̃ sua soliditate augent soliditatẽ siphac: Omnis.n.corda non est æque sensibilis:secũdum aliquos: quia una plus participat neruo alia. Cordæ.n.quæ mouẽt magna membra, plura habent ligamenta, q̃ illa, q̃ nõ mouentur magno motu:quia ad magnum motum sequeretᷣ dolor, nisi natura sagaciter ordinasset obtusionẽ sensus: & hoc fecit mediante ligamẽto:quia ubi est magnus motus: in illa corda plus est de ligamento: q̃ in alia corda non ita ad fortes motus ordinata. Passiones omnium modorũ possunt pati cordæ:aduertant tamẽ medici bene in futura: qa panniculus suffert futuram:corda autem lata non:ut dicetᷣ a nobis ubi de uulneribus fiet sermo, & hæc sufficiant de cordis:ad musculos transeundo.

Cordæ necessitas triplex.

Omnẽ cordam nõ esse æque sensilem.

Pãniculum pati suturã: cordam aũt latam non.

¶De Musculis.

Musculus. Pisciculus. Lacertus.

MVsculus pisciculus: & lacertus dictus est ad formã parui muris:& parui piscis:& lacerti animalis:licet reperiatur aliquis musculus maior aliquo pisce, & aliquo lacerto, & aliquo mure: & dicũtur musculi pisciculi, & lacerti non quia omnes assimilentᷣ pisci, & lacerto, & muri:quia sunt aliq musculi qui non habent formas prædictas, ut sunt musculi lati, & obliq uẽtris, & diaphragma:

qui etiam est musculus: sed dicuntur ut supra: quia maior pars eorum assimilatur lacerto: & pisci: & muri: sunt tamẽ aliqui qui dicunt ꝙ in genere piscium danẽ, aliqui pisces qui assimilanẽ diaphragmati: & musculis uẽtris, in hoc tamen non est ponẽda cura. Vel lacertus dictus est: ut dicũt aliqui: quasi laceratus in diuisione componentium. Vel lacertus quasi laterculus: quia quemadmodum muri cõponuntur ex lateribus: & calce: ita musculus compaginatur carne: & neruo. Dicebat Conciliator & bene dicitur etiam Ixistro: aliqui tamen dicunt illum muscusum lacertum uocari: qui plus abundat spiritu sensitiuo: musculum autẽ, & pisciculum uocari: qui plus abũdat spiritu motiuo. Ista tamen nomina sunt synonyma: & idem significãt: & est mẽbrum consimile: saltem quo ad sensum: ideo ponitur inter consimilia: sed pro q̃to carne: & neruo componitur: & est instrumentum animæ: & non naturæ. i. operationum animæ: & nõ naturalium solum, dicitur membrũ cõpositum: & organicum. In multis musculis reperiuntur tres substãtiæ diuersæ. s. caro, neruus, & ligamentum: & notanter dixi in multis musculis tres substãtias reperiri: quia in quolibet musculo nõ reperiunẽ tres substãtiæ: quia in musculis qui non mouẽt mẽbra mediãte corda: non reperiẽ ligamẽtũ: sicut in musculis frõtis, & epiglotis, & i multis aliis musculis. Et iõ recte, secũdum aliquos: dicebat. G. ii. techni: ꝙ musculus cõponiẽ carne: & neruo. s. aliqs musculus: nõ autẽ oĩs musculus cõponiẽ duabus ꝓdictis substãtiis: sed neruo, & carne, & ligamẽto cõponunẽ musculi: q̃ terminanẽ in cordas: q mouẽt iũcturas: & alia mẽbra mediãte corda: sed aliqui dicũt. G. ubi supra: ꝑ neruũ intelligere etiã ligamẽtũ: maxime cũ. ii. de interioribus. c. ii. in fine dicat. Intẽtio mea in hoc: qđ genus nerui, uolo coadunare in uno nomine ligamẽta, & neruos. Sed nos dicimus ꝙ substãtia lacerti est de diuisione ligamẽti: & nerui in carne. Ad qđ possumus respõdere: ꝙ. G. ii. techni intelligit ꝑ neruũ, cordã: sicut. ii. de interioribus: ꝑꝑ hoc nõ est ꝙ reperianẽ aliq musculi sine ligamẽto: ut patet rõne: & expiẽtia: & etiã authoritate prædicta: quæ est Nicoli. s. ꝙ musculi, q non terminanẽ in cordã nõ egẽt ligamẽto: & ita est re uera: & iõ põt dici, ꝙ corda, siue ligamẽtũ nõ ẽ de uera essentia musculi.

Ixistro.

Sed quia maior pars musculorum īdiget corda: ad quam faciendam requiritur ligamentum. Ideo &.G. & Auic. & Haly.dicunt neruum ligamentum: & carnem facere musculum: qui quidem musculus mediante ligamento habet cordā: & corda cadit in denominatione musculi apud multos auctores: & maxime apud Haly.& apud Auic. & apud G.sexto ingenii.c.iiii.quando dicit ꝙ musculi longi cum satis faciunt angulos rectos: quia certæ cordæ solæ musculorum latitudinalium sunt illæ quæ incruciant se cum parte media musculorum longitudinalium: & ita sæpe alii etiam auctores quando nominant musculos intelligunt partem carneam: & ipsam cordam: quia ut apparebit latius infra: musculi obliqui uentris inferioris non solum incruciāt se secundum partem carneam: sed etiam incruciant se per totum cum suis cordis pellicularibus: ut mōstrabimus in certa pictura loco suo ponenda. Haly.tamen: & Aui.etiam adiunxere operimentum.i.panniculum musculum tegentem. Inquit Aui.quia motus uoluntarius non completur membris: nisi uirtute adueniente eis mediantibus neruis. Non autem erat conueniens: ut nerui continuarentur ossibus: qui sunt radix membrorum mobilium in motu: propter esse ossa dura: & neruos subtiles extraxit natura ex osse rem neruo similem/ quæ ligamētum uocatur: & eā neruo adiunxit: & ex eis rhete faciendo quasi rem unam effecit: quia uero adhuc nondum consecuta fuit grossitiē sufficientem: quæ conueniret eis affirmari: & maxime cum durities nerui apud elōgationem a cerebro non sit augumentata super eam: quæ apud ortum augumēto de quo sit curandum. Adhuc autem cum propter ramificationem ipsius in membris sit illud: quod ad unum peruenit membrū subtilius/ q̄ radix: ingeniata est natura attribuere ei ulteriorem grossitiem/ implendo ex carne uacuitatem uillorum corporis ex neruo: & ligamento compositi: propter qđ huiusmodi summa facta est membrum ex neruo: & ligamento/ & eorum uillis: & carne replente: & panniculo cooperiente qđ est musculus: attamen q̄uis Aui.& Haly.dicant pāniculum ingredi substantiam musculi: propter hoc nō est ꝙ pāniculus sit de essentia musculi: qa musculus inquantum est musculus.s. pro q̄to est instrumentum uoluntatii motus:

Panniculus nō est de essentia musculi.

motus: non indiget panniculo: nec uena: nec arteria: sed solum indiget illis membris, quæ dicuntur complere membrum prout est instrumentum uolūtarii motus: & sic musculus non est aggregatus ex uena, & arteria: & pāniculo: & carne, & neruo, & ligamento: sed solū ex illis q̄ sunt partialia instrumenta uolūtarii motus in musculo: sicut est caro: & neruus, & ligamētum. Est tñ notandū ꝙ in quolibet membro composito est quædā principalis particula principaliter illius operationē perficiens: reliqua uero sunt iuuamentales, sicut in musculo principaliter seruit neruus: Iuuatur tamē a carne quæ est ibi, ut sit medium sensus: & ibi est ligamentum, ut obtundat cordam in sensu, & ut suf ferat sua duritie fortes motus: & ut iquit Trusianus monachus: si aliquis dicat solū neruum tangere, & mouere: non calūniabimur illū: sicut si dixerit, & solum christallinum uidere. Si. n. esset caro principaliter sentiens: sentiret caro hepatis, & pulmonis: non ergo sentit nisi neruo commixta: præterq̄ in corde, immo sicut tunicæ, & albugo circūposita christallino mediatur in uisiu, ita caro circūposita sensibili neruo mediat in sensu tactus.

Notandum.

Carnem cordis sentire.

¶ Istis uisis: est tñ differentia in musculis: q̄tū ad cōpositionē: quia aliqui cōponuntur solo neruo, & carne: sicut q carent corda, ut sunt musculi frontis, & faciei: & epiglotis: & similiū: qui non mouent mēbra mediāte corda: q̄uis forte aliqui possint cogitare: & ad sensum uidere ꝙ musculi epiglotis moueātur a membro simili cordis in colore, & in figura rotūda sicut est corda: quia mouenť a neruis reuersiuis induratis, & exsiccatis a calore cordis, & a satis lōga distātia a cerebro ad musculos ad quos alligant: sed propter hoc. s. per colorē, & figuram quā habent tales nerui ad cordam non faciunt cordam: licet moueāt musculos, quia ut efficiať corda requirit ibi ligamētū: sed in hoc loco nō est ligamentū maxime in illa extremitate musculi ubi alligantur: & uniūtur tales nerui reuersiui cū musculis prædictis: licet forte secundū aliquos ad aliā extremitatē musculi possint reperiri aliqua ligamēta orta a carthilaginibus epiglotis: mediantibus quibus ligamētis moueť epiglotis: & sic est credendū. s. epiglotim alligari q̄tum ad illā partem sibi propinquā cū ligamentis simul: & neruis. i. nillis nerueis

transseuntibus ab uno extremo musculi ad aliud extremũ: quia epiglotis mouet motu satis continuo & forti: & ideo credũt aliq naturam ibi locasse ligamentum pro continuo & forti motu pdicto: sicut etiã ad aliud latus musculi ordinauit neruos reuersiuos qui sunt duriores omnibus neruis a medulla cerebri ortis.

¶ Diceret forte aliquis est mirum, qp natura hic loci posuerit musculos alio modo q̃ in aliis membris: quia membra quæ mouent: mouent uersus illam partem, uersus quam est corda, & ubi est corda ibi est cauda musculi. In istis aũt musculis est oppositum: quia corda est in capite musculi. Si concedatur qp semper cauda moueat mẽbra. Per cordã in hoc loco ego uoco neruũ reuersiuũ qui stat loco cordæ: nã natura cũ uult mouere epiglotim mouet neruos reuersiuos: qbus mediantibus mouet musculos, sicut mouet miles equum habenis: & ideo modo retrogrado hic processit natura: ad hoc est dicendũ naturam non potuisse melius ordinare: & huic motui sufficit illa duricies nerui reuersiui pro tali motu, q̃uis sit quasi continuus: non tamen mẽbrũ motum est magni ponderis ad quã requiratur uera corda. Ad aliud autem latus musculi forte ordinauit ligamẽtum: uel aliam partem nerueam ad ligandum musculos epiglotis: quia a carthilaginea substantia epiglotis est aptitudo ut dicunt aliqui qp oriat ligamentum sicut a iuncturis: & immediate omne ligamentum oritur a cartihilagine: q̃uis auctores dicant ligamentum oriri ex ossibus: hic tamen p ossa intelligunt etiam carthilagines: quia immediatius ligamentum uenit a carthilagine: & plus sapit naturã carthilaginis: q̃ ossis, ut apparet ad sensum: & ita carthilago mediat inter os, & ligamentum: quia magis ligamementum & carthilago conueniunt in substantia q̃ faciat os: & ligamentum. Sunt tamen aliqui qui dicunt qp isti musculi habent caudã suam uersus epiglotim: & qp mediante illa cauda ei alligantur: & qp nerui reuersiui transeunt a capite ad caudam per substantiam carneam eorũ, & epigloti alligantur: & sic uolũtarie mouent. In istis tamẽ altercationibus nolo me immiscere: qa est res imaginabilis magis, q̃ ad sẽsum demostrabilis. Est ẽt alia cõpositio musculorũ. s. qp aliquibus plus aduenit de uillis nerueis: & ligamentalibus:

& aliquibus minus: & sunt aliqui musculi quibus plus ad uenit de neruis/ & aliqui quibus plus de ligamētis/ & qui/ bus plus aduenit de ligamento/ illis requiritur maior mo/ tus: ut musculis qui uadunt ad iuncturas: non euntibus ue ro ad iuncturas: qui etiam in cordam terminant̄: non req/ ritur tam magna ligamenti portio, sicut illis: & ideo in mu sculis longitudinalibus uentris/ quorū cordæ sunt breues: non uidentur ita manifeste ad sensum uilli: sicut in muscu lis eūtibus ad iūcturas/ & sicut uident̄ in musculis trāsuer/ salibus: quia transuersales indigent maiori motu/ q̄ longi. Et ita istis modis apparet compositio musculorū diuersa: & propter hoc dixit Nicolus auctoritate Haly. ꝙ in quorū dam musculorum compositione nerui/ & ligamenta non cōmiscentur carni/ de neruis intelligens in q̄titate notabi/ li: & ideo eorum quidam carnei sunt a loco a quo incipiūt usq; in locum in quem finiunt: & sūt illi in quorum extre/ mitate corda consolidata: & non protensa oritur: sicut sunt lacerti: qui supra uentrem sunt: ut apparet ad sensum ma/ xime in longitudinalibus/ in quibus pauci apparent uilli: quia circa medium ipsorum musculorum sūt uilli neruei: & non ligamentales mixti cum nerueis: sicut in musculis habentibus magnum motum: in quibus musculis magni motus secundum aliquos circa extrema: & in medio per totū sunt uilli ligamentales/ & nerui: licet ligamētales sint longe plures: q̄uis sint commixti mixtione inperceptibili: & inter ipsos est caro replens: qui uilli circa unam muscu/ lorum extremitatem faciunt cordam/ uersus autem aliam extremitatem musculi alligantur ossi: uel alteri membro fi xo non facientes cordam: & sic dicunt ligamenta in mus/ culis magni motus esse per totam substantiam musculi/ ad ducentes pro eorum opinione auctoritatem Auicen. præ/ dictam scilicet dum inquit extraxit natura ex osse rem ner uo similem: quæ ligamentum uocatur: & eam neruo adiū xit: & ex eis thete faciendo quasi rem unam effecit &c. & subdit: implendo ex carne uacuitatem uillorum corporis ex neruo & ligamento compositi &c. Isti etiam adducunt in fauorem suum Rabi Moysem dicentem: ligamenta qui bus colligant̄ lacerti cū ossibus generāt pelliculas opiētes lacertos: & mittūt rheticulas ex se iterius: & i carnē lacerti.

Vñ oriāt̄ pā niculi tegen tes musculos & q̄uo nerui sint in mus/ culis.

Sunt tamen aliqui alii: qui dicunt tales musculos etiam in magnas cordas terminatos componi neruo: & ligamento aliter .s. ꝙ tantum circa extrema musculi sunt ligaméta ue nientia ab ossibus ibidé cū filis nerueis mixta: & dicunt ꝑ totam substantiam musculi .s. in medio non esse ligaméta: sed neruos solum. Aliqui uero alii dicūt neruos: & ligamé/ ta esse per totā substantiā musculi: & ꝙ talia ligamenta nō sunt uenientia a panniculis eos tegētibus. Quid sit de hoc non potest probari ad sensum: quod autem alterum ipsoꝝ dictorū sit uerius: quia uilli neruei non cognoscunt ad sen sum uisus: nec distinguntur a uillis ligamētalibus: & esset etiā difficile ad sensum tactus hanc differétiā determinare: sufficiat pro nunc dixisse opiniones dubitātium. Cui auté parti pro nunc ego adhæreā. Infallēter puto illos uerius di cere: qui dicunt uillos ligamentales transire per totā sub/ stantiam musculi ab uno extremo ad aliud maxime in mu sculis habentibus magnos motus. In carne quorum mus/ culorum ad sensum mihi uidentur multi uilli: qui propter suam numerositatem nō possunt esse neruei soli: quia ner uus ueniens ad compositionem musculi est ualde paruus: a quo possunt ꝓduci pauci uilli: & maxime hoc dico: quia Rabi moyses prima suorum aphorismorum aph. ix. dicit. & in multis locis lacerti inuenio cordam decuplæ q̄titatis corporis nerui ipsi lacerto in capite coniungentis. Et ideo ego teneo ꝙ tales uilli sint ligamentales per totum etiam pro maiori parte a ligamentis producti: in musculis etiam cordam habentibus: in quibus non est fortis: nec magnus motus: sicut in musculis lōgitudinalibus uētris: in quibus musculis nō apparent multi uilli. Credo aliter esse .s. ꝙ sint ut plurimum uilli neruei transeuntes per carnem muscu/ lorum prædictorum: licet etiam sit difficile ad sensum pro bare an illi parui/ & pauci uilli sint ligamētales: an neruei? sed quia necessario ad omnē musculū requirūtur uilli ner/ uei non autem ligamentales: sicut dictum est superius. Co gitādū est magis illos paucos: & paruos uillos qui sunt in medio musculi lūgi eē ex neruis: q̄ ex ligamētis. Credo be ne ego ꝙ opinio Rabi supius dicta sit uera .s. ꝙ panniculi cooperientes musculos uadāt ad compositionē suarū cor/ darum: & hoc expresse apparet ad sensum: & hoc melius

uidetur in musculis uentris:q̄ in aliis:ut suo loco dicemus.
Musculi autem qui mouent membra:sine corda : de facto
non habent in se ligamenta:nec in extremitatibus : nec in
eorum medio:ut p̄tactū est : ideo super his non est rumor.
Et hæc sufficiant de modo cōpositionis musculorum.
¶Color musculi est rubeus:quia compositus est carne ru Color mus/
bea:teste Haly.complexio cuius merito propter carnē do/ culi.
minantem est calida:& humida/in medio tñ musculi sunt
calidiores/q̄ circa extrema:ubi sunt magis neruei/& liga/
mentales/& sunt humidiores secundum ꝙ plus: & minus
habent de carne.Dicunt tamen aliqui ꝙ q̄to musculi sunt
sicciores tanto fortiores:teste.G.tertia aphor. in cōmento
aph.ægritudines uero in pluuialibus &c.Dicit tamen Ni/
colus ꝙ illa siccitas debet refferri ad siccitatem naturalem
nō autem ad præternaturalē:quia talis siccitas reddit istru
menta motus debilia:& ad motū inepta . In complexione
autem naturali q̄to musculi sunt duriores:tanto fortiores.
¶Figura eorum est manifesta:quia assimilātur paruo mu Figura.
ri:& pisciculo:& lacerto:aliquæ tamen figuræ sunt secūdū
membra:quibus supra positi sunt:quia aliqui triangulati:
ut qui super pectus:teste Haly.& quidam rotundi: ut sunt
qui circa uesicā:& circa pedē. Quidā oblōgi : ut qui circa
medium uentris:& ita propter numerum:& eorum uariā
figuram sunt difficiles ad cognoscendū:& hoc respectu os
sium:dicēte Rasi in Almāsore : ꝙ quilibet musculus habet
figuram contractioni:& extensioni aptam:qua motus per
fici possunt:quam si inuestigare:& distinguere ceperimus
augumentabitur liber : & perueniemus ad id in quo non
est magna utilitas:quia non est possibile / ut musculorum
forma mētibus nostris ita affigat̃ sermōibus: quēadmodū
in ossibus/in neruis/in uenis/ & arteriis.In his.n.musculis
frequēs/necessarius est uisus testificatio : & secūdū multū.
¶Quantitas eorū est etiā diuersa qa qui magna mouent Quantitas.
membra:magni sunt:qui uero parua parui : & qui media
mediæ sunt q̄titatis:& aliqui interdum sunt adeo parui:ꝙ
sensum effugiunt:teste Alberto.Musculi in q̄titate discrē/
ta excedunt ossa:in q̄titate autem continua econtra.
¶Numerus partium musculi quædā sunt extrinsecæ.s.ca
put qđ est principium eius/& grossior est in capite.In alio

autẽ extremo est cauda musculi: & inter hæc est mediũ: & istæ partes differũt cõpositione & officio. Motus nãq; musculi est in parte magis neruea: teste. G. ii. de interioribus: q̃ pars est circa extrema: in medio aũt est caro q̃ habet uillos subtilissimos de genere nerui. Sunt aliæ partes musculorũ q̃ intrinsecæ dicunt᷑/ & est caro/ & neruus/ & ibidẽ sunt uenæ/ & arteriæ/ q̃ tñ non sunt de essentia musculi ut p̃tactũ est. Necessarius autẽ fuit neruus i musculo/ qa neruus est instrumentũ motus uolũtarii: & cũ dictũ sit prius musculũ esse instrumẽtũ motus: necessario in musculo erit neruus: & quia tactus diffusus est p oia membra motiua: quia ut dicit᷑/ motus nõ est sine sensu: & caro est mediũ intraneum sensus tactus/ oportuit ergo musculũ esse carnosum. Ista igit᷑ mẽbra faciũt essentiam musculi: sed quia debuit nutriri musculus/ & cibari spiritu uitali habuit uenas/ & arterias: & quia caro est rara fluxibilis habuit musculus panniculum operientẽ/ & ligantẽ. Cũ istæ tñ ultimæ partes nõ sint de eius essentia: & quia nullus corporeus motus regit in motu aliquid qđ inordinatum habet motũ p se ipsum/ nisi aliquo corporeo trahente/ & relaxãte id qđ regit᷑: sicut cor regit membra: & nauta nauẽ/ Ideo musculus habet in medio sui neruum per longum ipsius transeuntẽ: sicut axem: qui ueniens per extremum suum ad membrum alligatur: & per illum trahendo/ & relaxando mouet membrum in medio sui: & sic cũ colligitur musculus membrum trahit uersus se: & cum relaxatur/ membrum recedit a musculo. Membrum autem quo mediante musculus trahit/ est corda/ uel cordæ proportionatum. Igitur dicebant aliqui omnem neruum esse cordam/ non autem econtra: & panniculus circũuoluẽs musculũ secundũ. G. & Rabi: oritur a ligamentis/ quibus colligat᷑ musculus cũ osse uel cũ carthilagine: & si reperiatur musculus qui cum osse non alligetur: panniculus illum uel illos musculos circumuolues oritur a circumuicinis ligamentis/ & a neruis/ uel a panniculis ꝑpinquis secũdum quosdam. Numerus uero discretus omnium musculorum de mente Galeni/ Rasis/ Auic. & Haly. est. ccccc. xxix. & ad illos uadant/ qui præcise uolunt scire cuiuscunq; membri partiales musculos.

¶Situs/ & positio musculorum est in quadruplici ordine: teste Haly. scilicet recta transuersa: & duæ obliquæ: & omne os/ & proportionatum ossi est circumuolutum musculo: uel sibi proportionato/ maxime uera ossa: & per proportionatum musculo intelligenda est cutis capitis quæ loco musculi tegit craneum: & per proportionatum ossi intelligit carthilago: teste Auer. primo colliget. ut de musculis palpebrarum/ quæ carthilagineæ sunt. Et situs musculi est in parte/ uersus quam mouetur membrum: teste Rasi in Almansore: & ita musculi qui sunt siti oblique/ oblique etiam trahunt/ & mouent membrum: & qui recti in rectum mouent. In motu tamen lacertorum: teste Rabi: & Galeno de motibus lacertorum est diuersitas: & differētia/ quia diuersam in attrahendo habenr figurã: nam lacerti magnarum manuũ uel pedum/ & faciei dum trahũt fiũt gibbosi propter duritiem ossium infra eos positorum non cedentem eorum motibus: quia faciunt in medio eorum eminentiam dum coadunantur: & dum relaxantur aplanatur gibositas eorum. Lacertis autem pectoris/ & uẽtris accidit oppositum: quia non habent sub se qđ sit durũ sicut sunt ossa pedum uel manuum.

¶Colligãtia aliquoꝶ musculoꝶ ẽ cũ osse/ ut ossa moueãt: & illa defferant: & ligatur musculus mediãte sola corda cũ ossibus aliquibus: maxime cum paruis nõ potentibus sub stinere totum musculum: & hæc fuit causa quare ossa digitorum mouentur per cordas.

¶Iuuamenta musculorum sunt ut moueantur membra: utrum autem musculi moueant membra immediate est magna quæstio: pro parte tamen aliquid de hoc superius dictum est: Almansor numerauit omnes uoluntarios motus in corpore nostro existentes: & dixit primo motum cutis frontis: & motum oculorum/ palpebrarum: & summitatis narium & labiorum: & motum linguæ/ & epiglotis/ & mandibulæ inferioris: & capitis/ & colli/ & humeri: & iuncturæ spatulæ/ & adiutorii/ & brachii/ & focilium/ & rascetæ/ & digitorum omnium/ & motus membrorũ gutturis/ & motũ pectoris/ & motũ uirgæ: & uesicæ/ & intestini recti: & motũ mirach/ & anchaꝶ & coxaꝶ: & genuoꝶ

pedis cum crutæ: & digitorum pedis cum suis iūcturis: &
modi horum motuū teste: G. de motibus locertorum: & se
cūdum ꝙ refert Nicolus/ sunt quatuor: unus retractiuus:
alius intensiuus siue extensiuus: alius aggregatiuus: alius
tensus spissus: & motus lacerti ad suum principium est re/
tractiuus siue coadunatiuus: & sic plicatur mēbrum. Cū
autem relaxatur musculus & retrahitur musculus sibi op/
positus reddit membrum ut prius erat non plicatum. Præ
dictam etiam auctoritatem ponit Nicolus de mente Rabi
quam nos non habemus. Subdit tamen Nicolus auctori/
tate Rabi/ quæ habet primo suorum aphor. ait Moyses
summarie collegi ex sermone. G. his quattuor motibus ꝙ
uoluntas cum mittit uirtutem animalem ad neruū uersus
lacertum suum uolens per illū plicare aliquod membrū:
retrahitur ille lacertus circa sui principium/ & statim plica
tur membrum: & similiter cum uoluerit ꝙ membrum ex/
tendatur/ & erigatur extendit uoluntas illum lacertum cū
lacerto sibi oposito/ & tenduntur simul: & cum cessat ope
ratio uoluntatis uniuersaliter/ nec mitit ad lacertum uirtu
tem omnino remanet lacertus similis cæteris rebus cōge/
latis/ & tendit per suam ponderositatem naturalem cū eo
cui adhæret ad inferius tanq̄ membrum mortuum: & hic
motus nō denominatur ab eo lacerto/ nec est ex operatio
ne ipsius lacerti/ nec etiam inter motus uoluntarios nume
ratur: sed motus extensionis est motus uoluntarius/ & est
motus in lacerto propter longitudinem: & ideo cū uolun/
tas uoluerit extēdere membrum plicatum facit cessare uir
tutem a lacerto qui se retraxerat: & mittit eandem uirtutē
ad lacertum sibi oppositum/ & statim plicatur siue retrahi
tur ille oppositus/ & extenditur primus qui plicauerat mē
brum: quia nō remanet in eo uirtus plicans siue retrahēs:
& cum est uolūtas summæ extensionis operatur tunc uir/
tus aīalis extēsionē i sūmo. Ex p̄dictis colligit̄ ꝙ de q̄ttuor
motibus unus est inuoluntarius. s. aggregatiuus siue con
gelatiuus: alii uero tres sunt uoluntarii. s. retractiuus/ & ex/
tensiuus/ & tensus spissus/ qui est differens ab extensiuo in
hoc ꝙ uirtus animalis facit tensionem lacerti in summo.
¶ Subdit præterea Moyses auctoritate etiam. G. ꝙ omnis
lacertus plicat membrum cū est extensum/ & illud extēdit
cum est

cum est plicatum: forte ꝙ hæc littera male se habet: & subdit/ ꝙ membrum plicatur per interiorem lacertum: & extenditur per exteriorem: & ideo si incidatur aliquis eorũ cessabunt ipsi duo motus simul: quoniam non remanet retrahens: & extendens: sed tamen remanet in una positionum secundum lacertum euadẽtem/ qui operatur ipsam positionem. Et ideo dicebat Almansor/ ꝙ si membrum ad partes mouetur contrarias habet musculos/ illos motus ꝑficiẽtes: quia ab uno quoq; lacerto uersus suam trahit᷑ partẽ quando unus tantũ mouet᷑: & lacertus contrarius a sua quiescit actione. Cũ autẽ quilibet musculus in situ opposito positus/ suam simul ꝑficit operationem tunc membrũ rectum erit in nullam declinãs partem: exempli gratia/ cũ manus a lacerto partis domesticæ trahitur: interius curuatur. Si uero a musculo in syluestri parte posito trahatur/ exterius flectitur cessante ab operatiõe musculo domestico. Si uero ab utroq; æqualiter trahat᷑ erecta mãebit manus.

¶ Et subdit etiam Moyses ꝙ operationes lacerti apparent non solum in uigilantibus: sed in uere dormientibus: quia in non uere dormientibus: motus lacertorum sunt præter naturaliter dispositi: sicut in ebriis: aut i forti labore/ aut in defectione: quia omnia mẽbra corporis sunt dissoluta summa dissolutione. Sed in sanis lacertus est in figura media: & tũc membra sunt perfecte quieta. Figura autem media est illa q̃ nõ est summe extensa/ nec summe plicata: & nota lector ꝙ hinc medici possunt dare malum/ & bonum ꝓgnosticũ ex parte situs membrorũ: quia figura media mẽbrorum semper bona est. Apparet tamen ꝙ sit contradictio in dictis Rabi/ siue. G. qui superius dixit ꝙ etiam operationes lacerti apparent in dormientibus: & alibi eadem particula dicit ꝙ operationes omnium lacertorũ tempore somni quiescũt: excepta operatione laccerti pectoris/ quæ manet in statu suo. Ad hoc dicunt aliqui non esse contradictionem aliquam: sed dicunt tempore somni ueri operationes quiescere respectiue ad uigiliam/ & ut in pluribus: quia certe in aliquibus dormientibus uidẽtur lacertorum operationes: quia interdum aliqui surgunt: & ambulant etiam dormientes: & faciunt etiam dormientes diuersos motus membrorum: & sic est intelligendum.

¶Et subdit etiam Moyses ꝙ ille qui conseruat aliquid in manu sua/ dũ dormit / habet motum lacerti retractiuum: & ita similiter coniunctio maxillarum/ & clausio uasorum superfluitatum: quia teste Rabi: musculi prope uesicam: & prope rectum intestinum non sunt procreati ad expul/sionem superfluitatum: sed ad retentionem earum/ prohi/bentes exitum superfluitatum: sed cum stimulat eos uolũ/tas cessant a retentione: & tunc uirtus expulsiua expellit fe ces: & subdit etiã ꝙ quilibet lacertus desert os sibi ꝯiũctũ: ac si deferret lapidem / & si est fortis non fatigatur eo / nec sentit eius pondus: sed si lacertus est debilis/ sentit pondus eius: & grauatur eo: & desiderat eius dispositiõem/ & affe/ctat mouere illud de figura in figurã: & hoc est ꝙ ægri in minimo tempore affectant mouere membra sua de figura in figuram: & hæc sufficiant quãtum ad species motuum lacertorum. Passiones uero lacertorum possunt esse omni um modorum: & sic sit finis de musculis.

¶De Musculis Ventris.

VIsis ꝑdictis/ ut ab uniuersali ad particularia fiat tran situs/ ut sequatur littera Mundini de musculis uen tris inferioris/ qui sunt octo/ sermonem aggredior. Et iudicio meo in ordine demonstrandi / & incidendi seu anatomizandi prædictos musculos melius est incipere a musculis obliquis/ qui etiam dicuntur transuersales: q sũt q̃tuor. s. duo a dextris/ & duo a sinistris: q̃ a musculis lũgis q sũt i medio/ sicut facit Mundinus: quia melius monstrat anatomia illis qui nõ sunt instructi in ea / q̃ si prius incipia tur à lungis: & ratio hæc est/ quia musculi trãsuersales/ q̃tũ ad cordas eorum/ sunt supra musculos lungos/ ut apparet ad sensum: & iõ a parte superiori quæ primo occurrit sen/sui est incipiendum: & longe melius est incipere demon/strare istos musculos trãsuersales a parte carnosa eorum q̃ est lateralis/ q̃ a cordis ipsorum/ quæ sunt in medio uẽtris supra musculos lungos/ per totum ipsos tegẽtes: quia me lius deinde apparent cordæ eorum/ eleuãdo prius partem carnosam: mediãte qua elleuatione cognoscitur ortus cor darum eorum esse a parte carnosa uersus musculos lũgos.

A Musculis obliquis est incipiendũ.

Opportet tamen quod operator sit diligens in incidendo: qa illæ cordæ sũt simul unitæ/ & alligatæ ẽt cũ musculis lũgis forti unione/ ita ꝙ est difficile eas separare: ut iquit. G. vi. terapeuticæ. c. iiii. sicut etiam melius inferius declarabimus. Incipiamus ergo prius ab anatomia musculorũ transuersalium superiorum descendentium/ quorum unus est a dextris: alter a sinistris: & isti superiores sũt maiores aliis obliquis inferioribus qui dicuntur ascendẽtes: eo quia ab osse illiorum ascendunt uersus os mali granati/ & uersus lineam existentem in centro uentris. Et isti primo occurrũt sensui ꝙ̃ lungi: qui quidem musculi trãsuersales a. G. & ab aliquibus aliis dicuntur torti/ & rotundi/ & circuentes/ & diagonales/ & obliqui: quia suorum uillorum est obliqua seu transuersa positio. G. tamẽ. vi. de iuua. & . vi. ingenii: & alibi: & Haly. & alii multi dicunt musculos lungos esse supra omnes musculos uentris: contra istos tamẽ est sensus: & ego teneo cum sensu/ sicut infra dicã. Vltra prædicta nota lector ꝙ Zerbus de anatomia musculorum uẽtris dicit esse discordiam inter antiquos de situ talium membrorũ. Dicit. n. ꝙ Rasis/ Auer. & Aui. post determinationem lungitudinalium determinant de latis immediate: dicit tamen alios. s. G. vi. ingenii: & Haly. tertio theor. & Conciliatorem diff. cxcix. percepisse musculos uentris trãsuersales immediatius locari sub longitudinalibus: & probat hoc dictum esse uerum modo suo: & dicit Conciliatorem adducere unum textum Gale. sexto iuuamen. cuius oppositũ erat in textu græco: super hoc sermone ego nolo conterrere tẽpus: quia est paucæ utilitatis ı ideo supersedeo. Et certe Zerbus imaginatur chimeram in hoc: quia ꝗ̃uis prius Aui. & sequaces ex una parte post lungos musculos determinent immediate de latis propter hoc ipsi non dicunt trãsuersales esse sublatis: nec etiam. G. & sequaces si bene determinent post lungos immediate de obliquis propter hoc non dicunt etiam immediate non esse latos sub lũgis: & ita Zerbus non intellexit eos: quia certe ad uerum sensum musculi lati sunt immediate sub lungis maxime secũdum partem nerueam eorum/ ꝗ est eoꝝ corda/ si cõcedaẽ ꝙ corda sit de essentia musculi: sicut forte in hoc loco ꝯcedunt præfati auctores & bene: sunt ẽt ꝑdicti musculi lati

Vñ dicanẽ musculi obliqui.

Error Zerbi

ſecundum ſenſum ſub muſculis obliquis/maxime ſecũdũ
maiorem partem carnoſam eorum: quia muſculi lati a la/
teribus uentris ſunt carnoſi:ſupra quam partem carneam
ſunt muſculi obliqui:in medio uero uẽtris muſculi lati ſũt
neruei:ſupra quam partem nerueam ſunt muſculi lũgi:&
ita Aui.& ſequaces poſſũt determinare de quibus muſcu
lis uelint poſt lungos:quia ſub lungis ſunt lati q̃tũ ad par/
tem nerueã: a lateribus uero lũgitudinalium ſunt obliqui
& ita poſt lũgos quilibet poteſt determinare de quibus ue
lit muſculis abſq; ꝙ unus contradicat alteri ſicut facit .G.
& Haly.qbus fuit uiſum prius determinare de obliqs poſt
de rectis / q̃ de latis:nec propter hoc.G.& Haly. contradi/
cunt Aui.& Raſi.& Auer. ſicut dicit Zerb. ueritas eſt iudi
cio meo ꝙ melius uidetur anatomia muſculorum latitudi
nalium:ſi prius remoueant̃ muſculi lũgi & obliqui: q̃ ſi eo
rum altera pars non remoueatur : quia tũc uidemus eorũ
partem nerueam:& carneam nullo muſculo ſuperiori im/
pediente:& præfati auctores de anatomia tractãtes nõ cu/
rarunt prius loqui de uno muſculo q̃ de alio:quia non do/
cent facere nec oſtẽdere anatomiam:ſed ſufficit eis de mu
ſculis uentris:& de aliis determinare dummodo dicãt nu
merum muſculorũ, & alia eis requiſita . Et ꝙ hoc ſit uerũ
patet per proceſſum.G.qui in aliquibus ſuis libris poſt lũ
gos muſculos prius locutus eſt de obliquis/ ſicut fecit.vi.
de inge.& alibi.In aliquibus uero aliis libris/ſicut in.v. de
iuua.c.iiii.poſtq̃ locutus eſt đ longis loquit̃ de latis imme
diate iſtis uerbis:poſt rectos/& duo alii ſunt extenſi ſecun
dum latitudinẽ/inter quos & fila duorum muſculorũ extẽ
ſorum ſecundum longitudinẽ fiunt anguli recti:& ſic ex p̃
dictis poteſt colligi ꝙ non eſt aliqua differentia inter præ/
fatos auctores:inter iſtos tamen auctores eſt aliqua diuerſi
tas in nominibus prædictorum muſculorum / quia quos
Auic.uocat latos.G.v.de uti.uocat tranſuerſales : & quos
Auic.uocat tranſuerſales.G.ibidem uocat obliquos:&.vi.
de iuua.uocat diagonales.&.vi.ingenii uocat tortos, Iſta
tamen nomina non ſunt.G.ſed interpretum uarietas hoc
facit:a lingua quorum caueat me deus: quia nota declarãt
per ignotiora:& ita cõfũdunt ueritatem per uarietates no
minum. Iſti igitur muſculi de quibus primo loquar dicen

tur a me transuersales siue obliqui/ quia suorum uillorum positio est obliqua siue transuersa in corpore hominis. De situ istorum omnium musculorum fere omnes concordãt .s.q lungi & obliqui sint supra latos: q̃uis parũ supra Zer/bus fuerit balbutiens:sed de musculis lũgis & obliquis est magna differentia inter auctores & sensum. Sensus.n.mõstrat musculos obliquos : q̃tum ad eorũ cordas esse supra lungos.G.tamen dicit.vi.de iuuam.c.iiii.q musculi lungi sunt supra transuersos quos ipse ibidem uocat diagonales istis uerbis:& istorum octo musculorũ/ qui sunt supra uẽ/trem sunt quattuor/ quorum fila sunt diagonalia:& sũt su per duos/ quorum fila sunt secundũ latitudinẽ & sub duobus/ quorum fila sunt secundum longitudinem: idem di/cit Auic.prima primi.c.de de musculis uentris: idem dicit Haly.v.theoricæ.c.viii.idem dicunt multi alii . Dicit tamẽ Zerbus:& aliqui alii q musculi lungi non sunt supra obli/quos/nisi secundum aliquam paruam partem in qua con tangunt se:Et aliqui dicunt q tantum aliquæ partes cor/darum musculorum trãsuersalium/quæ sunt pelliculares: sunt sub lungis circa ossa pubis: & ossa epiglotis ubi alligati sunt musculi lungi in suis extremitatibus.Sunt etiam ali qui q dicunt nullũ horũ superesse alteri ad sensum:sed di/cunt eos cõfundi taliter q apparẽt æquales . Credo tamẽ ego firmiter transuersales esse super lungos q̃tum ad cor/das eorum:& ita mõstrat sensus.G.etiam.vi. de uti.c.xiiii. dicit transuersales q̃tum ad partem neruealm esse supra lũgos istis uerbis:& igitur quoniam didimum est dextris & sinistris corpus:& æquale certitudinaliter ex alterutra quidem parte quattuor:uniuersi autem octo facti sunt æqua/les quidem magnitudine:æquales autem & multitudine: similes autem Inulorũ positionibus ut nihil abundet/ nec deficiat alter ab altero. Recti.n.secũdum alterutras partes ensiformis carthilaginis eam quæ desuper explantationẽ habentes ad pubis os deferunt tangẽtes se inuicem rectos quidem Inulos desuper inferius latos similiter habentes: æquales autem certitudinaliter/non secundum lungitudinem solum:sed etiam latitudinem & profunditatem adinuicem existentes:qui uero sunt ad eos transuersi.i.latitudinales cõprehendentes hic quidem dexteram partẽ totius

De situ musculorũ uen/tris.

peritonei:hic autem ſiniſtra æquales/& ipſi/& ſimiles per
omnia exiſtentes ſubmiſerunt quidem prædictis duobus
muſculis.ſ.lungis neruoſum/aliis uero.ſ.obliquis muſcu/
lis carnoſum.Illi autem.ſ.obliqui rurſus ſuper aſcēdentes
extēduntur/& ipſis uocatis de neruationibus ſuper rectos
& medios muſculos nuſq̈ in aliquo permitti dexſtri a ſini/
ſtris/æquales & ſimiles omnes habentes Inulos: hi quidē
a fœmoribus ad hypocundrium alterutri eos qui ſecundū
ipſum relatos/illi autē a coſtis ad id ꝙ ante delatos. hic lo/
ci.G.ponit muſculos obliquos ſupra lungos maxime cor/
das eorum/quando dicit/illi autem rurſus ſuper aſcenden
tes extenduntur/ & ipſis uocatis de neruationibus.i. cum
cordis quæ dicuntur deneruationes:ſuper rectos/& medi
os muſculos aſcendunt.G.etiam.vi.ingenii.c.iiii. uidetur
uelle ꝙ ſupra obliquos muſculos non ſint lungi / quia po/
nit ipſos immediate ſub cuti iſtis uerbis / nam poſt cutim
uentris in utraq; parte ſunt ambo lacerti quos dixi.i. torti
quorum unus a pectore deſcēdit/alter a pectinis oſſe aſcē/
dit/& ibidem.G.ponit ſupra muſculos lungos cordas mu
ſculorum obliquorum quādo dicit.Dico igitur his corpo/
ribus locus qui tactu lenis eſt/qui arabice mirach dicitur:
compoſitus eſt ex cuti ſuperiore:& ex cuti ſubtili inferiore
quæ quaſi pellicula eſt:que amorica uocatur:poſt hanc ue
ro ſunt duæ extremitates lacerti/quæ ſūt neruoſæ/& ſub/
tiles quaſi pelliculæ/quas omnes anatomici nō dicunt du
as eſſe:ſed unam:eo ꝙ ſunt cōiunctæ diuidiq; difficiles: nā
ultra modum ſunt ſubtiles.Item poſt hoc/ſunt duo lacerti
carnoſi a pectore uſq; ad pectinis oſſa deſcendentes/ quoꝝ
omnium unus cum alio/& alius cum alio coniunctus eſt.
Ecce ꝙ ibi.G.ponit in parte anteriori uentris ſupra muſcu
los lungos uentris duas extremitates lacertoſas:& tales ex
tremitates ſunt cordæ muſculorum obliquorum/ſicut ap/
paret ad ſenſum.Igitur muſculi tranſuerſi ſiue obliqui q̈tū
ad cordas eorum/ſunt ſupra lungos.Quod autem iſte ex/
tremitates lacertorum ſint cordæ eorum patet per.G.pri/
mo interiorum.c.vi.iſtis uerbis:dico ergo ꝙ omnis uolun
tarius motus non fit niſi cum lacerto/& nullus neruus po/
teſt hic operari niſi in mixtione lacerti/lacerti autē deueni
unt ad membra:quæ mouere uolunt:aliquando abſq; col

ligantia/ & aliquando cum colligantia cordarum/quas q/dam uocāt neruosas extremitates. Nota lector ꝙ in isto loco colligitur aliquos musculos eē sine corda/ & ideo corda non est de essentia musculi: sicut etiam supra diximus de musculis in uniuersali. Ex quo infero ꝙ textus. G. vi. de iuua. c. iiii. in quo dicit musculos lūgos esse supra obliquos: est corruptus/ maxime cum sensus: & auctoritates antedictæ sint oppositum demonstrātes: ad auctoritatem autem Haly. & Aui. & aliorum prædictorum est dicēdum eorum litterā esse corruptam/ uel eos scripsisse anatomiam taliū musculorum per auctoritatē. G. in lib. de iuua. quæ est traducta de arabico in latinum/ a qua decepti sunt/ & moderni fere omnes ambulāt cum Aui. per ipsius auctoritatem: & ita decipiuntur. Cum itaqꝫ supra istos musculos lungos sint cordæ musculorum obliquorum/ ut sensus demōstrat & etiam prædictæ auctorites. G. est dicendum omnino/ & credēdum ꝙ musculi obliqui sint primi a quibus post pinguedinem sit incipienda anatomia. Dicamus igitur incipiendam esse incisionem/ ut prædixi/ in parte laterali/ quæ siue sit dextra/ siue sinistra nō curo/ & debet operator primo notare situm istorum musculorum transuersalium: qui sūt duo superiores descendentes: qui incipiunt ad magnam distantiam supra costas mendosas habere colligantiam cū eis/ & descendunt carnosi uersus centrum uentris oblique ad inferius usqꝫ quo/ obuient musculis lungis: & q̄ primū eorum pars carnosa finitur terminātur in cordas/ quæ cordæ dicuntur a græcis aponeuroses/ & tendunt una a dextris/ & altera a simistris uersus centrum uentris oblique descendendo ad unam lineam rectam diuidentem musculū dextrum lūgum a sinistro: & ibi firmissime alligātur/ ut uides in hac figura.

Textus corruptus. G.


¶In hac figura hēs duos musculos obliquos descēdētes/ unum a dextris aliū a sinistris q sunt supra oēs musculos eorꝝ pars carnea apparet a laterib⁹ & in medio uētris: supra musculos lūgos sūt eorū cordæ.s.una adextris/ alia a sinistris pelliculares: & latæ q̃ terminant̄ i linea: q̃ est in medio uētris: ut uides/ & cordæ istæ sunt duarum pellicularū .s. secūdum sub: & supra.



¶Et ita quælibet

¶ Et ita quælibet harum cordarum est supra unum mus/
culum lungum: dextra .n. superequitat dextrum: sinistra
autem sinistrum: & quælibet corda est composita ex dua/
bus pelliculis tegentibus/ & uestiētibus prædictos muscu
los obliquos in parte carnosa: quarū una est super quem/
libet musculum obliquum: & altera est infra eum: & cum
isti duo panniculi sunt in fine partis carnosæ musculorum
quos tegunt terminantur in cordam pelliculare prædictá
quæ corda duplicata est.s.habens duas mēbranas siue pel
liculas de difficili diuisibiles/ sicut dicit. G. ubi supra: & sic
tendentes una a dextris: & altera a sinistris/ uellant muscu
los lungos incipiendo a clypeo oris stomachi continuãdo
æqualiter per totum uentrem usq; ad os pectinis: & unde
quaq; eos cooperiendo faciunt unum panniculum dupli/
catum: & iudicio meo meus Mundinus/ ut prædixi ne/
sciuit quid fuerit hoc membrum: quia ponit panniculum
carnosum/ & deinde ponit cordas musculorum obliquo/
rum se incruciantes: credens ipse ꝙ cordæ solum essent
circa os pectinis/ & os epiglotale: sunt tamen per totum
uentrem supra musculos lungos: & errauit etiam in incru
ciatione eorum: quia posuit crucem istorum musculo/
rum circa os pectinis: & circa os epiglotale: & eum secuti
sunt multi auctores: q̃uis Nicolus/ & aliqui alii dicant illã
incruciatiõem cordarum posse intelligi isto modo.s.ꝙ cor
da descēdens incrucietur in eodem latere cum corda ascē/
dente eiusdem lateris: hoc tamen non dixit Mundinus.
Nota tamen lector ꝙ non solum pelliculæ inuestiētes mu
sculos obliquos prædictos faciunt ex sola sua substantia ꝑ/
dictas cordas: sed ad compositionem talium cordarum in/
grediuntur uilli neruei: & ligamentales qui sunt dispersi p
prædictos musculos: maior tamen pars prædictarum cor/
darum composita est ex panniculis prædictis: quia pauci
sunt uilli in prædictis musculis: & ex hoc potest colligi di/
ctum Rabi Moysis esse uerum prima suorum aphor. quã
do dicit cordas musculorum effici ex panniculis eos circū/
uolentibus. Debet igitur operator/ uiso isto situ: & intelle/
ctis prædictis/ icidere prædictos musculos in parte eorum
sũpiori carnosa/ uel in media: & manibus/ uel rasorio/ uel
alio ĩgenio debet separare musculos superiores prædictcs

a suis inferioribus obliquis qui sunt etiam duo orti ab ossibus ilii qui sunt ascendentes uersus os epiglotale & cum ipse operator est prope musculos longos reperiet ibidem cordas prædictorum musculorum transuersaliter siue oblique descendẽtes : & debet eas ab inuicem separare aliquo ingenio iuxta posse ad minus unius musculi descendentis cordam/quæ est duarum membranarũ a corda unius musculi inferioris ascendentis oblique quæ est etiam duarum membranarum/quarum tamen membranarum inferioris musculi ascẽdẽtis una sola immediate tangit / & uestit musculum unum lungum supra eum existens uersus cutim: Alia uero membrana prædicti musculi obliqui inferioris ascendentis uadit sub prædicto musculo uersus musculos latos / ut uidebis inferius in suis figuris :'& ex istis duabus membranis fit panniculus inuoluens unum musculum lũgum:in uno latere/in alio etiam latere sũt prædicti musculi obliqui/& recti istomet ordine procedẽtes/& alligati uestiti/& uniti/& isto modo supra istos musculos lungos excepta pinguedine sunt quattuor substantiæ sensui manifestæ.s.cutis/& duæ extrrmitates musculorum descendentium superiorum obliquorum in cordã terminantæ: & una pellicula ex duabus pelliculis siue membranis quas habẽt musculi ascendentes inferiores obliqui:ista tamen pellicula quæ est supra/& infra musculos lungos est panniculus immediate uestiens eos musculos lungos:qui panniculus est communis musculis lungis/& musculis obliquis inferioribus ascẽdẽtibus/a quibus nascitur / & forma horum musculorum ascendentium obliquorum cum suis uillis/ & cordis est ut uides in istis duabus figuris.



¶In hac figura hés duos musculos obliq̃s ascendẽtes q se incruciãtcũ duob⁹ descẽdẽtib⁹i aliafigura positis: q qdẽ descẽdẽtes sũt supra istos ascẽdẽtes/ & totus un⁹ ex p̃dcis musculis descẽdẽtib⁹ sup̃ positis i alia figura cũcorda sua supeq̃tat obliq̃ musculũ unũ ex istis ascẽdẽtib⁹obliq̃: & faciũt simul figurã .X. lr̃e græce: & istoꝝ musculorũ ẽt ps carnea ẽ a lateribus. Cordæ uero eoꝝ sũt in medio uẽtris/ q̃ sũt ẽt duaꝝpellicularũ:& habẽt unã pelliculã tm̃ supeq̃tantẽ musculos lũgos:alia ṽo pellicula ẽ ĩfra musculos lũgos:q̃ adheret cordis latitudinaliũ musculoꝝ:& istæ cordæ ẽt terminant̃ i linea/q̃ ẽ i medio uẽtris/ ut uids.

¶In hac figura uid* q̃liter eleuatis musculis lũgis/sub eis est una pellicula/q̃ est de corda musculorũ obliquorũ/q̃ hẽt uillos obliquos / & est una sub quolibet musculo lungo/ut uides in hac figura:& musculi lũgi sũt illi:q̃ pendẽt inter coxas: ut appareãt eleuati a loco suo naturali/ ut possint uideri cordæ prædictorum musculorum obliquorũ ascẽdentium.




¶Sunt aliqui qui dicunt ꝙ istæ cordæ immediate uestien tes infra: & supra musculos lungos habent uillos secũdum incessum musculorum lungitudinalium / scilicet ꝙ supra musculos lungos habent uillos per lungitudinem muscu/lorum protensos / & supra musculos obliquos ꝙ habent uillos oblique tendentes. Ego autem non potui discerne/re uillos aliquos / nec per lungum / nec per obliquum in parte in qua iste panniculus tegit musculos lungos: est be ne uerum ꝙ supra partem carneam musculorum obliquo rum in prædicto panniculo: & etiam in panniculo superio ris musculi obliqui sunt uilli obl que tendentes satis nota biles: & supra istos musculos obliquos magis apparent uil li/ & latiores: & magis distincti quam in aliquo alio panni/culo/ teste Zerbo / & sensu/ quia sunt multi pãniculi in qui bus uilli sensum effugiunt. Tamen in corda superiorũ mu sculorum descendentium oblique / apparent uilli obliqui ad sensum: cum difficultate tamen sicut apparẽt in figura sua primo posita. Credo etiam ꝙ in corda istorum inferio/rum sint uilli oblique tendentes/ sicut apparet in figura se cundo loco posita quamuis non sint ita manifesti: sicut in prima corda: & ratio hoc dictat qa illa corda debet cõtrahi ad motum musculorum suorum: & isti inferiores musculi contrahuntur oblique: ideo corda debet habere uillos ob/liquos. Nota etiam lector ꝙ quamuis sint tres extremita/tes lacertorum supra musculos: ut supra dixi tamen Gale/nus non fecit ubi supra mẽtionem nisi de duabus / deinde posuit musculos lungos: & causa fuit: quia hæc tertia pelli/cula apparet/ & est proprius panniculus musculorum lun gitudinalium/ præsuponens ipse musculos lungos: etiam habere proprium panniculum eos uestiens: & ideo dixit duas tantum extremitates lacertosas esse supra musculos lungos post cutim: & hæc sufficiant de partibus musculo/rum transuersalium. Situs eorum apparet in sua figura: & est talis. s. ꝙ ab utroq; latere est unus de descendentibus a superioribus costis satis in alto trahẽs originem: & est ma/ior suo inferiore ascẽdente: & a quolibet latere est unus su perior descendens oblique ad inferius uersus centrum uẽ tris/ & uersus os pectinis/ & cum isti duo musculi superio/res descendentes obuiant musculis lungis terminantur in

cordam incipiēdo terminari in cordam circa os epiglotale & semper oblique inferius descendēdo procedunt cordosi usq; ad os pectinis per medium uentris/usq; ad lineam di/uidentem uentrem per lungum in dextrum & sinistrum: & istæ cordæ sūt minores.i.breuiores circa os epiglotale: & descendendo semper fiunt longiores/usq; quo terminātur circa ossa pectinis: & credo q Mundinus dixerit istas cordas esse circa os pectinis solum quia ibidem sūt magis grossæ longæ & latæ/tñ istæ cordæ ut prædixi sunt tales p totum uentrem in medio supra musculos lungos ita q una corda est supra musculum unum lungum / & corda alterius musculi descendentis est supra alium/ & ita ambo teguntur ab istis cordis/ & istæ cordæ musculorum obliquorum/tam descendentium quam ascendētium faciunt unū panniculum in medio uentris/ut prædixi supra musculos lungos triplicatum. Et alias ego credebam istum panniculum dici carnosum: quia est grossum cōtextum tribus pel/liculis in mediate exeuntibus a carne musculosa cum quibus pelliculis maxime apud exitum siue ortum suū appa/reret secundum aliquos / aliquid carnositatis: sed iudicio meo illa caro est tā pauca q potest dici nulla: & in hoc sen/sus est iudex/ satis est scire pro ueritate q hic pániculus nō differt a cordis prædictis/quas cordas non cognouit Mundinus meus quem in isto loco non possum saluare: quia errauit manifestissime/ infra istos musculos obliquos: qui dicuntur superiores descendentes sunt duo alii musculi obliqui: qui dicuntur inferiores ascendentes qui oriuntur ab osse iliorum/ & ascendunt oblique uersus os epiglotale: & terminantur in cordas cum obuiāt musculis lungis: & sua/rum cordarum una pellicula est supra musculos lungos & alia est infra eos/ut apparet i sua figura superius posita. Et omnes isti obliqui musculi tam superiores prædicti / q̄ isti inferiores cum cordis suis non transeunt illam lineam centralem tendentem per medium uentris/sed dextri lateris musculi: & ita sinistri lateris musculi in hac linea finiuntur q̄tum ad cordas suas / & omnes isti musculi ab utroq; latere incruciāt se isto modo.s. q unus musculus superior unius lateris descendens cum musculo inferiori ascendente eiusdem lateris in eodem latere faciunt crucem: & non

dico ego cordam solam incruciari: sed dico musculum to-
tum/ & per musculum in hoc loco intelligo: & sic intellgit.
G. partem carnosam musculi cum corda sua: & ita dicit. G.
vi. de iuua. c. iiii. istis uerbis/ & duo sunt etiam alii musculi
quorum fila extenduntur ex principio illorum usq; ad os
pectininis/ & duo alii secant istos ita ꝙ inter istos fit figura
sicut figura. X. græce. v. etiam de uti. dixit/ alii uero quattu
or obliqui: duo quidem ab hipocũdriis ad inguinum ossa
Inulos. i. uillos extensos habentes: reliqui uero duo hos di
uidentes in figura. X. græce: idem dicit Auic. prima primi:
de anatomia musculorum uentris istis uerbis: & duo paria
quæ per transuersum uadunt: quorum unum quodq; est
in latere a dexrra & a sinistra/ & unum quodq; eorum par
ex duobus existit musculis se inuicem ad modũ crucis se-
cantibus a carthilaginibus costarum nõ conplectarum ex-
tremitate usq; ad fœmur: & ab alio usq; ad epiglotale: &
duorũ pariũ extremitas sibi a dextra & a sinistra sibi obui-
ant & aliorum duorum extremitates apud epiglotale q̃ su
per carnosas partes ab una quaq; parte duorũ musculorũ
latitudinaliũ sunt positæ: ecce per Aui. ꝙ non fiunt cruces
circa os pubis/ & os epiglotale sicut dicunt multi: dicit be-
ne Aui. & istæ extremitates cordarum obuiãt sibi apud fœ
mur/ & apud epiglotale: sed dicit etiam istam sectionẽ seu
crucem esse a carthilaginibus costarum mẽdosarum usq;
ad fœmur/ ita ꝙ totus musculus superior cum corda sua se
cat totum musculum inferiorem cum corda sua: sicut ap-
paret in hac figura inferius posita/ ueritas est ꝙ in hac figu
ra musculi obliqui non sunt completi: quia si essent com-
pleti non posset nisi cum magna difficultate uideri talis in
cruciatio/ & hæc est figura etiam artificiosæ facta.

¶In hac sigura sũt tres ipẽs musculorũ.s. obliq lũgi & lati: & hẽs i dextra pte duos musculos obliq̃s q nõ sũt figurati cõplecti nec tegẽtes totá ptẽ dextrã/sicut faciunt nãliter: & ut mõstratũ est in prima/ & scđa sigura: & isti musculi obliq:sic i hoc loco facti sunt: ut melius uideatꝰ eorũ incruciatio:qa si eẽnt ɔpleti ñ posset uidꝰ ri eoꝶ incruciatio/nisi p imaginationẽ: i sinistra uero pte hẽs unũ musculũ lungũ/ & unũ latũ:cuius lati tm̃ apparet ps carnea: corda uero ipsius musculi lati est sub musculo lũgo prædicto: mediante una pellicula cordæ musculi obliq ascendẽtis.




¶Istam etiam

¶ Istam etiam incruciationem similem ponit Haly. tertio theor.c.viii.inquit sunt quattuor lacerti quorum transuersa est positio sub lacertis duobus/qui per lungum ferũtur: & uilli eorum in transuersa tendunt/eorumq; ab osse ilioꝝ ortus est per transuersum usq; ad costas posteriores:consolidaturq; illis in partibus carnosis:& ex his duo sunt positi in latere dextro/duoq; alii in sinistro/qui se se inuicem incidũt ad modum.X. In ista litera Haly dicit musculos incruciari inuicem non autem cordas solum.Nota tamen lector ꝙ ista litera est corrupta:quia non totaliter assignat ortum & finem istorũ musculorũ:sed in uno alio libro manu scripto litera stat sic.s.sunt quattuor lacerti quorum est transuersa positio sub lacertis duobus/qui per lungum ferũtur: & uilli eorum in transuersa tendũt/quorum duo in parte carnosa oriuntur ab osse iliorum/& per trãsuersum tẽdũt: & duo a costis posterioribus illis etiam in parte carnosa cõsolidati:& ex his duo sunt positi in latere dextro duoq; alii in sinistro qui se se inuicem incidunt ad modum .X. Nota etiam lector ꝙ prima litera non est sic in Haly sed eam de uerbo ad uerbum adducit Nicolus:sed litera Haly.est etiã mala & corrupta/& est ista.s.sunt & quattuor lacerti quorum est transuersa positio sub lacertis duobus/qui per lungum feruntur/& uilli eorũ in transuersa tendũt/eorumq; ab osse iliorum ortus:protensio autem usq; ad costas posteriores/consolidaturq; illis in partibus eis carnosis duo etiã lacerti in dextro positi sunt latere:duoq; alii in sinistro qui se se inuicem ad hunc modũ. X.incidunt.De istis tribus auctoritatibus secunda magis cõsonat ueritati.Et isti musculi sic se incruciantes faciunt ad utrunq; latus se incruciãdo angulos rectos:teste.G.vi.de iuua.c.iiii.istis uerbis:& musculi diagonales sunt positi unus super alterum adinuicẽ secundum ordinem in quo fiunt anguli recti: nota tamen lector ꝙ sunt multi qui negãt istos angulos esse rectos:sed dicunt eos esse obtusos:quia dicunt lineam cadentem super alteram nõ esse perpendicularem.hoc dubium remitto Euclidi/& sequacibus sermonem claudens de musculis obliquis.

De Muſculis lungitudinalibus.

POſt muſculos obliquos:debemus uidere prius ana/
tomiā muſculoꝝ lūgitudinaliū:ut deinde melius ui/
deanť muſculi lati:ſunt igiť muſculi lūgi duo in me/
dio abdominis/ſiue epigaſtri/ſiue ſuminis poſiti/ unus eſt
a dextris/ alter a ſiniſtris/incipiētes ab oſſe epiglotali.ſ.a re
gione illa/ & terminať ad os pubis/ & dicuntur lungi:quia
ſuorū uillorū eſt ꝓ lungū poſitio : qui uilli ſunt parui/ & ēt
pauci ſecundū ſenſum:& ſecundū aliquos auctores/ & ma
xime ſecūdū Zerbū:& iſti muſculi ſecundū Mundinū ter/
minanť in cordas ligamētales.i.breues : dicit tñ Gētilis de
fulgineo ſuper prima primi de mēbris/ꝙ muſculi uentris
non hñt cordas:& dicit falſum:ueritas eſt ꝙ iſti muſculi in
parte ſuperiori iuxta pectus:ubi eſt caput eorū nō hñt cor
das:ſicut neqꝫ alii muſculi hñt cordas in capite eorū:ſed ha
bent cordas circa locū caudæ / & ita iſti muſculi lungi hñt
cordā in cauda:q̄ ē circa oſſa pubis:ueritas ē ꝙ cordæ eorū
ſūt breues:& iō ab aliqbꝰ dñr ligamētales:qa ligamēta pu
ra ſūt breuia oſſa iūcturaꝝ iuicē tm̄ ligātia. Nec iſtæ cordæ
carēt neruis/ut dici debeāt ligamētales:ſed dñr ligamēta/
les:qa ſūt breues ut p̄dixi:ſed ultra p̄dicta ego ꝓ notatu di
gno repio ad ſenſū in ſubſtātia hoꝝ muſculoꝝ ſupra:& iſra
regionē umbilici in quolibet muſculo duas diuiſiōes ꝓ la/
tū hoꝝ muſculoꝝ tēdētes q̄ ſūt nerueæ:& iſtæ diuiſiōes al
ligāť cū cordis illis muſculoꝝ obliquoꝝ/q̄ ſūt ſub eis lūgis:
& cū cordis muſculoꝝ latitudinaliū:& ꝯñr cū ſiphac:alligā
tur ēt cuti in ꝑte ſupiori ꝑ aliq̄s ꝑtes nerueas aſcendētes a
cordis muſculoꝝ obliquoꝝ uerſus eā.Et ab iſtis diuiſiōibꝰ
nerueis ꝑ latū hoꝝ muſculoꝝ tēdētibꝰ ꝑꝑ colligātiā ſortē q̄
hñt cū ſiphac:& cū cuti totū tenēt uētrē ꝑ latū unitū ne la/
bať hinc ide ꝑꝑ repletionē iteſtinoꝝ:& ab iſtis diuiſiōibus
ſic firmiť alligatis cū cuti. Apparēt duæ rugæ trāſuerſales
i uētre iſto i cuti:ſicut ſūt duæ diuiſiōes in muſculis lungis
q̄rū una ē ſupra umbilicū & alia iſra/ & miror ꝙ aliq nō di
xerint de iſtis diuiſiōibus muſculoꝝ cū ſint notatu dignæ:
Iſtæ tñ rugæ ſūt noiatæ tertia q̄rti đ exituris apiēdis:& ꝑꝑ
iſtas diuiſiōes i muſculis p̄dcis q̄ſi poſſumꝰ diceř qđ qlibet
muſculꝰ lūgꝰ diuidiť i tres muſculos/ut apꝑet i hac figura.



¶In hac figura uides duos musculos lõgos denudatos a cordis musculorũ obliquorũ: q musculi lõgi sũt supra cordas musculorũ latitudinaliũ: mediãte una corda musculorũ obliquorũ ascendentiũ: & q̃libet musculus lõg⁹ hẽt duas diuisiones nerueas seu ligamẽta les ĩ le p̲latũ musculi tendẽtes .s. unã supra umbilicũ: & aliã ĩfra: ut uides ĩ hac figura: & ita quilibet musculus lõgus uĩ diuisus ĩ tres partes / seu ĩ tres musculos: & hoc fecit natura / qa q̃to uilli musculorum sunt breuiores: tanto melius & facilius mouentur: & contrahuntur.


¶Et credo naturam posuisse ista itermedia neruea in istis musculis: quia melius contrahitur uillus breuis / q̃ lũgus: & in rei ueritate propter hoc facilius isti musculi contrahũtur / & iuuant expulsiuam intestinorum / & aliqui dicunt istas diuisiones esse cordas prædictorum musculorum qui bus mediantibus contrahunt istum uetrem: & forte ꝙ nõ dicunt mendacia. Et isti duo musculi sunt uestiti immediate a panniculo orto a musculis obliquis ascendentibus / ut supra diximus / & sub istis musculis sũt etiam quattuor mẽbranæ: sicut supra eos sunt etiam quattuor quarum prima & immediata est orta a musculo obliquo abscendẽte sub qua sunt cordæ musculorum latitudinalium / quæ sunt duplices. i. duarum pellicularum / sicut sunt cordæ superiorũ musculorum obliquorum descendentium: & sub istis cordis latis immediate est uerum siphac: & ita isti musculi lũgi sũt uere in medio epigastri / siue abdominis / siue mirach largo modo sumpti: quia sunt sub quattuor pelliculis / & hẽt supra se quattuor pelliculas: ut patet per dicta in loco ubi determinauimus de musculis obliquis: & ut patebit inferius per dicenda: sunt & isti musculi lungi in medio inter dextrum / & sinistrum sicut sunt inter altum / & profundũ mediãte quo situ sunt fortissime ligati a lateribus / inferius & superius: ut sint fortiores ad manutenẽdum intestina in loco suo / & ideo si contingat uentrẽ uulnerari in ista regione plura itestina exeunt / & citius q̃ a lateribus: teste. G. vi. ingenii. c. iiii. & isti musculi sunt ualde grossi & spissi in altum & profundum eminentes / & lati latitudine duarum unciarum ĩ corpore iustæ magnitudinis: & in medio istorum musculorum per lungum a pectore ad os pectinis apparet una linea in qua conterminantur cordæ musculorũ obliquorum / nec dextra corda trãsit ad latus sinistrũ: nec econtra in aliquo loco: sicut uolunt aliqui esse mentẽ Mũdini / & in ista linea istæ cordæ / & etiam aliqualiter cutis firmiter alligantur cum siphac / ueritas est ꝙ alligatio cutis cum istis membris inferioribus non est ita fortis in directo lineæ prædictæ: sicut est in directo rugarum tendẽtium ꝑ latum uentris quæ apparent in cute / de quibus præcessit sermo: & cutis alligatur cum istis mẽbris inferioribus mediantibus quibusdam ligamentis siue uillis ortis a cordis

musculorum superiorum primo occurrētium. Et isto mo/
do maior pars cutis totius corporis alligatur cū membris
inferioribus ei: quæ quidem cutis non solum alligatur eis
per uillos nerueos: sed etiā per uillos arteriales/ & uenales
ad cutim terminatos: & cutis nō habet ortum a prædictis
uillis/ nisi improprie: sed cutis proprie & uere oritur a ma/
teria spermatica sibi propria / a principio generatiōis ordi
nata per uirtutem informatiuam: sicut oriūtur arteriæ / &
uenæ: & nerui/ ut latius dicemus infra locis suis: ueritas est
ꝙ cutis magis alligatur mēbris: ubi apparent rugæ q̄ alibi.
Apparent etiam duæ lineæ in isto uentre per lungum tē/
dentes a lateribus musculorum lungitudinalium: ubi sunt
contigui cum parte carnosa musculorum obliquorum. Et
in istis duabus lineis etiam firmissime alligātur cordæ mu
sculorum obliquorum cum cordis musculorum latitudi/
nalium, & etiam cum cuti: ut apparet ad sensum: & hoc ēt
considerant/ & intelligunt pictores periti: quia faciunt in
picturis suis: in cuti aliquod uestigium prædictarum triū li
nearum: & etiam rugarum: & in medio horum musculoꝝ
lungitudinalium est umbilicus: qui dicitur ab Ari. Radix
hominis: qui umbilicus uere est in medio totius corporis
in corpore iustæ proportionis: quia si trahatur una linea
ab umbilico ad extremitatem pedū/ & ad caput / & ad ex/
tremitatē manuū/ reperietur umbilicus esse in medio toti
us corporis. Et hoc dicunt multi. Tamen ego interdū hoc
expertus sum: & fallit regula etiam ī corpore qđ erat iudi
cio omnium proportionatissimū / & optime inter omnes
homines Italiæ complexionatū: & hic homo fuit Magnifi
cus Eques Dominus Alexander filius Ioannis secundi de
Bentiuolis đ Bononia. Aliquos ēt alios mēsuraui & semp
inueni in eis aliquā differētiā: in aliquibus tñ magis: & in
aliquibus minus: & hæc sufficiant de musculis lungis.

ℭ De Musculis Latis.

POst lungos musculos sequitur loqui de musculis la/
tis: sic dicti/ quia eorum uilli sunt secundum latū cor
poris: G. tamē. v. de uti. uocat hos musculos transuer
sales. De nominibus tamen nō curamus dummodo intel/

ligamus de quibus musculis sit sermo. Substantia horum musculorum est sicut aliorum: eorum situs quantũ ad partem carnosam/ est sub parte carnosa musculorum transuersalium. s. a lateribus uentris: quantum autem ad partẽ eorum nerueam cordosam in medio uẽtris est sub musculis lungis mediante tamen una pellicula musculi trãsuersalis inferioris ascendentis: sicut diximus supra. Et corda huius musculi dextri obuiat in medio uentris cordæ musculi lati sinistri: & ibi firmissime alligantur ita ꝙ apparet unum mẽbrum solum sine aliqua ligatura. Et istæ cordæ oriuntur a panniculis tegentibus prædictos musculos sub & supra: & a uillis nerueis existentibus in substantia predictorum musculorum: & possunt etiam istæ cordæ dici duæ extremitates lacertosæ: quia sic sunt ad sensum diuisibiles. s. secundum sub & supra eo modo quo componitur corda musculi obliqui superioris descendẽtis/ ut supra diximus. In ista parte media uentris propter cordas musculorum latitudinalium/ & propter cordas musculorum transuersalium: si fiat uulnus lũge deterius est: q̃ in alia parte istius partis uẽtris/ sicut dicemus infra/ & ita propter incessum uillorum horum musculorum latitudinalium per latum corporis fiunt anguli recti in medio huius uentris: quia musculi lungi secant se se inuicem cum istis musculis latis: qui anguli recti causantur a linea perpẽdiculari recta super lineam rectam teste. G. v. de uti. dicente: qui itaqꝫ secundum epigastrum: recti quidem secundum longitudinẽ animalis duo nati sunt a pectore usqꝫ ad ossa pubis extensi/ secundum ipsam maxime media totius uentris transuersi. Alii duo secũdum latitudinem rectum ad prædictos operantes angulũ. Idem dicit sexto de iuuamentis: idem dicit Aui. prima primi de istis musculis. Figura & q̃titate hi musculi sunt lati plani totum tamen non tegunt istum uentrem: sed sũt magis superius q̃ inferius ut contrahendo se/ expellãt a superioribus ad inferiora quæ ab isto uentre sunt expellenda: & tales musculi sunt positi in hac figura/ quã uides immediate infra.



¶ Habes in hac figura duos muscu los latos: su pra quos er/ ant musculi lõgi & obliq q nũc sũt el/ leuati ab eis: ut uides in hac figura & istoꝝ muscu loꝝ latitudi/ naliũ ꝑs car/ nea ẽ a lateri bus: ꝑs uero eorũ neruea s.cordæ eoꝝ sũt in medio uẽtris: & di/ ctæ cordæ sũt ex duab' pel liculis com/ posite .s.secũ dum sub & supra: & sũt alligatæ cũ panniculo si phac: & isti musculi sũt magis in su/ piori ꝑte hu ius uẽtris/ & nõ i iferiori ut uides: ut meli' expel/ lãt iferius ꝙ in itestinis ẽ.

¶ Numero sunt duo unus dexter similis alio in sinistro la
tere posito/ colligãtia eorum est cum dorso:& cum ossibus
iliorum:teste Haly.s.q̃tum ad partem carnosam : & sub se
habent siphac/ cui alligantur firmissime: & ideo multi pu/
tant maxime in parte media uentris hos musculos esse ex
substantia siphac:quia ibi sunt cordosi neruei : unde fit ꝙ
G.& Haly.& Aui.& alii multi ponũt hos musculos pro si/
phac:ut supra ostensum est:& hac de causa ego non posui
istos musculos ĩ mirach stricto modo sumpto/ qui ab Aui.
dicitur panniculus carnosus:isti etiam musculi lati sunt al
ligati cum musculis lungis & obliquis mediantibus ali/
quibus uillis nerueis ab eis ortis.

¶ Ex præhabitis horum musculorum uisa est substantia:
& numerus/ & q̃titas/ & figura/ & complexio/ & situs/ &
colligantia:iuuamenta etiam sunt posita in litera Mundi/
ni. Lege eam/ quia clara est:sed quia Mundinus de istis iu/
uamẽtis tam istorum musculorũ:q̃ diaphragmatis aliqua
liter diminute tractat. Dicamus ad plenum ea quæ sentit.
G.maxime modũ quo isti musculi simul & diaphragma p̃
stãt iuuamenta:inquit.G.vi.de iuuamẽtis:ꝙ operatio om
nium musculorum non completur:nisi quãdo incordant:
& fila eorum oportet ut constringantur/ & aggregẽtur in
se ipsis:& subdit/ oportet ut musculi qui sunt super uentrẽ
constringant:& coartent uentrem:& subdit/ & quia indi/
get musculis uentris ad expellendum illud qđ ꝯgregatur
in eo fuerunt fila musculorum:qui ueniunt ad ipsum extẽ
sa secundum longitudinem super musculos/ qui extendũ/
tur secũdum latitudinem. Et musculi diagonales sunt po/
siti unus super alterum/ secundum ordinem in quo fiunt
anguli recti:& quia operationes uentris non complentur
nisi per compositionem modorum filorum musculorum
fuerunt in dextro quattuor musculi diuersorum filorum:
& in sinistro quatuor diuersorum filorum. Et subdit/ & qa
operatio horum musculorum est per contractionem : ex
duabus partibus æqualiter oportet ut exitus eius sit ad du
as partes uiarum æqualiter.s.ad œsophagum & anum. Et
quia non indiget exitus eius per œsophagum: sed tantum
per anum/ ponebatur in pariete superiori uirtus prohibẽs
ipsum a transitu per œsophagum/ quare fuit transitus eius
per anum.

per anum. Quoniam paries est magnus musculus: & diuidit inter instrumenta cibi, & instrumenta anhelitus: & instrumentum anhelitus. i. paries qui est musculus siue panniculus diaphragma dictus, est instrumentum prohibens superfluitates a reuersione ad œsophagum: quoniam incipit ab extremo inferiori duorum extremorum furcæ ex loco in quo incipiunt duo musculi lungi: deinde ex duobus lateribus cum extremis latorum posteriorū uadens ad posterius & inferius: & sic fuit hic situs diagonalis: & propter hoc continet cum duobus musculis extensis secundum lōgitudinem instrumētum cibi in expulsione superfluitatis cum coniungitur in uno loco, sicut duæ palmæ cum constringunt aliquid fugit ex loco concauo ad extra: q̃uis musculi qui sunt supra uētrem sint fortioris operationis q̃ paries, propter multitudinem eorum: & adiuuāt musculi pectoris in constringendo cum quibus ꝓhibet diaphragma ne musculi qui sunt super uentrem uincant ipsum: quia ꝑ incordationem musculorum qui super pectus sūt cōstringitur pectus, & propter hoc erit exitus aeris in expulsione & tunc anhelitus exit ab epigloti subito: & propterea ponebantur super epiglotim musculi multi: quidā cōstringētes ip̄m: & q̄dā claudētes secūdū ꝙ in suo loco declarabo. ¶ Et sicut in musculis qui sunt super pectus sūt utilitates instrumentorum cibi ita etiam in musculis qui sunt super uentrem sunt utilitates ad adiuuandum instrumēta anhelitus. s. in esse sufflationis & uocis: & adiuuant etiam in expulsione filii in hora partus. In istis uerbis. G. ponit iuuamenta horum musculorum simul: & iuuamenta diaphragmatis: & etiam musculorum pectoris: quia nō solum isti musculi præstant iuuamenta a Mundino dicto: sed etiā iuuant uocem, & anhelitum. & . G. ostēdit modum qualiter hoc faciunt ponendo musculos lūgos simul cum diaphragmatæ operari expulsionem fortem: simul etiam adiuuantibus aliis musculis: quorum omniū fila faciunt tres incruciationes: unam in medio uentris mediantibus latis & longis musculis: & duas a lateribus mediātibus quattuor musculis transuersalibus: & sic in tribus locis faciunt angulos rectos: & sic dicit litera prætacta. G. iuuantur tamē isti musculi a diaphragmate, & a musculis pectoris ut inquit lite

ra:quia diaphragma & musculi pectoris non prohibent tã
tum ascensum superfluitatum:sed iuuant etiam ad expul/
sionem earum:& ad expulsionem fœtus.G. tamẽ ibidem
probat numerum horum musculorum nõ posse etiã plus
nec minus pro operationibus prædictis:quæ ego breuita
tis gratia prætermissi.Eandem sentãtiam etiam .G. ponit
quinto de uti.& propter hoc ego uenio in sententiam ali/
quorum qui dicunt hunc librum de iuuamentis membro
rum.G.attributum non esse distinctum a libris de utilitate
particularum:sed est unus & idem liber:sed liber de iuua/
mentis membrorum fuit traductus de arabico in latinum
qui uicio interpretis de græco in arabicum fecit interdum
Haly.& Auic.errare in anatomia ut dicemns infra in.c.de
kisti felis:& ut diximus supra in.c.de musculis uentris:&
alibi quia isti auctores scripsere multa per solas auctorita/
tes:&.G.& aliorum multorum:sed liber de utilitate parti/
cularum fuit interpretatus de græco in latinum:& melius
attestatur ueritati/ q̃ liber de iuuamentis membrorum. Et
puto causam depeudere ab interpretantibus: & causa mo
uens me ad dicẽdum istos libros.G.attributos esse unum
liber solũ/ est quia quid qd tractat̃ in uno tractatur/ & in
alio:& fere nulla est differentia in sententia quamuis sit ali
qua in uerbis Nicolaus tamẽ Leonicenus dicit librum de
iuuamentis non esse.G:iudicio tamen meo est.G.ut præ/
dixi interdum male interpretatus.Haly.etiam tertio theo
ricæ.c.viii.ponit utilitatem horum musculorũ esse/ut cor/
roboretur siphac/ne de facili rumpatur ab occasionibus:&
ut educantur quæ in uentre sunt/& ut iuuẽt diaphragma
pro operationibus uocis:& ut augeant calorem q̃tenus in
eo ciborum confortetur digestio. Mundinus tamen dicit
ꝙ musculi lungi etiam facti sunt ad attrahendum: sed secũ
dum.G:ubi supra:lungi tantum cum latitudinalibus alli/
gati comprimũt intestina uersus diaphragma:& diaphra/
gma comprimit uersus eos:& supra eos:& sic magis uidẽ/
tur expellere:q̃ attrahere:nec per uerba.G.elicitur ꝙ aliq̃
fiat attractio ab eis.Tamen apud medicos tenetur ꝙ uilli
lungitudinales sint ad attrahendum: & sic secundum ali/
quos bene intelligit Mundinus: sed iudicio meo uilli qui
sunt in musculis tam in istis q̃ in aliis non sunt in eis ut tra

bant aliquid ad se propter se:nec nutrimentum nec aliud tale:sed sunt in eis ut abbreuientur & elungentur:median te quo motu membra extenduntur & aggregantur: & sic isti musculi sunt in illo uentre propter hoc: quia quando isti uilli contrahuntur faciunt ad expulsionem: & ista fuit utilitas musculorum lungitudinalium posita a .G. & in hoc credo Mundinum errasse. Quando autem extendun tur cessant ab operatione utilitatis: quia tunc nihil agunt nec attrahendo aliquid ad se propter se nec etiam ad inte/ stina eis infra posita:ut patebit per ea quæ dicentur de uil lis lungitudinalibus intestinorum:sed si nutrimentum tra hitur ad musculos per uillos aliquos:trahitur per uillos ue narum in eis existentium:Et ꝙ uilli lungitudinales attra/ hant testatur .G. xiiii.de uti.c.xiiii.dicens.monstratum.n. est & hoc multociens/quoniam singulum organorum at/ trahit quidem ad se rectis Inulis agens:excernit uero trãs/ uersis.i.latis:retinet autem uniuersis. Idem dicitur tertio de uirtutibus naturalibus:& idẽ prima primi etiam de uir tutibus naturalibus.Hæc tamen retentio q̃uis fiat per uni uersos Inulos/principaliter tamen fit per obliquos:Ex su/ pra dictis patet qualis sit substantia/& situs/& complexio: & numerus/& quantitas/& figura/& colligantia/ & quæ sint iuuamenta omnium musculorum uentris:qui ægritu dines omnium modorum possunt pati.s.malam comple/ xionem/& compositionem:& malam unitatem.s.solutio/ nem continui/quæ uocatur ægritudo cõmunis/de mala complexione hic puto nihil esse dicendum:quia illa nullã uel paruam continet in se differentiam ex modo curæ ipsi us/quæ depẽdeat ex situ talium musculorum/sicut differt cura alicuius malæ compositionis / quæ dicitur hernia de qua forte aliquid dicemus ĩfra in.c.de siphac: & etiã sicut differt cura solutionis cõtinuitatis horum musculoꝝ/siue sint soluti omnes musculi/in aliqua parte uentris/siue ali/ qui/siue in medio/siue a lateribus uentris: & quia usq; in hodiernum diem de situ talium musculorum:& etiam de essentia:& de cura prædictarum ægritudinũ est aliqua di/ uersitas inter auctores medicinæ:ideo in hoc loco ad utili tatem humanam decreui breuiori modo quo potero de/ clarare modum curãdi uulnera talis uentris:ut hoc nostrũ

opus secũ afferat, & flores, & fructus, & forte, & infra in.c. de siphac dicam de aliquali mala cõpositione horum mus culorum: quæ a medicis uocatur hernia seu crepatura.

¶Dico igitur ꝙ hic uenter inferior habet partes contine͂tes, & contentas: partes contentæ infra dicentur: partes uero cõtinentes sunt a cuti usq; ad siphac inclusiue: & om nes istæ partes cõtinentes simul uocant͂ arabicæ mirach: & latine abdomen: & græce epigastron, siue epigastrion: quæ omnia sunt synonyma: & licet.G.vi.ingenii dicat epi strion in medio uentris componi cutæ: & extremitatibus lacertosis: quæ a græcis aponeuroses dicuntur: & muscu lis lungis: & musculis latis cum cordis suis nerueis latis: & siphac: propter hoc non negat, ꝙ etiam a lateribus uentris non dicatur epigasteion: imo quilibet doctus dicet mente͂ G.esse ꝙ etiam dicatur epigastrion a lateribus: ueritas est ꝙ hoc epigastrion: aliter componitur in medio uentris: & aliter a lateribus: quia ut dicit & sensus: & etiam. G. ibide͂: sub cuti in medio uentris sũt duæ extremitates lacertosæ: quæ iudicio meo sunt extremitates lacertorum obliquorũ ut supra monstratum est: post quas sunt duo musculi lũgi. Et post eos sunt cordæ musculorum latitudinalium: post quas est peritoneon.i.uerum siphac, siue una membrana subtilissima: uel panniculus ille a quo secundum medicos oriuntur panniculi omnium naturalium membrorum. Et post quam.G.nominauit omnia prædicta membra, subiũ xit: & dixit hæc est compositio epiphasterion, alias epiga strion in medio uentre: & per istam differentiam q̃ ponit quando dicit in medio ne͂tre: ego infero ꝙ.G.etiam intel lexit epigastrion dici debere & esse a lateribus huius uen tris: ueritas est ꝙ a lateribus uentris hoc epigastrion est ali ter compositũ: teste sensu, & teste.G. ubi supra, quia post cutim obmissa pinguedine, sunt partes carnæ musculorũ obliquorum: & etiam partes carneæ musculorum latitu dinalium: sub quibus immediate est peritoneon prædictũ nerueum: & propter istam composirionem & situm diuer sum partium continentium huius uentris: ægritudines ei aduenientes sunt periculosiores in una parte q̃ in alia, & uno modo currantur in una parte, & alio modo in alia: ut infra dicemus. Ad maiorem etiam declaratione͂ aliquorũ

supra dictorum/ & infra dicendorum est notãdum: ꝙ hoc nomen mirach/siue epigastrion/siue abdomẽ in cura prædictarum ægritudinum: nõ sumitur large pro tota illa parte uentris continente: sed sumitur stricte.s.pro cuti/ & pro quattuor musculis obliquis.s.quantum ad cordas eorum: & pro musculis duobns lõgis: & ita etiam siphac sumitur stricte maxime in medio uentris pro peritoneo uero.i.siphac uero/ & pro cordis musculorum latitudinaliũ simul: & ideo quando.G.ponit suturã uentris/dicit ex una parte deberi capi cũ filo siphac.i.cõpositũ: ex siphac uero & cordis latis: & in alia parte dicit capi debere etiam cũ filo mirach.s.compositum/ ex cuti & cordis musculorũ obliquorum/ & ex musculis lungis: & iungi cum filo suendo simul mirach cum siphac: & ita dicunt Aui.& Haly.de sutura uẽtris: in eandem sentẽtiam de ista compositione mirach uenit etiam Aui.xxii.tertii: quando dicit primum ꝙ occurrit de uentre est cutis deinde sub ipsa est panniculus primus: & nominatur aggregatio eorũ mirach: deinde sunt lacerti s.lati: postea beriteron: alias peritoneon: deinde Zirbus: deinde intestina. Aduerte lector ꝙ multi oblique credunt ꝑ istum textum: ꝙ ultra omnes musculos uẽtris sit unus pãniculus/ qui absq; cuti ad mentem Auicen. debeat uocari mirach: qui dicitur pãniculus carnosus: & certe si isti bene ruminarent textum Aui.simul cum sensu: non dicerent mirach.i.panniculum carnosum esse distinctum a musculis/ sicut faciunt: quia necessario est dicendum: uel ꝙ Auic. errauit: uel ꝙ debet intelligi sua litera sic.s.ꝙ in primo pãniculo post cutim sunt musculi lungi & obliqui: & .xiii.tertii Aui.uocat istum primum panniculum carnosum: & nõ reperitur sub cuti ultra musculos: aliquis panniculus qui possit dici carnosus. Et ideo debemus intelligere per panniculum carnosum istum mirach: qui componitur ex musculis: qui certe non est panniculus nisi improprie: & sic improprie sumitur ab Aui. quia uere panniculus cõponitur neruo & ligamento: sed Aui.ausus est uocare istã compositionem uentris factam ex musculis carneis extensis ad instar panniculi: pãniculum carnosum: & hæc est uera mens Aui.de panniculo carnoso: & ut alias dixi si cordæ musculorum obliquorum essent aliqualiter carneæ/ esset

credendum illas cordas esse illum primum panniculum: quia certe sunt extense ad similitudinem panniculi: & credo q mens Aui. fuerit uocare istum pániculum carnosum in medio uentre id totum q est supra cordas musculorum latitudinalium: quia dixit superius / deinde. s. post mirach sunt lacerti .s. lati qui cónumerantur cum siphac quantú ad partes nerueas: qa in rei ueritate in primis uerbis. xxii. tertii. Aui. dicit post cutem esse duos panniculos: quorum primus nominatur siphac. i. mirach: qui est spissus unctuosus / & comprehendit lacertos: & hic primus pániculus iudicio meo hic ab Aui. capitur pro mirach: & quia mirach est carnosus: dictus é pániculus carnosus. Quia certe Auic. dicit in uentre tantum esse duos panniculos sub cuti: quorum primus dicitur mirach: qui comprehendit in se lacertos qui sunt carnosi: & alter panniculus dicitur rotundus: & beriteron corrupte tamé quia debet dicere peritoneó: & iste nó est carnosus: sed neruus igitur mirach qui est primus panniculus / erit panniculus carnosus: & hoc firmiter est tenendum: quia non sunt in isto uétre nisi prætacti pániculi. Et q in primo panniculo sint musculi ad mentem Aui. patet istis uerbis. s. & secundus est interior: & nominatur beriteron / alias peritoneon & rotundus: ecce q Auic. ibidem distinguit siphac. i. peritoneó a musculis / qui sunt in primo panniculo: qui panniculus. xxii. tertii. dicitur mirach & . xiii. tertii: dicitur panniculus carnosus. Notent tamen legentes q ille textus qui est in Aui. xiii. tertii / in quo fit sermo de panniculo carnoso est corruptus: quem nunc nos habemus in usuali translatione iam facta per magistrú Gerardum de Cremona i toleto de arabico in latinum: & & iste textus habet in istis uerbis. s. cum ergo uerificaueris tunc scies q cutis & pániculus qui est post ipsam & est carnosus / & lacertus positus in tunica: quæ est suprema tunicarum lacerti uentris / nota determinata omnes sút in summa mirach. Et tunica quæ est tunica infima tunicarum lacerti uentris cum panniculo subtili: qui est secundum ueritatem siphac est ex summa siphac. Aduerte lector quia dixi istum textum esse corruptum / & ita est / & hoc dico duabus de causis / primo quia istum textum: siue istam sententiam per alia uerba multum discrepantia ab isto. Adducit

Nicolus septimo sermone.c.xl.istis uerbis.s. cutis & pāni
culus qui est post ipsam:& est carnosus & lacertosus: inqt
una litera:alia uero/ & lacertosus / positus i tnnica quæ est
insima tunicarum lacerti uentris/cum panniculo subtili:q
est secundum ueritatem siphac/est ex summa mirach: qui
quidem textus a me est adductus supra in.c.ubi supra Mū
dinum locutus sum de mirach/& ab isto textu pro maiori
parte iudicio meo Mundinus accepit suum fundamentū
quando dixit mirach componi cute pinguedine pannicu/
lo carnoso/ & musculis/ & cordis eorum/& siphac/quia nō
reperitur alter auctor ante Mundinum:qui posuerit pan/
niculum carnosum nisi Aui.nec Aui.alibi q̄ in prædicto te
xtu loquitur de tali panniculo carnoso. Et in prædicto te/
xtu quem nos habemus in præsenti in Aui.nō dicitur mi.
rach esse compositum nisi cuti/& panniculo carnoso/& la/
certis positis in tunica supræma tunicarum lacerti uētris/
Et dicit ibidem musculos latos cum pāniculo subtili esse:
ex summa siphac:ex prædictis igitur colligo.s.ꝙ cum Aui.
non nominet mirach totum id ꝙ est supra uentrem a cuti
usq; ad siphac iclusiue:nec in isto textu:nec alibi/ ꝙ textus
p̄dictus Aui.est corruptus:& credo omnino ꝙ altero duo/
rum modorum debeat stare iste textus coruptus.s. uel se/
cundum ꝙ ipsum adducit Nicolus:in quo textu litera di/
cit idem/ꝙ dicit Mundinus.s.ꝙ mirach est totum aggre/
gatum a cuti usq; ad pāniculum subtilem inclusiue/in quo
tamen textu Aui.non ponit pinguedinem:& de hoc mul/
ti admirantur:ad quos ego respondeo dicendo/ꝙ Aui.nō
ponit pinguedinem in mirach:quia nō semper est pingue
do in isto mirach/sicut apparet in demacratis ualde/nō po
suit etiam eam pinguedinem i mirach:quia pinguedo est
accidentale quoddam:ut prætactum est a me.c.de pingue
dine:& etiam propter istas causas.G.vi.ingenii nō posuit
pinguedinem esse in mirach:dicit tamen Auic.alibi.s.xxii.
tertii:i primo.c.ꝙ in mirach est unctuositas: & ita apparet
ꝙ textus Aui.qui adducitur per Nicolum:ubi supra cōcor
dat cum sententia Mūdini/& forte ꝙ est uerus textus Aui.
quia secundum aliquos fide dignos dicitur/ꝙ Nicolus ha
buit fideles & optimos cānones Aui.& etiam aliorum au/
ctorum.Altero autem modo dico textum Auic.quem nos

habemus posse saluari, & poptime: maxime si illa ultima dictio prædicti textus mutetur, addẽdo aliquid.s.ꝙ textus mutetur in fine isto modo dicendo: & tunica quæ est tunica infima tunicarum lacerti uentris cum panniculo subtili qui est secundum ueritatem siphac: est etiam ex summa siphac.i. Mirach: & sic solum mutãdo li siphac in mirach: & addendo li etiam: ut constat in prædicta litera cõcordatur iste textus, cum textu Mundini: & cum textu.G.vi. ingenii.c.iiii.ubi loquitur đ anatomia mirach, qui.G. post quã posuit cutim, & cordas musculorum obliquorum, & musculos latos cum panniculo subtili dixit hæc est compositio epiphasterion i.epigastrion in medio uentre, & per epigastrion intelligit mirach, sic igitur interpretando prædictos textus puto declarasse ueram mẽtem Aui. & hæc sufficiãt quantum ad declarationem prædicti textus. Ad propositũ igitur accedamus.s.ad aliquas species solutæ cõtinuitatis prædictorum mosculorum.s.ad uulnera eorum. Dico igiť ꝙ istis musculis uentris accidit a causa extrinseca ægritudo cõmunis.s.soluta cõtinuitas, quæ uel est parua, uel magna, de parua, & de magna non penetrante in uentre, hic non erit sermo: magna autem & penetrans, aut est in parte laterali, aut in media, quæ est lateralis: est illa quæ nõ attingit ad regionem musculorum lungitudinalium, quæ autem est in media parte uentris, est cum lesione musculorum lungitudinalium: & multum iste differũt in cura manuali: quia lateralis solutio nõ indiget nisi sutura cõmuni: tum quia a cuti usq; ad uerũ siphac totum aggregatũ est multum carnosum, & consequenter de facili unibile & cõsolidabile, tum etiam quia a lateribus intestina nõ exeunt: nisi uulnus esset ualde amplum, & ideo.G.vi.ingenii: & sequaces paruam ponunt curam in talibus uulneribus, præsupponedo ꝙ tantum uulnera partis medie uentris sint tediosa, & periculosa: tum propter exitum intestinorum ab eis de facili, si sint notabilia uulnera: tum etiam quia pars media uentris est magis neruea: & consequenter difficilioris cosolidationis, & ideo in medio uentris tantum poniť sutura mirach.i.partis carnosæ cum siphac.i.cũ parte neruea, ut melior fiat consolidatio: quia neruus uel membrũ nerueum: non ita de facili consolidatur cum neruo, & mẽbro nerueo:

bro nerueo: sicut fit si uniatur caro cum carne: uel si uniat̃ neruus/uel membrum nerueum/cum membro carnoso: & ideo.G.ubi supra/ & alii periti auctores/ordinant fieri suturam isto modo.s.q in una parte uulneris ponatur acus in cuti: quæ deinde penetret musculos lungos tantum nõ tangendo in eadem parte siphac.i.cordas musculorum latitudinalium simul/ & uerum siphac: quæ omnia uocãtur stricte siphac: & cum eadẽ acu & filo operator in parte uulneris sibi apposita: debet accipere tantum siphac prædictũ ponendo acum ab intus ad extra: & sic facere debet unum punctum/uniendo partem carneam.s. mirach cum parte neruea.s. cum siphac: ut melius consolidentur partes uulneris simul: & hoc faciat in primo puncto: in secundo uero puncto: in eadem parte in qua accepit mirach: debet accipere siphac: & debet eum iũgere cum mirach alterius partis/seu labii uulneris: ponendo ut in primo puncto acum in cuti: & penetrando totum mirach: & ponendo acum in siphac ab intus ad extra: & sic postea unire mirach cum siphac/sicut factũ est in primo puncto. Et si uulnus esset ualde amplum tertium punctum debet fieri eo modo quo factum fuit primum.s.in eodem latere primi puncti: iterum capere mirach tantum: & in opposito latere siphac tantũ: & ita si contingeret facere quartum punctum/ hoc quartũ punctum debet esse simile secundo puncto: cætera de istis uulneribus uide a.G. loco prædicto: quia alibi de istis ego intendo lũgum facere sermonem.s.in mea chirurgia: si deus suam super nos intulerit uitæ gratiam: & hæc sufficiant de omnibus musculis huius uentris inferioris.

DE ANATOMIA SIPHAC.

TEXTVS MVNDINI.

ELleuatis autem, et abscisis musculis istis, apparet siphac, et melius est ut in una parte reseruentur isti musculi, propter illud quod po

ſtea oportet uidere de extractione aquæ ab hydropico.
Iſtud ſiphac eſt pãniculus ſubtiliſſimus, et ualde durus, et iſte fuit factus, ut ꝓhiberetur, ne muſculi comprimerent membra naturalia, et ea contineret, et propter hoc fuit neruoſus, et durus, ut poſſit dillatari, et conſtringi, quando illa dillatantur, et fuit ſubtilis, ne ea aggrauaret, et fuit durus, ne faciliter rumperetur, nam ex eius fractura accidit paſſio, quæ dicit̃ ruptura, ſeu crepatura, intumeſcit.n.hoc mirach cum rumpitur hoc ſiphac.

¶Sunt etiam eius alia duo iuuamenta, quæ Aui. ponit in libro de animalibus, capitulo de anatomia ſtomachi ſcilicet ut per contractionem eius uerſus dorſum, cum quo alligatur, expellat illud quod in ſtomacho, et in teſtinis, et in matrice continetur, et hoc facit ſimul cũ diaphragmate, cum quo cõtinuatur, ut poſtea patebit.

¶Aliud iuuamentum eſt, ut alligẽtur inteſtina dorſo, et ut ab ipſo uniuerſaliter. oriantur panniculi omnium aliorum membrorum in eo contentorum.

¶Alia utilitas, ſecundum Gale. quinto de iuuamentis M. cap. ſecundo, eſt ꝙ prohibet inteſtina a ruptura, quando inflantur a uentoſitate.

¶Et ex his apparet quæ ſit ſubſtantia ipſius ſiphac, et complexio eius, apparet quæ ſit eius poſitio, quantitas, et numerus partiũ, apparet ẽt q̃ ſint iuuamenta ipſius.

¶Reſtat autem uidere de paſſionibus eius, poteſt autem uenter pati omne genus ægritudinis.ſ.malam cõplexionem, malam compoſitionem, et ſolutionem continuitatis, de cura malæ complexiõis nihil dicam, quia

non habet proprium in sua curatione, quod ex anatomia dependeat.

¶Mala autem compositio, quæ, est tumor præter naturam in ipso, est duplex, quædam est apostema, et quædam non. Prima non habet aliquod præcipuum, nisi φ in eruptione eius si rumpatur adintra, et extra, hæc est peior, quá si rumpatur ad unum latus tantum, et causa patet, quia natura non habet locum, ubi fundet se in consolidando uulnus.

¶Mala autem compositio, quæ non est apostema, est inflatio ipsius uentris, quæ accidit in hydropisi asclite, uel timpanite. Nam in asclite aquositas continetur in cõcauitate uentris inter intestina, et siphac, sicut in timpanite uentositas continet, et facit intumescere mirach. In curatione eius debes procedere cum his, quæ ponũt auctores.

¶Modus autem, qui maxime dependet ex anatomia, est extractio aquositatis per incisionem. Modus autem est, ut partem mirach, quam modo incidisti, reducas super intestina, ita φ stet sicut in uiuo, et postea hydropico situato supino, debes cutem trahere superius, et postea rasorium habere, et perforare usq; ad siphac, ita φ incidatur etiam siphac, et tunc statim debes babere cannulam, et ponere in foramine, et extrahere de aquositate quantum sustinet patiens. Semper tamen sis memor, φ melius est infra subsistere, quam exquisitissime euacuare, et specialiter in hydropisi propter debilitatem uirtutis, postea dimitte cutim, quia redibit ad locum suũ,

et recooperiet uulnus aliorum, et ex aqua amplius non non exibit, de qua quando uis extrahere plus, retrahe cutim sicut primo. Istud tamen uulnus non facies, nisi a lateribus inferius, non in medio, primo quia uulnus factum in medio non ita cito consolidatur propter siphac esse grossius, et solidius ibi, quam in lateribus. Secundo quia propter cordas musculorum uulnus est paratum ducere spasmum. Tertio quia aqua melius egreditur, quia grauis est tendere deorsum.

¶Si uero uenter patiatur solutionem cōtinuitatis, tunc aut illa solutio est penetrans in profundum, aut non, Si non, tunc cura non est difficilis. Si sic, tunc per uulnus aut egredietur aliquid de contentis, aut non. Si sic, aut illud quod egredietur est Zirbus, aut aliquod intestinorum. Si Zirbus, tunc debet sui cum serico filo, uel ligari iuxta cutim quantum possibile est, et postea abscindi, quia de ipso, quantum contangit aer, corrumpitur, et si intromittatur, putrefit, et putrefacit alias partes, et ideo debet ligari, postea abscindi, et post illud debet intromitti, et filum dimitti extra, et dimittere labium apertum, quia natura consolidabit Zirbum, et expellet illud, quod est cum filo alligatum, hoc facto, debes consolidare uulnus.

¶Si uero illud quod egressum est, est intestinum, tūc, aut intestinum est uulneratum, aut non, si non est uulneratum et neq; substantia alia est ei inuoluta, quam citius potest debet intromitti. Si uero aliqua substantia, ut puluis est ei annexa, uel etiam sanguis, debet lauari

cum aqua calida, et intromitti. Si uero propter moram uentositas sit inclusa in eo, et ex hoc itumescat, ut non possit intromitti, tunc cataplasma resolutiuum, uel spõ gia madefacta in decoctione resolutiua desuper poni debet, et detumescet, et sic intromittetur. Si autem non possit detumefieri, neq; intromitti, tunc dillatetur uulnus mirach, donec intestinum intromittatur.

¶Cum autem intestinum fuerit incisum, tunc si ipsum fuerit ex grossis intestinis debent labia eius sui cum serico sicut labia aliorum membrorum. Si uero sit ex intestinis gracilibus, tunc non sustinet suturam, nisi sit profunda ualde, et talis impediet operationem eius. Et propter hoc melius est, ut teneantur coniuncta labia uulneris cum capitibus formicarum magnarum isto modo, debent. n. labia intestini cõiungi manibus, et debes habere formicas magnas, et facere q mordeant labia coniuncta uulneris, et abscindere caput statim, et sic facere donec labia sint iuncta, et tunc intromitte intestinum ut prius, hoc facto, ad curandum uentris solutionem redi. Et istud uulnus uentris curari debet cum reductione labiorum in unum, et reducta debent simul contineri, cum sutura facta cum serico hoc modo. Nam in prima sutura in una parte. Accipe totum mirach cum siphac. Ex opposita uero parte, Accipe solum mirach. In secunda uero sutura, in parte in qua dimissum fuit siphac, capias mirach et siphac, et in parte in qua in prima sutura accepisti siphac cum mirach, accipe solũ mirach, et dimitte siphac, et sic consequenter faciẽdo tertium

punctum similem primo, ad hoc ut labium siphac, iungatur et reducatur labio membri carniformis, ut fiat certior et firmior consolidatio uulneris, et eodem modo cura uulnus, ac si per ipsum nihil sit egressum, et hæc de anatomia mirach, qđ est membrum continens sufficiant etc.

COMMENTVM QVINTVM CARPI.

Visa anatomia musculorum uentris conueniens est: ut de anatomia panniculi siphac: ultra ea quæ de ipso superius dicta sunt fiat sermo: & sic erit completa anatomia totius mirach cōmuniter sumpto: ut igit̃ seruet̃ ordo Mundini, & ꝙ recte exponat̃ eius uerba: legenda est eius litera supra posita quæ diuisione nec expositione indiget: quia satis clara est. Sed ultra ea quæ a Mundino dicuntur, sunt aliqua notatu digna. Et primo noto hoc nomen siphac esse arabicum, & significat id ꝙ significat panniculus uel membrana apud latinos: & siphac strictissime sumptum significat id quod significat peritoneon, uel periton uel peritonon, uel peritonion apud græcos: & est pellicula subtilissima circūuoluens omnia intestina inferioris uentris ante, retro, superius, & inferius, de qua latius infra: & hoc membrum secundum translatorem libri de uti. in fine qui exponit extranea nomina est duplex. s. unum superius & aliud inferius, & est mirach, & siphac, & dicit quod dicitur peritoneon, a peri, quod est circum, & tendo uel tino: quasi circum tēdo, uel circū uoluo: & etiam dicit idem ipsemet. G. iiii. de uti. dicens: unde hoc nomen fuit ei a peri ꝙ est circū, & tendo uerbo, uel a tino, quia panniculi communiter circum uoluunt membra: & ideo omnes pānicu li possunt nominari peritoneon, & etiam siphac, & membrana: quia ab eis circū uoluuntur membra: & inde est ꝙ etiam cutis dicitur siphac, & mēbrana, & peritoneō: quia circūuoluit omnia membra, ueritas est ꝙ siphac, & peritoneon magis se astringūt ad istum panniculum q̃ ad alios.

Multa tamen alia reperiuntur nomina/uel corrupta sunt: uel ualde antiqua/quia.iiii.de uti.uocatur etiam hic panniculus periteron:& a Serapione de hernia dicitur alberiteron.Giron.n.uel tyron græce/idem est ꝙ rotundũ:& ideo Aui.uocat hunc panniculum rotũdum.Repitur etiam scriptum beriteron.xxii.tertii: & berbetinem / & berterin / & alberitiron/ & benterion/ & albenterion/ quæ tamen uocabula sunt corrupta secundum aliquos peritos/ excepto peritoneon/ uel periteron apud græcos:& siphac apud Arabes/ & membrana apud Latinos. Sunt tamen multa alia nomina apud latinos nõ corrupta/ quæ significãt id quod significat membrana/ut tela/ panniculus / coopertorium: pellicula/ & alia multa dicta in.c.de panniculis.Dicit tamẽ Iacobus de partibus auctoritate aliena ꝙ hoc nomẽ siphac est modernum/ & ꝙ alia suprascripta nomina apud arabes reperta sunt antiqua.s.berbetinem/alberiteron/beriteriõ: & alberiterion/ & alia talia solo auditu horrenda/ quæ nomina forte sunt antiqua: quia etiam apud latinos sunt aliqua nomina a modernis inuenta/ sicut recitat Pli.in.xi. dicit.n.ꝙ sumen ab antiquis uocabatur abdomen.Huius siphac strictissimo modo sumpti / substãtia est tenuissima:teste.G.vi.ingenii:& alibi:& teste Auic.xxii:&.xiii. tertii: & teste Haly.secundo theoricæ:& est membrum spermaticũ perlucens/grossius in regione stomachi:teste Zerbo: quia continue descendendo a stomacho inferius ad fundum uẽtris subtiliatur:& ibi tenuissimũ est. Multi tamẽ dicunt ꝙ i directo hepatis est subtilius omni alia eius parte: & hoc ẽ ne impediret dillationẽ hepatis/ & stomachi:dicunt etiam hepar nõ indigere circa se panniculo multum denso/ ut custodiatur eius caliditas:quia de se est multũ calidũ. Immo dicunt ꝙ hic loci pãniculus grossus impediret uapores resolui eleuatos in secunda digestione.Dicit tamen gentilis. xiii.tertii:ꝙ i latere dextro:& maxime uersus superius est subtilius:quia ibi separantur ab eo alii panniculi/ ut panniculus ligãs hepar/ & pleura:& secundum Iacobum de partibus ibidem dicitur ꝙ in dextro latere uersus superius est subtilius propter caliditatem/ & repletionẽ hepatis/ & stomachi per quã indiget frequenti dillatatiõe. Sed.xxii.tertii:Aui.dicit ꝙ est subtilius/ & purius apud epiglotalẽ car/

thilaginem: & apud ortum panniculi intrinseci costarum
ex isto pãniculo. Matthæus etiam de gradi dicit/ ꝙ hic pã/
niculus est grossior circa dorsum: quicquid sit de isto/ ē pa
rum curandum de ista differentia quia ubiq; est subtilis: &
prætactæ differentiæ parū cōferunt medico/ cum sit ubiq;
aptus solui & rumpi/ excepto loco colligatiōis cordarum
trāsuersalium & latitudinalium lacertorum/ quia ibi est re
sistēs occasionibus intrinsecis etiam fortibus propter præ
dictas cordas. A causa tamē mediocri extrinseca etiam ibi
potest pati: & maxime intelligo eum pati solutionem con
tinui/ quia malam complexionem/ & etiam compositionē
hic loci sicut & alibi potest pati. Complexio cuius est frigi
da/ & sicca/ sicut sunt omnes alii panniculi in comparatio/
ne ad cutim. Quantitas cuius est tāta ꝙ excedit omnes ali/
os panniculos corporis extensiue tamen: quia capsula cor
dis: & etiam dura mater si extenderentur: & ꝙ possibile es
set ex eis fieri talis dilatatio/ & extensio sicut fit in pasta fa/
cta ex farinæ/ & aqua de facto ampliorem locum circum
uoluerent isto siphac. Sic ergo intēsiue capsula/ & forte du
ra membrana capitis sunt maiores q̃ siphac. Hoc siphac cir
cumuoluit omnia intestina/ ante/ retro/ superius/ & inferi/
us: ultra particulares panniculos omnia intestina circundā
tes: & ideo. xxii. tertii uocatur rotundus: licet super ipsum
sint additiones aliquæ molles quæ iuuant ipsius dilatatio/
nem ne rumpatur a uento/ uel ab alia causa tali: & ideo nō
est rotundum sphericum: & etiam non est sphericum pure
propter inæqualitatem membrorum uicinātium ei/ inde
sit ꝙ non est uere rotundum: est etiam tale propter figurā
splenis/ & epatis/ & stomachi/ & aliorum intestinorum/ &
propter eorum feces/ & alia in hoc uentre contenta/ & est
etiam tale propter didimos qui sunt de substantia ipsius:
ad rotundā tamen figuram declinat/ & in isto pãniculo cir
ca loca didimorum sunt duo foramina per quæ si dilatent
descendunt/ & intestina/ & Zirbus/ & uentositas/ & similia
in isto etiam pãniculo in umbilico est foramē per qđ exit:
ut uadit arteria/ & uena umbilicalis ad intra uentrē fœtus:
& sic etiam est uisa eius forma seu figura. Numerus partiū
siphac/ prout ipse capitur strictissime est unus tantum pan
niculus distinctus a pelliculis siue cordis latitudinalium &
transuersalium

transuersalium lacertorum. Situm habet sub diaphragma te undequaque membra naturalia circumuoluens / mediãs inter omentum siue Zirbum & mirach. Genti. tamen. xiii. tertii: dicit quod immediate supra Zirbum non est uerum siphac. Sed est immaginatus quod immediate musculis uentris adhæreat quædam pellicula subtilis / quæ sit uerũ siphac: & uult quod iste panniculus adhærens musculis modo prædicto sit principium pãniculorum pectoris: & etiã quod sit principium illius panniculi / quẽ ipse ponit inter ipsum / & Zirbum / qui ab omnibus aliis habetur pro siphac uero / excepto ipso. Huic imaginationi certe sicut dicit Gradi. xxii. tertii: salua tanti uiri doctrina & reuerentia / non correspõdet ueritas / quia nec ad sensum / nec ab aliquo fide digno reperitur quod inter musculos uentris / & Zirbum sint duo pãniculi remotis cordis trãsuersalium / & latitudinalium musculorum. Veritas est quod ad sensum apparet una pellicula subtilis ualde inter uerum siphac / & musculos latos uẽtris maxime in parte carnosa musculorum / quæ pellicula est panniculus circũuoluens musculos uentris eo modo quo circumuoluuntur omnes alii panniculi: qui pãniculus est circumuoluens musculos propter causam dictam in anatomia uniuersali musculorum / & isto modo supra Zirbum a musculis ad Zirbum sunt duo panniculi: sed iste panniculus circumuoluens musculos nõ est uerum siphac: nec ab eo oriuntur panniculi pectoris nec intestinorum / sicut tenet Gentilis q hic loci dormitauit / & forte deceptus est a sensu istius panniculi circumuolẽtis musculos: De quo pãniculo circumuolente musculos / auctores non faciunt sermonem: quia nullam uel paruam utilitatem dat huic uẽtri inferiori / sed tantum unit substantiam musculorum sicut unit musculos aliorum membrorum: excepto semper iuuamẽto cordæ ipsius musculi quæ corda pro parte oritur a prædicto panniculo / seu pellicula nunc dicta / & forte quod fuit deceptus in expositiõe litteræ: sicut dicit Gradi: quod ego non credo: quia littera est clara. xiii. tertii: contra suam opinionem: q littera est talis. s. & est ei tunica ex subtiliato lacerto uentris cooperiens: & sub ipso uel ipsa est subtile eius quod est recte siphac / & est uehementis subtilitatis: & ex eo oritur panniculus tegens pectus. Iste tex. Aui. dilucida-

bitur melius si uideantur dicta.G.de siphac.vi.ingenii: qui tantum ponit istum panniculum inter Zirbum & musculorum cordas. Colligantiam habet siphac cum mirach immediate ascendendo uersus cutim in directo linearum diuidentium musculos lungos per medium/ & per transuersum / & mediantibus duabus lineis nerueis existentibus a lateribus etiam musculorum longitudinalium in cõtermino partis carnose musculorum latitudinalium/ & obliquorum : colligatur etiam cum diaphragmate a quo / ut dicit ab Aui.xiii.tertii: trahit originẽ dicente: eius nãq; initiũ est superfluitas descendens ex uelamine .i. diaphragmate ad os stomachi/ & obuiat ei superfluitas eius: & ꝙ ex ipso ascẽdit ad dorsum obuiant sibi/ & generãt illic siphac.s.corpus panniculare non diuisum in uillos sensibiles/ immo est corpus simplex in sensu/ & ibidem parum supra dixit/ & quãdo continuatur uelamini/ & obuiãt duæ extremitates eius apud dorsum tunc illic ligatur : & ex inde est.i.hinc trahit originem. Dicuut.n.multi ꝙ postq̃ formatum est diaphragma/ ꝙ ex materia ei superfluẽte ipsi fit siphac : que partes una uersus anterius/ alia uersus posterius / ad latera uadũt & circa stomachum uersus dorsum uniunt/ & sic fit siphac & hic loci oritur panniculus: circumuoluens uentrẽ.i.stomachum: & ibidem ligatur stomachus dorso/ & hic panniculus fit spissus hic loci: quia ĩ hoc loco sunt rami aliquarũ uenarum & arteriarum stomachi . A quo pãniculo siphac omnes panniculi intestinorum contentorum in uentre inferiori trahunt originem / sicut etiam & panniculi pectoris oriuntur a pleura: teste Principe: prima primi de membris: istis uerbis: & etiam dicemus ꝙ omnium interiorum quæ panniculis sunt inuoluta panniculus ex uno panniculorum pectus/ aut uentrem cooperiẽtium nascitur: sed eorum quæ in pectore sunt panniculorũ origo/ sicut diaphragmatis/ & uenarum/ & arteriarum/ & pulmonis est ex pãniculo interiore qui costas tegit: & membrorum quidem: & uenarum quæ sunt in uentre panniculi oriuntur ex siphac/ qui interius uentris cooperit musculos. Aduertãt tamen legentes ꝙ Auicen.hic loci per omnia interiora intelligit tantum interiora uenris medii / & uentris inferioris: quia panniculi cerebri quod est membrum intrinsecum

non oriuntur ab aliquo horum panniculorum:scilicet nec a pleura/nec a siphac.

❡Sed quia.xiii.tertii:dicit/ ꝙ siphac trahit originem a diaphragmate/& etiam dicit ꝙ pleura trahit originē a siphac prima uero primi dicit:ꝙ diaphragma oritur a pleura:& a Gal.etiam.vii.de utilit.c.xxi.dicit/ ꝙ pleura & siphac sunt coopertoriū substantiæ diaphragmatis supra & infra/ nec ibi dicitur ꝙ oriatur aliquis ex istis panniculis a diaphragmate:& hec sunt propria.G.uerba: scilicet frenarum propria quidē substantia musculus est.Indumēta uero ei sunt duo:ab iferius quidem summitas peritoneæ tunicæ / desuper uero basis cingētis costas sub tēdit. Idē habet decima tertii:capitulo primo:istis uerbis.Velaminis autem iam diximus formam:& iuuamentum eius in anatomia lacertorum.Ipsum enim in ueritate est unus lacertorum:& ex tribus tunicis/quarum media in ueritate est corda/qua completur eius operatio:& tunica quæ est supra/est sicut fundamentū/& basis panniculis pectoris / qui interius cooperiunt ipsum : & tunica inferior est:⁊sicut ille panniculus siphac.Sed quia uideo de isto ortu Auic.inter se discordare: & etiam apparet discordari a Gal.per uerba superius dicta Ideo est prædictorum auctorum mens declaranda. Quare est cogitandum Auicen.sibi non cūtradicere/ nec dictis Galeni prædictis/ quáuis expresse littera præallegata Auicen.sit sibi ipsi contraria.

❡Dicendum est igitur secundum Vgonem : ꝙ membrū oriri a membro dicitur duobus modis.s.uere & non uere. Vere membrum originari a membro dicitur quando unū membrum in ipsius generatione aliud producit/ aut ꝙ ex superfluo sui nutrimenti:uel materiæ generationis generatur:aut ꝙ sit ei ordinatum:& specialiter pro deferēdo instrumentum eius subordinatum:& nullo istorum modorum : nec a siphac : nec a pleura oriuntur panniculi duorum uentrium inferiorum:quia panniculus immediate tegens cor est prius genitum quam pleura.Et ita panniculus hepatis est prius genitum quam siphac . Et isto primo modo secūdum Matthæum de Gradi super uigesimasecūda tertii:dicitur Auic.itelligere siphac oriri a diaphragmate.s.ex superflua pte materiæ diaphragmatis : & multi alii

Quomō mēbrum oriat a membro.

sũt huius opinionis ultra Gradi: & maxime Zerbus: & Iacobus de partibus: & aliqui alii dicentes. Quod postq̃ formatum est diaphragma a superfluitate ipsius generatur siphac: & potest confirmari hoc ex textu Aui.xiii.tertii dicẽtis: eius nãq; initiũ est sup̃fluitas descendens ex uelamine.
¶ Non uere autem membrum oriri a mẽbro dicitur: quãdo membra affinitatem/ & similitudinem habent adinuicem/ & ꝙ taliter sint colligata: ut unum uideatur egredi ab alio: & maxime minus dicitur oriri a maiore: & isto modo intellexit Aui. prima primi in textu præallegato. Sunt tamen aliqui alii: qui dicunt uno certo largo modo/ ꝙ mẽbrum oriri a membro: est membrum membro alligari tantum/ q̃uis membrum etiam differat in aliqua substantia a membro/ sicut dicitur manus oriri a brachio: & isto largo modo dicunt etiam membrum maius oriri a minori/ quia secundum Iacobum de partibus panniculus/ siue uestis superior diaphragmatis oritur a pleura: & etiam isto modo possemus dicere/ ꝙ pãniculus inferior diaphragmatis orit̃ a siphac/ & etiam diaphragma a siphac. Aui. tamen.xiii. tertii/ dicit pleurã oriri a siphac/ maxime circa partem dextrã: & hoc dicũt multi/ quia ibi siphac est subtilius/ & quidem tale/ quia de ipsius substantia factus est pãniculus pleuræ: & sic remãsit depauperatus/ & subtiliatus. Vltra prædicta est etiam notandum/ ꝙ membrum a membro oriri intelligitur etiam dupliciter/ sicut iquit Dinus.s. uno modo per uiam generatiõis/ ita ꝙ unum generetur ab alio/ alio modo per uiam propagationis/ uel processus ab eo: quẽadmodum stipes arboris dicitur propagari a radice/ licet non generetur ab ea: & ita si intelligat̃ primo modo siphac/ & omnia alia membra oriuntur a corde: quia ut ipse dicit cor generat omnia membra: nã cor est primo generatum/ & primo habens animam/ cui omnia alia membra deseruiũt in operatiõibus animæ: & dicit ꝙ illud qđ est principium in uirtute est principium generationis aliorum: hanc opinionem tenet philosophus secũdo de generatione.c.iii. & .ix. Dicit etiam ꝙ cor in animali comparatur principali parti plantæ/ quæ dichyron appellatur/ a qua emittitur germẽ: & radix plãtæ/ idẽ dicit Ari. secundo de generatione.c.viii. Si uero intelligat̃ secundo modo: dicit indubitãter neruos

oriri a cerebro/ & uenas ab hepate/ & hoc declarat sensus. ¶Nullus tamen horum modorum mihi placet/ quia ego non credo membrum aliquod oriri ab alio membro: sed credo ꝙ a principio generationis animalis/ dũ natura/ mediante uirtute informatiua: informat animal: si habet materiam spermaticam sufficiẽtem: ex illa informat omnia mẽbra spermatica: & ex sanguine informat carnem/ & adipẽ: nec natura facit ex uno membro aliud membrum: sed bene est prius intẽta uni membro/ q̃ alteri/ & prius complet unum/ quã aliud/ sed pro quolibet membro habet portionem suam materiæ. Et isto modo membra oriuntur uere a materia sibi propria: & ita a principio natura ĩformat pãniculos de materia ligamẽtorum: & neruorum: & isto modo pãniculi oriuntur uere a principio generationis animalis a neruis/ & a ligamentis: quia fiunt ex eorum substantia uera. Et huic meæ opinioni uidetur assentire Aui. iii. đ animalibus/ ubi quærit: an nerui oriantur a corde uel a cerebro: & an uenæ oriantur ab hepate/ uel a corde. Et ibidem de hoc loquitur longo sermone. Circa finem tamẽ sermonis concludit omnia talia membra oriri a principio generationis ex materia spermatica/ operante in illa uirtute informatiua/ istis uerbis: & tũc manifestum est: quia in generatione spermatis est prima materia habilitata ad generationem/ sed in cæteris membris habet uirtus informatiua necessarium illud/ quod est in corde necessariũ/ & ligamẽta cum eis: aut post de operatione uirtutis informatiuæ poterunt informari: & illa uirtus informatiua sicut discernit materiam cerebri/ & cordis/ sic discernit neruos inter cor: & medullam: & uirtus informatiua nõ recipit materiam: & facit ex eo medullam/ & post neruos immo simul potuit facere omnia: & potest esse ꝙ materia medullæ/ & cellularũ sint diuisæ simul in principio generatiõis. Istam uero opinionem optime declarat Thomas de garbo in sua summa/ libro primo/ tractatu quarto de membris/ quæstione: xxxix. ubi uult ꝙ ab eodem agente/ a quo generatur cor: generẽtur omnia membra: & ꝙ materia membrorum secundum unam opinionem sit sanguis menstruus: & secũdum unam aliam opinionem/ sint duo spermata: & dicit ibidem membrum a mẽbro oriri improprie & metapho/

rice/non autem uere/ & sua opinio apud me / est uerissima quamuis contradicat Ari.& Auic.in libris de animalibus. Data tamen distinctione prædicta saluantur auctores / & Aui.& Haly.đ ortu membrorum,/ scilicet quomodo unus oriatur ab alio.

Zerbi & Iacobi de partibus error.

❡ Vltra prædicta/ etiam noto ꝙ reperiũtur aliqui/ qui uolunt ꝙ ab isto siphac strictissime sumpto oriatur pãniculus mirach.Et huius opi.est Zerbus.c.proprio de siphac/ & ẽt Iacobus de partibus super prima primi de mẽbris/ & ambo adducunt unam & eandem auctoritatem.G.quarto de uti.c.x.Sed quia in hoc meo opere teneor male dicta corripere ad utilitatem iuuenum:dico præfatos auctores oblique interpretari dicta.G.& ambo dormitarunt in uero intellectu.G.dicit Iacobus de partibus . Attende tertio ꝙ a siphac sic oritur mirach.Pars siphac/ quæ subimplantatur diaphragmati tanq̃ tunica eius inferior/ emittit partem circa orificium stomachi ab extra:& illa pars iũgitur partibus siphac ascendentibus a dorso:quæ simul coniunctæ replicantur anterius:& extensæ super uentrem/ & intestina cõstituunt mirach.Iuxta illud.G.iiii.de util.c.x. Quod uero a frenibus oriri uentris ab extra superimplantatur / unitur his/ quæ ex utraq; parte ascendunt / & hoc est principium tertiæ tunicæ uẽtris ab extra omnium:quã utiq; & cooperimentum quoddam/ & præmissoriũ carnosæ parti circũposuit natura:colligationẽ autẽ fecit totius uẽtris ad corpora quæ secundum dorsum/ & tibi uidebitur tunica grossa existere hæc/ q̃uis aliæ apophyses.i.explantationes peritonei : q̃ ad organa nutrimenti serũtur/ omnes sunt subtiles facta / sed quoniam particula magna est uẽter/ & maximas habet dimẽsiones:quæ sunt super cibis & potibus:rationabiliter fortibus ligationibus/ & cooperimentis eguit. Certe credidere isti auctores prædictam.G.literam indicare ortum mirach/ quando in litera dicitur.Et hoc est principium tertiæ tunicæ uentris ab extra omnium/ quia dicit a multis/ ꝙ hic uẽter naturaliũ membrorũ/habet tres tunicas.s.zirbũ/ siue omentũ/ & siphac prædictũ/ & mirach ponũt pro tertia tunica.Credidere etiã mirach oriri a siphac: qñ in litera dicitur/ quã utiq; & cooperimentũ quoddã/ & præmissorium carnosæ parti circũposuit natura:qa ut dr̃ a

Mūdino/ & ab aliis pāniculus mirach dictus / circūpositus est carnosæ parti huius uētris: quia circūpositus est musculis longis huius uentris: qui sunt carnosi: sed non intellexit G. in sua litera uelle loqui de hoc uentre naturalium membrorum: sed per uentrē in hac litera intellexit stomachum: qui habet duas tunicas. s. intrinsecā nerueā / & extrinsecā carneam. Cui parti carneæ: quæ est exterior tunicarū stomachi natura circūposuit siphac/ ex quo oritur tertia tunica uentris. i. stomachi/ ab extra omniū mediante qua tunica stomachus alligaī dorso / & sic dico salua suæ doctrinæ reuerentia/ eos non intellexisse tex. G. & longe plus miror de Iacobo/ qui super. xiii. tertii: adducit prædictum textū: dum intendit demōstrare ortum siphac/ quē textus/ declarat per alium tex. G. qui habetur quinto de iuuamentis. c. secundo: dicit Iacobus ubi supra/ ibi fere eiusdem sentētiæ meminit. G. iiii. de iuuamentis. c. iiii. quod tamen debet dicere quinto: de iuuamentis. c. ii. inquit: pars quæ descēdit ex pariete/ & copulatur cū manifesto oris stomachi: & copulatur cum duobus extremis/ quæ ascendūt ex parte dorsi ex duobus lateribus: & copulatio istarum partium istius telæ in isto loco est principium generatiōis tertiæ telæ cōtinentis stomachum/ & circūdātis ipsum ex posteriori duarum telarum quas diximus ante/ & ista tertia tela est posita ad custodiendum secundam telam telarum stomachi/ q̄ modo diximus/ quæ est de genere carnis/ & ligat totū stomachū cū eo ꝙ uicinaī ipsi ex corporibus uicinātibus dorso. Et ista tertia tela est spissa grossa/ q̄uis oēs partes quæ ueniunt ad mēbra cibi ab ista tela sint tenues: sed stomachus: quia est magnus: & indiget extendi maga extensione ex cibo & potu: indiget ut sua ligamenta sint dura & fortia & c. Apparet certe ex isto tex. Iacobum/ & etiam Zerbum male intellexisse primum tex. prædictum. iiii. de util. & ita circa hæc credo esse superfluum alia adducere/ & sic est intelligendum ꝙ in primo tex. G. per uētrem intelligat stomachum/ & ꝙ sit totaliter alienum ad demonstrandum ꝙ mirach/ oriatur a siphac: quia etiā ad sensum non constat/ nec etiam aliqua ratione. Quod mirach/ oriatur a siphac/ nec aliquis auctor fide dignus hoc dicit/ nec usq̧ ī hodiernum diem ego audiui/ nec uidi aliquem dicere de ortu mirach.

Siphac iuuamenta.

De iuuamentis siphac/ultra iuuamenta a Mundino dicta/ unum aliud est iuuamentum dicendum.s.quod tenet membra interiora in situ suo in statu unionis / & constrictionis expellẽdo uentositates/aut per sursum/ aut per deorsum: & etiam eo modo quo musculi inferioris uentris iuuant anhelitum/ & uocem/ita etiam ad hoc cõcurrit siphac / nõ principaliter / sed eo modo quo iuuat expulsionem aliarum rerum/aut per inferius/aut per superius/ mediãtibus tamen musculis prædictis/quia ex se non habet motum:licet secundum aliquos habeat uillos cuiuscunque modi: qui uilli deseruiunt tantum pro suo nutrimento:secundum aliquos. Et isti dicunt Aui.intelligere/ implicite tamẽ / istum panniculum habere uillos/dum dixit.xiii.tertii:& generatur illic siphac.s.corpus panniculare non diuisum in uillos sensibiles/immo est corpus simplex in sensu: dicunt tamẽ hos uillos non apparere ad sensum: sed necessario dicunt eos ibidem esse:ut attrahant/& retineant nutrimẽtum / & expellant etiam superfluitates necessarias. Nec ualet si opponatur ossa & carthilagines non habent uillos / ergo nec iste panniculus debet habere:quia sufficit suus proprius calor pro attractione proprii nutrimenti:dicendum est hunc panniculum indigere uillis:non autem ossa/ quia hic panniculus secundum aliquos aliqualiter mouetur: quamuis etiam moueatur a musculis uentris/ & a diaphragmate ad explusiones fecum & aliarum superfluitatum / ossa autem nullum habẽt motum nec carthilagines. Præstat etiam iuuamentum ouis.i.testiculis & uasis spermaticis ipsos intra se continens/ligans/ & custodiens. Passiones siphac numerat Mundinus:quæ sunt omnium modorum: & alicuius certe malæ compositionis pro cura:remittit nos ad auctores medicinæ. Ponit tamẽcuram manualẽ Asclitis: & etiã ponit curam manualem ægritudinis cõmunis.s.solutæ cõtinuitatis huius panniculi/ & etiam totius huius uentris inferioris. Nota tamen ultra ea quæ dicit Mundinus de Zirbo/ quod facta ligatura in Zirbo/ & ipso inciso nõ debet intromitti Zirbus/nisi cauterizes eum prius propter fluxũ sanguinis/ & sic tutius est. Tamen pluries ego abscidi etiã magnam partem Zirbi sine ligatura/ & sine cauterio/ & intromisi eum/ & illi sanati sunt. Tutius tamen est ligare eum:

De Zirbo ligãdo cognita utilissima.

cum est

cum est denigratus & alteratus/deinde debemus incidere & cauterizare eum postea intromittere/ & postea suere uẽtrem ad modum Mundini: quem modum ego supra dixi in anatomia musculorum uẽtris: qui modus est. G. & Aui. & aliorum antiquorum: licet sint quidam qui suant istum uentrem sutura communi: & bene etiam succedat eis. Ille tamen modus tutior est: scilicet suere modo a me ante dicto maxime in regione musculorum longitudinalium. Noto præterea ꝙ intestina/ nec grossa/ nec subtilia debent sui cum filo/ nec serico/ nec de re tortuosa incidente/ & secante: sed debemus accipere filũ ab intestinis alicuius animalis/ uel filum subtile madefactum de corda citharæ/ uel filum de charta pergamena/ & de hac charta ego utor ĩ suturis intestinorum. Nec ego laudo suturam cum capitibus formicarum: sicut dicit Mundinus/ quia formica habet aliquid malignitatis in se: & etiam quia minima confricatione intestinorum facta adinuicem cadunt prædicta capita: uel cadunt quia uẽtositas semper in intestinus uulneratis multiplicatur: & a uentositate intestina extendente coguntur relaxari. Hic esset locus monstrandi laqueationem didimi: & monstrandi castrationem/ & ponẽdi omnes speties herniarum/ & extrahendi lapidem a uesica/ & extrahendi fœtum a matricæ: sed a nobis in breui alibi ista omnia dicẽtur. s. in nostro libro de chirurgia a capite ad pedes: & sic sit finis de siphac/ & etiam de mirach comuniter sumpto.

DE ANATOMIA ZIRBI.

TEXTVS MVNDINI.

REstat uidere de anatomia membrorum contentorum, in hoc uentre hæc membra sunt numero .xiii. Primũ ꝙ occurrit est zirbus. Secũdum intestina. Tertium mesenterion. Quartum stomachus. Quintum splen. Sextum hepar. Septimũ

kistis felis. Octauū uena chilis et renes cum uenis emulgētibus, et poris uritidibus. Nonum uasa spermatis mulierum et uirorum, magis tamen mulierum, simul et matrix. Decimum didimus. Vndecimum testiculi uirorum, et uasa sepermatis. Duodecimum uesica. Decimumtertium uirga et colum uesicæ, et extremitas recti intestini.

❡De zirbo autem primū ꝙ oportet uidere, est locus eius, locus.n.eius in homine est, qui cooperit stomachum ab anteriori parte, et omnia itestina licet in aliis animalibus nō cooperiat omnia itestina, et hoc fuit qa homo inter cætera animalia eiusdem quantitatis est debilioris digestiue uirtutis, et etiam quia intestina nociuis exterioribus sunt magis diposita propter cutem eius subtiliorem esse et minus pilosam.

❡Ex hoc etiam potest patere secundum, scilicet ꝙ sit eius iuuamentum. Iuuamentum.n.eius est principaliter confortare uirtutem digestiuam stomachi, et intestinorum reuerberando calorem naturalem ad stomachum. Et propterea dixit Gal. quarto de. V.P.cap.ix. ꝙ quidam fuit uulneratus cui epiplex.i.zirbus fuit abscisus tamen ex uulnere sanatus est, ex quo tamen postea non potuit digerere.

❡Et ex his consequenter patet tertium inquirendum de ipso.s. de substantia eius, substantia eius nō fuit simplex sed composita et fabricata ex substātiis quæ habēt calefacere, et proptera fuit compositus ex triplici substā

tia ſicut dicit. Gal. v de iuuamentis membrorum, capitulo ſecondo, ſcilicet ex panniculis ſubtilibus duobus, et ex adipe ſepoſa, et ex arteriis, et neruis. Primo ut ibi panniculi continerent alia membra, et etiam quia iſte zirbus debebat eſſe extenſibilis leuis et denſus, ut caliditatem reuerberet, et ad hoc magis poteſt ſubſtantia panicularis, quam aliqua alia. Secundo in ipſo fuit adeps, quia calefacit cum ſit ualde propinqua caliditati uel in potentia ad calidum. Tertio arterie et uene quæ multum calefaciunt.

¶Ex hoc patent reliqua duo. ſ. qui ſit numerus partium eius, et quæ ſit coligantia eius, nam habet colligantiam ad membra, ad quæ terminatur, ut ad ſtomachū et ad ſplenē, et ad inteſtina, et ſpecialiter ad colon propter cauſam quæ dicetur.

¶Habet etiam colligantiam ad membra a quibus orit̃. Oritur namq; ex dorſo a diaphragmate, et cauſa quare inde oritur eſt, quia ad locum, illum terminātur duæ extremitates panniculi ſiphac, quæ debent inueſtire zirbum, et ſic etiam ibi eſt uena magna, et etiam eſt arteria a quibus iuxta ſtomachum oriuntur uenæ paruæ, et arterie contexentes eum, et ibi prope eſt meſenterion ſepoſum in quo eſt adeps et caro glandoſa replens uacuitates ipſius contexturæ, quæ autem ſit ægritudo zirbi declaranda per ipſius anatomiam, patet per ea quæ dicta ſunt ſupra in capitulo de anatomia ſiphac.

Hic loci Mundinus sequitur membra diuisionis ante dictæ:& hæc est quarta pars diuisionis nostræ:& primo loquitur de anatomia zirbi/ & diuiditur hæc pars in qua loquitur de zirbo in sex partes.In prima parte numerat membra contenta in isto uentre inferiore secundum ordinem quo procedit in declarando eorum anatomiam:In secunda parte ponit locum siue situm huius mébri/ & assignat causam propter quam sic locatur. In tertia parte ponit iuuamentum unum ipsius membri.In quarta ponit cuius substantiæ sit hoc membrum/ & aliqua alia iuuamenta. In quinta parte ponit numerum partium eius: & etiam eius colligantiam/ ac etiam unde habeat ortum. In sexta parte incidentaliter aliquid loquitur de loco & de substantia/ & etiam de aliquo iuuamento mesenterii:secúda ibi/ de zirbo auté:tertia ibi/ ex hoc potest patere:quarta ibi/ & ex his consequenter:quinta ibi/ & ex hoc patent. sexta ibi/sub isto zirbo &c. Nulla harum partiũ indiget expositiõe:quia clara est litra/lege eam. Sed ultra ea quæ dicit Mundinus/ dicamus aliquid scholaribus nostris. Et primo dico aliquos putare in isto uentre tantum esse.x. membra/ sicut prius dicebat alia litera tex.Mundini:q̃ erat manca:quæ a nobis in pristinum sensum est redacta:sed si bene legat̃ totus processus Mundini/ etiam in hac prima litera de anatomia membrorum contentorum in hoc uentre reperietur tex.partialiter distinctus in.xiii.capitula/ & sic etiam ponenda.Sunt.xiii. membra in hoc uentre/ aliter esset error in processu eius:quia sub uno capitulo Mũdinus nó ponit diuersa membra/nisi coactus/ nec sunt ponéda: quia confunderetur eorum anatomia/ & in rei ueritate dum numerantur illa decem membra in litera prima Mundini ponitur in illis.x.membris distinctum capitulum đ anatomia kystis fellis ab anatomia hepatis/q̃uis sint hæc mébra .s.hepar/ & kystis/ simul alligata taliter φ appareat unum membrum:& ideo si proprium capitulum ponitur kystis fellis/ita etiam debet poni capitulum propriũ mesenterii: & proprium capitulum de didimo: & proprium capitulũ de anatomia testiculorum uirorum/ & sic legendo literam

Mundini apparent.xiii.cap.distincta/eo modo quo distin/
guitur kystis fellis ab anatomia hepatis.Igitur est bene di/
cere in hoc uentre sunt.xiii.membra:quia mihi uidetur ꝙ
talis fuerit mens Mundini ex suo processu . Et si uidissem
Mundinum magis distincte loqui de anatomia uenæ/chi/
lis/& uenarum emulgentium/& rhenum/& pororum uri
tidorum/sicut facit de aliis membris/ etiam fecissem de il/
lis membris distincta capitula:sed ipse posuit prædicta om
nia membra in uno capitulo/sicut ponit testiculos mulie/
rum/& uasa spermatica q̃tum ad ortum eorum/ & matri/
cem in eodem.c.& ideo castigando opus Mundini uolui
sequi sententiam literæ non autem literam:quæ in multis
locis erat deprauata modo superfluens modo deficiens: &
modo ante posita/& modo post posita : & sic debet litera
dicere.s.hæc membra sunt numero.xiii.& non hæc mem/
bra sunt.x.nnmero:nec etiam talia decem membra erant
bene numerata locis suis/nec etiam numerabatur i prima
litera Mundini/capitulum de didimis/nec de testiculis ui/
rorum/nec de uasis spermaticis eorũ/& sic puto bene ca/
stigasse/& ordinasse q̃tũ ad istã parrẽ id ꝙ erat castigandũ.
¶Post prædicta dicamus hoc membrũ diuersa habere no
mina:& primo dicitur omẽtũ ab Hippo.sexta aphor.lviii.
&,ab Ari.iiii.de partibus.& primo de hist.& in prob.& di/
cunt aliqui ꝙ dicitur omentum quasi operimentum : & a
G.iiii.de uti.dicitur epiploum/siue epiplous / uel epiplex/
ab epi ꝙ est supra/& pleo quasi emineo : qa supereminet
intestinis:& tertio de ingenio dicitur clypeus/& ab aliqui
bus uentris mappa:& dicitur etiã rete/uel reticulus: quia
ex uenis/& arteriis/& substantia panniculari/& ex pingue
dine inæqualiter dispersa per illud apparet rete quoddam
& sic uocatur a nostris uulgaribus/&.vi.ingenii.c.iiii. dici
tur zirbus/& ibidem in litera.G.dicitur ꝙ zirbus a græcis
dicitur eflos.Dicitur etiam zirbus quinto de iuuamentis:
& sexta aphorismorum a.G.aph.prædicto sed hoc nomen
zirbus est datum apud arabes. Et ideo i libris.G. reperitur
scriptum zirbus/maxime in illis libris qui de arabico in la
tinũ sunt uersi.& ita ab Aui.& a Rasi: & ab Auer. dicit̃ zir
bus/& ab Aliabate dicitur tirbus/tamen in translatiõe an/
tiqua libri quarti decimi de animalibus . c. primo Ari. uo/

Omentũ un de dicatur.
Epiploon.
Clypeus.
Mappa uentris.
Rete.
Reticulum.
Zirbus.
Eflos.
Tirbus.

Mirach:

cat eum mirach/ & uocat zirbum/ sepum dicés mirach au
tem est tela/ & in ea est zirbus in habentibus zirbum/ aut
pinguedo in habétibus pinguedinem/ & postea subdit/ se/
cundum húc modum erit generatio mirach/ quoniam na
tura utitur ipso ad meliorandum decoctionem/ & digestio
nem cibi/ quoniam calidum digerit/ & pinguedo est cali/
da/ & mirach est pinguedo calida. Sed quarto de partibus
c.iii. in translatione noua: qui est idem liber Ari. de anima/
libus/ alio tamen titulo ascriptus/ loco mirach dicit omen/
tum/ & loco zirbi dicit membraná seposam/ aut adiposam.
Dicens omentum membrana est seposa/ aut adiposa: & pa
rum infra subdit. Omentum ratione hac gignitur: sed na/
tura eo abutitur ad cibi meliorem concoctionem/ ut facili
us celeriusq; cibus cócoquatur. Calor. n. uim habet coqué
di: pingue autem calidum est/ & ométum pingue est. Cer
te potest iudicari q̃tum traductio noua excedat antiquam:
quæ antiqua iudicio meo est praua/ & mali sensus/ quia in
ea capitur mirach pro zirbo/ & zirbus pro sepo. Qui zir/
bus a latinis appellatur omentum/ & mébrana seposa uel
adiposa: ubi supra & bene/ etiam primo de hist. c. xvi. dicit
omentum medio a uentre dependet/ ꝙ non nisi pinguis
membrana est: & tertio de hist. c. xvii. dicitur omentú quo
q; adipe pinguescentibus adipeum est/ sæbo/ obesis/ sebale
quæ parte utraq; detentata sunt adipe pinguescunt/ quæ
una scebo. Dicit tamen Ari. ibidem. c. xiii. ꝙ omentum in
aliquibus est macilétum/ istis uerbis omentum quoq; nó
nisi membrana est ꝙ omnia habent quæ sanguine non ca
rent: sed alia pingue/ alia macilentú/ & ita ego inueni omé
tum macilétum in corporibus macris uulneratis/ & illud
intromisi/ & interdum incidi prout mihi fuit uisum pro cu
ra rationabili: & ita etiam macrum reperi in aliquibus cor
poribus in anatomizando corpora humana/ quæ erát ma/
cra: & interdum anatomizaui aliqua corpora fere consum
pta: quorum zirbus erat ualde exiguus & subtilis: tamé in
omnibus erat aliquod uestigium pinguedinis: & sic credo
Ari. intelligere/ quando dicit alia pingue/ alia macilétum
.s. animalia habent omentum macilétum respectiue/ quia
est creatum pingue propter magnam necessitatem/ ut có/
stabit de eius utilitate. Calepinus dicit ꝙ ométum indicat

uestitum cuiuscunque membri interioris/ & dicit auctorita/te Macrobii duram matrem dici omentum. Tamen sua li/tera mihi non placet: & si etiam indicaret illud medici nõ utunť in isto noie nisi ad mẽbranã pinguẽ tegẽtẽ ĩtestina. Dura mater dĩ omentũ.

¶ Substantia huius membri est pannicularis ut possit ex/tendi ex duabus tunicis composita/ & secundum aliquos ex pluribus: sed hoc non est uerum per totum ipsius: quia interdum una pars zirbi conglutinatur alteri/ & sic appa/ret plurium tunicarum in illa parte: ubi est cõglutinatum alteri parti: & componitur hoc membrũ/ pinguedine/ ue/nis/ & arteriis/ in ipso tamen sunt plures arteriæ / q̃ uenæ: teste Haly. & uacuitates uenarum/ & arteriarũ replet pin/guedo. De eius complexione multi multa: aliqui dicunt ip sum esse calidæ complexionis: & maxime. G. quinto de iu men. & quarto de uti. per longa uerba: sed super prima pri mi/ dicitur frigidæ complexionis/ ab aliquibus auctoribus modernis/ quia componitur panniculo/ & pinguedine / q̃ sunt frigidæ complexionis: q̃uis sint in eo multæ arteriæ: & uenæ: neque. G. bene probat ipsum esse calidæ cõplexio/nis: quia ipse ibi tenet pinguedinẽ esse calidæ complexio/nis/ & alibi frigidæ: & forte ꝙ est frigidæ secundum uerita tem. Alibi quærantur hæc/ quia omnino omentum est ca/lidæ complexionis/ siue sit tale ex materia/ siue ab agente: siue per se/ siue per accidens non curo/ quia tanq̃ calidum iuuat animal in digerendo. Credo tamen ego in compara tione ad cutem ipsum esse frigidæ complexionis: quando est ualde pingue. In demacratis uero corporibus propter dominium uenarum/ & arteriarum supra panniculum cre do ꝙ sit calidæ complexiõis: & maxime si illa corpora sint macra naturaliter: quia in similibus corporibus non abun dat pinguedo propter caliditatem hepatis: & forte cordis & forte totius. Et tunc in illis corporibus nenæ/ & arteriæ sunt amplæ/ & magnæ in toto corpore/ consequẽter, & in zirbo: & tunc zirbus est calidæ conplexionis per se. Et no/tanter dixi si illa corpora sint macra naturaliter: quia cor/pora macra per accidens quæ prius erant pinguia habent uenas paruas: & sic uenæ & arteriæ in zirbo non superant complexionem panniculi: & tunc secnndum maioritatem & minoritatem earum dicimus zirbũ / esse plus & minus

Omentũ cu ius cõplexio nis.

calidum. Et ita etiam dico de humiditate.s. quod zirbus ualde pinguis declinat ad humidum/ macilentum autem ad sic/ cum: & tunc chirurgici debent bene aduertere in uulnera tis in uentre: quia quando est zirbus macilentus / tunc est maius periculũ/ si incidatur de fluxu sanguinis/ q̃ si sit pin/ guis/ primo quia tunc uenæ eius sunt amplæ/ & nudatæ a pinguedine/ quæ interdum claudẽdo uenam/ retinet san/ guinem: & tunc sola sufficit ligatura / quando abscinditur cum aliquibus pulueribus cõstrictiuis. In macro uero zir/ bo si contingat eum esse alteratum/ & quod abscindatur / fiat primo cauterium: ut sit medicus de fluxum sanguinis secu rus/ facta prius ligatura/ deinde intromittatur. Et in hoc eti am sint cauti chirurgici.s. quod nõ sint multum prompti/ nec soliciti ad incidendum zirbum macrum stante leui altera tione: quia non ita leuiter alteratur ab extrinsecis macilen tus zirbus sicut pinguis/ qui pro pinguedinis humiditate citissime putrescit/ maxime cum intromittitur: & propte/ rea dixit Hippo. vi. aph. lviii. si omentum eruperit/ necessa/ rio putrescit. Hic tamen est speculationis locus: quia. G. in cõmento dicti aphorismi/ dicit quod citius putresit omẽtum: q̃ alia mẽbra uentris.s. citius q̃ hepari & intestina/ si aliquã diu extra uentrem permanserint/ puta in uulneribus: q̃uis etiam hepar/ & intestina/ ut ipse ibidẽ dicit/ possint putre/ fieri: sed data paritate tẽporis de mora extra uentrẽ citius dicit omentum putrefieri: & ita etiam dicunt omnes alii auctores. Ari. tamen. xiii. prob. iiii. dicit pinguedinem non putrescere/ nec ossa/ nec pilos/ quia non habent humidita/ tem: sed dicit carnem putrefieri/ & proportionatum carni. Sic ergo apparet quod caro hepatis debeat citius putrefieri omento/ q̃uis non sit caro proprie in hepate/ tamen in illo sanguine coagulato est humiditas apta putrefactioni/ sicut etiam est apta caro uera. Super isto aphorismo Vgo benti us facit unam dubitationem dicens quod omentum extra cor pus diu durat/ & intra positum in uulneratis si sit alteratũ: ut dicit. G. putresit. Ipse Vgo ibi dicit causam putrefactio/ nis esse uapores ciborum/ & ideo intra putresit/ nõ autem extra: quia nec omentum ut aera putrescunt. Tamen idẽ possemus dicere de hepate quia si pinguedo putresit pro/ pter uapores ciboꝝ/ ita etiam dicemus de hepate/ si hepar

extra

extra citius putrefit q̃ omẽtum/ & alia pinguia: quia est ea dem ratio ꝙ putrefcat hepar a uaporibus cibi: ficut putre/ fcit omentum. Pro qua dubitatione est notandum ꝙ q̃uis Ari. dicat pinguedinem non putrefcere/ propter hoc nõ di cit omentum non putrefieri citius hepate: quia omentum inquantum est pingue non putrefit: fed quædam humidi tas quæ est in pinguedine nõ regulata a natura humectat: & remollit/ & putrefacit omẽti pelliculas/ & membranas/ quæ funt illæ quæ putrefcunt/ non autem pinguedo pura omenti putrefcit: quia ad hoc ut pelliculæ conferuentur in fuo naturali effe requiritur: ut conferuentur a ficco fibi amico/ non autem ab humido fibi contrario non regulato & ꝙ conferuentur etiam a proprio calore/ qui quidem ca/ lor in omẽto est paucus/ refpectu caloris hepatis: & etiam refpectu caloris inteftinorum/ feu uifcerum: & etiã ipfius omenti fubftantia est rara/ refpectu fubftantiæ inteftino/ rum & uifcerum: ideo propter fubftantiam/ & propter di/ minutum calorem ipfius omenti cito mortificatur: & tũc humiditas aquea adipis q̃uis forte fit pauca putrefit/ & per modum cõtinui adiuuantibus uaporibus fecalibus putre/ facit omenti partem poft partem. Et ita etiam putrefcerẽt & hepar/ & alia iteftina: fi extingueretur eorũ calor. Quod autem citius putrefcat hepar extra corpus/ q̃ pura pingue do patet experientia. Ad id autem Ari. ꝙ caro citius putre fit pinguedine est dicendum ꝙ Ari. intellexit de pura pin/ guedine: fed fi reperiatur caro pinguis extra corpus: puta caro comeftibilis: dico carnem talem citius putrefieri car/ ne non pingui: in qua funt aliquæ pelliculæ/ & uenæ/ & ta lia/ ut patet experientia: tamẽ caro ex fe est magis apta pu/ trefieri q̃ pinguedo/ quia caro est raræ fubftantiæ fufcipiẽs humiditatem extraneam aeris/ & alterius rei/ a qua caufat eius putrefactio: fed pinguedo est uifcofa nõ rara: ideo nõ putrefit: & fi effet poffibile feparare carnem ab aliis extra/ neis fibi annexis/ ficut fit pinguedo. Credo etiam carnem q̃tum est de fe non putrefcere ita de facili: fed putrefit per accidens: & maxime cum auctores ponant carnem effe fic ciorem pinguedine: & ficca diutius cõferuantur humidis: tefte Ari. ubi fupra. Optime igitur dicebat Ugo in fine ꝑ/ dicti dubii. f. ꝙ caro hepatis/ & inteftina citius putrefcunt

Quid citius putrefcat an caro/ an pin guedo.

Nota.

pinguedine:ſed non citius quam pelliculæ/ & uenæ & ar/
teriæ/quæ ſi cum pinguedine remaneant faciunt ipſam ci
tius putrefieri:& ita etiam uenæ/& arteriæ / & humiditas
diſperſa per carnem/& aer ſunt cauſæ ꝙ caro citius putre/
ſit q̃ pinguedo pura/& q̃ caro pura. Vnum aliud etiam no
lo pertrāſire ſuper prædicto aphoriſmo.ſ. ꝙ interpretatio
Nicolai Leoniceni uiri profecto omnium bonarum litera/
rum conſumatiſſimi maxime in cōmento dicti aphor.non
concordat ueritati:dicit ibi Leoniceni interpretatio:quan
do exciderit.ſ.omentum:hoc eſt quando nudatum fuerit:
& extra peritoneum &c.uſq; ibi/credo hæc uerba eſſe.G.
ſed hæc eſt additio Leoniceni.ſ.ideſt membranam abdo/
minis interiorem omentum exierit &c.Hæc eſt litera Leo
niceni / quæ nō uadit ad mentem.G.quia oportet ad hoc
ꝙ putrefiat omentum/ꝙ exeat etiam membranā exterio/
rem abdominis.ſ.cutem / nō autem interiorem ſicut dicit
īterpretis litera:& ꝙ alteretur ab aere:quia ſæpiſſime exit
omentum membranam interiorem abdominis / & nō pu
trefit:immo nunq̃ putrefit:niſi exeat exteriorē mēbranam
niſi forte putreſcat a cauſis cancrenātibus & ſimilibus.Nā
in herniis zirbalibus ſemper omentum exit membranam
interiorem abdominis:& nunquam putrefit.Sic ergo ſint
contenti audientes de iſto ſenſu a nobis dato:& mihi par/
cat tanti Viri Reuerentia:quia amicus Plato: magis tamē
ſit amica ueritas:uel dicamus ſaluando tantum uirum : ꝙ
illa litera interior eſt corrupta ab impreſſore:& ꝙ debet di
cere exterior:& interior ſimul:& ita eſt bona ſententia : &
bona litera:ſicut bene ſe habet litera traductiōis antiquæ:
quæ dicit ꝙ putrefit omentum:ſi exierit omnes pelliculas
uentris:quæ pelliculæ uocantur ſiphac/largo modo ſum/
ptum:& græce peritoneō: nā ſic dicitur a peri ꝙ eſt circū:
& tendo uerbo:teſte.G.iiii.de util.c.ix. & ita peritoneum
indicat large omnem panniculum apud Græcos: ſicut ſi/
phac apud Arabes:& ideo loco allegato.G.dicebat alia au
tem utilitas huius peritonei:ex quo infertur ꝙ ſunt plureſ
peritonei:ſicut ſunt plures panniculi.
¶Figura omenti eſt ſicut figura kyſtis:teſte Auicen. dicit
Matthæus de Gradi:ꝙ altero duorum modorū poteſt ha/
bere figuram kyſtis:& burſæ:ſiue ſacci:& iſte eſt unus mo

dus.s.ꝙ si esset possibile aliquid ponere inter tunicam: & tunicam ipsius omenti illud retinent sicut facit saccus: & isto modo inter tunicam: & tunicam facientes saccum nõ est pinguedo: sed pinguedo est inter duas tunicas isto modo. s.ꝙ pinguedo est inter duas tunicas sibi inuicem iũctas & propinquas se contangentes non facientes saccum: sed adhærentes uenis & arteriis: & pinguedini: in saccum autem est distantia magna a tunica ad tunicã: & ita dicit Aui. ꝙ zirbus habet figuram kistis: & hoc patet ad sensum: uel aliter est figuræ kistis: sicut dicit Matthæus: hæc tamẽ opinio non placet. s. ꝙ zirbus in fundo uentris reflectitur interius ad posterius: & sic intestina amplectitur in fundo: & ea substinet: & sic habet figuram kystis: & isto modo comprehenditur qualiter descendat zirbus in osseum per didimum sine intestinis, & cũ intestinis: quia non solũ omẽtũ tegit intestina usq; ad pectinẽ: sed infra pectinem reflectit uersus dorsum: & isto modo fit hernia intestinalis, & zirbalis sola: q̃uis circa inguina: & supra inguina: & in quacunq; parte uentris possit fieri talis hernia: requiritur tamẽ fortis causa: ut fiant herniæ in partibus supioribus huius uentris, tñ fiunt & in umbilico, & alibi: quia ego uidi aliquos uulnerari in hoc uentre, in quibus nõ fuit facta sutura: qa iterdũ orificiũ nõ indiget sutura: qa angustũ: uel si fuit magnũ nõ fuit bene sutũ: & sic nõ fuit ꝯsolidatũ siphac cũ mirach: & sic remãsit occasio herniæ: & hoc ego pluries uidi.

❡Omẽtũ est figuræ inæqualis: quia pinguedo est maior in una parte q̃ in alia: & maxime circa mẽbra qbus alligat sicut circa stomachũ, & intestinũ colon: & circa splenẽ: & causa huius maioris quantitatis pinguedinis circa prædicta mẽbra est: qa hic loci est maioris necessitatis piguedo, q̃ alibi: & ẽt qa omẽtũ hic loci habet copiosius nutrimẽtũ.

❡Numerus ptiũ optime dĩ a Mũdino: & situs & ortus: & colligãtia eius. Iuuamẽta ꝓ pte dicit Mũdinus. s. ꝙ iuuat digestionẽ sua caliditate: sicut dicit. G. iiii. de uti. & .v. d iu. & i lib. d iuuamẽto anhelitus: & Ari. iiii. de ptibus. Dñt ẽt aliq ꝙ iuuamẽtũ omẽti ẽ tueri mẽbra iteriora: q̃ sũt ĩfra parietẽ mediãtẽ inter ea: & siphac: iuuat ẽt ad cibi descẽsum: & ꝓhibet intestina apiri pp res replẽtes: remollit ẽt feces sua hũiditate pingui: passiõe s oium modorum põt ẽt pati.

DE ANATOMIA INTESTINORVM.

TEXTVS MVNDINI.

LEuato autem zirbo, quãtum ad partem, quæ cooperit intestina, et non plus, ne moueantur alia membra a suo loco, statim tibi apparẽt intestina. Circa quæ primo notabis positionem, et numerum, fuerunt. n. plura inuoluta et reuoluta, et non fuerunt unum intestinum rectum, propter duo.

Primum quia dato ꝙ in quibusdam brutis tantum sit unum intestinum rectum uel recte procedẽs, In homine tamen, et in aliis animalibus perfectis fuerunt plura reuoluta, ut diu cibus cõtineretur in stomacho, et in intestinis, quia si cibus non contineretur, oporteret ꝙ animal esset in continua assumptione cibi, et in continua assellatione et continuatio illa assellandi impediret occupationem in aliis perfectioribus operationibus. Secunda causa fuit, quia si intestinum fuisset totum unum rectum, non quælibet pars cibi fuisset contacta a superficie intestini, et ideo intestinum non sugisset totam humiditatem contentam in cibo, ut igitur nihil remaneat de cibo intactum ab intestinis, et ut tota humiditas exsurgeretur ordinauit natura ipsa intestina esse inuoluta, ex hoc statim apparet ꝙ sunt plura numero, quia sex, tria subtila, et tria grossa.

Incipiamus ergo ab ultimo quod uocatur rectũ uel longum, cuius extremitas est orificium, quod uocatur

anus. Sed ut anatomia aliorum non destruatur, ligare oportet intestinum istud circa medium eius in duabus partibus, et in medio ligaturæ, incidere, et inferiorem partē dimittere, et uersus superius ascendere excarnādo intestina, debes tamen notare aliquas uenas meseraicas circa istud intestinum, quæ ueniunt ad sugendum quicquid remansit de humiditate chilosa iuuatiua in superfluitate seu fece ipsius, et istud intestinum iuxta ilia finit, ubi incipit intestinum colon.

¶ Et dicitur colon, quia plura cola habet, uel cauernositates, uel cellulas, uel cameras, in quibus stercus figuram accipit, et in ipso retinetur propter has cellulas. Circa ꝙ intestinum debes considerare locum, quia multum circa sinistrum renem locatur et inuoluitur, et hæc est causa quare eius dolor ex parte loci non distinguitur a dolore renali. Postea est a rene ascendens uersus splenē ꝙ cooperit, et ibi īcipit circa exteriora declinare uersus partem dextram, et cooperit stomachum, et propter cooperturam, quam facit supra stomachū accidit, ꝙ quādo superfluitates descendunt ex hoc intestino, ꝙ stomachus ei cōpatitur, et dolor, et rugitus tunc temporis apparet circa stomachum, et tunc statim homo appetit assellare, et assellat. Quod non contingeret, si in stomacho essent humiditates que facerent hunc rugitum et dolorē, et ex hoc patet causa, quare accidit sincopis his qui euacuantur, quādo appetunt assellare, quæ est, quia tunc illi humores in intestino illo existentes alterant stomachum et os eius, et ex alteratione oris stomachi

ſequitur ſincopis.

¶Sed dubitabit aliquis rationabiliter de loco huius inteſtini, quia cum ſit de groſſis, deberet eſſe īferius, et nõ ſupra alia, cuius oppoſitum apparet. Dicẽdum ꝙ iſtud inteſtinum fuit locatum ſuperius iuxta ſtomachum propter tria.

¶Primo, quia iſtđ ignobilius eſt omnibus gracilibus, et ideo ſub mirach inter omnia gracilia debuit eſſe po ſitũ exterius.

¶Secundo, quia iſtud inteſtinum continet feces, quæ aliquando indurantur, et de ſe priuatum eſt omni humiditate, et caliditate naturali, ut ergo a membris uicinis adiuuaretur, ordinauit natura, ut immediate locaretur ſupra ſtomachum, ut cooperiretur a zirbo, a quo et ſtomachus cooperitur, quia et zirbus ipſum humectat et calefacit, et propterea apparet, ꝙ nõ eſt aliud inteſtinum cum quo alligatus ſit zirbus, ſicut eum colõ.

¶Tertia cauſa huius locationis eſt, quia iſtud inteſtinum proprie eſt factum ad continendum, et expellendum feces, ſed magis ad expellendum, et ideo inter alia īteſtina ad ipſum proprie debuit peruenire colera, quæ habet expulſiuam ſtimulare, modo propter hoc ꝙ ſic locatum eſt, aliqua portio coleræ ad ipſum tranſmittit per reſudationem, præter illa quæ ad cõcauitatem inteſtinorum peruenit. Nam ſupra ipſum in parte dextra exiſtit pennula hepatis, in qua exiſtit kyſtis fellis, cum quo alligatur, et hoc apparet ad ſenſum. Et propterea tale inteſtinum, ī tali loco apparet citrinum, uel ſub ni-

grum, et amarum in gustu. Et nota circa hoc mirabilē operationem naturæ.

¶ Ad illud, quod obiicitur, soluitur, ꝙ intestina nō iu dicantur superiora ratione loci, sed ratione colligātiæ, q̄ habent cum stomacho, uel fundo stomachi, modo intestina gracilia ratione colligātiæ ad fundum stoma chi sunt superiora aliis.

¶ Et ex loco superiori istius ītestini apparet causa, quare in dolore colico augetur dolor tempore assumptionis cibi, quia tunc istud intestinum comprimitur a cibo in stomacho existente, sed tempore famis non, sed intenditur dolor renalis, et hoc est unum ex signis distinctiuis inter unum dolorem. et alium.

¶ Ex loco, et colligantia dicti intestini, apparent nobis duo, unum utile in cognitione, aliud in operatione, in cognitione, primo quia quādo fit colica passio, incipit in parte sinistra, et in illa frequentius molestat, quia intestinum illud frigidius est ibi, cum non tangatur a kysti fellis.

¶ Secundo, quia in maiori quantitate est locatum circa renem sinistrum, et est strictius, tamē illa colica quæ fit in parte sinistra, non tam diu molestat, tum quia fit a causis facilioribus, tum quia causa eius est in loco uiciniori ad expulsionem, et nota hoc, quia per experientiam uidi multoties.

¶ Quantum uero ad opus confert primo, quia in colica ea, quæ administrantur ad extra, debent magis applicari, et approximari circa hipocundrium sinistrum,

q̃ circa dextrum, licet utrobiq; conferant. Secũdo, quia quando fit clystere melius est, ut corpus declinet uersus dextrum, ut intestinum colon non comprimatur ab aliis intestinis, postea iniecto clysteri uertat se super latus sinistrum, et ibi per aliquod tempus moretur, et postea paulatiue uertat se super latus dextrũ, sicut fit quãdo quæritur expulsio per potionem administratam, ꝑ superiorem partem, et econtra quando incipit mouere, et hoc de loco, et colligantia eius.

¶Substantiam uero eius consideres grossam, et solidã propter q̃ uentositatem generatam in eo multo tempore continet, quæ in eo fortissimum interdum generat dolorem, qui cum fiat in substantia grossa, et solida apparet ac si intestinum terebello perforaret̃. Et etiam in hoc similatur dolor huius membri dolori renali.

¶Considerare debes etiam figurã eius, et formam quæ apparet ex dictis, cellulosum .n. est intestinum, et in cellulis istis, quia uia et transitus multum obliquantur, fit causa moræ superfluitatum, quæ in eo figuram recipiunt ad modum illarum cellularum, et ideo stercus figuram habet quã scis, quæ figura maxime apparet in stercore desiccato, et retento, ut in febribus, et aliis ægritudinibus, in qbus eiiciunt squibalæ, et humores etiam hplegmatici, ut plurimum in illis retinentur, et sunt materia cucurbitini.

¶Nam in concauitate cellulararũ est humor phlegmaticus multus, qui est sufficiens materia generationis uermium, et si inter unam cellulam, et aliam continetur

paucus

paucus humor, qui non sit sufficiens ad generationem uermium, est tamen sufficiens ad generandum pãnicu/lum continuantem unum uermem generatum in una cellula cum alio in alia cellula generato. Operatio, iuuamentum, et ægritudo ipsius ex predictis patent.

¶Hoc autem intestinum continuatum est in parte superiori cum monoculo siue ceco ꝙ intestinum dicitur monoculus, non quia nisi unum habeat orificium per quod attrahitur ad ipsum, et per ipsum expellitur, quia hoc est impossibile, sed habet duo orificia, unũ per qđ attrahit alterum per quod expellit. Illud autem ꝑ qđ expellit non est sicut in aliis opposite locatum contra primum, sed ambo locata sunt iuxta se inuicem, et ĩfra hæc orificia pendet lacuna huius intestini ad modum sacci, et ideo alio nomine uocatur saccus, et sic apparet eius figura, et colligantia et etiam locus, quia locatũ est in latere dextro supra et iuxta terminũ anche siue scie, et infra renẽ dextrũ substãtia eius est eadẽ cũ substãtia colon, ægritudinem etiam patitur similem ei. Iuuamentum est ut pars succi quæ uenit ad ipsum in eo retineatur, et reuoluatur, et ut reuerberet uel descensum prohibeat citum ipsius succi ab intestinis superioribus.

¶Et ista intestina superiora sunt gracilia, et sunt tria. Nam huic intestino cæco continuatur intestinum ileõ quod circa ilia locationem habet, et situm, et reuolutionem, et in isto fit iliaca passio, in qua est dolor uehemẽs circa ilia, et sic apparet locus colligãtia et passio, et quia substãtia eius est subtilior, ideo gracile uocatꝛ sicut pro/

propter primam causam uocatur ileon. Eius iuuamentum est, quia factum est, ut contineat succum, et ꝙ utile est possit exsurgari, ideo multum inuolutum est, et ad ipsum perueniunt plures uenæ meseraicæ, q̃ ad aliquod aliud intestinum, et ab eis, et a mesenterio debes ipsum excarnare, et quando ad partem eius superiorem iuxta stomachum peruenisti, tunc inuenies ꝙ circa partem sinistram declinat, et ualde est incarnatum cum mesenterio, et ideo cum cautela incide ne frangas aliquid.

¶ Et post incisionem inuenies ieiunum intestinum ꝙ taliter uocatur, quia ut plurimum iuenitur uacuum in bene dispositis. Et causa sue uacuitatis est duplex scilicet rectitudo eius, nam est rectum sicut intestinum ultimum. Secunda causa est multitudo coleræ pure quæ peruenit ad hoc intestinum a chisti fellis per canalem qui continuatur cum intestino duodeno cum quo istud immediate continuatur.

¶ Et istud intestinum dicitur primum de superioribus, et uocatur duodenum, quia eius longitudo ut in pluribus est duodecim digitorum ad quod intestinum canalis quidam a chisti fellis peruenit, et ideo caue quando excarnas ne istud canale incidas, sed incide intestinum duodenum bene inferius prius ligando intestinum.

¶ Et tunc incipiendo, sicut incipiunt auctores habes sex intestina. Primum est duodenum. Secundum ieiunum. Tertium ileon, et ista sunt gracilia et superiora. Quartum monoculum seu cecum. Quintum colon. Sextum rectum.

COMMENTVM SEPTIMVM CARPI.

IN hac parte auctor loquit de anatomia secundi mẽbri contenti in hoc uentre.s.de anatomia intestinorum.Et diuidit hæc pars in.vii. partes principales. In prima nãq parte dicit positionẽ & numerũ intestinorũ. In secunda parte loquitur de recto intestino: a quo incipit facere anatomiã:quia sic faciẽdo melius possunt distingui intestina ab iuicem/ & excarnari a mesenterio: & ponit diminutam anatomiam huius intestini recti hic loci:quia aliter nõ potest fieri nisi prius fiat anatomia/ & uesicæ/ & uirgæ.Et iõ in fine capituli de anatomia uirgæ ponit residuũ eius:de quo intẽdit loq̃ d̃ hoc recto intestino. In tertia pte loquit satis diffuse de anatomia intestini colon. In quarta parte loquit de anatomia intestini cæci/siue monoculi. In quinta parte loquit de anatomia intestini ilei siue lũgi uel iuoluti.In sexta parte loquit de anatomia intestini ieiuni. In septima parte loquit de anatomia ĩtestini duodeni.Secũda ibi/incipiamus ergo ab ultimo.Tertia ibi/& dr colõ. Quarta ibi/hoc aũt intestinũ. Quinta ibi/intestina uero superiora.Sexta ibi/ & post incisionẽ.Septima ibi/ & istud intestinũ dr primũ.Prima pars/& sic ẽt aliæ partes possẽt diuidi:sed nõ est uis:qa p se lr̃a est satis clara:nec ẽt multa expositione indigẽt uerba Mũdini/nec hic/nec alibi.Sed diligẽtia nr̃a in hoc opere erit tm̃ circa aliq̃ notatu digna anatomiæ spectãtia/pp ꝙ solũ hãc agressus sũ ꝓuintiã. Legat ergo litera Mundini q̃ p se clara ẽ nõ indigẽs expositione.

¶ Igit ad maiorẽ dilucidationẽ anatomiæ ĩtestinorũ ẽ notãdũ/ ꝙ hoc nom̃ ĩtestinũ idicat oẽ ꝙ ẽ ĩtimũ : & dr intestinũ q̃si itus stãs : uñ intestina illa dñr q̃ in ĩteriori corporis pte claudũt: & græce entera dicunt . Inde dicimus exẽterare .i.intestina euellere: & inde dr odiũ ĩtestinũ id ꝙ ĩtrinsecũ: & occultũ est:ac Cor p̃mẽs & aium.Intestina differũt tñ secundũ aliquos a uisceribus:dicit Calepinus ꝙ uiscus uisceris indicat carnẽ/ & carnẽ q̃ est ĩter cutẽ/ & ossa: & hoc dicit teste Virgilio dicente.Tergora diripiũt costis & uiscera nudãt:dicente ẽt Ambrosio/ossa oia tenui opta sunt uiscere. Ari.tñ.iii.d̃ partibus.c.xiii.dicit differũt uiscera a carne nõ modo sua corpulentia:uerũ etiã eo ꝙ caro foris posita est:

Intestinũ q̃d significet & unde.
Exenterare.
Intestinum odium.
Inter intestina & uiscera

& uiscera intra continentur: cuius rei causa q naturam cõ munem cum uenis habeãt/ & partim uenarum gratia sint partim non sine uenis esse possent. Viscerum aliqua pars est supra septum transuersum/ aliqua infra teste Ari. tertio de partibus. c. vii. Celsus etiam libro. iiii. c. i. uidetur uelle q hepar lien: & rhenes tãtum sint uiscera: quæ litera tamẽ est implicita. Tamen qualiscunq; sit litera ponit differentiam inter uiscera & intestina: & inter intestina numerat meri/ & uocat eum stomachum: & numerat etiam stomachũ inter intestina: quem uocat uentriculum: sed hic loci uidetur tamen uelle q intestina tantum sint a uentriculo infra dicens. Inde ima uẽtriculi pars paululum in dexteriorem partem in summum intestinum coarctatur. Hanc iuncturã pyluron græci uocant. Cum autem intestinum sit primũ prope stomachum descendendo a summo ad imum necessario conuenit cum Mundino. s. q sint tãtum sex intestina illa. s. quæ a Mundino sunt numerata. Celsus tamen nihil loquitur de duodeno. Istis habitis uisum est quid a medicis per intestina debemus intelligere: medici nãq; omnes in hoc cõueniunt cum Celso/ & Mundino. s. q sint sex numero inuoluta ac reuoluta in homine: & alia grossa/ quæ carnis naturam sapiunt/ & alia subtilia magis neruea: ut dicit Mundinus: & sunt corpora concaua rotunda in lungũ protensa: q̃uis sint per uentrem reuoluta: & sunt talis figuræ rotundæ/ ut capaciora essent ciborum/ & etiam quia talis forma est magis tuta a nociuis. Inuoluta autẽ sunt propter causam quam dicit Mundinus. Quantitate in homine bene proportionato/ ut dicitur sunt i triplo respectu lõgitudinis totius corporis eius/ cuius sunt intestina. Ego tamen pluries mensuraui/ & inueni ea lõgitudinis tredecim brachiorum Bononiensium: hoc est longitudinis ducentarum sexaginta unciarum cõmunium usq; in octuaginta: q̃ intestina sunt in parte inferiori: lata siue laxa: i superiori uero stricta & arcta: oppositum quorum est in aliquibus animalibus/ & maxime i cane/ qui ob istam causam uehemẽti nixu nec sine cruciatu egerit. Intestinorum complexio est frigida & sicca: & ideo natura circũuoluit eis multa mẽbra digestionem in ipsis adiuuantia. Colligantur intestina fortibus ligamentis dorso ne uagentur hinc inde mediant

Intestina q̃t sint numero

Intestina q̃re sint rotunda.

te mesenterio:colligātiam etiam habet cum uesica/ & matrice/ & maxime intestinum rectum/ & cum hepate/ & cū corda/ & cum cerebro/ mediantibus arteriis/ & neruis/ & uenis ad ea uenientibus. Dicamus etiam intestina alligari labiis secundum Ioanem Arculanum super nono Almāsoris.c.de squinantia:qui dicit ꝙ medicinæ applicitæ sumini/ & ano conferunt fissuris labiorum:ponit tamen hoc ꝓ re mirabili: & ibidem uult ꝙ cōmissura coronalis habeat colligātiam cum gutture:quia Aui.iubet poni accatiam in principio squinantiæ in sincipite: & forte ꝙ Aui. nō ponit tale remedium propter colligantiam sincipitis ad gulam sicut dicit Dinus & Gentilis.viii.tertii.c. đ squinantia: sed hic loci dicit Gentilis literam Aui.esse corruptam/ & prauā Dinus autem dicit ꝙ in principio principiante squinātiæ ꝙ ualet accatia/ quia repellit materiam ab omnibus partibus capitis/ & sic prohibet squinantiam: sed hoc non facit propter colligantiam sincipitis ad gulam/ sicut tenet Arculanus. Quod autem anus sit alligatus/ & etiam sumen labiis oris patet cuicunqꝫ/ quia totum corpus alligatum & cōcathenatum est simul/ sed mediāte stomacho & meri anus notabiliter est alligatus labiis oris. Sed non credo ꝙ sinciput habeat colligantiam cū gula nisi illo modo largo a me antedicto.s.ꝙ totum corpus est simul alligatum: sed forte aliqua causa est occulta propter quam sanantur ulcera labiorum medicinis applicitis ano & sumini/ sicut etiam nos uidemus esse occultum/ & mirabile ꝙ uena saphena phlebotomata confert passionibus matricis/ & uena sciatica cōfert scie:non autem ita bene ecōtra/ sicut dicit Aui.xxii.tertii.c.de præseruatione a doloribus iuncturarum: & tamen ambæ istæ uenæ oriuntur ab eodem trunco.s.a uena quæ est sub poplite/ & ita medicus non semper scit nec potest assignare causas omnium effectuum in natura contingentium & forte ꝙ fissuræ oris sūt sanatæ a fortuna: & a casu: & hoc magis credo/ sicut dicit Celsus lib.viii.c.i.ꝙ in sanādis morbis multum fortuna confert/ & sic multociens contingit in quacunqꝫ ægritudine ꝙ existente remedio etiam contrario ægritudini/ illa tamen sanatur:non est ergo mirū si applicito remedio ano/ & sumini ulcera oris sanata sunt. Et ego pluries uidi tales fissuras ex se sanari adiuuāte ae re

& aliis in quibus non ponitur cura / nec a medico / nec ab ægro / nec ab astantibus. Ad id autem quod dicit Auicē. ꝙ accatia cōfert squinantiæ capiti applicata / iudicio meo est dicendum accatiam non conferre propter colligantiā. sed ingrossando materiam in principio principiante applicata: & maxime si squinantia fiat a materia subtili descendente ad gulam: & est presupponendum. Aui. ordinare accatiam facta phlebotomia: & aliis uniuersalibus: & tunc modo prædicto ego teneo accatiam conferre squinantiæ: dicat modo: & Arculanus / & Gentilis quid uelint super hoc: & Dinus fuit huius meæ opi. quando dixit in principio principiante accatiam conferre in squinantia repercutiēdo ab omnibus partibus capitis. i. prohibendo ab omnibus partibus capitis ne materia descendat ad gulam eam ingrossando. Situata sunt intestina sub zirbo.

¶ Substantia intestinorum omnium humani corporis est pellicularis / mollis / nō multum subtilis respectu substātiæ intestinorum cerui / quæ teste Ari. vi. de hist. si leuiter percutiantur rumpi possunt cute remanente integra. Ad interiorem partem intestinorum hominis: & forte aliquorū aliorum animalium natura locauit quandam mucilaginē ne intestina excorientur a cholera / quorum substantia est ex duplici tunica: teste Rabi / quæ ambæ duæ tūicæ iuuāt expulsionē. De quibus tunicis interdum / ut ipse ibidē inquit una: & forte pars alterius influxibus corroditur / & putrescit: & idem testat̃. G. quinto de utili. Et istæ duæ tunicæ sunt molles debiles / non duræ: quia nō possunt pati in disenteriis cholerā ipsam sicut facit kystis fellis que est dura: est etiam uesica potens pati urinam mordacē. Dicit etiam Aui. ꝙ intestina sunt duarum tunicarum ne imbibatur in eis exterius simul / & interius corrosio / & putrefactio ad quam parata sunt intestina propter duas choleras / & corruptos humores: & idem dicitur quarto de uti. sunt etiam intestina duarum tunicarū: teste Aui. quia in eis sunt actus duarum uirtutum: uidelicet attractionis & digestionis in intrinseca / expulsiōis uero in extrinseca. Sed. G. discordat ab Aui. in hoc: quia uult ꝙ duæ tunicæ sint factæ solum ꝑ expulsionem: non autem intrinseca ad attrahendū: sed dicit uillos lōgitudinales corroborare latitudinales. Dicit. n.

G.ubi supra: cur igitur tunicæ eorum duæ factæ sũt: si qui dem similiter se habet utraq;:superflua n.uidetur esse altera/sed non se habet sic:gratia.n.fortitudinis excretiuæ uirtutis:& uix passibilitatis ipsorum organorum intestinorũ tunica duplex facta est. Inquit etiam quibusdam autem intestinorum super innascuntur uilli recti secundum longitudinem gratia uix passibilitatis obliquorum. Sunt aliqui tamen qui dicũt per utranq; tunicam perfici operationes prædictas:& attractio magis per intrinsecam:& expulsio p extrinsecam in qua sunt plures uilli lati:in intrinseca autẽ plures lungi siue recti/nec in omnibus intestinis isti uilli sunt confusi simul quia in recto intestino in tunica extrinseca sunt uilli notabiles recti ad adiuuandum latitudinales teste.G.& ideo Aui.dicit in isto intestino esse uirtutem attractiuam fortem:quæ simul cum expulsiua attrahit & expellit feces:quia si fuisset hoc itestinum debile in attraẽdo sicut sunt alia intestina nõ habuisset bonam expulsionem. Tunica interior intestinorum est grossior exteriori:præsertim in intestinis grossis/& quælibet harum tunicarum est magis carnosa quam tunicæ stomachi:teste.G.iiii.de util. & ambæ tunicæ intestinorum sũt propinquæ naturæ carnis.ut.vi.de iuua.apparet per.G.nota tamen lector q; sunt aliqui qui dicũt illam mucositatem de qua supra diximus non adhærere superficiei intrinsecæ/quia ad sensum intestina ad intra apparent tersa & polita:sed dicunt talem mucositatem siue pinguedinem esse iter uillos primæ tunicæ intestinorum:quicquid tamen dicat ab istis:Aui. & Auer. admittunt pinguedinem maxime ad intra intestina grossa ultra mucositatem/si qua sit ut resistat fecibus/& humoribus corruptis:quæ feces sunt magis horribiles in inferiori parte/quia iam facta est suctio boni nutrimenti in gracilibus:& in grossis feces magis sunt derelictæ a natura/& ideo magis corrupte/inter Auicen. & Galen.est discordia de situ uillorum in intestinis: & etiam de esse eorum. Nam Aucenna prima primi. Inquit melius est q; uilli attrahendi sint simul nisi in intestinis: & subdit: non enim multa indigent retentione:sed attractione & expulsione: Ecce q; ibi ponit uillos rectos esse in intestinis: sed.G.q̃uis supra concesserit aliquos uillos lungos esse in

inteſtinis eos negat alibi/& maxime.v.de iuua. dicit quia inteſtina non indigent uirtute attractiua habuerunt fila p quæ poſſent expellere tantum:& tertio uirtutum naturali um inquit unicuiq; quidem inteſtinorum rotundi ſecun/ dum alterutram tunicarum uilli ſunt/circumtrahuntur.n. ſolum/attrahunt autem nihil.Idem dicit.iiii.&.v.de utili. Idem dicit Auer.primo colliget.Aui.autem uidetur cõtra rius eis ubi ſupra:&.xvi.tertii:dicit uincens ſuper duas tu/ nicas inteſtini eſt uillus uadens in latitudinem : non tamẽ ſunt uilli ita ſeiuncti/ſicut in matrice:ſed in una quaq; mi/ ſti tunica:non tamen propter hoc ſuperfluit altera tunica/ rum/quoniã gratia fortitudinis expulſiuæ uirtutis / & uix paſſibilitatis ipſorum organorum inteſtinorum tunica du plex facit eſt.Dicit etiam.xiii.de animalibus: ſicut iſopha/ gus eſt ad attrahẽdum aliquid ad ſtomachum:ita iſtud in/ teſtinum eſt ad attrahendum aliquid a ſtomacho.Cui au/ tem opi.rationabilius credatur eſt uidendum:& eſt cogitã dum uirtutem retentiuam in inteſtinis per uillos tranſuer ſales nõ eſſe multum neceſſariam:quia retentio ſit per re/ uolutiones inteſtinorum:teſte.G.iiii.de util.excepto inte/ ſtino recto in quo eſt neceſſaria uirtus retẽtiua fortis: quæ fit non ſolum per uillos tranſuerſales/ſed etiam per muſcu los ani.Et per retentiuan uirtutem/hic ego intelligo uirtu tem retentiuam ciborum:non uirtutem retentiuam nutri menti inteſtinorum.Cogitandum eſt etiam uirtutem at/ tractiuam in inteſtinis nõ eſſe multum neceſſariam ut fiat attractio ad quam immediate ſequatur retentio/quia ciba ria ex ſui corpulentia tanq̃ grauia deſcendunt adiuuante ad hoc acuitate coleræ ad inteſtina tendente & ſtimulãte expulſionem/ex quo apparet ꝙ ſi in inteſtinis ſit uirtus at tractiua ꝙ illa ſit ſolum/ut atttrahat pro expulſione / & uir/ tuti expulſiuæ deſeruiat attrahendo:& iſta eſt mẽs Auicẽ. quæ opi.non cõtradicit.G.nec Auer.& ita etiam dicemus ꝙ quando.G.dixit non eſſe uillos alios in inteſtinis niſi la/ tos ſiue rotundos/ꝙ intellexit alios eſſe paucos reſpectu latitudinalium:& intellexit eos rectos non eſſe ibidem :ut attraherent niſi in ſeruitium etiam latitudinalium/ ſicut fa ciunt uilli longi/qui ſunt in parte extrinſeca recti inteſtini qui trahunt ut iuuent expulſionem:& ſic.G.Auer. & Aui.

ſunt

ſunt concordes. Sunt aliqui qui uolunt ꝙ ab hepate ueni/at ſanguis nutriens inteſtina per uenam portæ medianti/bus meſeraicis: & ita etiam ueniunt arteriæ ab arteria orti & nerui/a quarto/uel a tertio pari neruorum. Ad quæ ite/ſtina multæ ſunt alligatæ uenæ meſeraicæ ſugentes chilũ: licet plures uadant ad unum quam ad aliud/quæ alligan/tur & ſubſtentantur a meſenterio.

¶Numerum & nomina inteſtinorum/dicit Mundinus in litera: hæc membra poſſunt pati omne genus ægritudinũ & in eis poſſunt generari non ſolum uermes/ſed etiam la/pides/teſte Rabi. Et ego uidi ĩ inteſtinis meis generari co ria ex flegmate indurato: & carnem flegmaticam aliquali ter rubeam ad quãtitatem notabilis nucis. Quæ caro for/te ſi ibidem permanſiſſet fuiſſet indurata in lapidis natu/ram a calore exſiccante.

¶Iuuamẽta inteſtinorum ſunt quattuor principaliter/at/trahere/retinere/digerere/& expellere. Adiuuant.n.inte/ſtina ad complendam digeſtionem primam/ & retinẽt qđ digeſtum eſt in ſtomacho ut fiat ſuctio ab hepate: & ꝙ eſt ſuperfluum eiiciũt. Sic ergo ſunt receptiua iuuatiui & no/citiui: & digeſtio in inteſtinis eſt ſicut digeſtio ſanguinis in uenis extra hepar: ut patet quarto de util. Et quinto de iu/uamen. capi.v. dicitur ꝙ nullum inteſtinum eſt poſitum ad digerendum cibum principaliter/nec etiam aliqua ue/na ad digerendum ſanguinem: quia uenarum & inteſtino rum principale iuuamentum eſt/ut uenæ reddant cibum membris/ & ita inteſtina reddunt cibum uenis: tamen in uenis & inteſtinis eſt poſita uirtus alteratiua cum ſubſtan/tia uenarum nõ ſit multum remota a ſubſtantia hepatis & cum ſubſtantia inteſtinorum non ſit remota a ſubſtantia ſtomachi: & ideo neceſſario in inteſtinis eſt uirtus alterati ua cibi: & dicit ꝙ ſi inſtrumentum cibi eſſet unum non eſ/ſet tutum quin cibus in quibuſdam horis perueniret crũ/dus ad membra: & dicit ꝙ ꝰmulta inuolutio inteſtinorum a ſtomacho ad anum eſt/ut fiat longior mora cibi in eis ꝓ ꝑter commoditatem humanam: per quam morã q̃uis di/geſtio cibi prius fiat in ſtomacho/inteſtina tamẽ poſt hæc digerunt & alterant ipſum anteq̃ uenæ recipiant ipſum: tamen maior ſit digeſtio in gracilibus quã in groſſis: teſte

Inteſtinorũ iuuamenta.

Aui. Præterea intestina uoluptuantur fecibus secundũ ali/quos cuius signum etiam dicunt aliquid de fecibus in eis contineri: & dicunt ꝙ inter membra superfluitatum/ & ipsas superfluitates est quædam uoluptuatio propter quam illas membra attrahunt quoddam instinctu naturali ad cõmune bonum totius: & ita sicut delectatur uesica urnia: kystis fellis cholera/ & splen melácholia: ita sunt delectabiles feces/ & chilus intestinis: & non solum est uoluptuatio in retentione/ & attractione: sed & in expulsione/ sicut patet experientia in aliquibus in quibus est talis uoluptuositas ꝙ stát per magnum tempus ad hoc negotium: & ideo. G. dicebat super hac uoluptuatione tertio uirtutum naturalium ꝙ feces sunt obiectum proportionatum intestinis: ali/qua alia iuuamenta tangit Mũdinus. s. ꝙ propter suam re/uolutionem hõ non cogitur ad continuam ascellationem & ad continuum cibum capiendum: quia animalia habentia intestina recta sunt in continua comestione & ascella/tione: sicut est lupus: & aliqui pisces: teste Ari. iii. de ptibus c. xiiii. quæ animalia sunt uoracissima: & in cõtinua comestione & ascellatione propter habere intestina recta.

¶Postq̃ uidimus aliqua de anatomia intestinorum in uniuersali/ ad particularem eorum anatomiam est ueniendũ: & sequendo ordinem Mũdini/ primo deberet fieri sermo de longaone seu de astali/ uel de recto ĩtestino: quia est primum de grossis: sed quia seruando istum ordinem non potest fieri ostẽsio de isto intestino nisi prius alia intestina/ & etiam multa alia membra huius uentris abiiciátur/ & ana/tomizentur: ideo reseruabimus de eo loqui ad alium locũ: in quo de eo loquitur Mundinus: & tunc dicemus de eo aliqua notatu digna: & quia hic loci post rectum primo occurrit secundum intestinum colon dictum: de eo aliquid ultra ea: quæ dicit Mundinus: est dicendum: hoc intestinũ colon etiam dicitur laxum ab Ari. tertio de hist. & dicitur cauernosum sinuatum camerosum/ & cellulatum: & dicitᷣ etiã schibalosum: quia schibale. i. feces rotũdæ/ & duræ in eo talem qualem habent formam/ recipiunt. Quátitas huius ĩtestini est per duas brachiatas/ dicit Guido Cauliacus. Figura eius est rotunda inæqualis quia cellulata: substátia eius est carnea/ nerуea/ pinguis: teste Auic. in canonibus:

Colõ & eius uaria appel/latio.

Coli q̃titas.

Coli figura.

& in lib. de animalibus: & grossa & solida est, ut resistat fe, cibus duris, & acutis. Situm eius per optime dicit Mundinus: sed circa splenē: hoc intestinum est etiam magis strictum: ut dicunt aliqui: ne occupet locum splenis: & impediat operationes eius. Iuuamentum huius intestini est digerere id quod nō est digestum in superioribus intestinis & ad hoc iuuant cellulæ retinendo cibaria: ne descendāt: & hic loci propter moram, & propter suctionem factam a meseraicis stercus acquiritur formam suam solidam: dicit tamen Gentilis, & Iacobus Forliuiensis ꝙ stercus acquirit formam suam substantialem in stomacho, & illos increpat Leonicenus, & contra eos adducit. G. & aliquas rationes quas potes uidere in libro intitulato de erroribus Plinii: & plurium medicorum. Passiones omnium modorum potest pati hoc intestinum: sed passio ipsi propria est colica, đ qua ad auctores est recurrendum. Nota tamen ꝙ Mundinus dicit modum quem debemus obseruare quando ponitur clyster, tam in suscipiendo clysterem, q̄ in retinendo & restituēdo eum: & dicit etiam modum quem debemus tenere quando sumitur pharmacum per os: sed litera Mūdini non est bene clara in hoc nisi exponatur. Vnde dicit Mundinus ꝙ quando homo est in actu clysterizandi ꝙ debet iacere super latus dextrum, & hoc rationabiliter: quia tunc in tali situ colon non comprimitur ab aliis intestinis & sic altius ascendit clyster: iniecto uero clystere uertat homo se super latus sinistrum, & ibi aliquādiu moretur: quia feces quas intendit medicus extrahere melius mollificantur isto modo, & præparantur ad exitum, quæ feces sunt magis in parte sinistra nō multum in alto q̄ alibi. ¶Cum autem per tēpus aliquod steterit super latus tale debet iterū uertere se super latus dextrum, ut clyster retētus acquirat motum, & ut inde natura moueatur ad expulsionem, quā expulsionem sentit homo: & tūc debet uertere se super latus sinistrum cum icipit natura uelle operari per clysterē. Et si natura non tentaret expulsionem per motū a sinistro ad dextrū, ut dictū est supius non pp hoc semp debet stare hō sup dextro: sed debet mouere iteꝝ a dextro ad sinistrū: & deinde iterū ad đxtrū usq; quo pcipiat aliqs motus fieri a clystere: & si clyster nō operaret p talem motū tunc fiat

De clystere faciendo notatu dignissima.

motus deambulationis:& si propter hoc etiam clyster nõ moueat sicut contingens est/tunc fiat suppositorium ut stimulet uirtutem expulsiuã:uel fiat alius clyster acutior : & hic modus requiritur in clysteribus lenitiuis: sed in clystere carminatiuo si uentositas est alta & ad latus dextrũ:tunc iniecto clystere homo stet super latus dextrum ut plurimũ usq; quo clyster incipiat operari : & ita etiam fiat quando clyster ẽ attractiuus a superioribus sicut a capite factus cũ hyeris & similibus/quia tunc melius est diu morari super đxtro latere q̃ super sinistro ut ab alto melior fiat attractio.

Modus iacẽdi post pharmaciam.

Quãdo autem sumitur pharmacia per os homo debet stare super latus dextrũ: teste Conciliatore differentia.cxxiii. ut fumi a pharmaciis resoluti melius possint per partes trãsire:postea uero cum incipiunt notabliter soluere morandum est super latere sinistro.Et ideo dicebat recte Mundinus/quando fit clyster.s.lenitiuus melius est/ut corpus declinet uersus dextrum/ut intestinum colon nõ comprimatur ab aliis:postea iniecto clystere uertat se super latus sinistrum/ & ibi per aliquod tempus moretur:postea paulatine uertat se super latus dextrum/sicut fit quãdo quæritur expulsio per potionem administratam per superiorẽ partem/& econtra quando incipit mouere : & hæc sufficiant de intestino colo.

Cæcum intestinum. Typhlonenteron:& quibus aliis appelletur nominibus.

¶Post secũdum intestinũ sequitur sermo de tertio qđ est ultimum de grossis ab inferiori ad superius ascendẽdo: qđ intestinum/teste Poluce/ grecæ dicitur typhlonenteron. Cornelius Celsus uocat illud cæcum & alii multi.Alii orbum ab orbibus sic dictum:teste Zerbo:alii monoculum: alii saccum/& dicitur monoculus quia unum tantum habet oculum.i.orificium per quod egreditur id quod in ipso ingressum est/ & non habet duo orificia sicut imaginatus est Mundinus:& ideo.xvi.tertii dicit Aui.ꝙ hoc intestinum est sicut chistis/i qua cum quis uoluerit accipit ꝙ reposuit / ita ꝙ per id foramen intrat cibus una hora & exit alia.In isto.n.intestino intrat nutrimentum iam feculentũ postea facta propter moram maiori exiccatione egreditur inde per eãdem uiam:sicut facit sanguis ab hepate per uenam chilim ascendendo ad cor:& per eandem uiam lateraliter descendẽdo uersus inferius ad membra inferiora trãs

mittitur. Et causa secundum Aui. xvi. tertii: propter quid hoc intestinum unicum tãtum habet orificium: prima est eius situs per latum/ & non per lũgum corporis in dextro existens ad posteriora declinans: secunda causa est quia habet in se aggregare paulatine/ & retinere supfluitates grossas ad ipsum descendentes partem post partem suscipiens eas/ & eiciies ne præcipitose descenderent ad intestinum colon/ quæ si sic uenirent timeretur aduentus colicæ. Substantia huius intestini est similis substantiæ coli uel colon. Quantitas eius est ampla/ & ideo saccus dicitur/ & est longitudinis unius palmi satis latum/ teste Cauliaco: & pendet sicut saccus. Notent tamen legentes ꝙ multotiens natura non utitur isto intestino: & hoc sæpissime ego uidi in anatomizatis: & causam puto ꝙ a pueritia propter ingluuiem aliqui multum capiũt de cibo/ qui sua grauitate propter suam multitudinem pars superior cibi digesta/ & indigesta impellit partem inferiorem: & sic necessario ab intestino Illeo/ transit cibus ad colon sine medio/ quia uia cibi ab istis intestinis inuicem est directa. Intestinum autem cæcum habet orificium suum laterale/ & sic reperitur hoc intestinum cæcum in pluribus frustratum ab operatione: quod est tunc simul compactum/ taliter ꝙ apparet quoddam additamentum quasi grossitudinis unius digiti. Cuius substantia est similis substantiæ intestinorum grossorũ: & ad hoc bene aduertant Anatomistæ: quia sæpissime sic inueniret/ immo ut in pluribus nunc temporis propter ingluuiem sic reperitur: & forte causa huius uera/ est supra a me assignata. In corporibus uero quæ moderate accipiũt cibum quæ rara sunt forte apparet hoc intestinũ/ sicut est dictum ab Aui. & hæc est summa ueritas. Complexio huius intestini est sicut aliorum intestinorum: debilem tamẽ habet calorem respectu cibi digerẽdi in eo qui est multus & maior quãtitas cibi est in isto intestino: quando natura eo utitur: q̃ in alio tantæ longitudinis: propter amplitudinem eius: & ideo natura locauit id prope hepar: ut illi influat calorem iuuantem digestionem eius: & ita est situm in latere dextro/ hoc intestinum colligatur superius cum intestino longo ileon dicto: inferius cum colõ: in aliis partibus est dissolutum: & ideo secundum aliquos/ quia est prope

Typhlõ enteron cuius quantitas & formæ sit.

Complexio huius intestini.

inguina sæpissime descendit in crepaturis : aut in osseum: aut inter mirach & siphac. Ego non credo ꝙ possit ire in osseum: quia multum distat ab eo: sed credo in osseum ire intestinum illeon uel colon: sed ut plurimum illeon.

¶ Iuuamenta huius intestini: teste Aui. ubi supra: sunt primo: ut sit locus in quo comprehendatur stercus: ne homo cogatur surgere omni hora: quia omnia hora peruenit ad intestina parum stercoris: & ideo natura fecit hanc concauitatem/ ut in ea aggregaretur ꝙ descendit cum sua totalitate/ deinde expelleretur cum facilitate cum cōpletur fex: hoc iuuamentum iudicio meo est magis per reuolutionē intestinorum q̄ per saccum etiam ꝙ saccus perficeret suū opus. Iuuat etiam hoc intestinum digestionem in cibo assumpto/ & est secundus stomachus: ideo dicit Aui. ꝙ proportio eius ad ītestina grossa est sicut proportio stomachi ad ītestina gracilia: & propter hoc est necessarium / ut hoc intestinum sit propinquum hepati: ut fiat complemētum digestionis in eo: & ibidem Aui. dicit ꝙ in isto intestino fit præparatio suctionis futuræ accidentis ei ex meseraica : licet non sit in illo illa suctio. i. in isto intestino fit etiam digestio chilosa/ quæ sugitur a meseraicis: licet in illo intestino non sit illa suctio: quia in isto intestino sunt paucæ meseraicæ. Sed intēdit hic loci Aui. ꝙ postq̄ est facta digestio ī isto intestino id quod digestum est descendit ab eo infra/ & ita in colon: & forte in recto fit suctio de eo quod in ipso cæco fuit digestū: quia in eis intestinis maxime in colo sunt multæ meseraicæ. G. tamen. iiii. de uti. c. xviii. secundū aliquos uidetur uelle ꝙ hoc intestinum sit factum / ut tātū retineat cibum ei transmissum ab intestinis gracilibus: ut in eo fiat cibi exiccatio siue sucſtio istis uerbis : & plurimis quidem auium alias animantium propter uehementiam actus cæcum intestinū est duplex: etenim si quid latuit anadosim intra sitū qui secundum subtile intestinum hoc in ea quæ secundum cæcum amplius permanentia totum diligēter exsucatur : sed iudicio meo. G. hic loci ponit digestionem in isto intestino: cum inferius ibidem dicat/ actus & depones superfluitatū sactæ sūt duplices: ut neq; subito subeūte cibo in exsucatū aliquid relinquatur: & ut egestio repente simul/ & semel/ & non continue/ & paulatim fiat. Hic loci.

G.ponit digeſtionem fieri in cæco/quando dicit actus/ & depoſitiones ſuperfluitatum factæ ſunt duplices/ quia per actum intelligit digeſtionem/ & per depoſitionẽ intelligit euacuationem digeſti: & ſic in duobus locis fit digeſtio/ & in duobus locis fit euacuatio.ſ.prima in ſtomacho: ſecũda in inteſtino cæco: & ſic intellexit Aui.ſupra quando dixit: ꝙ proportio cæci ad inteſtina groſſa eſt ſicut proportio ſtomachi ad inteſtina gracilia.ſ.in digerendo & in euacuãdo ea cibaria quæ in eis ſunt/ & ſi bene fit digeſtio aliqua in inteſtinis aliis in ſtomacho eſt digeſtio longe maior quam in inteſtinis gracilibus: & ita in cæco eſt digeſtio maior q̃ in colo & recto. Maior tamen eſt digeſtio in inteſtinis gracilibus quam i groſſis: teſte. Aui.ubi ſupra: iſtis uerbis: hoc inteſtinum eſt poſtremum inteſtinorum ſuperiorum quæ nominantur gracilia/ & digeſtio in eis eſt pluſq̃ in inteſtinis inferioribus quæ nominantur groſſa: & eſt notandum ꝙ deſcendunt cibaria a ſtomacho aliqualiter indigeſta ꝓpter multitudinem aſſumptorum quæ ſtomachus digerere non potuit: & etiam quia ſtomachus prius ꝑparat unã partem q̃ aliam: & illam ad ſe trahit/ & hepati ſatiſfacit de ea/maxime de parte ſibi magis contigua & obediente/ & ẽt quia partes chili in ſtomacho illi actui cõiunctæ ſubmergunt partes alterius cibi/ & ꝓhibẽt calorẽ naturalẽ ſtomachi ad eas ꝑuenire & totaliter digerere: & iſtæ partes ſic diminutæ digeſtæ ſunt illæ q̃ digerunť in inteſtinis: & pars illa ciborũ minus obediẽs digeſtioni eſt illa q̃ digeritur in ultimis inteſtinis. Et propter hoc dixit Auic. & inteſtinum quidem monoculũ eſt iteſtinũ in quo completur digeſtio eius ꝙ fuit inobediens in ſtomacho. Inquit ẽt Aui. & iuuamentum eius eſt ꝙ ipſe eſt locus eius ꝙ generatur in inteſtinis.ſ.uermiũ/ & ſerpentum/ nam raro euacuatur ex eis corpus/ & in generatione ipſornm eſt iuuamentum etiam cum ſint pauci numero/ & paucæ q̃titatis/quia ſecundum medicos iſti uermes ſi ſint pauci/ut dicit Aui. rectificantur materiæ putridæ inteſtinorum: & conſumuntur in alimẽtum eoꝶ: & ſic inteſtina mundanť a putredine: ſi uero ſint multi & magni faciunt punctiones: & dolores fortes/a uaporibus quorum leditur etiam cerebrum/ & fit epilepſia/ & interdum aſcendunt ad ſtomachũ & cauſant ſincopim:

Vermes in iteſtinis ubi generenť & qũo proſint aut noceant

& alia seua accidentia. Isti uermes tamē reperiuntur in colon/ & in aliis intestinis: ut ego presentialiter uidi: & ita interdum etiam ascendunt ad os: & eiciiuntur multi numero per os/ & diuersorum colorum / & diuersarum q̄titatū. Hoc intestinum passiones omnium modorum potest pati & inter alia intestina/ ut supra dixi: de facili descēdit in crepaturis ossei & inguinum secundum opinionem aliquorum: ꝙ ego non credo.

Intestina gracilia q̄t sūt.
Ileon.
Ieiunum.
Duodenum

¶ Visa anatomia pro parte intestinorū grossorum ad gracilia siue subtilia est deueniendum/ quæ sunt tria/ primum quorum a grossis ascendendo ad stomachum est intestinū Ileon dictum/ secūdum est ieiunum/ tertium est duodenū: quem. G. uocat exortum/ & dodecatilon: & aliqui uocant hoc solum intestinum lactes/ cuius extremitas uersus stomachum dicitur portanariū/ & pyluron/ siue pyleron / uel pyloron/ & ianitor stomachi. Nicolaus tamē Leonicenus in notationibus supra Plinium auctoritate. G. dicit Pylorō esse magis partem fundi stomachi q̄ duodeni/ & in hoc redarguit Aui. qui tamē Aui. non est in magno errore in hoc loco/ & ista omnia ītestina gracilia a poluce dicunt̄ lepton enteron græce ꝙ latine intestinum gracile significat: & iō substantia horum intestinorum non est seposa/ sed subtilis & tenuis/ quæ sic creata fuit: quia melius obediūt digestioni q̄ grossa: quia sua subtilitate melius patiuntur calorem ab hepate: & ab aliis circūuicinis membris/ & ideo melius digerunt q̄ grossa: quia omnino omnia intestina ex se sunt frigida: & ista gracilia ex se sunt frigidiora grossis: quia minus habent de carne: teste. G. vi. ingenii: & teste Aui. quarta quarti: & ideo quia in istis est plus iuuatiui q̄ ī intestinis grossis: natura fecit ea subtilia/ ut melius susciperēt calorē a sibi uicinis membris: ut plus digererēt/ & melius q̄ grossa: & iō sūt uiciniora fōti caloris. s. cordi & hepati. Alia autem intestina. s. grossa: quia habēt etiam aliquid digerere: sed nō tantum: sicut subtilia: fuere a natura magis carnosa ut magis suo calore digererent id paucū: ꝙ superest in eis digerendum: quia non potuere esse prope hepar & cor: sicut superiora. Quorum etiam inferiorum natura adiuuat digestionem: si non per colligantiam superiorem: saltē per situm: & per aliqua extrinsecus calorem suū corroborātia

Pyluron/ alias pyloron.

Lepton enteron.

& reuerberantia

& reuerberantia sicut per zirbum & per mirach/ & per si/
phac:fuere etiam talia intestina subtilia:quia cōtinent res
nondum duras & asperas ipsa intestina lædere aptas:& ita
etiam propter cōtenta intestina ista inferiora fuere grossa.
Ista tamen etiam intestina gracilia habēt mucositatē adhæ
rentem eis ad intra:ne cholera ea excoriet / & habent plu/
res uenas/q̄ intestina grossa:quia in eis est plus de iuuati/
uo/q̄ in grossis:mediantibus quibus uenis fit attractio chi
li ad hepar:ut infra dicetur. Intestinum igitur illeon in or/ Ileon.
dine Mundini est primum de gracilibus ostendēdum : qđ
intestinum ab Ari. & a.G. uocať tenue & gracile/ & a mul/
tis dicitur inuolutū:& scribitur illeō per.n.teste Matthæo Intet Ileon
de Gradi super.xxii.tertii:ad differentiam certorū muscu/ & Ileom dif
lorum:qui sunt in dorso: qui dicūtur illeom per literā.m. ferentia.
scriptum:sed secūdum aliquos dicitur illeon ab hila: & hi/
la sit ab ina nomine quod significat tenuissimam partē rei: Hila.
siue pelliculas:& carthas:& secundum Varronem hila est
genus pharciminis ab hilo dicta quod significat minimū. Hilum.
Vel dicitur secundum Zerbum illeon ab inuoluendo / eo
quia hoc intestinum est inuolutum & reuolutum per uen/
trem propter eius longitudinem quæ est quantitatis octo
brachiorum:teste Cauliaco. Situs est circa ilia a quibus for
te assumpsit nomen. Aliqui dicunt hoc intestinum dici la/ Lactes.
ctes in homine/ & oue tantū. Sed Zerbus auctoritate Plau
ti dicit q͏ etiam in aliis animalibus intestina gracilia dicun
tur lactes. Quid autē sint uere lactes a nobis infra dicenť.
Colligatur hoc intestinum cum cæco & cum ieiuno. Eius
substantia est tenuis/ & ad istum intestinum ueniūt plures
meseraicæ/q̄ ad aliud propter longitudinem/ & magnitu/
dinem sui corporis. Iuuamenta ipsius sunt retinere quod
fluit a stomacho propter suas reuolutiones: & etiam iuuat
in digerēdo qđ diminute digestum est. & sic propter mo
ram cibi in eo uenæ sugunt quod in ipso digestum est : &
mittunt ad hepar. Passiones omnium modorum potest pa
ti: & ego uidi in isto intestino uulnera sanari est tamen ei
una propria passio / quam Rasis in diuisiōibus uocat mise Miserere
rere mei/ in qua stercora eiiciuntur per os. mei.
¶Post intestinum illeon sequitur sermo de intestino ie/ Ieiunum in
iuno:quod est secundum de gracilibus:hoc intestinum ap testinum.

pellatur ab Alberto sterile/ & ieiunum / & uacuum a.G. & ab Aui.& ab aliis multis.Et sic dicitur quia reperitur uacuum pro maiori parte/non.n.est uacuum semper/quia omnino id quod descendit ad intestina infra ipsum trāsit per ipsum:sed cibus in eo facit paruam moram propter choleram eum.s.cibum expellentem per accidens mordicando intestina/ & omnino in mortuis:ut in pluribus reperiť uacuum.Tamen ego interdum anatomizando corpora inueni in eo feces similes fecibus intestini illei:& omnino ī maiori q̃titate reperiunť meseraicæ in isto intestino:data paritate q̃titatis intestini q̃ in alio intestino:quia hoc est primū intestinnum a quo notabiliter uadit nutrimentum ad hepar.Et hæc est una ex causis propter quid hoc intestinum est ieiunum & uacuum:quia cum hepar famescit trahit immediate a sibi ꝓpinquo: & trahit id qđ est melius digestū & quia primo digestum in stomacho obuiat duodeno & ieiuno:& in ieiuno sunt multæ uenæ meseraicæ : ideo hoc intestinum cito euacuatur:est etiam ieiunum propter choleram stimulantem uirtutem expulsiuam eius: ut supra dixi:hoc tamen intestinum est magis ieiunum & uacuum in loco ubi alligatur duodeno:q̃ i loco inferiori eius : tū quia est propinquius hepati:tum quia habet situm suum hic loci aliqualiter rectum maxime i parte superiori postea hoc intestinum & alia etiam intestina incipiunt reuolui ad circularem formam:& sic hoc intestinum q̃tum ad partē superiorem est rectum:& isto modo dicendo saluabitur Mūdinus:& Rasis:& alii:qui dicunt id esse rectum:quia in inferiori parte eius est iuolutum & obliquum teste sensu : & teste Haly.istis auctoribus tamen Leonicenus est contrarius & dicit ꝙ non est rectum in aliqua parte:sed dicit duodenum solum esse rectum & implicitum:colligať cū duodeno & cū ileo.Color eius est citrinus:quia hepati est uicinū/& ab hepate siue a kysti fellis sic colorať p resudationē alicuius p̃tis coleræ ad ipsū: & hæc ēt est una ex causis pp qđ hoc itestinū est uacuū:qa nō solū stimulať uirtus expulsiua p cholerā uenientē p duodenū ad ipsū:sed etiam stimulať p cholerā resudātē ab hepate.s.a kysti fellis p poros intestini:ab extra ad intra ipsum/hoc intestinū in sua substātia est ualde subtile.Iuuamēta istius intestini sunt ista.s.

Ieiuni intestini color.

Ieiuni itestini iuuamēta

ꝙ est uacuum ut iuuet hepar dando ei cibũ/ teste.G.viii. de iuua.iuuat etiam hoc intestinum alia intestina transmittẽdo eis choleram a superioribus: ut mundentur a fecibus. Passiones omnium modorum potest pati tamẽ inter alias dispositiones in ægritudinibus consumptiuis hepatis corpus eius minoratur & exiccatur: quia cum hepar multum trahat necessario ipsum exiccat: teste Auic. si autem patiaꝛ solutionẽ cõtinui difficilius illud sanatur in isto intestino q̃ in alio/ teste.G.vi.ingenii: & teste Aui.quarta quarti propter suam propinquitatẽ cum hepate/ & propter transmissionem choleræ ad ipsum/ & propter multitudinẽ meseraicarum ad ipsum uehementium: quæ dum trahunt: mouẽt hoc intestinũ: & motus est causa impediendi consolidationem: & propter subtilitatẽ suæ substãtiæ. Ideo dicunt præfati auctores inferiora uero uentris quia sunt de natura carnis sis de curatione eorum confidens: & si uulnera de difficili in isto intestino sanantur tãto difficilius ulcera: & ideo dysinteria hic loci est pessima.

¶Post ieiunũ sequiꝛ loq de duodeno sic dicto/ qa est lõgitudinis.xii.digitorũ p trãsuersum: uocaꝛ hoc itestinũ a .G. iiii.de uti.epiphisis: appellaꝛ & rectũ. Et hoc itestinũ ẽ latũ q̃tum est portanarium siue pyluron/ siue ianitor. Quæ oia indicant foramen: per quod descẽdit cibus a stomacho ad intestina: quod foramẽ ẽt diciꝛ pyleros secũdo tegni: & dr̃ ẽt polux. Hoc orificiũ est strictius q̃ orificiũ meri propter rationẽ dictã a Mũdino: ut ẽt a nobis diceꝛ inferius: figura eius recta est: ut cibus cito descẽdat. Sitũ est sub stomacho imediate in fũdo uel parũ supra fundũ: & ibidẽ alligatũ cũ stomacho: inferius colligaꝛ cũ ieiuno. In fine uero eius ubi alligaꝛ cũ ieiuno/ alligaꝛ kysti fellis: ad quẽ uenit quidã porus portãs cholerã: ut stimulet uirtutẽ expulsiuã: mediante qua daꝛ locus nouo cibo assumpto. Iuuamenta huius intestini sunt ꝙ p ipsum euacuaꝛ stomachus a cibo: postq̃ digestus est: iuuaꝛ etiam stomachus ab eo: quia stomachus retinet ea/ q̃ in se hẽt/ & digerit/ & sic claudiꝛ portanarius assũpto cibo per contractionem uillorũ suoꝵ/ & stomachi sup cibo: & aperiꝛ quãdo digestũ est: & tũc descẽdit ad duodenum primo/ deinde ad alia intestina. Est tamen dubium apud sapientes an facta aliquali digestione in aliq̃ portiõe

Duodenum intestinum.

Pyleros.

Polux.

Duodeni intestini iuuamenta.

cibi aperiatur portanarium an non. &. G. inter alios tertio uirtutum naturalium dicit ꝙ non: quia dicit se uidisse plu ries portanarium clausum tali tempore: sicut etiam clau/ditur os matricis assumpto spermate: ut infra dicemus. qd sit de hoc oino est difficile iudicare: quia si fit anatomia in uiuis propter dolorē illa mēbra cōtrahunt & claudunt. est etiam difficile iudicare hoc ꝑ exeuntia ab intestinis: qa ali/quādo exit cibus indigestus: & hoc pōt esse ꝑꝑ debilitatē retētiuæ & digestiuæ uirtutis. Dicāt sup hoc qd uelint alii: ego credo oino ꝙ aliqñ aperiat portanariū ēt nō totaliter digesto cibo per ea quæ uidi & audiui: quæ uelle scribere esset longum & tediosum. Ista tamen apertio est uiolenta. Passiones omnium modorum potest pati hoc intestinum. ¶ Ex prædictis uisa est anatomia oium intestinoꝝ ad quæ secundū aliquos nerui orti a sexto pari neruorum cerebri: & etiam a tertio pari etiam neruorū cerebri: & etiā nerui quinti & sexti & septimi paris neruorum nuchæ ueniunt. Et isti nerui descendunt ad diaphragma prius: deinde ad omnia membra contenta in uentre inferiori deueniunt: & illis dant sensum & motū: si eis aliquis sit motus: & ita ista omnia membra in hoc uentre contenta ultra proprias su/as tunicas seu propriam eorum substantiam habent circa se panniculum ortum a siphac / mediante quo alligantur locis suis. Qui quidem panniculus subtilissimus est: & hæc sufficiant de intestinis.

DE EVCHARO SEV MESENTEREO.

TEXTVS MVNDINI.

Hec enim omnia intestina uidebis esse inuoluta continuata, alligata dorso, sicut alligata sunt om nia uiscera per quoddam membrum quod uocatur eu charus, uel mesenterium a meseraicis quæ in ipso sunt dispersæ dictum. Et uulgares Bononienses uocant ip/

ſum interiglio, ideſt interiora tenens.

¶Iſtud membrum ſecundum auctores ſubſtãtiam habent compoſitam ex uenis arteriis pãniculis, et ligamẽtis, ut prædicta membra poſſit ligare, et ex ſubſtantia ſeposa et pingui, ut dura membra quales ſunt ſpondyles cum mollibus, qualia ſunt inteſtina, et alia uiſcera ſine medio non coniungantur, et ut molle a duro non patiatur, reliquas autem uacuitates quæ ſunt in hoc membro replent ſubſtantiæ glandoſæ, quæ multæ ſunt in hoc membro, et hoc eſt unum iuuamentum carnium glandoſarum, quæ in hoc membro ſunt. Aliud iuuamentum eſt, ut ſuſtentet uenas meſeraicas, quæ in hoc diſperſæ ſunt membro, et non eſt longinquum ꝙ iſtæ carnes ſint factæ ad generandam humiditatem, qua inteſtinorum feces humectantur, ut lubricent cito ab inteſtinis, et ideo uidemus ꝙ ſtercus liquidum emittitur dato ꝙ cibaria ſumantur dura, maxima tamẽ pars glãdoſæ carnis eſt in parte ſuperiori, in qua frequenter cõgregat̃ melãcolia propter ꝓpinquitatẽ huius carnis ad ſplenẽ, ex q̃ cauſat̃ ægritudo melãcolia mirachia dicta.

¶Hoc membro uiſo, dimitte eum in loco ſuo, ut melius uideas anatomiã uenarum portæ, et uenarum quæ ꝑueniunt ad ſtomachum, et ad ſplenem, ad quam uidendam, et aliquorum membrorum, infla ſtomachum cũ cãnula per portanarium, et liga fortiter duodenum, et abſcinde alia inteſtina. Et fac inciſionem infra locum ad quem pernenit canalis a chiſti fellis ad inteſtina, ut ſupra diximus.

Mesenteriō

QVia intestina de quibus supra uisa est anatomia: alligantur dorso per quoddam membrum ꝙ mesenterion dicitur: ad cuius anatomiā deuenio. De isto membro Mundinus: primo dicit nomen, secundo substantiam, & colligantiam, & tacite dicit complexionem, dū dicit partes ex quibus componitur: & dicit iuuamēta & sitū: & aliquas ægritudines huic membro accidentes: hæc lrā est clara lege eam: quia hic loci non conteritur tempus.

¶ Ad anatomiam istam uidēdam debet quilibet anteq̄ incidantur intestina: istud membrum a parte ad partem considerare, & uidere qualiter est itestinis alligatum, & debet etiā uidere qualiter uenæ in eo dispersæ uadunt ad hepar: & ad stomachum: & ad splenē, & sic postea oīa alia mēbra debet ab eo separare: deinde uidere id solū qualiter alligatˀ dorso: & sic partem post partem eius debet bene anatomizare: & isto modo faciendo sciet colligantiam & iuuamēta & alia i eius anatomia requisita: & etiam isto modo debet facere qui uult bene uidere anatomiam hepatis & splenis: & stomachi & meseraicarum.s. anteq̄ abscindātur hæc mēbra: primo debet uideri eorum colligātia & situs & figura & alia necessaria in anatomia: deinde destruere & mouere ea omnia membra quæ impediunt uisionem membri sibi propinqui: & ita debemus facere in omnibus aliis mēbris .s. tantum unius membri uidere anatomiam non curantes destructionem aliorum sibi propinquorum: & ita faciēdo completa & perfecta habebitur anatomia cuiuscunq; mēbri: quia certe anatomia cōmunis non monstrat nobis perfecte omnia requisita cuilibet membro: & sic ego fecī pluries, & optime cognoui quæ cognoscenda erant de eis mēbris: ueritas est ꝙ diligēs & expertus operator multotiens bene cognoscit quæ non cognoscerentur sine tali diligentia in anatomia communi.

Mesenteriō unde dicatˀ: & multa eiˀ nomina.

¶ Dicamus igitˀ hoc membrū mesenteriū sic dici: quia est in medio intestinorū alligatū. meson.n. græce sonat ꝙ latine medium, & enterō sonat idem ꝙ sonat intestinū: & ita aposītu dicitur mesenteron: uocatur etiam in pluribus locis a.G. mesenterō meserenum & meseraicum: & quinto

de uti.c.ii.uocatur pancreas:dicit tamen Leonicenus in libro ītitulato de erroribus Plinii: ꝙ est sortitum hoc nomē a propria substantia: & ego dico ab eius officio a quo mesarcon appellatur: quoniam omnes quæ ad ipsum uenas feruntur una cum adiacētibus arteriis: unde quaq; ambit atq; complectitur. Ab Aui. uero dicitur encharas & encharidion seu eucharus: & pancharidiō: & etiam gedeguil: ꝙ arabice sonat idem ꝙ uia latine: & in Almāsore dicit omētum uitio translatoris: & ita etiam uitio translatoris: teste zerbo dicitur mirach ab Auer. dicitur etiā mirach ab Aui. in.c.de melancolia/ & sic exponit zerbus in.c.de anatomia mesenterei: Gentilis etiam super.c.de melācolia prima tertii/ dicit Aui. per mirach intelligere mesenterium: & ideo Mundinus recte sentit quando dicit fieri melancoliam mirachiam propter humorem cōgregatum in hoc membro qđ etiam uocat mirach/ ut supra patuit. Est igitur hoc mēbrum compositum pelliculis/ & quadam pinguedine: & carne glandosa/ & ex uenis simul inuolutis ab hepate uenientibus. Quod membrum Aristo. quarto de partibus uocat lactes in traductione noua. In antiqua uero imē est tamen notandum ꝙ lactes uidentur sumi diuersimode quia aliqui uocant uenam portæ uenam lacteam: dicentes eam sic uocari: quia in ea est chilus habens formam lactis: & sic meseraicas uocant uenas lacteas: sed possunt dici istæ uenæ lactes: quia per eas cibus labitur. Arist. tamen primo de histo. capitulo. xvii. dicit lactes esse circa locum ubi uena maior coniungitur cum maximo sinu cordis. Capiuntur etiam lactes pro parte laterali sub umbilico uersus os pubis. Capiuntur etiam pro tribus intestinis gracilibus. Quidam etiam capiunt lactes pro intestinis pinguibus: communiter tamē possumus accipere lactes pro omnibus intestinis/ & pro meseraicis/ si lactes dicantur a labēdo: quia per hæc membra labitur cibus: si etiam lactes dicantur a lacte: possunt hæc membra dici lactes: quia per hæc membra labitur chilus habens formā lactis: & ita hoc membrū mesentereon potest dici lactes: quia per ipsum labitur cibus mediantibus uenis in eo dispersis: & qa etiā in isto mēbro est caro glādosa alba sicut lac. Vel dicamus ꝙ ī istis carnibus glandosis est similitudo cū carne mamillarū

Mesenteriō ex q̀bus cōponatur.

Lactes multis accipi modis.

in quibus efficitur lac: quia etiam possemus appellare car nem mamillarum & testiculorum lactes: quia dant colorē sanguini ad formam albam sicut lac: & ita facerent istæ car nes glandosæ mesenterii si in eis penetraret sanguis q cer/ te dealbaretur in eis ad formam lactis. Hoc igitur membrū mesenteriō dictum potest dici lactes propter prædicta: ad quod ueniunt radices uenæ portæ quæ mediante isto mē bro illas substentante uadunt ad intestina: & sugunt quic/ quid in eis est: & sunt tanq̃ radices arboris trahentes nutri mentum ab intestinis. & isto modo aliqui opinati sunt ue/ nas oriri ab intestinis: & forte ꝙ non male/ quia dicimus principium arboris esse ubi sūt eius radices: & ita isto mo/ modo istæ uenæ in intestinis dicuntur principium uenarū portæ a termino a quo. Sed principium talium uenarum a termino ad quem est hepar/ maxime intelligendo de ue na portæ: sed si intelligamus de uenis totius corporis: prin cipium uenarum a termino a quo in uia. G. est hepar: sed si intelligamus principium ad quod/ earum principium si ue extremitas/ sunt mēbra ad quæ terminātur illæ uenæ. Istam tamen materiam melius dicemus quādo de una chi li fiet sermo. Substantia huius membri teste. G. iiii. de util. est ex arteriis & uenis meseraicis inter hepar & intestina duplici panniculo ꝯtextis a siphac orto & carne adenosa: sed hic loci est notandum ꝙ aliqui sunt opinati hoc mem/ brum esse duo membra quorum unū est magis prope he/ par & portanarium stomachi in quo ibidem substentant rami uenæ portæ quæ uadūt ad stomachum & ad splenē: & ad zirbum/ & ad intestina & hoc membrū est ualde glā/ dosum cum aliquali pinguedine in porco: & etiam in ho/ mine pingui/ & hoc membrum a nostris uulgaribus uoca tur brisauolo/ & dulcis morsus a Bononiensibus/ & ab ali quibus bucca saporita: & dulcis bolus: qa certe est gustui amicum & hoc membrum ad sensum ligat duodenū dor/ so: & suæ pelliculæ non sunt multum grossæ: & istud mē/ brū ponitur ab Auic. xiii. tertii. c. primo/ qui dicit & zirbus in principio sui ortus suspenditur huic membro istis uer/ bis/ & loca suspensionis eius sunt glādulæ/ quæ sunt inter uenas sugentes/ quæ nominantur meseraicæ: & inter inte stinum duodecim digitorum. Aliud est membrum prædi/

ctum mesentereon

ctum mesentereon quod in rei ueritate non est ita glando sum: sicut primum: & habet pániculum grossiorem primo qui credo q sit grossior: qa habet ligare magna & grossa intestina dorso/ & hoc membrũ habetur pro uero mesentereo: & de hoc dicit Mundinus/ & credo hoc membrum habere panniculum duplicatum: & isto mesentereo utuntur mulieres ad telas lineas ungendas: quia sua pinguedine & humiditate propter aliquam carnẽ glandosam in eo existentem remollit fila telarum/ & apparet secundum aliquos/ q Auic. posuerit hæc mẽbra esse duo prima tertii. c. de melancolia: dum loquitur đ melancolia mirachia: quia Aui. ibidem ut prætactum est uocat hoc membrũ mirach: & omnino dicit de isto uero mesentereo qñ dicit. Aut est res illa ipsum mirach/ cum in ipso adunãtur superfluitates nutrimenti/ & uapores intestinorum/ & dicit de alio mem bro qđ dicitur dulcis morsus/ quando dicit/ & ipsa quidẽ multociens eleuatur ab apostemate portenariorum hepatis/ & aduritͬ sanguis mirach/ & sic apparet q ista mẽbra sint duo: quæ Aui. ibidẽ uocat ambo mirach: & sic sunt aliqui/ qui dicunt mirach capi tripliciter. s. uno modo pro toto aggregato/ qđ est supra uẽtrem inferiorem: ut dicit Mũdinus/ & alio modo ꝑ cuti pinguedine/ & sex musculis superioribus/ & alio modo pro isto/ uel pro istis duobus mẽbris/ quæ mesentereon ambo possunt dici pro quãto sunt in medio intestinorum: sed quia unum horum est magis i medio intestinorum. s. illud q ligat itestina grossa/ illud est uerius mesentereon: sed re uera hæc membra differũt substantia: & ideo aliqui putant ea esse duo/ q̃uis đ duobus nõ fiat mentio nisi ab Auicen. ubi supra/ q̃uis etiam implicite. Complexio huius membri ab aliquibus ponitur frigida ꝑ pter pelliculas & tunicas uenarum: & propter humiditatem multam in ista carne glandosa aggregatam: & propter pinguedinem quæ pauca est in isto/ frigida tamẽ est. Hoc tamen membrum nutritur puriori sanguine ad splenem tendente per uenam/ transeuntem per hoc membrũ: teste Aui. hic tamen sanguis est melãcholicus frigidus merito cuius complexio uincens in mesenterio est frigida & sicca. Merito tamen caloris uenarum & arteriarum est calidæ complexionis sua tamẽ propria/ & uera essentia est fri

gida & humida: quia sola ipsius essentia est caro glandosa humiditate plena/ & pinguedo cætera membra in eo exi/stentia sunt ei accidentalia. Figuram habet inæqualem ad crispitudinem tēdens: colligatur dorso mediāte siphac. Iuuamentum principale eius est manu tenere & ligare in testina dorso: ideo a Bononiensibus uulgaribus dicitur in/terilio.i.interiora tenens: hoc membrum sustinet neruos: arterias/ & uenas: euntes ad intestina mediante carne gla/dosa replente eius uacuitates: cui carni apodiantur prædi cta membra subtilia & mollia: & talis caro est maior in par te superiori q̃ inferiori: quia maior uenarum copia est in intestinis superioribus q̃ inferioribus substentatione indi/gens maiori. Alia iuuamenta assignat Mundinus in litera: lege eam. Passiones omnium modorū potest pati hoc mē/brum: sed i eo est una præcipua dispositio: mirachia passio dicta: de qua quantum spectat ad anatomiam Mundinus facit mentionem: de qua melācholia si quis maturius uult intelligere uadat ad principem nostrum Auic. Vnū silētio nolo præterire.s.ꝙ Zerbus increpat Mundinum/ dicens eum non recte sentire de compositione mesenterii.s.ꝙ me sentereon est membrum ex cordis panniculosis ex siphac ortis/ & ligamentis/ & substantia seposa pingui/in qua plu rimæ glandulæ continentur. Ad quod dico Zerbum ad/ducere pro fauore suo literam Mundini sub alia forma q̃ nos habeamus/ & ita Zerbus fuit deceptus a litera corru/pta: non autem a uero sensu Mundini: & si bene intelliga/tur litera Mundini quando dicit ꝙ componitur mesente/rion ex ligamentis & panniculis dicit ueritatem: quia in isto membro sunt panniculi ipsum inuoluentes: & ligamē ta.i.panniculi ligantes mesentereon dorso. Qui pannicu/li pro quanto ligant dicuntur ligamenta: & Mundinus op time sciuit quid sit siphac: & quid sit alter panniculus: & quid sit corda & ligamentum: & sic non recte sentit Zer/bus contra Mundinum/ pro ut nos habemus in eius litera de mesenterio: hoc est bene uerū ꝙ Zerbus oblique sen/tit in capitulo de mesenterio: dum dicit ꝙ mesentereō est membrum cuius substantia est ex arteriis & uenis meserai ci s composita: & quod est quædam congeries uenarum: & arteriarum inter hepar/ & intestina duplici panniculo

Mesenteriō quomodo a Bononiensibus nuncu/patur.

Mirachia passio.

Error Zerbi

cōtēta/ & coopta cuius ortus ē a siphac/carnibus adenosis imixtis susulta: & hoc nō est uerū/quia uenæ & arteriæ nō sunt de substātia uera & essentiali mesenterii: sed mesente/rion deseruit/ & famulat̃ illis/ manutenēdo & substentādo eas mediāte carne glādosa in eo existēte & panniculo tegē te: & est eis sicut stragulū & culcitra. Quæ uenæ reperiunt̃ alligari & ingredi substantiā intestinorū/ & substātiam he/patis/ & non sunt factæ pp mesenteriū principaliter / & iō nō sunt de substātia ipsius/sicut est caro glādosa/ & pānicu lus/ & pinguedo ipsius: quæ tantū sunt factæ pro substātia ei ppria & si. G. supra dixit substantiā huius mēbri esse/ ex arteriis/ & uēis/ & carne adenosa/ & pāniculo orto a siphac nō intellexit pp hoc quin in isto mēbro essent uenæ per ac cidēs/ & nō p se. Nec iste pāniculus circūuoluēs intestina: & mesenteriū/ & stomachū/ & hepar est de substantia p̄di/ctorū mēbrorū: teste ipso Zerbo i. c. de anatomia stomachi ubi loquit̃ de numero partiū. Hic tñ pāniculus acqrit no/mē ligamēti in loco in quo hoc mēbrū alligat̃ dorso: & ita optime dixit Mundinus / qñ dixit ꝙ in isto membro sunt ligamenta: quia per ligamenta intellexit istum panniculū illud ligantem: sed est secundum aliquos unus pnniculus solus circumuoluens mesenterion/ & ipsum ligans dorso: non autem duo panniculi: hoc tamen ego non credo / sed credo. G. s. ꝙ sint duo panniculi/ut sint fortiores: quia ha/bēt ligare mēbra magna/ & grauia/ ut sunt itestina. Quorꝛ ortus est a siphac: sed unus pāniculus solus ortus a siphac circūuoluit stomachū: & eū alligat dorso q magus est/ ut p̄ dictū est in. c. de siphac: & ita ēt ab uno solo pāniculo: & he par/ & splen circūuoluūt̃/ & ēt alligant̃ locis suis: & nō tm̄ hicmet pāniculus circūuoluit mesenteriū: sed ēt circūuol/uit intestina/circa q̄ tñ nō est duplicatus/ & mediāte ligatu ra mesenterii ad dorsum: ipsa intestina sunt alligata dorso: & ita unus pāniculus solus ortus a siphac circūuoluit inte stina/ & mesentereū / sed in mesentereo est duplicatus / & oia p̄dicta alligat dorso. Quō autē saluādo Mundinū pāni/culus possit dici ligamentum apparuit supra in. c. uniuersa li de pāniculis. Præterea Zerbus ēt errat/qa nō ponit pin/guedinē i mesenterii substātia sicut facit/ & Mūdi. & sensus & hæc sufficiāt i tutelā Mū. anato. mesēterii finē iponēdo.

DE ANATOMIA STOMACHI.

TEXTVS MVNDINI.

VIso de intestinis, procedas, et uideas stomachum, de quo debes uidere illa sex, quæ de aliis. Primo locum pernotabis eius, seu situ, cum sit cella cibi stomachus, debet esse in medio totius corporis, ut dicit Gal. quinto de iuuamentis membrorum, capitulo secundo, et ibi habetur totum, quod dicetur de stomacho. Et quod dictum est de intestinis et ab Haliabate tertio suæ theoricæ dispositionis regalis, capitulo uigesimoquinto. Est ergo locus eius in medio superioris et inferioris, dextri et sinistri, anterioris et posterioris. Et ideo uides ꝙ stomachus superius habet cor mediante diaphragmate inferius mesentereon et intestina. A dextris habet hepar, quo apprehenditur quinque suis pennulis, sicut manus quæ apprehendit, et capit quinqꝫ digitis, et a sinistris habet splenẽ, quo calefit, ratione arteriarum eius a parte anteriori habet zirbum, a posteriori musculos dorsi, et uenam magnam, et arteriam, quæ transit supra dorsum, ut postea uidebis, et ideo locus eius est in medio, quia est sicut cella cibi communis omnibus.

¶Sed tu hic dubitabis, quare stomachus non fuit positus iuxta os, dico ꝙ causa fuit duplex, una est quia iuxta os debent esse membra anhelitus propter attractionem aeris, alia causa est quia membra secum debent es-

se cõtinuata cum stomacho, et talia sunt infra diaphragma, igitur non fuit prope os.

¶Situs autem eius est, quia licet sit locatum in medio sopra dorsum pars tamen eius superior declinat uersus sinistrum, inferior uero ad dextrum.

¶Et causa istius situationis fuit propter causas, quæ dicentur in anatomia hepatis, nam hepar debuit esse in latere dextro eleuatum in alto, et cum sit magnum totã concauitatem dextræ partis superiorem occupauit, splẽ autem non, et ideo non potuit pars superior stomachi collocari in dextro, sed in sinistro.

¶Pars ergo inferior debuit ad partem dextram declinare, quia in parte sinistra inferiori iuxta renes est intestinum colon grossum, multum inuolutum, multis inuolutionibus, et sibi occupat magnum locum. Sed in parte inferiori dextra sunt itestina gracilia, et subtilia quæ paruum et modicum occupant locum, et ideo stomachus, quantum ad partem inferiorem, debet declinare ad partem dextram, ut repleat concauitatem ibi existentem, et cedat locum colon.

Sed tu dices, quare stomachus non fuit locatus directe supra spondyles dorsi? Dico ꝙ causa huius potuit esse triplex. Vna quæ dicta est, ut cederet hepati in parte dextra, et repleret uacuitatem in parte sinistra.

¶Alia causa fuit, quia si stomachus esset directe locatus supra dorsum tũc orificia duo .s. inferius et superius, essent directa. Et ideo cũ homo sit staturæ rectæ, stomachus eius non bene contineret cibum, sed descẽderet ab

eo ſtatim, ut ergo hoc non contingat ſic fuit ſituatus.
¶Tertia cauſa huius fuit ꝙ quantum ad os eius ſuperius, et partem ſuperiorem debet recipere melancoliam a ſplene, quæ eſt in parte ſiniſtra, et quãtum ad partem inferiorem debet recipere coleram ab hepate quod eſt in parte dextra. Et ex hoc apparet ſcilicet quis ſit locus et ſitus eius ſcilicet ſtomachi.
¶Colligantia conſequenter apparebit melius, quia colligantiam habet cum ſplene, cum hepate et cum corde, et cum cerebro, et illud conſequenter declarabitur, quia apparebit ꝙ cum ſplene habeat colligantiam propter uenas, quæ portant melancoliam ad os ſtomachi, et etiam propter uenas quæ ueniunt ad latus ſiniſtrũ ſtomachi ad nutriendum ipſum, ſicut etiam cũ hepate habet colligantiam ratione uenarum reliquarum nutrientium eum, et cũ cerebro propter neruum qui uenit ad os ſtomachi, qui expanditur maxime circa partem ſuperiorem eius, ad dandum ſenſum ei neceſſarium. Cum corde uero habet colligãtiam ratione arterie magne quæ ſub ipſo eſt.
¶Ex his poteſt apparere tertiũ, ſcilicet cuius figuræ ſit, quia eſt figuræ rotũdæ, quia talis figura magis eſt a nocumentis remota. Item quia omnium aliarum eſt capacissima, ſtomachus autem multa debet continere, ſed non eſt pfectæ figuræ rotundæ, ſed arcualis magis, propter cauſam dictam, quia pars ſuperior eius eſt declinãs ad ſiniſtrum, inferior uero ad dextrum ad modum cucurbitæ retortæ uel ſarracenicæ, uerum omnia q̃ dicé-

tur de ſtomacho melius apparebunt per anatomiam membrorum ſequentium.

¶Patet etiam quartum.ſ. quæ ſit quantitas ſtomachi, quia magnus ualde, cum interdum ipſum oporteat recipere, et continere magnam quantitatem cibi, tamen nõ eſt ſemper in magnitudine ſui ultima, ſed æquatur magnitudini contenti, quia extenſibilis et corugabilis.

¶Quinto autem uideas partes, et numerum partium eius, partes autem eius ſunt duplices, ſcilicet uniuerſales et integrales. Quædam uero quantitatiue et determinate, primæ ſunt duæ tunicæ eius. Prima intrinſeca quæ eſt neruoſa. Secunda extrinſeca quæ eſt carnoſa, uerum eſt ꝙ prima eſt ſpiſſior ſecunda, quia illa primo debet contangere cibum, et ideo ut non ledatur ab eo debuit eſſe ſpiſſa. Item ꝓpter aliud eſt ſpiſſa.ſ. quia ſtomachus propter illam tunicam eſt extenſibilis, quia requiritur interdum, ut extendatur propter multam quantitatem cibi, ſed exterior licet requiratur propter digeſtionẽ fuit tamen ſubtilior, quia digeſtio ſtomachi iuuatur a mẽbris uicinis circumſtantibus, ſed extenſio et continẽtia cibi non.

¶Ei iſtæ tunicæ non ſolum diuerſificantur in ſubſtantia quantitate, et loco, ſed ſituatione tunicarum, et uillorum earum, quia cum in prima tunica ſit appetitus et appetitus immediate ordinetur ad attrahendum igitur uilli fuerunt ſituati ad attrahendum, tales autẽ ſunt lõgitudinales, et ideo in ea ſunt uilli longitudinales, et qa attractioni ſtatim coniungitur retentio, quia omne qđ

attrahitur, ut retineatur, et retinetur, ut digeratur, uel quia membrum uoluptuetur. Hinc est ꝙ in hac etiam tunica fuerunt positi uilli transuersales, qui deseruiunt retentioni, uerum est ꝙ uilli transuersales sunt locati in parte nō interiori illius tunicæ, sed in exteriori. In secū da uero tunica, cum ipsa ordinetur ad digestionem, et digestioni seruiat, ex consequenti quia ei consequitur expulsio, ideo uilli latitudinales fuerunt positi in secū/da tunica expulsioni seruientes. Est etiam una alia causa propter quam tunicæ stomachi sunt sic situatæ, quæ est ista. s. quia intrinseca ordinata est ad sentiendum, extrinseca ad digerendum, et ad alterandum. Nunc autē sensatio melior fit quando sensibili immediate occurrit sensus, uel membrum sentiens, alteratio uero potest fie/ri per medium et digestio, et hoc est ꝙ expresse ponit Auicen. capitulo de membris, primo Can. Fen. prima istis uerbis. Et natura quidem intrinsecam tunicam. s. stomachi fecit neruosam, extrinsecam uero carnosam, potest nāq; digerentis operatio, ad id quod digestum est in potentia sine occursu peruenire, sentiens uero id quod sentitur, non potest sentire nisi obuiando ei sensu tactus. Ex hoc igitur apparet, quare interior tunica stomachi fuit neruosa, in qua sunt uilli longitudina/les propter esse ibi principium appetitus cui deseruiūt, ex prædictis etiam apparet, quare tunica extrinseca fuit carnosa.

¶ Aliæ uero sunt partes eius quantitatiuæ, et determinatæ, ut pars superior, et orificium eius inferius, quod di/citur

citur portanarium, pars eius ſuperior ſecundum natu-
ram anguſtior eſt parte inferiori, quia in inferiori de-
bet fieri digeſtio, et cibus debet ibi cõtineri, in ſuperio-
ri uero parte non.

Orificia tamen harum partium conueniunt, et diffe-
runt. Cõueniunt, quia ambo poſita ſunt a lateribus ſto
machi, et non ſunt poſita uel facta in ultima eminentia
partis inferioris, et ſuperioris, ſed pars íferior ſtomachi
deſcendit magis, quam portanarium, uel piluron, ut ci-
bus non deſcendat, ſed ut cõtineatur in ea ſicut in bur-
ſa quadã, ſed ſuperior ſtomachi pars ſupereminet orifi
cio ſuperiori eius, ut quando ſtomacho repleto homo
inclinaretur, non reaſcendat cibus ad meri et os, et ſpe-
cialiter quando multum repletur ſtomachus.

Ex hoc poteſt uideri quare ex ſuperflua quantitate ci
bi diaphragma comprimitur, et cibus non egreditur.

Item conueniunt, quia ambo orificia ſunt in ſtoma-
cho in loco in quo ſtomachus continuatur uel alliga-
tur dorſo, nam os ſtomachi eſt recte in principio ſuæ
alligationis dorſo alligatum, et propterea alligatum eſt
os ſtomachi ad ſpondylem, ubi finitur et terminatur
diaphragma, et iſta eſt. xiii. ſpõdylis, eo quia in. xii. eſt
coſta ultima mẽdoſa, ad quã terminatur diaphragma.

Et ex hoc tibi apparet ꝙ quando uis exterius alterare
uel cõfortare, uel aliter operari circa os ſtomachi, ꝙ op
timũ eſt in dorſo circa. xii. uel. xiii. ſpondylẽ hoc face-
re, et ſpãliter quãdo prædicta ípugnant ab hepate, et a
ſplene, dũmodo arteria adorti nõ ípediat q̃ í dorſo eſt.

Sequentibus autem ſpondylibus, quæ uocantur ſpon-dyles renum alligatur ſtomachus per portanariũ, alia uero pars ſtomachi obliquatur uerſus ſiniſtrum latus, et ideo conueniunt illa duo orificia ſtomachi.

Differunt etiam, quia ſuperius orificium ꝙ uocaẗ os ſtomachi eſt magis latũ, q̃ inferius qđ dicitur portanarium. Et hoc fuit, quia per os ſtomachi aliquando cibus groſſæ ſubſtantiæ, et duræ debet deſcendere, et indigeſtus, et ideo os ſtomachi debuit eſſe latum. Sed ꝑ orificiũ inferius tãtũ res ſubtiliata et digeſta debet egredi, et ideo non fuit ita latum, et hoc de partibus eius.

Sequiẗ deinde ſextũ ꝙ debet ĩquiri de ſtomacho. ſ. q̃ ſit eius ſubſtãtia, quia apparet ꝙ cũ neruoſa tunica ſit maior in eo ꝙ ſubſtantiæ neruoſæ ſit a dominio.

Ex hoc apparet ſeptimum, quæ ſit complexio eius, quia frigida et ſicca.

Octauum apparet. ſ. operatio uel iuuamẽtum, quia duplex, unum ad appetendum cibum pro toto per tunicam intrinſecam, alterum ad præparandum cibum ad nutrimentum totius, et hoc per tunicam extrinſecã carnoſam, et membra coadiuuantia.

Et ex his potes uidere nonũ inquirẽdũ, quod pót pati egritudines oĩum generũ a quibus poſſunt compati alia membra omnia principalia, ut hepar, cor, cerebrũ, et ex conſequenti totum corpus. Curatio tamen eorũ proprie ex anatomia huius non dependet plus, quam aliorum. Et hæc de ſtomacho.

COMMENTVM NONVM CARPI.

IN hac litera Mundinus: postq̃ superius locutus est de anatomia intestinorum: & mesenterii: loquitur de anatomia stomachi. Et diuiditur hoc capitulum in nouem partes principales. In prima nanq; parte ponit locum & situm stomachi/ & assignat causam loci stomachi & etiam causam situs eius. In secunda parte ponit colligã/tiam stomachi ad alia membra/ & assignat aliquas causas talis colligantiæ. In tertia parte ponit figuram eius/ & assi/gnat causam talis figuræ. In quarta parte dicit quantitatẽ: & causam dictæ quãtitatis. In quinta parte ponit numerũ partium stomachi/ & cum hoc ponit causas situs/ & loci talium partium/ & causas substantiæ/ & etiã causas quantitatis talium partium/ & ibidem docet locum applicatiõis localium ad aliquas dispositiones stomachi/ & ibidem etiã assignat aliquam differentiam/ & conuenientiam circa partes ipsius stomachi. In sexta parte ponit cuius substantiæ sit stomachus. In septima parte ponit complexionẽ eius. In octaua parte ponit aliqua iuuamẽta. In nona & ultima ponit ægritudines/ quas potest pati stomachus: & conse/quenter ponit quæ membra compatiantur stomacho. Secũda ibi/ colligantia cõsequenter. Tertia ibi/ ex his potest apparere tertium. Quarta ibi patet etiam quartũ. Quinta ibi/ quinto autẽ uideas partes. Sexta ibi/ ex quibus apparet sextũ. Septima ibi/ ex hoc apparet septimũ. Octaua ibi/ octauo apparet q̃ operatio. Nona ibi/ & ex his potes uiderẽ. Prima pars/ & etiam aliæ partes possent diuidi: sed non est necessarium: quia hic loci non intendimus diuisionẽ: nec etiã aliã expositionem/ quia litera est per se clara: lege eã.

¶ Sed ultra ea quæ dicit Mũdinus aliqua sunt a nobis notanda: & primo circa hoc nomen stomachus. Et primo dicamus ꝙ stomachus dicitur a stoma græce/ ꝙ est os/ & cuses ꝙ est uenter: teste Nicolo: sed melius a græco stoma/ ꝙ est os/ & echo/ ꝙ est habeo/ inde stomachus. i. os. uentris. s. os, superius tantum/ ꝙ antiqui uocabant præcordia: ut pa/tet quinto de interioribus capitulo. vi. & ibidem. G. dicit: ꝙ per hoc nomen intelligebant etiam accidentia & passiones eius/ quæ per plurimũ accidunt propter os stomachi: De nomini/b' stomachi.

sicut syncope/ & os superius uentris tantum/ & non inferi
Quaꝰ os sto | us.s.portanarium. Dicitur stomachus & præcordium pro
machi dicaꝰ | pter nobilitatem loci.s.quia est magis propinquum cordi
præcordiũ. | ex quo loco dicebatur ab antiquis præcordium: habet eti/
am nobilitatem hoc orificium superius propter magnam colligãtiam quam habet cum cerebro: ut patebit inferius propter neruos ad istud orificium uel circa ipsum uenien/tes: per quam colligantiam: ut inquit.G.ubi supra non solum fit syncope: sed etiam spasmus / & stupor / & epile/psia / & mania / & accidentia / quæ sunt quasi causa catara/
Assued. ctarum/ sicut ipsemet.G.dicit se dixisse in loco ubi de ocu/
Alphaed. lis disputauit: hoc etiam orificium ab Auic.dicitur assued:
Fued. uel alphaed/ & fued/ & cor/ & sic pro corde sumitur quar/
Cor. ta aphor.in aphor. In nõ febricitantibus existẽtibus / si fiat fastidium/ & cordis morsus. Hic loci.G.in cõmento p mor sum cordis: dicit Hippo. intelligere morsum stomachi.i. oris uentris: quia uenter est nomen æquiuocum multa si/
Vẽter quot gnificans: ut ergo fugiatur æquiuocatio talis nominis.s.
modis apud uentris/est notandum ꝙ hoc nomen uẽter apud medicos
medicos. sumitur pluribus modis: uno namqꝫ modo sumitur pro omni concauitate in mẽbris existente: & sic sumitur.vii. aphor. in aphor. si sanguis in uẽtrem effuderit necesse est putrefieri / & in saniem cõuerti: primo etiam de crisi diciꝰ a.G. ꝙ uenter est nomen cõmune omni cõcauitati mẽbro rum. Sumitur etiam alio modo uenter pro concauitate membrorum naturalium/ & spiritualium simul a iugulo usqꝫ ad os pectinis: & isto modo sumitur secundo progno sticorum. Dicit etiam Almansor concauitas totius uentris a furculis usqꝫ ad ancharum ossa tendit. Sumitur etiam alio modo uenter pro cõcauitate tantum naturalium mẽ/brorum/ & sic sumitur ab Arist. primo de hist.c.xiii.quan/do dicit uenter infra pectus est. Sumitur etiam pro con/cauitate membrorum uitalium tantum / & hic est uenter medius/ & etiam pro concauitate naturalium: & hic est uẽ ter inferior/ & pro concauitate cranei tantum: in qua sunt membra animata.s.cerebrum: & hic est uẽter superior: & sic sumitur a Mundino.G.tamen quarto regiminis acu/torum.c.cxviii.uocat uentrem spiritualium uentrem supe riorem/ qui dicitur medius a Mundino/ & dicit ꝙ omne ci

bi uas/infra diaphragma / appellatur uēter iferior:dicit ta/
men aliquos uocare uentrem inferiorem illud membrum
in qđ cibaria transglutimus/ & aliqñ omnia / quæ sūt post
eum / uocāt uentrem inferiorem/ quandoq; uero sola gros
sa intestina:sunt etiam qui colon solum uocant inferiorē
uētrem hæc ille. Venter etiam interdum dicitur uterus/ &
uter:quia in se aliquid continet/ uterus:tamē teste. Ari. pri
mo de hist. & in de generatione animalium / est uulua seu
matrix/ quæ matrix etiam dicitur subterior uenter a.G.vi.
interiorum. Venter etiam sumitur pro cella cibi / & pro
intestinis tantum:& sic sumitur prima aphor.aphor.imp/
turbationibus uētris/ & uomitibus: & hic uenter sic : ut su
perius acceptus:dicitur etiam aluus:unde Pli. dixit pepo/
nes refrigerant/ & emolliunt aluum/ q̄uis etiā aluus a mul
tis dicatur totus uēter naturalium membrorum / & etiam
interdum sumitur pro matrice. Alio modo sumitur uēter
solum pro receptaculo/ & cella cibi in qua primo cibus de
scendit:& ideo.iiii.de utilit.dicitur uenter & cellarium/ &
etiam interdum uentriculus dicitur/ & hoc membrum di/
citur uentriculus a multis tanq̄ diminutiuum uentris : eo
quia est minor/ q̄ totus uenter naturalium membrorum:
q̄uis etiam dicatur uēter in pluribus locis:& a.G.maxime
.iiii.de uti.& ab Ari.in lib.đ animalibus: & a Celso lib.iiii.
c.i.uocatur uentriculus istis uerbis. Vētriculus autem qui
receptaculum cibi est constat duobus tergoribus: & sic eti
am alibi uentriculus capitur pro uētre paruo/ seu concaui
tate aliqua parua/sicut in cerebro in quo sunt uentriculi.i.
cōcauitates paruæ/ qui sunt receptacula spirituum anima
lium:& in corde in quo sunt uentriculi/ qui sunt recepta/
cula sanguinis/ & spirituum uitalium/ sed proprius uentri
culus est cella cibi/ & uenter proprius est concauitas mem
brorum naturalium/ unde Iuue.dicebat / montani quoq;
uenter adest abdomine tardus.Stomachus uero q̄uis sit ꝓ
prie orificium superius uentriculi / a Celso tamen capitur
pro uia cibi ab ore ad uentriculum prædictum/ & miror đ
Celso ꝙ non appellauerit istam uiam cibi gulam: quia gu
la est nomen latinum/ & stomachus est græcum. Cum sit
ꝙ proprie stomachus non significet istam uiā cibi:sed ori/
ficium cellæ cibi.i.uentriculi tantum : & credo ꝙ Celsus

fuerit ibidē deprauatus aliqua uia obliqua: quia hæc uia cibi/a latinis uocatur gula/ & a græcis œsophagus: ut qn/to interiorum capitulo.v.licet corruptæ:nam œsophagus dicitur: ꝙ deriuatur a futuro irregularis uerbi fero/ & fago ꝙ est comedo quasi ferens comesta: aliqui tamen dicunt ꝙ dicitur œsophagus/ab œsa græce/ꝙ est intus/ & fagos: ꝙ est ductio/ & apud arabes hæc uia cibi uocatur meri: & dicitur meri teste Nicolo/siue meros: ꝙ ē pars siue portio latine:quia hoc membrum est sicut pars seu additamentū & manica stomachi. Quod hoc membrum appelletur gu/la/testis est interpres Ari.tertio de partibus.c.iii. qui dicit gulam esse id membrum/ qua cibus & potus deuoratur. Itaq; ea quæ carent collo gulā nō habēt manifestā: nec gulam habere cibi causa necesse est.G.etiā.iiii.đ uti.c.viii.istā gulam.i.uiam cibi ab ore ad uentriculum uocat stomachū sicut Celsus/ & ita ēt multi alii auctores: q̄uis ēt stomachus capiatur pro ira odio & fastidio: quia cōmuniter dicimus non possum sine stomacho dicere/hoc est cum fastidio: & inde stomachor indignor. Capitur tñ stomachus secundū Pli.in prologo/pro facilitate/dicens/argumentū huius stomachi mei habebis.i.huius meæ facilitatis: stomachus etiam capitur pro re immūda & sordida/ideo dicimus illā rē sordidam esse stomachosam: quia inducit nauseam/ & fastidium stomacho. Stomachus tamen cōmuniter licet corrupte a medicis: & a.G.in libris de iuua.& alibi/ & ab Aui. & fere ab omnibus aliis medicis capitur pro uentre seu uētricululo qui est cella/ & arca ciborum/ & potuū: quod est membrum a prædominio spermaticum: quod ab aliquibus etiā uocatur colirides/a quo uel in quo fit colirica passio: & a quinto sereno etiam uocatur rex corporis/ & đ isto membro ibi loquitur Mundinus. Substantia cuius est neruea/ & pellicularis/ut sit extensibilis/ & contrahibilis: teste Alberto/neruosior tamen est tunica intrinseca/ & spissior: carnosior uero extrinseca/ & causam huius assignat Mūdinus. Aui.tamē dicit tunicā intrinsecam esse carnosiorem: sed hoc intelligit nō respectu tunicæ exterioris: sed respectu tunicæ eiusdem intrinsecæ in parte superiori: quæ est carnosior in fūdo q̄ in superiori parte: quia fit digestio magis in fundo stomachi: & sensus appetitus fit magis in su/

periori parte i eadem tunica: q̃uis digestio magis fiat a tu-
nica exteriori, quia est magis carnosa, & a membris conui
cinis q̃ ab ipsa tunica interiori. Et hæc tunica est spissior &
densior in parte superiori: q̃ i inferiori, qa a superiori ad i-
ferius semp efficitur tenuior: & ita meri siue œsophagi tu-
nica est densior, q̃ sit superior pars tunicæ interioris uen-
tris: quæ etiam est spissior prope os q̃ ppe stomachũ. Cu-
ius causam assignat. G. iiii. đ util. inquit duras. n. multotiẽs
& magnas, & asperas moles transglutimus a quibus quas
satentur utiq;, & raderent particulæ si non duræ factæ es-
sent: propter hoc ipsum autem & paulatim tunica hæc cõ
munis oris, & stomachi, & uentris, & rarior, & mollior fit
usq; ad fundum uentris, ut si partem huius cõparaueris ei:
quæ secundum os multo mollior apparebit tibi. Organũ
enim ꝙ primo obuiat cibariis anteq̃ aliquã suscipiat elabo
rationem rationabile fuit fieri oium uix passibilissimũ. Idẽ
dicit etiam. G. quinto de iuua. c. ii. Hic loci posset dubitari
ex quo substantia stomachi est pannicularis, an in ea sint
neruei uilli tantum an ligamentales secum mixti, maxime
cum Cõciliator diff. xliiii. dicat ꝙ in ore stomachi, & in pã
niculo tegente cor non sint ligamenta propter magnum
sensum horũ mẽbrorũ: ad qđ dubiũ iudicio meo: & dicant
qcqd uelint alii, credo oĩno in quolibet pãniculo ẽt aliqua
ligamẽta, & sic respectiue pãniculi dicunt̃ neruei, & ẽt di-
cunt̃ ligamẽtales, nõ aũt absolute, sicut etiã supra dictũ est
ꝑ parte in. c. đ pãniculis in uniuersali. Hæc tñ substãtia sto
machi est similis substãtiæ meri: dissimilis aũt substãtiæ in
testinoꝝ. teste. G. iiii. util. c. viii. q̃ ẽ dissimilis i duritie, & in
mollitie, & in positiõe uillorũ, & in uenis terminatis ad ea
Durior tñ est substantia stomachi q̃ intestinorum, & in ea
sunt uilli lungi, in intestinis autẽ minime, & ad intestina
terminantur multæ uenæ: in uentre autem & in meri nul
læ uel paucæ causam assignat. G. uide ibi.

¶ De numero tunicarũ stomachi est discordia inter medi-
cos: quia Rasis in Almãsore posuit tres tunicas. Aliqui ue-
ro sunt q putãt in stomacho eẽ quatuor tunicas. Aliq uero
ponũt tm̃ duas, de quibus est. G. Auicẽ. & Hali. aliq ex istis
possunt saluari. Rasis nãq; posuit interiorẽ tunicã esse du-
as tunicas: qa posuit in parte iteriori eiusdẽ tunicæ uillos

longos ad attrahēdum/ & sic cum illis uillis posuit unam tunicam: posuit autem in eadem tunica in parte exteriori uillos obliquos/ & sic secundum uillos posuit duas tunicas in una tunica/ habendo respectū uillis tātum. In tunica uero exteriori posuit uillos latos ad explendum: & sic secundum ordinem uillorum posuit tres tunicas in stomacho. Illi uero qui ponunt quatuor tunicas in stomacho: teste Zerbo/ & etiam teste Nicolo dicunt ꝙ ad intra stomachū est quædam pellicula tegens intrinsecam tunicam stomachi: quæ est una duarum tunicarum uere integrātium stomachum: de qua quarta/ ut Nicolus/ & ipse Zerbus dicit uidentur esse sermones. G. v. de iuua. dicentis tela intrinseca stomachi & œsophagi est posita & extensa super omnes partes oris: & dicunt ꝙ. G. iii. de uirtutibus naturalibus inquit/ ꝙ ista pellicula adiuuat ad cibi attractionem: & est facta dura/ ut remota esset ab occasiōe rerum durarum asperarum: ut non noceāt ei in deglutione: hic loci ego nescio quid sibi uelit Nicolus/ & Zerbus/ & dico uel ꝙ ego non intelligo eos/ uel ꝙ ipsi male interpretantur. G. qui. G. hic & alibi tātum ponit duas ueras tunicas stomachi/ maxime v. de iuua. & ad mentem prædictorum essent plures duabus: & forte ꝙ essent duæ tunicæ in quibus essent uilli longitudinales/ ꝙ est falsum. Ruminēt igitur alii dicta Zerbi & Nicoli/ quia ego per me non possum saluare eos. Hoc tamē dictum Nicoli & Zerbi ponitur pro opi. aliena/ cui auctoritati ipsi non debebant assentire. Veritas est ꝙ stomachus componitur ex tribus tunicis ueris ponēdo tunicas: sicut ponit Almansor/ & etiam componitur ex quatuor tunicis addendo tunicas Almansoris/ qui facit de intrinseca duas/ illam tunicā cōmunē/ qua tegitur & ipse stomachus & hepar/ & splen/ & omnia alia intestina. Ista tamē tunica seu tela non est de uera essentia stomachi/ sicut panniculus hepatis non est de uera essentia hepatis: & etiam panniculus splenis & cordis/ nō sunt de uera essentia splenis & cordis. Et etiam panniculi inuoluentes intestina/ & panniculi inuoluentes musculos non sunt de uera substantia eorum sicut supra patuit in. c. de musculis. Sed hæc tunica est circa stomachum: & circa alia membra naturalia/ ut fortificet & alliget ea locis suis: & etiam ꝑpter alia iuuamēta. Quæ

Cōtra Nicolū & Zerbū.

oritur

oritur a siphac:teste.G.& Aui.Hæc tamen tunica cōis om nibus membris intrinsecis in uentre isto inferiore est grossior circa stomachum q̄ circa alia membra/excepto mesentereo/circa qđ est duplicata/ ut substineat fortes motus:teste.G.iiii.de uti.c.xx.istis uerbis: intermediis uero regionibus uasorum uacuis ipsam hanc tunicam sibi ipsi apponens & duplice operata/uix passibilem quidem ita & ipsā tunicā ligamētū autē & custodiā in fallacē uasis cōstruxit natura. Sed quia etiam stomachus est magnus & extēdit in cibis & potibus:tunica eius exterior debet esse grossior: teste.G.iiii.đ uti.c.x.istis uerbis: & hoc ē principiū generationis tertiæ tunicæ uentris ab extra omnium : quā utiq; & cooperimentum quoddam & præmissorū carnosæ parti circum posuit natura:colligationem autem fecit totius uentris ad corpora quæ secūdum dorsum / & tibi uidebit tunica grossa existere hæc:q̄uis aliæ apophysis.i. explantationes peritonei.i.siphac quæ ad organa nutrimenti ferūtur oēs sint subtiles factæ:& quinto de iuua.c.ii.inquit: & ista tertia tela est posita ad custodiēdum secundā telarum stomachi quā modo diximus:quæ est de genere carnis: & ligat totum stomachum cū eo quod uicinatur ipsi ex corporibus uicinātibus dorso: & ista tertia tela est spissa grossa q̄uis oēs partes quæ ueniunt ad membra cibi ab ista tela sint tenues:sed stomachus quia est magnus & idiget extendi magna extensione ex cibo & potu/ idiget ut sua ligamenta sint dura & fortia.In eandem sententiā uenit Hali. secundo theoricæ/dicens operimentum stomachi est grossius oibus operimētis.Quæ uiscera alia uestiunt:ut cū stomachus cibo repletus fuerit aut inflatus/minime ruptura illi accidat:& cum hoc operimento siphac quod sub stomacho sternitur alligatur:sic igitur stomacho uere & proprie sunt duæ tunicæ/quæ sunt de eius substantia. Sed additur tertia a.G.& a sequacibus ortum trahens a siphac : q̄ est cōis in modo substantiæ cum multis aliis membris: tñ hæc tunica tertia nō est de uera essentia nec stomachi/nec aliorum membrorum quibus supra ponitur:ut supra patuit.Et q̄uis ego supra dixerim pāniculum inuoluentē mesenterion esse de substātia ipsius/hoc dixi improprie/ quia propria & uera substantia mesenterii est ipsa caro glādosa

& pinguedo ibi existens ut substētent uenas, & ut sua hu-
miditate humectent intestina. Et q̃uis Mundinus dixerit
mesenterium habere substātiam compositam ex uenis ar-
teriis ligamentis, & panniculis, & substantia sæposa, pro-
pter hoc non intellexit uere: sed sic dixit, quia omnino ista
omnia membra sunt simul unita: sicut stomachus est uni-
tus cum ista tertia tela orta a siphac. Quod etiā stomachus
tantum duas habeat tunicas de uera eius essentia, & ꝙ cir
cūuoluantur, & stomachus, & oia membra naturalia a pā
niculo siphac: testis est Aui. xiii. tertii. c. i. Et cum istis medi
cinæ cardinibus oēs alii cōcordant ꝑ uia ueritatis. s. ꝙ sto
machus uere habeat substantiam compositam ex duabus
tunicis tantū: & ꝙ habeat tertiam eum circūuoluētem, &
ligantem dorso ortam a siphac: & ita etiam sunt cōcordes
ꝙ omnia membra naturalia sint cooperta panniculo quo-
dam orto a prædicto siphac, siue sit panniculus cooperies
siue alligans prædicta membra naturalia.

¶ Postq̃ uidimus numerum tunicarum stomachi in qui-
bus sunt uilli longi obliqui & lati secundum Aui. uidendū
est propter quid sint tales uilli in hoc membro a natura lo
cati, & est etiam uidendum qualiter sint situati. Dicamus
igitur ꝙ in interiori parte intrinseca tuncicæ stomachi q̃
est spissior & densior tunica exteriori sunt situati uilli in lū
gum protensi: teste Aui. prima primi. & . xiii. tertii. ad attra
hendum: quia prima & principalis operatio huius tunicæ
est instituta gratia appetitus cui immediate deseruit attra-
ctio: & ideo primi uilli intrinseci in stomacho sunt lungitu
dinales uel recti ut attrahant: qui nō solum sunt in stoma-
cho: sed etiam in meri siue gula sic incedentes usq; ad os: q
bus mediantibus attrahit̃ ad stomachū cibus & potus ac si
attraheret̃ manibus rectis: teste. G. iiii. de uti. c. viii. istis uer
bis. Intrinseca. n. tunica mēbranosior existēs ī uētre & sto-
macho, inulos rectos desup allatos hēt, & subdit, rōnabili-
ter aūt hēt hos: attrahere. n. omne uentrē ad se ipsum ꝑ sto
machū cibaria, & potus sicut manibus rectis his uillis. Ad-
uerte lector ꝙ ꝑ stomachū hic loci. G. itelligit uiam cibi. s.
œsophagū uel meri uel gulā, & ꝑ uētrē intelligit cellā cibi:
sed qa post istā attractionē statim requirit̃ secūda opatio q̃
est retētio, sicut dicit Mūdinus & Aui. prima primi. & . xiii.

tertii. Iō post uillos lungos imediate natura posuit obliqs: ad aliud tñ latus huius tunicæ intrinsecæ. s. uersus exteriorē tunicā/ ut imediate iuuēt retentionē attracti: ad hoc ꝙ p retētionē fiat digestio cōis toti corpori: & isti uilli obliqui secūdū aliquos ēt aliqd iuuāt ad attrahēdū/ & ēt ad expellēdū. De istis tñ uillis nō facit aliquā mētionē. G. nec i libris de uti. nec i libris de iuua. mēbrorū: sed iplicite. v. de iuua. uoluit retētionē fieri in stomacho a substātia cibi grossa nō dū digesta/ & subtiliata ipotēs trāsire p orificiū portanarii: qđ est strictius orificio supiori stomachi/ & est factū sic ut retineat cibaria usqȝ quo subtilient & digerāt q̄ postea subtiliata sunt apta trāsire p illud orificiū: quis sit strictū. Orificiū aūt supius est latū/ ut p ipsum trāseāt res grosse substantiæ: & hæc sunt uerba. G. Dico ergo qm̄ aial comedit forte res duras magnas sine masticatiōe: & pp hoc fuit necessariū/ ut uia p quā trāseunt istæ res amplior. s. œsophagus/ in inferiori aūt indiget ecōtrario: qm̄ nō trāsit p illā partē res magna & dura: sed indiget strictura canalis tēdētis ad illā partem/ ut sit locus portanarii strictus: qm̄ strictura istius uiæ ꝓhibet p transitū rerū in ea cito anteq̄ sint digestæ. Et in hoc indiget dū stomachus utit uirtute retentiua: qm̄ in illa hora duæ uiæ sunt strictæ & cōiunctæ. Aduerte tamen lector ꝙ ultra istud orificiū strictū requirit ēt ꝙ sit aliquid aliđ ꝙ retineat cibū i stomacho usqȝ quo digerat: qa semp cibaria nō sunt grossa imo sæpissimæ sūt liqda tenuia fluētia/ & tñ retinent in stomacho: & hoc est qa totaliter claudit orificiū inferius/ & ēt os supius stomachi/ ut cibus retineat ne descēdat/ & ēt ne ascendat. Et ista duo orificia etiā clauduntur a natura/ ut calor stomachi sit magis unitus/ & cōsequēter potēs/ ad digestionē perficiendā/ & talia orificia claudunt a natura ēt mediātibus uillis latis/ & meri/ & duodeni intestini. Talia autē orificia esse clausa assumpto cibo testatur. G. tertio uirtutum naturalium. c. iiii. qui dicit se probasse hoc in porcis incidendo eorum uentres primo dādo eis ex farinis cum aqua/ deide post tres aut quatuor horas secās talia corpora inuenit in uentre earū ea q̄ cōmesta erant nondū digesta: & non solū requirunt uilli claudētes prædicta orificia: sed ēt uilli circū trahentes totā substātiā stomachi pro cibo amplectendo: quia q̄tuncunqȝ cibus

sit paucus totus tamē cōplectitur a stomacho undequaqꝫ ut melius digeratur: & eo modo totus stomachus amplectitur totū cibū / quo tota matrix amplectitur undequaqꝫ totum sperma / sicut recitat. G. ubi supra istis uerbis: considerabis .n. ea quæ parū antea diximus / certissime quidem perclusum pyluron .i. portanarium: uniuersum autem uētrem contractū cibariis simili modo quali & matrices conceptis continuant: non .n. est unq̄ uacuā inuenire regionē neqꝫ secundum matrices / neqꝫ secundū uentrē / neqꝫ secundum utranqꝫ uesicā: sed siue paucum fuerit qd continet in eis / siue multum / plene & implete eorū uentres apparent semper tunicis eis / q̄ continent: cū demū secundū naturā habuerit alias. Ex prædictis uerbis colligitur ꝙ ultra orificium strictum portanarii requiruntur uilli circū trahentes stomachum / ut manu teneatur cibus in stomacho. Istā aūt circū attractionē principaliter faciunt uilli obliqui. Igitur erunt tales uilli in stomacho / sicut dicit Aui. q̄uis. G. de eis explicite non faciat mentionem in lib. de utilit. & de iuua. membrorum / ubi loquitur de stomacho. Veritas est ꝙ retentio etiam fit ab omnibus uillis: teste. G. xiiii. de utilit. c. xiiii. & ultimo: istis uerbis. Mōstratum .n. est & de hoc multotiens: quoniā singulū organorū attrahit quidem ad se rectis Inulis agens: excernit uero transuersis / retinet autem uniuersis / idem dicit quinto de util. c. xi. istis uerbis / q̄ uero uesicarum rectos / & rotundos / & obliquos habent Inulos: una .n. existēs alterutra ad omnimodā speciem motus idoneam aquisiuit constructionem eum .n. qui per rectos inulos motum ut attrahat aliquid / eū uero qui per trāsuersos / ut excernat / eū autē qui per obliquos / ut retineat circumtracti undiqꝫ rationabile fuit habere ipsam: solis .n. obliquis tensis latitudo contrahitur: solis autem rursus rectis lungitudo abbreuiatur omnibus autem simul / & rectis / & obliquis / & transuersis ad se ipsos congregatis tota contrahitur particula / sicut & lungioribus omnibus facientibus tota extenditur: & puto ꝙ. G. non posuerit istos uillos obliquos in stomacho ubi supra: uel quia sunt pauci respectu aliorum: uel quia retentio fiat per oēs uillos. Aui. etiam prima primi. c. de uirtutibus naturalibus ministrātibus ponit uillos latos retinere adiuuando tamen obliquos. Et non tā

tum retentio fit per oēs uillos: sed etiam expulsio sicut ap/
paret per Auic. prima primi de octo musculis uentris: qui
omnes & lungi/ & obliqui/ ac lati faciunt ad expulsionem
contentorum in uentre adiuuante diaphragmate. Vult ēt
G. iii. uirtutum naturalium. c. viii. ꝙ omnis motus tā uolū
tarius q̃ naturalis fiat per uillos istis uerbis. Singulis. n. eo/
rum quæ qui mouentur organorum corporibus secundū positiones uillorum motiones sunt. In ipsis autem primū primis musculis: examina hunc sermonem in quibus & uilli apertissimi & motiones eorū uidentur propter uehe/
mentiam. Post musculos autem ad naturalia organorū ue
ni & omnia uidebis secūdum uillos mota. Cū autem om
nis motus perficiatur uillis: & retētio sit motus/ igitur per
uillos debet principaliter natura retinere/ maxime p pro/
prios retentioni seruientes/ & isti sunt obliqui: ideo nō tā/
tum in stomacho fiet retentio a portanario stricto: sed etiā
ab oibus uillis/ principaliter tamen ab obliquis/ q̃uis sint
pauci numero respectu aliorum uillorū: & ꝙ sint uilli obli
qui in stomacho: & ꝙ etiam sint pauci testis est. G. iii. uirtu
tum naturalium. c. xi. istis uerbis. Sicut. n. uenter manife/
ste quidem attrahit & euellit cibaria in ualde esurientibus
anteq̃ certissime in ore leniatur/ & expellit in non ieiuniis:
& in non ex necessitate comedentibus: ita & aliorū singu/
lum utrasq; habet uirtutes/ & propriorum attractiuam/ &
alienorum excretiuam: & propterea si ex una fuerit tunica organum consistens/ sicut & uesicæ utræq;/ & matrices/ &
uenæ utrorūq; uillorum habet genera. s. latorū & rectorū:
& tertium demum genus: aliquod uillorum est obliquoꝝ
minus multum multitudine prædictorum duorum gene/
rum. Inueniuntur autem obliqui in organis quidem quæ
ex duabus tunicis consistūt in altera sola rectis uillis remi/
sti: in organis uero quæ ex una simul cum duobus generi/
bus aliis auxiliantur. s obliqui/ maxime actui/ qui detenti/
uæ nominatæ uirtutis. Indigent. n. in hoc tempore ꝯstrin/
gi/ & circum tendi quæ in eis sunt particulæ. Nam uenter
omni quidem tempore digestionis/ matrices uero tempo
re impregnatiōis omni. Ex prædictis patet ꝙ i stomacho
sunt uilli obliqui/ & ubi sint/ & ad quid sint: quia Zerbus
dicit ꝙ. G non facit aliquam mētionem de uillis obliquis

Nota.

Matrix hēt unicā tunicā

in stomacho: & hic loci apparet aliter esse contra ipsius di-ctũ. Auerrois tñ posuit secundo colliget retentionẽ fieri & etiã expulsionẽ per latos uillos, dicẽs retẽtio & expulsio fi-unt p tunicã quæ procedit secundũ latitudinẽ. Super isto tex. Vgo Bentius digestissimus Philosophus est conatus monstrare qualiter uilli lati faciunt retentionẽ: & dicit cũ cõstringunt̃ uilli lati in fundo stomachi materiã in directo suæ partis existẽtem a loco illo expellunt. Quod si uersus mediũ stomachi cõstringunt̃, cõtingit hac de causa in sto-macho retineri cibũ. Aduerte tñ lector q uilli lati p se non retinẽt: sed expellũt: p accidẽs tñ retinẽt, & diuersimode: quia interdũ retinent si ultimate cõstringant̃ sicut faciunt uilli lati duodeni intestini: qui q̃to magis cõstringuntur tã to melius claudunt portanarium, & sic per accidẽs iuuant retentiuã stomachi. Si uero uilli lati corporis stomachi di-minute cõstringant̃ ẽt retinẽt cibũ in stomacho: quia con-stringunt latera uersus centrũ undequaq, & sic amplectũ tur cibũ & eũ retinent in stomacho. Si uero isti uilli lati ul timate ꝯstringant̃ expellunt illud q est in stomacho adiu-uante grauitate cibi digesti uel indigesti ad aperiendũ por tanariũ q erat clausum a uillis latis duodeni: qa plus pos-sunt ad expulsionẽ uilli lati stomachi q̃n fortiter ꝯtrahunt̃ simul cũ grauitate cibi, q̃ uilli lati duodeni etiã fortiter cõ-strigẽtes: quia uilli stomachi sunt plures & maiores q̃ uilli duodeni: & iõ uelint uel nolint uilli lati duodeni aperiunt̃ & sic descẽdit cibus ad intestina adiuuãtibus ẽt uillis lũgis intestinoꝝ illũ attrahẽtibus si sint i natura, qa aliq nõ cõce dũt illos in intestinis: & nõ tm̃ uilli lati expellũt, sed ẽt tra-hũt, p accidẽs tñ, sicut faciunt uilli lati meri qui iuuant ad attrahendũ cibũ ad stomachũ, eũ inferius expellẽdo postq̃ cibus igressus ẽ canale ipsius ab ore ad stomachũ, & sic na tura utit̃ istis uillis ad diuersas opationes put sibi bene eue nit mõ attrahendo, mõ retinendo mõ expllendo. Veritas est q principaliter si põt natura attrahit per lungos uillos: retinet uero p obliquos, & expellit per latos.

Situs uilloꝝ ¶ Sitũ istoꝝ oĩum uillorũ ponit Aui. prima primi dĩces, & mẽbrorũ q̃ sunt, duas habẽtia tunicas uilli q in latitudinẽ tendũt semp in extrinseca existũt, eoꝝ tunica & alii duo in tunica eoꝝ intrinseca. Illi tñ q in lũgitudine protẽdunt̃ ad

supficiē magis declināt itrinsecā/q taliter nō creati fuerūt nisi attrahēdi & retinēdi sint simul nisi ī intestinis/ ponunt ēt isti oēs uilli.s.lūgi & obliqui in tunica intrinseca stoma/ chi:& lati in extrinseca tunica ab Aui.xiii.tertii/& sic loca/ uit natura istos uillos:ut inquit Vgo bētius: qa naturalius est attrahere iuuatiuū/ & ēt illđ retinere q̄ expellere supflu um.Iō natura istrumēta attrahēdi & retinēdi posuit simul & magis in intrinseca q̄ i extrinseca/ quia primo sensui ap/ petitus occurrit attractio / sicut diximus supra . Non autē posuit simul obliquos & latos / quia magis repugnat re tētio expulsioni q̄ repugnet attractioni:& causa est ut dicit Vgo prima primi:scilicet quia quies in termino a quo est contraria motui ab illo termino : ut patet quinto phisico/ rum:sed quies in termino ad quem non contrariatur mo tui ad illum terminum / & ideo magis repugnat actus ex/ pellendi actui retinendi : quam eidem repugnat actus at/ trahēdi.Ideo ut in pluribus membris duarum tunicarum uilli lati sunt in extrinseca soli.Dicit tamen Vgo ibidem ꝙ in membro in quo requiritur diminuta retentio / sicut in intestinis uilli obliqui sunt in extrinseca:quia iudicio meo si sint iuuant expulsiuam/ ut supra patuit . Galenus tamen nō ponit in intestinis nisi uillos latos: ut ēt supra patuit in capitulo de intestinis. In tunica uero extrinseca sunt uilli lati:teste etiam Gale.quinto de iuuamen.& quarto de uti. ut principaliter iuuent expulsiuuam / & etiam teste Auic. decimatertia terti istis uerbis:& extrinseca habet uillos la/ titudinales propter illud ꝙ scitur de necessitate expulsiōis & non positi sunt uilli expulsiui extrinseci / nisi quoniam attractio est prima operationum eius & propinquior ei: Deinde expulsio aduenit post illud/ & completur propter expulsionem cōtinuum in toto uase/ut expellatur ꝙ in ip so est &c.Et hec sufficiant de situ uillorum.

❡Sed quia superius diximus quomodo fiat attractio ci/ bi in stomacho & retentio/ & etiam expulsio ad intestina tam per uillos tunicarum stomachi quā per musculos infe riores uentris.Quæ operationes sunt mere & pure natura les:& etiam uoluntariæ mediantibus operationibus mus/ culorum.Mihi etiam congruum uidentur dicere quomo do fiat uomitus / qui aliud non est nisi motus stomachi

ad expellendum aliquod corpulentum in eo existens per uiam superiorẽ eius usq͡ȝ ad os & ad extra/ qñ talis corpulẽ ti expulsio cõmunicatur: sed quia alibi a multis peritis cõ/ plete pertractatũ est: & maxime a subtilissimo Vgone ben tio prima aphor. aphor. ii. ideo d eo sermonem perstringo Vnum tãtum dico ꝙ uomitus/ ut in pluribus/ fit a uillis la tis stomachi/ & gulæ/ & a musculis uentris/ & pectoris/ & œsophagi/ & oris/ concurrente & interdũ immo sæpe ma/ teria stimulante stomachum: & interdum concurrente de bilitate partis superioris stomachi: & interdum concurrẽ/ te imaginatiua propter rem fœdã/ & abhominabilẽ uisam & etiam multis aliis concurrentibus de quibus non fit ser mo. Quid autem sit abhominatio/ & nausea/ & subuersio quæ omnes sunt passiones stomachi non est præsentis ne gotii: ideo ad alios auctores transeundum est.

¶ Visis prædictis/ uidẽda est complexio stomachi quæ est frigida & sicca/ maxime eius complexio innata respectu cutis: quia i stomacho sũt plures partes nerueæ/ q̃ carneæ: mediante qua complexione adiuuantibus conuicinis mẽ bris fit ciborum bona & completa digestio: & hæc sua cali ditas innata est magis in tunica exteriori eius carnea/ q̃ in interiori: mediãte qua carne stomachus digerit: teste Aui. xiii. tertii. Coadiuuante calore uicinantium membrorum ut prædixi: sunt etiam aliqui qui dicunt in stomacho esse certam humiditatem salíualem iuuantem digestionem: & ita dicunt etiam choleram eũtem ad fundum stomachi iu uare digestionem. Sunt etiam aliqui qui dicũt stomachũ digerere cibaria a forma specifica/ dãtes exemplũ de Stru/ tio qui digerit ferrum. Complexio tamẽ hæc stomachi in/ nata redditur actu complexionis calidæ/ & humidæ respe ctu cutis: & stomachus digerit per istam complexionem sic actuatam secundum aliquos/ qui etiam uolunt ꝙ hæc complexio stomachi sic actuata sit calidior hepate: cum di cant stomachum actuari a calore cordis/ & hepatis: & sple nis/ & ab omnibus aliis conuicinis membris. Hæc tamen omnia alibi uẽtilata sunt ad quæ uolo ꝙ super hoc habea/ tur recursus. Vnum tãtum nolo ꝑtransire. s. ꝙ stomachus multum iuuatur ad digestionem perficiendam ab arteria adorti magna/ existẽte sub eo/ & a uenis/ & ab arteriis par/

uis substãtiã

uis substantiam ipsius stomachi ingredientibus/ quæ ue/
næ oriuntur a chili uena/& ab arteria aorta/& implantan/
tur stomacho in loco suæ maioris gibbositatis/& sensibili/
tatis & nutriunt tunicā exteriorē stomachi:& propter hoc
aliqui dicunt interiorem tunicam nutriri chilo / sed credit
per dictas uenas & arterias insensibiliter nutriri etiam tu/
nicam intrinsecam/qui rami ueniunt a uenis nutrientibus
tunicam extrinsecam:& ꝙ hoc sit uerum dicūt stomachū
pueri non nati nutriri in utero matris nondum suscepto ci
bo a quo nutriatur ut uolunt quidam/ueritas est ꝙ a sapiē
tibus assignantur tres modi nutritionis stomachi/ & unus
est non uerus.s.ꝙ uoluptuatur magis stomachus chilo q̄
nutriatur/secundus est etiam non uerus.s.quando uenit p
istas uenas portæ ad stomachum sanguis non bene depu/
ratus & coctus a quo etiam uoluptuatur : tertius uero est
quando uere stomachus indiget restauratione : quia tunc
hepar mittit sanguinem bene concoctum ad stomachum
de illo.s.qui uenit a uena chili:& tunc stomachus uere nu
tritur:& si.G.iiii.de regimine sanitatis / & alibi dicat chilū
nutrire stomachum intelligit non uera nutritione : sed eo
modo quo supra/ & sicut ipse.G.tertio complexionum di/
cit uinum nutrire subito ꝙ nutrit uoluptuādo propter su/
bitam penetrationem/sed si debet nutrire oportet ꝙ sit be
ne digestum/& in sanguinem conuersum : & ideo secun/
dum aliquos stomachus nutrit a sanguine ueniēte a uena
chili/& nō a uena portæ:qa sanguis uenæ portæ nō est di
gestus.G.tamen tertio uirtutum naturalium uult per eas/
dem uenas per quas chilus uadit ad hepar ꝙ per easdē nu
triat stomachus : sunt tñ q exponūt.G. ꝙ si nutriri a uenis
portæ non est uere nutriri/sed uoluptuari ut prædictū est
maxime quia Galen. ubi supra / capitulo .xiii. dicit ꝙ he/
par trahit a stomacho dum famescit/& econtra stomachus
ab hepate / eo modo quo facimus si inuicem a nobis ma/
nibus aliquid rapimus : & hoc facimus uoluptatis causa:
hæ tamen uenæ & arteriæ non sunt simul comites / nec in
stomacho / nec in diaphragmate/nec i hepate/nec in sple/
ne/nec in intestinis/teste Principe prima primi:& mediā/
te ista magna arteria/maxime in corporibus extenuatis p/
cipitur magna pulsatio in regiōe stomachi/ & intestinorū:

a qua pulsatione aliqui nostri medici Bononienses in quadam muliere extenuata decepti fuere: qui dicebant propter talem motum pulsatiuum illam mulierem habere in uentre unam uiperam uiuam/aut in stomacho aut in intestinis:certe res risu digna.

¶Locum/ & situm/ & colligantiam/ & figuram/ & quantitatem/ & etiam numerum partium/ & situm partium eius & passiones quas potest pati/ & iuuaméta optime assignat Mundinus in litera. Quæ iuuamenta numerat.G.iiii. de de uti.capitulo primo:& alibi istis uerbis. Nutriri quidem necessarium erat animal particulis.Ingressus autem cibariorum ad corpus unus est qui per os ratióabiliter natura uias plurimas abinde diuisit:has quidem uelut plateas & communes omnium nutrire debentium: alias uero uelut angustas quasdam uias ad singulas partes portantes nutrimétum.Igitur cómissa quidem/& maxima/& prima omnium uia ab ore ad uentrem defert sicut ad promptuariú aliquod cómune omnium particularum in medio animalis constructum:& subdit promptuarium autem hoc ꝙ cibum totum suscipit ceu diuina & non humana existens creatio laborat circa cibaria primo labore/ quo sine iutilis est & in nullum cómodum animali/ expurgat.n.ex eis sicut qui circa tritici elaborationem artifices si quid arenæ eis/aut lapidum/aut siluestrium seminum in seritur nocere corporibus natorum/ita & uentris/uirtus siquidem aliquid fuerit tale pellit inferius/reliquum uero totum quantum utiqꝫ fuerit natura benignum adhuc benignius efficiens/uenis quæ ad eú & ad intestina perueniunt distribuit: & ibidem.G.c.vii.ponit utilitates sensus oris stomachi/ & etiam utilitates stomachi istis uerbis.s.huius quidem/ alias igitur/est quædam attractiua uirtus proprie qualitatis sicut in sub memorationibus de uirtutibus naturalibus est monstratum.Est autem & retétiua attractorum/ & rursus excretiua superfluitatum/ & ante has alteteratiua ob quá eguit illis sed aliis quidem uniuersis animalis paticulis: & ni mirum easdem uirtutes habentibus non copulauit natura sensum eorum quæ desinit sed uelut plantæ nutriuntur:hæc semper ex uenis haurientes cibum:soli autem uétri & maxime eis quæ secundum os partibus eius sensum

indigentia instituit excitantem & pungẽtem animal affer re cibaria/ & hoc rationabiliter operata est: eis.n.quæ secũ dum totum corpus particulis quæ a uenis/ quæ ad conca ua prodeunt attrahentibus cibum. Ipsa antem concaua ab eis quæ secundum hepar:his autem rursus ex eis quæ ad portas feruntur:illis autem iterum ex eis quæ uentris & intestinorum/ nulla autem existẽte adhuc particula a qua oportet accipere uẽtrem ab extra:fuit necessarium anima/ libus replere eum: & in hoc differunt iam a plantis. Ille.n. quamuis quatuor alias uirtutes parum ante dictas similes animalibus habeant:sed tamen sensus eorum quæ desunt abest. Non.n.debent per os nutriri promptuarium copio/ si nutrimenti submissum habentes terram cui complanta tæ & coniunctæ semper habent copiam eius quod debet nutrire. Substantia uero animalium cum eo quod longe a terra est / ipsa secundum innatas eius particulas adhuc & moueri secundum electionem inest / & locum ex loco permutare. Itaq; propter utraq; hoc impossibile fuit ea si/ cut plantas sugere humorem qui ex terra/ eguit igitur sin gulum secundum propriam naturam/ aut herba/ aut semi ne/ aut fructu/ aut aliorum animalium carnibus nutriri : & hæc illo afferre tempore quo uenter senserit indigentiam: sed animalis particularum ex se ipsa innatum possidet sen sum/ sicut & hoc in aliis monstratum est. Influere igitur ta lem uirtutem uentri aliunde oportebat uelut per riuos aliquos a sensitiuo principio: & huius gratia ad eum par non paruorum neruorum desuper defertur / & disseminat & diaplasmat/ maxime quidem os eius/ & partes ei conti/ nuas/ & in aliis iam partibus usq; ad fundum eius proten/ ditur &c. Passiones etiam omnium modorum potest pati stomachus sicut optime dicit Mundinus. Et hæc sufficiãt de stomacho tam principali/ & nobili membro a quo om/ nia membra reguntur/ & trahunt nutrimentum/ qui est tã quam rex/ & bonus paterfamilias & iustus dispensator.

DE ANATOMIA SPLENIS.

TEXTVS MVNDINI.

SPlenis anatomia perfecte uideri non potest nisi abscindas costas aliquas mendosas ex latere sinistro, quas non perfecte eleues, sed ut sufficit operi tuo, quibus abscisis locus splenis tibi apparet, quia parieti sinistro stomachi adheret quantum ad concauum eius, quantum uero ad conuexum alligatur dorso, et siphac mediantibus panniculis subtilissimis, ortis a siphac.

¶ Aparet etiam ꝙ locus eius non est ita in alto sicut locus hepatis.

¶ Figura eius est quadrangularis, quia in homine est quasi ad modum quadranguli propter figuram stomachi, cuius concauitatem circũstantem in parte sinistra habet splen replere.

¶ Vide etiam quantitatem eius, quia in homine satis proportionabilis est in quantitate respectu aliorum membrorum.

¶ Colligantia uero eius est, quia colligantiam habet ad cor, hepar, mesenterium, zirbum, et stomachum. Colligantiam uero habet ad omnia ista membra præter cor per uenam, quæ uenit a porta hepatis ad splenem, quæ colligantia apparet, nam si excarnando procedas uidebis, ꝙ a uena portæ peruenit uena magna ad splenem a qua descendit unus ramus in medio transitus eius inferius ad mesenterium ad ipsum nutriẽdum, et portat

ſanguinem aquoſiorem, et humidiorem, poſtea quan-
do iſta uena approximatur ſpleni iterum unus ramus
ramificatur ab ea, qui uadit ad nutriendum partem ſi-
niſtram inferiorem ſtomachi, poſtea uero peruenit ad
ſplenem. ſ. ad concauitatem eius. Et ramificatur in con
cauitatem ipſius in duos ramos. ſ. inferiorem et ſuperio
rem, et deſcendit inferior inferius ad nutriendum zir-
bum, quantum ad partem ſiniſtram, ſed ſuperior tranſi
ens per concauitatem ſplenis ramificatur in duos, quo-
rum unus peruenit ad partem ſuperiorem ſiniſtrã ſto-
machi ad nutriẽdum ſuperiora eius, alter uero circa ori
ficium peruenit ſtomachi, ad portandum melancoliam
quæ mulgendo profluit ad os ſtomachi, ut incitet ape-
titũ. Sanguis uero qui remanet in ſplene ipſum nutrit.
¶Et ex hoc apparet tibi cum quibus mẽbris. Colligan
tiam habet ſplen mediantibus uenis. Colligantiam au-
tem habet cum corde per arterias, quæ ad ipſum ueni-
unt ab arteria aborti, quæ in dorſo eſt infra diaphrag-
ma, a quibus arteriis ſtomachus multum calefit in late
re ſiniſtro, uel a ſplene ratione iſtarum arteriarũ, et hæc
fuit una cauſa quare arteriæ multæ, et magnæ ueniunt
ad ſplenem, ſicut alia cauſa fuit, ut calore arteriarũ ſan
guis groſſus, qui eſt nutriturus ſplenem ſubtilietur et
digeratur, quia ſplen habet ſubſtantiam raram, in quã
debet recipere humorem groſſum melancolicum.
¶Et ex his apparet tibi unum aliud quod debes uidere
de ſplene, ſcilicet quæ ſit eius ſubſtantia, quæ eſt rara et
ſpongioſa.

¶ Vnum aliud etiam apparet, ſcilicet cuius complexionis ſit, quia in comparatione ad cutim calidæ et humidæ, licet eſſentialiter ſit frigidæ et ſiccæ, pp nutrimētū.
¶ Iuuamentum patet, et ex his tibi apparet ꝙ cum recipiat humorem melancolicum, et contineat groſſum et ineptum euacuationi ꝙ frequenter repletur, opillatur et apoſtematur, et reſoluentia fortia tunc multum reſoluunt ſubſtantiam eius ſi ſint fortia, dato ꝙ ratione humorum competant. Et hæc de ſplene.

COMMENTVM DECIMVM CARPI.

IN iſta litera ſuperiori Mūdinus ponit anatomiam ſplenis. Et diuiditur hæc pars in ſeptē partes principales. In prima nāq; parte docet remouere certas coſtas mendoſas, ut melius uideat locus & ſitus ſplenis. In ſecunda parte ponit figuram eius. In tertia uero parte ponit quantitatem ſplenis. In quarta uero ponit colligantiam eius. In quinta uero ponit cuius ſubſtantiæ ſit ſplen. In ſexta ponit ipſius cōplexionem. In ſeptima uero parte ponit iuuamēta ſplenis: & etiā ponit aliquas ægritudines eidem contingentes: & etiam ponit aliquam aduertentiā in cura talium ægritudinū. Secūda ibi, figura eius. Tertia ibi, uide etiam quātitatē eius. Quarta ibi, colligantia uero eius eſt. Quinta ibi, & ex his apparet tibi unū aliud. Sexta ibi, unum aliud etiam apparet. Septima ibi, iuuamentum patet &c. Prima pars poſſet diuidi, ſed de iſta diuiſione nō gauderēt mei heredes, ideo ſupſedeamus a labore. Litera eſt pauca & clara. Lege eam quia nō indiget expoſitione.
¶ Vltra ea quæ dicit Mundinus a nobis aliqua dicētur de ſplene, & primo de nomine: hoc membrum dicitur ſplen apud omnes auctores: teſte Nicolo qui dicit etiam hoc nomē ſumptum eſſe a ſpongia: & dicit latine lyen: & ab hoc nomine morbus ſplenis dicit morbus lyeus ſiue morbus lyenis, & lyenes, & lyenoſus dicit ille qui eſt ſpleneticus:

& lyen est membrum ꝙ ridere facit clarificando sanguinē trahendo ab eo partes tenebrosas/ & sic facit ridere per ac/ cidens/ quia risus prouenit a sanguine benigno & laudabi li & multo/ a quo multi spiritus & clari generantur lætifi/ cantes animam/ & ideo cōmuniter dicitur ꝙ hi qui multo & bono & puro nutrimento/ & maxime uino utuntur/ ge nerante clarum & multum sanguinem læti sunt & ridētes & propter hoc ut inquit Nicolus a lyene a quo ut dictum est procedere risum / dictus est lyēs qui multo uino utitur eo ꝙ multū rideat: unde uini deus. s. bacchus lyeus dictus est: & propter prædictam causam Alexander medicus uo/ cabat splenem instrumentum / risus / hoc membrum: te ste. G. iiii. de util. c. xv. Ab aliquibus uocabatur parenchi/ ma seu confusio habens uirtutem attrahēdi humores me/ lancholicos grossos/ ideo rarum & laxum sufficienter exi/ stit/ sicut spōgia/ ut faciliter attrahat & suscipiat humorum grossitiem. Aliqui dicūt ꝙ dicitur lyen quia habet formā linguæ/ sicut dicit Aui. de figura eius/ qui dicit ꝙ est mem brum longum linguosum / & aliqui dicunt ꝙ dicitur lin/ gosus a lyene. Rasis etiam & Auero. dicunt hoc membrū longum. De situ splenis aliquid dicit Mundinus. Dicit. G. ubi supra/ ꝙ natura locasset splenem circa concauum he/ patis prope uenas portæ nisi stomachus occupasset locū il illum/ ut melius mundificasset sanguinem: sed quia in sini stra parte erat locus uacuus ibi locauit splenē/ & ab hepate ad splenē natura misit corpus uenosum: ut nō sit minor ex purgatio hepatis q̃ si ꝑpe splenē esset locatus. Est. n. orga/ nū qdē purgatiuū generatorū in hepate limosoꝝ grossoꝝ: & melancholicorū chimorū ad se attrahens eos: & ꝯuersa est scima eius uersus stomachū & hepar/ & gibū eius simis opponit: & scima qdē/ arteriaꝝ & uenaꝝ iplātationes hēt. Aui. de situ eius cōcordat cū Mūdino. Recitat Aristo. ii. de hist. ꝙ in nōnullis quadrupedibus uisū est lyenē ꝑmutas/ se locū cū hepate. s. ꝙ hepar fuit in sinistro / splen uero ecō tra: hoc tamen fuit prodigiosum: & causa locationis sple/ nis in sinistra fuit frigiditas lateris secundum aliquos / ue ra tamen causa est/ quia in latere sinistro erat uacuitas lo/ ci ut prædictum est de mente Galeni: figuram habet lon/ gam linguosam & quadrangularē: & assimilat̃ spleni suis:

teste Arist.secundo de histo.Omnino splen in homine ali/
qualem habet similitudinem cum splene porcino: sed in
homine ut dicit Mudinus & bene: habet qudrangularem
formam:in porco autem non est sic Et istorum omnium
sensus est iudex. Quantitas eius in sua naturali dispositiōe
est sicut dicit Mundinus: sed si apostematur ut sæpissime
fit est notabilis magnitudinis/taliter ꝙ interdum tenet ho
mines absq; potentia ambulādi adeo est magnus/ & inter/
dum est in dupla proportiōe ad hepar: & interdum ducit
homines tales in quibus est cum apostemate adydropē/ &
propter suam magnitudinem ad se trahendo multum de
sanguine debilitat hepar:debilitat etiam ipsum quādo nō
trahit sanguinem grossum debitum:qui postea opilat he/
par/ & ipsum debilitat/ & dicunt auctores ꝙ magnitudo
splenis cum opilatione eiusdem est causa tabes/debilitan/
do hepar/modo prædicto a quo fit ꝙ non bene digeritur
sanguis:& ita membra abhorrent nutrimentum nō bonū:
& isto modo corpora demacrant᷑. Numerus est tantū unū
membrum supplens uices hepatis interdum/ut dicūt ali/
qui maxime quando hepar est male dispositum/ quia tūc
splen habet sanguificare/ & ideo.G.in libr. de iuuamento
anhelitus/auctoritate Arist.dicebat splenem hepar sinistrū
posse appellari/quia trahit succum ab intestinis sicut facit
hepar:hoc tamen est per accidens/ nec sua sanguificatiōe
multum gaudet natura. Hic tamen sanguis nutriens he/
par licet sit grossior/ est tamen benignior sanguine nutriē/
te splenē:quia splen nutritur/ut dicunt quidam sanguine
melancholico subtili nigro/ hepar uero sanguine rubeo
grosso/pulmo autem sanguine rubeo claro/ & subtili dige
stissimo/teste.G.iiii.de uti.& sanguis nutriens splenē non
est sanguis propriissime sumptus: quia non habet omnes
cōditiones sanguinis naturalis:ut prima primi:sed est san/
guis melancholicus quem non potuit hepar digerere to/
taliter quod postea fuit diegstū in splene. Inquit.n.G.iiii.
de uti.c.xv.splenis uero corpus tāto rarius hepate existēs
q̃to grossius pulmōe rationabiliter ex subtiliori sanguine
habet nutrimētum.Qui.n.attrahitur ad splenem grossior
est eo qui secundum hepar:sed prælaboratur ab arteriis q̃
ibi sunt simul cum uenis multum densiorem tunicam ha/
bentibus

bentibus uenis quæ sunt in hepate: nõ repente. n. grossus carni splenis/ sed subtilis & paulatim mittitur: & propter hoc caro quidem huius uisceris rarior est & leuior quá ea quæ secundum hepat/ non tamen rubicũdior aut xanthi/or: melancholicus. n. erat humor quem purgauit: ex quo elaborato nutritus ẽ: hepar uero ex benigno & grosso nu/tritur propter subtilitatem tunicæ uenarũ quæ sunt in he/pate & magnitudine foraminum: uno tamen sermone de nutrimento horum trium uiscerum sic habet/ hepar qui/dem ex rubicundo/ & grosso sanguine/ splen autem ex sub tili & nigro pulmo autem ex subtili xantho spumoso/ sunt igitur carnis eorum species secundum nutriẽtis humoris: maxime autem quoniam tales oportuit eas esse qualẽ eis natura præparauit cibum. Aduerte lector ꝙ sanguis nutri ens splenẽ est grossus: teste Gale. quinto de utilit. c. vi. sed aliqui dicunt ꝙ de grosso fit subtilis a calore arteriarum a quo digeritur/ & sic intelligit hic. G. multi tamen negant hoc dicentes ꝙ digestio fit ingrossando ad ꝙ respondetur ꝙ fallit regula in splene secundum aliquos adducẽtes au/ctoritatem prædictam. G. fallit etiam in generatione lactis.

¶Numerus partium extrinsecarum eius dictus est. s. ꝙ ha bet gibbum & cõcauum. Partes eius interiores sunt caro spongiosa rara. & uenæ/ & arteriæ.

¶Colligantiam dicit Mũdinus & bene. Colligatur tamẽ cum siphac mediante panniculo eum splenem circumuol uente/ & alligante: & sic colligantiam habet cum diaphra gmate. Complexionem optime tangit Mundinus.

¶Substantia splenis est mollis: teste. G. ubi supra/ & teste Aui. & Rabi moyse primo suorum aphor. & ideo faciliter suscipit sanguis grossitiem. Caro splenis est confusa uillis carens secundum aliquos: & substantia eius est tanq̃ san/guis melãcholicus coagulatus: & ideo ut inquit. G. ubi su/pra. Color carnis splenis non est rubicũdior calore carnis hepatis/ sed tendit aliqualiter ad subnigrum: & dicunt ali/qui ꝙ splen nutritur sanguine subtili/ nõ subtili absolute: sed ex sanguine grosso melancholico ad ipsum attracto a calore arteriarum & uenarũ subtiliato/ & sic ex sanguine subtiliato nigro nutritur splẽ: cuius signum est suus color niger/ seu subniger. Quidam tñ dicunt/ ut inquit Nicolus

ꝙ splen expurgat ab hepate humores grossos: sed quia hi prægrossitiæ non possunt penetrare ad splenẽ/ natura mittit cum eis de sanguine subtiliori qui facit illos ad splenẽ peruenire/ ex quo sanguine subtili splen postea nutrit/ & est hic sanguis subtilior eo quo nutrit hepar/ cuius signũ est ꝙ splen decoctus remanet mollis hepar uero durũ. G. tamen ubi supra tenet oppositũ. Et hoc mẽbꝝ q̃uis sit rare substantiæ/ est tamen densioris substantiæ ipso pulmone: teste. G. qui dicit splenẽ esse tanto rariorẽ hepate/ q̃to est grossior pulmone: est tamen corpus spongiosum & fragile/ teste Hali. mediãte qua spongiositate attrahit sanguinẽ feculentũ & grossum adiuuantibus uenis & arteriis/ uirtute quaꝝ sanguis ad ipsum ueniens digeritur/ & substantiæ splenis assimilat. Hæ. n. arteriæ suo motu continuo & calore uitali per eas a corde deueniẽs sunt potẽtes digerere superfluitatẽ grossam deuenietẽ ad ipsum splenẽ ab hepate: teste. G. & ita ex calore prædicto ex sanguine grosso fit subtilis/ nõ absolute: sed similis nature splenis/ immo subtilior sanguine qui nutrit hepar/ & fit nutrimentum splenis/ cũ subtili sanguine/ tamen ꝙ resudat ab arteriis eius: teste. G. ubi supra: & . iiii. de iuua. Rabi tamen Moyses dicit ubi supra/ ꝙ arteriæ sparguntur in splene ad expellendum a se fumosam superfluitatẽ in eo generatã malitia humoris in ipsum decurrentis & malitia sui. Sunt tñ aliqui qui dicũt splenẽ mediante sua cõplexione inata digere ipsũ sanguinem ad se uenientẽ adiuuantibus tñ uenis & arteriis ac ẽt membris circũuicinis. G. tñ in lib. de iuua. anhelitus dicit auctoritate Ari. nullã arteriã inueniri nec in sple/ nec in hepate: hic tamen liber secundum aliquos non est. G. Dicit tamen ibidem. G. sua propria opi. ꝙ in curuatura splenis sunt uenæ & arteriæ: in gibbo eius autem nõ sunt/ nec uenæ/ nec arteriæ: sed dicit in curuatura hepatis sũt uenæ & arteriæ: in gibbo uero hepatis sunt uenæ tantũ/ harum uenarum situm optime dicit Mundinus: est tamen notandũ secũdũ aliquos inter quos est etiam Zerbus ꝙ arteriæ eo modo sunt in splene & in membris uicinis. s. in stomacho in zirbo & in mesenterio sicut sũt uenæ prædictæ/ iuuamẽta splenis sunt multa: & inter alia est iuuamẽ ad cibi concoctionem sua caliditate hoc faciens/ quia est mẽbrũ sangui/

neum:teste Ari.iii.de partibus.c.vii.Lyen etiã uapores ua gantes diuertit & attrahit ex uentriculo/ & ꝯcoquere eos põt:& ibidẽ dicitur ꝙ lyen est iecur adulteratum: dicitur etiã ibidẽ ꝙ cõis usus oium uiscerum est gratia uenarum: uidelicet quo uenæ/utpote/ pensiles sustineri & copula ui scerum stabiliri ad corpus possint/ quasi anchoræ per par/ tes deductis iaciunẽ ad corpus/uerbi gratia de uena maio re ad iecur/ & lyenem deuenitur:&.n.uiscerũ eorum natu ra quasi clauus corpori eam affigit.s.iecur/ & lyẽ in altera corporis uenam maiorem affrimant. Ad hæc.n.sola rami ab illa mittuntur.Iuuat etiam hoc membrũ ad depuratio/ nem sanguinis: & ideo per accidens splen facit ridere/ & postq̃ splen ex melãcholia eã digerendo/ cibũ sibi fecit cõ/ petentem de eius superfluo/ut dicunt quidam/ residuum mittit ad os stomachi/ut præstet utilitatem in appetitu ci/ bi/quia hæc melancholia sua ponticitate acredine/& ace/ tositate tanges orificium stomachi ad ipsum resudans per uiam emulctionis corrugat os ipsius.Sicq̧ stomachus sen tit & appetit cibum/ꝑstat etiã splen iuuamentũ in digestio ne fienda in stomacho/ per accidens tamen/ quia mediãte ponticitate prædictæ melancholiæ clauditur os stomachi q̃ mediãte cõfortatẽ illius digestio:teste.G.v.de uti.c.iiii.di cẽte nigrã aũt cholerã ne dũ nõ nocẽtẽ inuenimus: sed ẽt adiuuãtẽ ad hũc actũ uẽtris suptẽdit.n.ipsam & colligit ad se ipsam/ & ꝯprehẽdere diligẽter cogit cibaria/ & retinere quousq̧ diligẽter digerãẽ.Hæc tñ cholera postea descẽdit ad fundũ stomachi/& ad intestina tãdẽ & fecibus cõmixta expelliẽ extra corpus/ & Aui.dicit ꝙ splen est receptaculũ melãcholiæ naturalis & accidẽtalis.i.adustæ. Sũt tñ aliq̃ q dicũt splenẽ esse mẽbꝵ nõ necessariũ hõi/sed dicũt eũ solũ esse ad bene eẽ:& dicũt posse demi uita remanẽte/ dicẽtes cursores & leues & celeres i ambulãdo eẽ sine splene/ hoc tñ apud me fabulosũ est.Et huius opi.ultra aliquos ex nr̃is modernis erat erasistratus.s.ꝙ splẽ esset factus gr̃a nullius utilitatis:q̃ opi.reꝓbat.G.iiii.de uti.c.xv.Ari. tñ ubi supra dicebat lyenẽ ꝑ accidẽs necessariũ eẽ:qa nõ oib'ẽ aialibus Alber.ẽt idẽ affirmat.Nota tñ ꝙ Ari.dixit splenẽ eẽ in aiali bus ꝑ accidẽs/qa nõ est i oibus aialibus:sed i hoie ẽ neces/ sarius/ & in aialibus multũ hñtibus de sãguine i qbus mul

ta repit fex sanguinis:ut iõ sanguis ab illa fece depuret nã ordinauit splenẽ. Nota ẽt ꝙ sunt multa aialia q̃ hñt appeti tũ/& tñ nõ habẽt splenẽ/ sicut sunt multæ species piscium & etiã certũ aial uolatile habẽs caput asini non hẽt splenẽ: teste Ari.ii.de histo.etiã noctua non hẽt splenẽ:nec ẽt aliud aial uolatile qđ hẽt caput caprinũ:scđo aialiũ . Iuuamentũ etiam præstat splen in refrigerando cor:teste Auicẽ.aliqui etiam dicunt ꝙ contemperat hepar. Nota tamen lector ꝙ apparet per.G.in lib.de iuua.anhe.ꝙ chilus uadat ad sple/ nem/ & ꝙ ibi digeratur/ & conuertatur in sanguinem/ di/ cens splenẽ attrahere succum cibi a stomacho/ & ab intesti nis sicut hepar. Cui opi.etiam assentit Ari.iii. de partibus. c.vii.dicens ꝙ lyen attrahit ex uentriculo & ibidem etiam dicitur ꝙ lyen est iecur adulteratum . Huic tamen opi. est contraruis Aui.prima primi/ & etiam.G.iii. uirtutum na/ turalium:qui uolũt sanguinem genarari in hepate. Pro cõ cordantia cuius dissonantiæ sunt aliqui qui putant/ & be/ ne/ ꝙ q̃uis splen possit digerere chilũ/ & ipsum in sangui/ nem conuertere/ propter hoc illud non facit nisi rarissime: & maxime in casu in quo hepar est egrum: illud nõ potẽs facere: & tunc meliori modo quo potest natura utitur sple ne ad hoc officium:qui quidem sanguis in splene genitus nõ est multũ dilectus mẽbris: qa oĩno est melãcholicus & diminute digestus:quẽ mẽbra renuũt/ & iõ in tali casu cor pora demacrant: & si pseuerat talis digestio ad ultimũ na/ tura deficit:sed si hepar ẽ bene dispositũ chilus totus ad ip sum trãsmittit & ibidẽ digerit . Cuius sic digesti ps feculẽ tior ab hepate trãsmittit ad splenẽ. Sũt tñ aliq q dñt ꝙ chi lus uadit ad splenẽ ut eo uoluptuet:sed supior rõ melior ẽ & magis aceptabilis. In lib.ẽt p̃dicto đ iuua.anhe.dr ꝙ chi lus uadit ad cor p arteriã adhortã/ & ꝙ ibidẽ digerit & effi cit sãguis/cuius possibilitas nõ põt negari.maxime cũ .G. iiii.de uti.dicat idẽ/ tñ ex p̃dictis ĩtrincatis opinionibus re ptis in p̃dicto lib.G.attributo aliq putãt eũ librũ nõ eẽ .G. quẽ Gẽtilis/ & Zerbus/ & aliq alii damnãt. Splen põt pati oẽ genus ægritudinis/ & inter alias de facili pp humorem grossũ ad eũ naturaliter tẽdẽtẽ opilat: a q̃ depẽdet sãguinẽ hepatis nõ posse đpurari: & sic p accidẽs splẽ ĩducit ægritu dines ĩ hepate diuersoꝝ modoꝝ: & hæc sufficiãt de splene.

DE ANATOMIA HEPATIS.

TEXTVS MVNDINI.

Hepar manifeste. Vides esse locatum in dextro latere amplectens stomachum superius eleuatum ualde, et non decipiat te q in animali mortuo multum locatur sub costis, quia non est sic, cum sit sub diaphragmate, et diaphragma exstremis costarum cõiungitur, sed hoc euenit quia membra spiritualia multũ euanuerunt, et ideo uacuitatem eorum replet hepar, comprimẽdo diphragma, et ideo debes trahere hepar inferius et animal siue corpus eleuare.

¶Et considera quantitatem eius maximam in homine, cum sit animal calidum et humidum.

¶Respicias etiam partes eius quarum quædam sunt intrinsece integrales, quædam uero extrinsecæ magis, intrinsecæ integrales sunt quinq; pennule eius licet in homine non semper sint abinuicem separate, et qualibet illarum pennularum est composita ex uenis diuisis et dispersis per eas in modũ retis, cuius retis uacuitates replete sunt carne, quæ est proprie substãtia hepatis, quæ est sanguis coagulatus, et in his uenis continetur chilus qui diuisus est ad minima et secundum minima alteratur, et contangitur ab hepate totaliter, ut quasi totum hepar contangat totum chilum, et hoc ordinauit natura, ut melior fieret et perfectior cõuersio chili in sanguinem, quia alteratio quæ fit secundum minima melior

siue perfectior est.

Sed tu dices quare natura non sic ordinauit in stomacho, sed in stomacho posuit concauitatem unam. Dico quod hoc fecit quia in stomacho non debet fieri perfecta digestio sicut in hepate. Item quia in stomacho assumuntur cibaria grossæ substantiæ quæ nõ possent per strictissimas uias penetrare, sed ad hepar substantia tantum liquida dicitur peruenire et penetrare. Et ista decoctio si fiat in toto hepate magis tamen fit in parte superiori. Et propterea pars illa solidior est et magis compacta.

Partes eius extrinsece, sunt partes eius quibus mediantibus habet cum aliis colligantiam, nam cum corde habet colligantiam per uenam chilis quæ oritur a gibbosa parte hepatis, et per arterias, ut uidebis in anatomia cordis et uenæ chilis, habet colligantiam ad diaphragma cui suspenditur, et ad spondiles siue dorsum cui alligatur per panniculum eius ortum a siphac.

Panniculus autem eius est duplex .s. cooperiens uel circumuoluens, et suspendens. Primus est substantiam suam uelans. Secundus est suspẽdens ipsum ad diaphragma superius. Ex primo patitur dolorem extensiuum, per secundum patitur dolorem aggrauatiuum a materia aggrauante.

Quedam uero sunt partes quæ sũt orte ab eo, et istæ sunt duplices .s. uenæ et canalis chistis fellis, de canali hoc postea uidebitur.

Venæ autem sunt duplices .s. chilis quæ oritur a gib-

bositate hepatis, et concaua siue porta quæ oritur a cō cauo hepatis. De anatomia chilis postea uidebitur.

¶ Portæ autem sunt quinqȝ rami intrantes hepar sicut sunt quinqȝ pennule iam dicte hepatis.

¶ Egredientes uero extra hepar sunt octo, duæ paruæ, in quibus non labores ad discernendum, quia sufficit tibi si sequentes discernes.

¶ Sex autem aliarum. Prima uadit ad dextrum stomachi ad nutriendum tunicam exteriorem eius, et specialiter partem inferiorem.

¶ Secunda uero uadit ad splenem cuius anatomiam, iā uidisti in anatomia splenis, et illa est satis magna et bene discernibilis.

¶ Tertia tendit ad latus sinistrum et uadit ad intestinū rectum ad exsugendum humiditatem a cibo si quid remansit iuuatiui.

¶ Quarta uadit ad superiorem partem dextram stomachi ad nutriendum ipsum in opposito eius, quæ ueniebat a splene ad latus sinistrum.

¶ Quinta pars diuiditur quia una uadit ad dextrā partem zirbi ad nutriendum eum, in opposito illius quæ ueniebat a splene, quæ ueniebat ad nutriendum sinistrum zirbi. Alia uero pars uadit ad colon ad sugendum quicquid est in ipso et ad nutriendum ipsum, et propterea in parte dextra maxime continuatur zirbus cum colon.

¶ Sexta uero pars uadit ad ieiunum, et reliquum eius uadit per intestina gracilia, scilicet ilion usqȝ ad cecum,

et in isto sunt plures uenæ meseraicæ quam in aliquo alio, et propterea iste ramus erit tibi manifestus ualde.

¶ Aliud quod debes uidere est forma eius et figura, nã figura est lunaris, quia concauitatem habet et gibbosita tem propter quod apostema factum in gibbo eius de/ bet esse figuræ lunaris.

¶ Apparet etiam substantia eius, quia in eo est caro propria quæ est sicut sanguis coagulatus, et ideo est eius complexio calida et humida.

¶ Iuuamentũ et operatio eius apparẽt, quia eius opera tio est chilum sanguificare. Et quia hydrops est propri um nocumentum sanguificationis manifestum est ꝙ hyprops est propria passio hepatis. Quomodo autem aquositas uel uentositas huius perueniat ad totum cor/ pus, ut in hyposarcha satis patet, quia per uenas. Quo modo autẽ pueniat ad cõcauitatẽ uentris, ut in asclite, et timpanite declaratum est supra in anatomia mirach.

COMMENTVM VNDECIMVM CARPI.

IN hac parte Mundinus ponit anatomiam hepatis: & diuiditur superior litera in sex partes principales In prima parte dicit locum siue situm hepatis. In se cunda ponit q̃titatem ipsius. In tertia uero parte ponit nu merum partium & etiam ponit colligantiã eius ad aliqua membra. In quarta parte dicit figuram hepatis. In quinta uero ponit eius substantiam. In sexta & ultima ponit iuua menta & aliquas ægritudines quas potest pati hepar. Se/ cunda ibi/ & cõsidera q̃titatem eius. Tertia ibi/ respicias ẽt partes eius. Quarta ibi/ quod debes uidere. Quinta ibi/ ap paret ẽt substãtia ei us. Sexta ibi/ iuuamentũ & opatio eius apparent. Prima pars adhuc posset diuidi: sed non est uis.

Circa quã

Circa quam primam partem est notandum ꝙ Mundinus dicit hepar esse ualde locatum i alto sub costis: quod tamẽ non est uerum in animali uiuo: sed intellexit Mundinus ꝙ hepar sit sic locatum i animali mortuo: & ideo dixit / & nõ decipiat te ꝙ i animali mortuo multum locatur sub costis: & Mundinus etiam intellexit hepar esse locatũ in alto sub costis in corpore mortuo iacente / non autem stãte: & propter hoc dixit / & ideo debes trahere inferius / & corpus eleuare. s. ab hepate supius: & sic litera Mũdini est clara ubiq; nisi ubi loquitur de colligantia eius ad membra. Dicit. n. ibi Mundinus ꝙ hepar habet colligãtiam cum corde mediante uena chili: & dicit ueritatem. Dicit etiam ꝙ habet colligantiam per arterias cum corde / ut uidebis in anatomia cordis / & uenæ chilis. Nescio ego quid uelit hic loci dicere Mundinus stante litera: ut apparet in textu: quia nec in anatomia cordis / nec alibi ponit hepar alligari cordi ꝑ arterias / nec posuit hic / nec alibi arterias uenire ad hepar sicut posuit eas uenire ad splenem: ex quo infero omnino aliquid de litera Mundini deficere in isto. c. de hepate: uel in. c. de corde: uel in. c. de uena chilis descendẽte ubi aliqd loquitur de arteria adorti descẽdente. Cæterum huius capituli clarum est expositione non indigens lege literam. Sed ultra ea quæ dicit Mundinus in litera a nobis sunt dicẽda aliqua notatu digna. Dicemus igitur teste Nicolo hepar dici ab epi ꝙ est supra / quasi supra stomachum positũ: uel supra distributionem nutrimenti omnium membrorum / & etiam supra sequestrationem superfluitatum quæ sunt in sanguine. Verius tamen dicit̃ hepar a græco / & est nomen simplex / & non compositum / ut dicit Nicolus / qđ scribit̃ p. κ. qđ apud nos uertit̃ in / e / lõgũ / & aspirat̃ / nã hepar est apud græcos id membrũ / qđ a latinis dicit̃ iecur / & ab aliquibus ficatum / quia omnino hepar habet substantiam similem ficui fructui. Dicunt tamẽ aliqui illud dici ficatũ: quia impinguatur usu ficuũ / qđ est falsum: quia si sic esset multa alia haberet nomina: quia a multis rebus impinguatur hepar / & inter alia ab uuis. Dicitur autem iecur quasi iacens pir / eo ꝙ in ipso iaceat ignis amoris unde dicitur. splen ridere facit: cogit amare iecur. Cõmunis. n. est opi. ꝙ cognitionis fundamentum sit cerebrũ / audaciæ

uero iræ ac timoris sit cor: desiderii autem sit hepar: unde dicebat Rabi prima suorum aphor G. dicere auctoritate Hippo. & Pla. ꝙ homines alias puniebantur pæna eorum membrorum quibus perpetrauerāt nō iusta/ & ideo a certo iudice cuidam amasio propter rem uenercam quā habuerat cum amasia imposita fuit pæna supra ipsum .s. ꝙ a miluis dilaniaretur eius hepar: quia hoc membrum est locus & initium desiderii: & ideo finxere propter hoc poetæ uulturem siue falconem rodere & dilaniare iecur tytii. Est enim hepar teste constantino membrum concauum rubicundum lubricosum in dextro latere locatum/ stomacho superpositum suo calore primam iuuās digestionem/ a Situ cuius est incipiendum ut sequamur ordinem Mūdini.

¶ Situs igitur eius est in dextro latere sub diaphragmate in mediate tangens illud solum in puncto .s. cum parte superiori gibbosa ne impediret diaphragmatis motiones q̄ interdū laboriosæ sunt: & in hoc loco locatur ut costæ mēdosæ aliqualiter curuæ defendant ipsum ab exterioribus: quæ defensio iudicio meo est debilis: & ideo. G. iiii. de uti. c. xiii. auctoritate Homeri dicit Vlixem sapientissimum in isto loco ubi frenes habent hepar cogitare & conari & nō ad aliam partem ponere ensem ciclopi gigāti: credidit. n. sic agens ut nec modico tempore uiuere posset. Ari. tamē secundo de hist. dicit aliquando hepar reperiri in latere sinistro. Quantitas hepatis in homine est sicut quantitas cerebri quæ etiam est multa: & hæ duæ substantiæ in homine sunt maiores q̄ in alio animali sibi proportionato: teste Aui. & hepar est tale .s. magnum: quia omnino homo plus cōmedit de cibariis multiplicātibus sangu. q̄ aliud animal sibi proportionatum: ideo debet habere magnū membrū sanguificās. Fuit etiam magnum quia sanguis in homine est magis paratus resolui propter eius subtilitatē q̄ in alio animali: & ideo fuit magnum ut resolutus sanguis cito restauretur: & licet unum hepar in aliquibus hominibus sit maius altero/ semper tamen est magnum/ & multo maius splene: quia membra proportionanẗ operationi. Splen. n. paruam habet operationem: & ideo est minor hepate: & per operationem hic loci intelligo actionem in materia: quia materia transiens ad hepar est longe maioris q̄titatis

q illa quæ transit ad splenem : & ideo uas eam suscipiens debet esse maius : suscipit.n.hepar quattuor humores / & aquositatem cum eo tendentem non solum ad renes : sed aquositatem tendentem per uenas/ qua mediante sangu. penetrat ad loca ad quæ non penetraret nisi ab aquositate secum mixta subtiliaretur. Splen autem nõ habet suscipe/ re nisi feculentiam sanguinis hoc est melancholiam fecalẽ: & ideo hepar est longe maius splene : & auctores ponunt unum signum in cognoscendo hepar magnum a paruo: inter quos est Auic.s. ꝙ habentes magnam manum habẽt magnum hepar: & sic econtra . Vnum aliud signum uerũ ego notaui.s. ꝙ illi habent magnum non solum hepar/ sed omnia membra naturalia: qui habent magnam distãtiam ab epiglotali chartilagine ad os pubis : addito tamen hoc: ꝙ illi ẽt multũ comedunt/ quia operatio magnificat mem bra. Figura hepatis est lunaris: non tamẽ ut luna spherica: sed sicut luna quæ fulget trino aspectu: habet.n.cõcauum uersus stomachum/ in quo est uena portæ & gibbum uer/ sus costas mendosas & uersus dorsum in quo est uena chi lis: & apostema eueniẽs ei habet ipsum eleuare uersus mi/ rach/ & tunc apparet ibidem eminẽtia in forma lunæ præ dictæ: sit tamen cautus medicus ne decipiatur: quia inter/ dum apostema est in musculis oqliquis tantum/ & aposte ma est obliquæ & lunaris figure: & talis differentia cogno scitur ex accidentibus apostematum : prout latius dice/ mus in nostra chirurgia.

¶Substantia hepatis hominis est ex carne rubea/ non ue/ ra carne: sed confusa quæ est quasi sanguis coagulatus . In ista carne nõ sunt aliqui uilli sicut in carne musculoꝝ/ nec sicut in carne pura. Hæc tamen substantia hepatis est duri or & densior in parte gibbosa/ mollior uero in parte cõca/ ua : & hoc est quia per partem gibbosam fit contactus ad membra dura.s.ad dorsum: per partẽ uero cõcauã fit cõta ctus ad mẽbra mollia/ ut ad stomachũ & ad intestina: ut er go duꝝ a molli nõ tãgat/ nã uoluit substãtiã hepatis esse ta lẽ/ ut supra/ sed ista tñ caro hepatis differt a sãguine coagu lato ex parte agẽtis: qa sanguis extra/ & nõ ĩtra corpus hu/ manũ coagulat a frigoꝛ caro uero hepatis ẽ coagulatus sã guis a calore nãli dsicãte hũidũ. Caro tñ hepatis nõ ẽ uere

ſanguis:ſed caro ſanguinea non eſt dura tantum/ ſicut ca/
ro cordis : nec ſicut aliæ carnes/ſed mollior/& rarior appa
ret propter multitudinem uaſorum / ſcilicet uenatum in
ea exiſtentium quæ eſt rara admodū/ut dicunt aliqui ſub
ſtantiæ ficuum:in ſubſtantia iſta hepatis uenis plena non
ſunt uacuitates intra ſe recipientes ſanguinem & chilum
ſicut in corde & in ſtomacho / & hoc eſſe in cauſa dicit.G.
iiii.de uti.ſ.ꝙ requiritur ut caro hepatis tangat minimam
partem chili:& ideo uacuum hepatis eſt ramoſum ad mi/
nimas uenas terminatum/ad hoc ut caro hepatis ex ꝓpin
quiori loco uniformiter contangeret chilum/& illum in ſā
guinem conuerteret:quia chilus & etiam ita aliæ res meli
us patiuntur/& celerius quando ſunt ad minima deductæ
quia non ſunt ſic potentes reſiſtere:ac ſi eſſet notabilis q̈ti
tatis:& ratio uera hæc eſt:quia agens naturale fortius agit
in propinquum q̈ in remotum ut plurimū/cæteris tamen
paribus:& ideo dicit.G.ubi ſupra:ꝙ uenæ in hepate non
ſunt gratia diſcretionis/ſed ſunt ut chilus trahat moram in
hoc uiſcere ut efficiatur ſanguis.Et ſubdit/ſi autē fieret ue/
nis uenter magnus non maneret ad plurimum in hepate
ſanguis / nec partem minimam carnis eiuſdem uiſceris tā
geret chilus:quare & ſecundum hoc deterius fieret utiq̨
ſanguificatio.Si.n.corpus hepatis primum eſt ſanguinis
organū chilus / qui maxime approximauit huic / citius &
melius debuit ſuſcipere ſpeciem ſanguinis.

¶Et iſtæ uenæ de mente.Aui.& aliorum illuſtrium medi
corum ſunt diſperſæ per hepar ad inſtar retis totā ſubſtan
tiam hepatis replentes iſto modo:nam rami maiores ue/
næ portæ qui ſunt in concauo hepatis uadunt ſemper mi
nuendo/ſicut radices arborum uerſus gibbum: & ita rami
maiores uenæ chilis/qui ſunt in gibbo eodem modo ueni
unt uerſus concauum/& inuicem ad minima deducti coa
ſtomātur in media regione hepatis:& ibi in iſtis minimis
uenis fit integra digeſtio & tranſmutatio chili in ſanguinē
licet chilus incipiat fieri ſanguis in meſeraicis uirtute ue/
natum:& ibidem.ſ.in cētro hepatis/& in concauo fit ſeq̄/
ſtratio choleræ/quæ mittitur uel trahitur ad kyſtim fellis.
Nota tamen ꝙ dixi has uenas inuicem terminari in media
regione & in cētro hepatis/& ſic eſt/ꝑut ego uidi in ieco/

rib us/q̃ pluribus coctis maxime in elixatis: sed per centrũ & mediam regionem hepatis nolo ꝙ intelligas centrum: & partem mediam sicut in certo dato puncto: sed per partem mediam/& centrum intelligas partem existentem in medio hepatis per totum/itai penularum exermitatibus: sicut alibi diuidendo hepar per superius & inferius æqualiter: & per superius ego intelligo gibbum/per inferius autem concauum eius: nam in substãtia hepatis in concauo sunt quinq; rami notabiles uenæ portæ: qui a uero centro concaui hepatis uadunt disseminando se per substantiam inferiorem hepatis uersus extremitates penularum eius: & ita rami magni faciunt ramos minores/deinde minores & tãdem minimos/tendentes uersus superiorem partem hepatis: & eodem modo in substantia hepatis gibbosa sũt etiam quinq; rami uenæ chilis/unus pro qualibet/penula etiam terminati ad minima/sicut primi uenientes uersus concauum hepatis: hoc est uersus uenas prædictas portæ ad minima terminatas/& sic minimi cum minimis coastomantur seu alligantur: itaq; unus præbet uiam alteri in trãsitu sanguinis per eos/& etiam in transitu aliarum rerum a gibbo hepatis ad concauum prouenientes. Et isto modo trahuntur per pharmacias a remotis materiæ ad intestina per hãc uiam/uel ꝙ natura expellit eas per se: & sic postea facto & digesto sanguine in istis minimis uenis transit sanguis uersus gibbum per minimas uenas ad maiores/deinde iterum ad maiores/postea ad uenam magnã chilis/deĩde ad cor in quo acquirit complementum digestionis/& deinde transit ad alia membra/ut infra dicemus. Contra opin. meam prædictam quæ sensui est manifesta apparet. G. esse. iiii. đ uti. qui dicit uenas portæ/hoc est uenas quæ sunt in scimis hepatis non copulari uenis quæ sunt in gibbis eius/quibus uerbis est dicendum non uenas magnas copulari inuicem: sed ramusculos tãtum/aliter errasset. G. quia sensus demonstrat minimas partes harum uenarum inuicẽ copulari: inter quas uenas/ut supra diximus/in formam retis per substãtiam hepatis diuisas est caro hepatis prædicta replens uacuitates/& spatia ibidem existentia: & hæ quidem uenæ in extremitatibus prædictis sunt subtilissime ad instar substan tiæ uillorũ. Quæ uenæ: teste. G. ubi

ſupra/ſunt ſubtiliores omnibus aliis uenis corporis: &.G.
ibidem dicit has uenas eſſe tenuiores:quia ſunt minus ap
tæ lædi uenis aliorũ membrorum/ & etiam quia ſua ſubti/
litate continent in ſe materiam ad minima magis diuiſam
& conſequenter aptam digeſtioni/ & ſanguificationi . Sũt
tamen aliqui qui putant hepar habere uillos & forte non
male:hi tamen uilli ſi in hepate ſint/ſunt in uenis & in pá/
niculis eius & non alibi.Illæ tamen uenæ minime nõ ſũt
uilli ut forte putãt prædicti:ſed uilli ſunt in uenis etiam in
illis minimis ut perficiãt operationes ſibi debitas . Iſtos ta
men uillos eſt credẽdum eſſe imperceptibiles/ & maxime
in iſtis minimis ramuſculis uenarũ : qui tamen ramuſculi
q̃tumcunq; ſint minimi etiam per eos trãſit ſanguis a cõ/
cauo ad gibbum/ & econtra: & ita etiam materia exiſtẽtes
in membris remotiſſimis/ natura ex ſe hoc agente/ uel ſti/
mulata ab arte ut diximus. Ad maiorem prædictorum di/
lucidationẽ eſt notandum ꝙ uera purificatio ſanguinis a
cholera ſolum fit circa loca centri hepatis:in cõcauo tamẽ
& ideo ibidẽ oritur ſel q̃tũ ad ſuũ principiũ principians ut
patebit infra: & ad iſtud centrum non poteſt tranſire melã
cholia propter ſuam groſſitiem / & ideo natura eã expellit
uerſus ſplenem/ & ſic ſanguis purificatus tranſit ad gibbũ
hepatis ſimul tñ cũ aquoſitate urinali:ſubtilitate cuius ſan
guis ſecum mixtus tranſit:quia per ſe ſua groſſitie non po
tuiſſet penetrare tam anguſtas uenas : & ſic hic loci.ſ.i iſto
ſtrictiſſimo loco melius ſãguis ſiue chilus patitur digeſtio
nẽ pp rõnes ſcitas/ & ſic parua q̃titas ſanguinis tranſit cõ/
tinue in ſecunda digeſtione ad uenã chilim eo mõ quo ſu/
pra diximus/ & ſic parum poſt parũ replet illas uenas ma/
gnas uenæ chilis:ſicut etiã uena portæ ſatis magna ad in/
tra hepar plena chilo aliqualiter ſanguificato parum poſt
parum tribuit ꝺ prædicto chilo ſanguificato illis minimis
ramis: & ſic generatur ſanguis in hepate:qui poſtea puriſi
catur a parte prædictæ aquoſitatis mediãtibus renibus/ re
manet tñ aliqua aquoſitas cum ſanguine:ut ſua ſubtilitate
ducat eum ad loca ad q̃ non tranſiret: & etiã propter alios
fines alibi dicẽdos: & cauſa propter quid debuit in trãſitu
ſanguinis p hepar eſſe maior q̃titas aquoſitatis mixta ſan/
guini eſt:qa uenæ hepatis ſunt anguſtiores omnibus aliis

uenis corporis:ideo fuit multa aquositas secum mixta/ut esset subtilis ad penetrandum aptus:& etiam quia natura in centro hepatis non potuit locare tot instrumēta ꝓpter angustiā loci pro sanguine depurādo/sed tantū posuit ibi/dem principium kysti fellis. Volunt tamē aliqui ꝙ in istis uenis hepatis non sint uilli lati ad retinendum chilum:sed dicūt prauitatem uenarum sufficere ad talem retētionem. Ista tamen iudicio meo sunt imaginabilia non autem de/monstrabilia:quia hic loci esse uillos non potest ꝓbari sen sū:est tamen possibile ꝙ sint per rationes satis sustentabi/les:hoc est bene uerum ꝙ ad istas uenas uenit chilus q tā/dem sanguificatur & transit a cōcauo ad gibbum hepatis & ad totum corpus & econtra ut supra dictum est. Aliqui dubitant etiam an chilus depuratus a fecibus sit grossior sanguine/an alio humore:& inter alios Zerbus dicit chilū esse subtiliorem eis/dicens ꝙ digestio semper procedit in/grossando/& sic dicit chilum esse minus digestū aliis qui/buscūq; uelis humoribus/& ultra hoc dicit multam aquo/sitatem ire cum sanguine per uenas totius/& etiam ad ui/as urinæ/ex qua chilus redditur subtilior aliis humoribus Aliqui tamen dicunt choleram purā & naturalem esse sub tiliorem chilo/& ego etiam sum huius opi.& credo Auic. tertia quarti: in principio esse meæ opinionis: ubi loquit̄ de apostematibus cholericis/q dicit cholerā uix posse cōti neri a cute sua subtilitate:ueritas est ꝙ credo chilū esse ex/cepta cholera subtiliorem quocūq; alio humore. Quæ cho lera sua igneitate & subtilitate si a natura expellatur ad cu tem non potest retineri a cuti. Dicit præterea Zerbus ꝙ di gestio in massa ptisanaria cōmuniniter dicitur fieri igrossā do:ꝙ etiam falsum est:quia in splene fit digestio subtilian/do grossum sanguinem/nō autem ingrossando eum ut su pra patuit in anatomia splenis auctoritate. G. Vltra prædi cta est notandū ꝙ ad hepar uadunt arteriæ/maxime ad cō cauum eius a corde seu ab arteria magna descendente: & ratio propter quid uadūt arteriæ ad cōcauū & nō ad gib/bū hepatis est quia pars gibbosa euentat̄ sufficienter a mo tu diaphragmatis/& horum omniū testis est. G. iiii. de uti. c. xiii. istis uerbis:& cur secundum scimas quidem partes hepatis frequētes uenæ quæ sunt ad portas eius simul cū

Contra Zerbum.

arteriis ordinatæ sunt omniũ primæ: & subdit ꝑpter hæc autem & arteriarum positionem laudare oprtet/ non.n.lo cauit eas in medio superiorum/ & inferiorũ uenarum: sed in scimis subtendit solis sciens hepatis cõtinuum motum existere ex frenum uicinitate. Rationabiliter autem & par uæ factæ sunt ceu ad refrigerationem solam famulantes si mis uisceris neq; indigentes sanguinem transumere: non enim deponunt superfluitates/ neq; uitalem spiritum mul tum præbẽt hepati sicut quibusdam aliis organis: & neq; nutriunt carnem eius subtili & uaporoso cibo. Et subdit ut cõmoderatio caliditatis custodiatur uisceris arteriæ ad ipsum perueniunt: idem fere dicit.v.de iuua.c.iii. Istæ ta/ men arteriæ sunt paruæ cum difficultate reperibiles: pro/ pter quam difficultatem Arist. dixit ubiq; locorum ubi est locutus de hepate/ ꝙ in eo non sunt arteriæ. Auerrois etiã hic loci titubat/ & monstrat se ignorasse anatomiam.

Contra Zer bum.

¶Numero hepar est unum membrum tantum/ non autẽ duo/ sicut putant aliqui/ qui dicunt splenem esse secũdum hepar: si tamen capiatur splen pro secũdo hepate/ hoc erit iproprie/ qa est hepar adulteratũ/ sicut supra dicebat Ari.

¶Numerus uero partiũ hepatis est iste/ quia aliquæ par/ tes sunt intrinsecæ sicut sunt rami uenarum/ & arteriarũ i substantia eius existẽtium/ & cato ipsius/ de quibus omni bus factus est sermo. Aliæ uero sunt extrinsecæ.s. pannicu li eius duo/ circumuoluens/ & alter suspendens/ & kystis fellis/ & duæ uenæ notabiles porta.s.& chilis quarum ex/ plantatio est ab hepate: secundum.G.inter quas partes ex teriores ponitur pars eius gibbosa & concaua. Reperitur itaq; tota substantia hepatis tecta certo panniculo ab extra qui est hepati sicut cutis: teste.G.& hic panniculus est ner uosæ substantiæ/ teste Auic.cuius uilli sunt cõmixti/ & est grossior in concauo hepatis q̃ in gibbo: & hic panniculus ut supra prætactum est/ oritur a siphac/ q̃uis aliqui dicãt ꝙ generatur quando generatur hepar: & aliqui dicunt ꝙ ge neratur a neruo ueniẽte a corde. Quid ego sentiam de hoc ex supradictis alibi per me apparet/ mediante isto pannicu lo hepar sentit/ quia aliter esset sicut planta insensibilis/ & huic panniculo implantatur neruus a cerebro ueniẽs dãs ei sensum: teste.G.ubi supra istis uerbis/ ut uero nõ omni/

fariam

fariam insensibile remaneat neruus complantatur cōtinē-
ti tunicæ: suasibilior quidem erit sermo & aptior multis.
Si.n.neq; flegmon curæ esset ei/neq; saniationis/ neq; ali-
cuius alterius passionis haberet sensum/in nullo utiq; dif-
fert a plantis/propterea autem & obtuse sentit omnes ta-
les passiones & non euidenter sicut aliæ particulæ corpo-
ris:quoniam neruus paruus existens ad tunicam contine-
tem distribuitur:aut nō omnino ad uiscus implātatus est:
aut non ad totum:demostratum.n.est & hoc a nobis: quo
niam ad continuas particulas usq; ad aliquid uirtutes tra-
duntur:& propterea superfluum erat neruo ad totum di-
stribui uiscus:obtusum.n.sensum qui secundum traditio-
nem debebat præbere.Ex prædictis apparet q; caro hepa-
tis non habet sensum/licet illa pars immediate tecta a pan
niculo sentiat per uerba prædicta.G. & dicūt aliqui q; hic
sensus magis reperitur in concauo eius q̄ alibi ut sensus p
cipiat contristantia.s.superfluitates quæ sunt in chilo pri-
mo huic parti obuiantia:& expellant eas. Hic etiam panni
culus non tantum circūuoluit hepar:sed per ipsum alligat
posterius dorso:& etiam superius diaphragmati alligatur:
& etiam ante uersus siphac mediante istomet panniculo
circūuoluente:& etiam mediante uena quæ portabat san
guinem a matrice ad hepar non nato adhuc animali: quæ
uena manifeste apparet in quacunq; ætate si diligenter eā
perscrutetur anatomicus q̄tuncunq; sit frustrata a propria
operatione:& sic hepar alligatur posterius uersus dorsum
& superius diaphragmati/& anterius uersus siphac.Ista ta
men colligantia est spissior densior seu fortior uersus supe
rius.i.uersus diaphragma:teste Aui.& etiam ante ubi alli-
gatur siphac ut apparet ad sensum/ut non dislocetur in ue
hementibus motibus.Ille autem panniculus quo mediā-
te hepar alligatur uersus superius diaphragmati cōmuni-
ter dicitur panniculus suspendens:quo mediante ut inqt
Mundinus & aliqui alii patitur hepar dolorem aggrauati
uum:sicut per panniculum ipsum circūuoluentem/prædi
ctum patitur dolorem extensiuum:aut a uentositate: aut a
materia ipsum extendente/ut in apostemate. Potest tamē
hic panniculus & alii pati omnes species doloris: ut pun-
gitiuū & huiusmodi dolores oēs : tñ isti pāniculi oriūtur a

siphac eo modo quo alias diximus membrum oriri a mē/
bro:uisum tamen est aliquibus ꝙ isti panniculi sint sensibi
liores uni indiuiduo quam alteri, & hoc non est mirum:
quia omnino aliquis homo est sensibilior alio, & causa est
manifesta cuicunqꝫ docto, & probo uiro. Sunt tamen aliq
inter quos est Albertus Alemanus qui dicūt hepar mediā
te isto panniculo habere motum:nullus tamen sapientum
dicit hepar moueri nisi moueat a diaphragmate & a mus/
culis anterioribus uentris quibus alligat mediante siphac
& uena prædicta:& ꝙ hepar affigatur prædictis membris
testis est.G.iiii.de uti.&.v.de iuua.istis uerbis: & istud he/
patis coopertorium est magnum ligamentum ꝙ affirmat
ipsum, & ligat cum omnibus intestinis:quoniam cooper/
torium extensum super uentrem extenditur super quodli
bet istorum, & ligatur hepar cum pariete ligamento ma/
gno, & cū costis posterioribus aliis ligamentis gracilibus.
Hepar etiam ultra prædictas eius partes extrinsecas habet
penulas quæ etiam dicuntur alæ & fibræ quibus stoma/
chum amplectitur:quas penulas.G.appellat lobos, & ita
etiam appellat penulas pulmonis:& mediantibus istis pe/
nullis q̄tum ad partem dextram hepar amplectitur stoma
chum maxime circa fundum, sicut ut dicit Mundinus ali/
quis amplectitur aliquā rem quinqꝫ digitis manus, ut ca/
liditate earum iuuet stomachi digestio, quæ digestio ma/
gis perficitur in fundo q̄ in supremo. Nota tamen ꝙ istæ
penullæ in multis hoībus reperiunt quinqꝫ, & secūdū nu/
merū penularū, ita est numerus canaliū uenæ portæ ad in
tra hepar:aliqđ tñ hepar hēt quatuor penullas, & aliquod
duas & tres tm̄:sed ad intra hepar in aliq̄ penulla interdū
sūt duo & tres rami notabiles uenæ portæ:& ita uenæ chi
lis ad minima tādē terminati sicut diximus supra:ut in plu
ribus tñ sunt quinqꝫ rami notabiles uenæ portæ, & ēt chi/
lis ad intra hepar:siue sint qnqꝫ penulæ: siue minus nume
ro qa nunq̄ sunt plures qnqꝫ nisi sint mōstrosæ : & natura
fecit hepar diuisum in penulas:ut qñ stomachus est reple/
tus plurimo cibo aut potu possit dilatari cōsentiēte diuisio
ne hepatis in penullas:qa si hepar hēret penulā unā ꝯtinu
am & fortē impediret dilatationē stomachi, cū sit ꝙ hepar
ut prætactū est amplectat stomachū maxime in dextra par

te uersus fundũ eius. Sũt igiẽ ut in pluribus indiuiduis: te/
ste Aui. aut quattuor aut quinq3 lobi: & iter istos lobos me
dius est maior aliis in quo locaẽ kystis sellis in parte cõca/
ua eius / & kystis fũdũ est uersus extremitatẽ lobi prædicti
pendens sicut bursa: & hic lobus medius in quo est kystis
sellis appellaẽ lobus siue penula additamenti: alii autẽ lobi
habẽt alia nomina quæ sũt nullius utilitatis apud medicos
ideo silentio eos pertranseo. Vltra pdictas colligantias he/
par habet colligantiá ut breuiter dicá cum oibus membris
ad quas uadunt uenæ ortæ a uena concaua tam ascenden
te q̃ descendente: tñ ultra alias colligantias maiori colligã/
tia unitur cordi q̃ alteri mẽbro mediante magna uena con
caua chilis dicta. Hæc. n. uena teste. G. iiii. de uti. firmatur li
gamento forti cũ hepate: cuius uenæ tunica est hic loci sa/
tis grossa solida & densa quia est magna ualde. De hac ue/
na partes aliquæ subtiles & tenues sunt dispersæ per gib/
bum hepatis usq3 ad capilares & minimas uenas: & sic sũt
subtiliores in substantia hepatis q̃ extra: quia sunt ad intra
hepar magis tute dicebat. G. ubi supra: & hæc uena transit
p diaphragma ad cor: & ista uena hic loci est piculosissima
si soluaẽ sicut diximus auctoritate Homeri d exẽplo cyclo/
pis gigantis & Vlyxis: & teste. G. & Auic. hæc uena uersus
dorsum est tenuior: uersus uero anterior ẽ dẽsior ac durior
qa est magis exposita occurrẽtiis extrinsecis. Colligaẽ etiã
hepar cũ corde mediantibus arteriis paruis seu arteria pdi
cta ueniẽte ad ɔcauũ eius: colligaẽ ẽt itestinis & stomacho
& spleni / & Zirbo mediãte uena portæ. Inter partes etiã
extrinsecas hepatis numeranẽ uenæ portæ / & ẽt uena chi
lis. Sed ut sequamur ordinẽ Mundini in hoc loco tantũ di
cemus de uena portæ: deinde dicemus anatomiã kystis sel
lis: postea seruato ordine pdicto dicemus de uena chili cũ
annexis. Huius uenæ portæ satis diffusæ & lucidæ supius
tractat Mũdinus. Sed qa hic ẽ primus sermo de anatomia
uenarũ corporis humani / aliqua ultra ea q̃ dicit Mũdinus
a nobis diceẽ / quis hæc uena portæ ab aliqbus & pcipue a
Rasi nõ sit habita p uera uena: primo qa nõ hẽt in se sãgui
nẽ depuratũ sicut hẽt & uena chilis & orta ab ea: & ẽt quia
hæc uena portæ nõ oriẽ a gibbo hepatis a quo ipse Rasis
dicit oẽs uenas oriri: & dicit istã uenã portæ non esse uenã

ſed ꝙ habet ſimilitudinem cum uenis & ꝙ eſt canalis qui
dam:& etiam.G.in aliquibus locis uocat meſeraicas cana
les quæ ſunt ex ramis uenæ portæ. Vena igitur eſt nomē
latinum / & teſte Conciliatore differ.xlvii.& uena eſt cor/
pus panniculare oblongum rotundum una tunica conſi/
tum ſanguinis naturalis pro nutritione contētiuum:& di/
citur uena a latinis/quia per eā ſanguis uenit:& græce ue/
na dicitur phleps: cuius īciſio uocatur phlebotomia ſicut
arteriarum inciſio dicitur artariotomia:teſte.G.in libro de
phlebotomia:& particulariter hæc uena portæ a Ruſo no
minatur pyle:& huic uenæ:teſte.G.iiii.de uti.fuit impoſi/
tum hoc nomen porta a certo uiro antiquo ſapientiſſimo
circa naturam:& ab eo remanſit nomen uſq; nūc:& Hipp.
& totus cetus Aſclepiadum cum eo ita nominarūt laudā/
tes impoſitionem talis nominis:quia hæc uena eſt diſpen
ſatrix totius nutrimenti ꝙ eſt ſecundum animal: nā ſicut
per portam in domum ſic per hanc uenā portæ ſanguis in
chilim uenam & in totum corpus ingreditur:& iſtam ue/
nam portæ.G.ſexto de interioribus.c.iii.uocat uenam cō/
cauam dicens ſaniem poſſe tendere a pectore ad uias uen/
tris & inteſtinorū:& ad uias urine:quia ī pectore ſanies cō
tenta poteſt ingredi uenam chilis/ & etiam adortam arteri
am per ſuos poros/& poteſt tendere ad renes ut patet bo
no anatomico/poteſt etiam tendere ad uentrem per uenā
chilim quā uenā.G.aſſimilat ſtipiti arboris & mediātibus
ramis chilis poteſt tendere ad uenam concauam / quæ eſt
uena porta/& dicitur concaua quia eſt in concauo hepatis
tamen cōmuniter uena chilis dicitur uena concaua: quia
eſt ualde magna habens cōcauitatem maiorem uena por/
tæ/& ſic a pectore per uenam chilis mediante uena portæ
ſanies tranſit ad uentrē per meſeraicas & ad renes ꝑ emul
gentes/& etiam per arterias & omnia talia ſunt poſſibilia
licet fiant raro:quia ut dicit.G.illa materia tranſmittitur fa
cilius per ſputum & interdum/nec per ſputū nec per uen
trem/nec per renes expellitur:quia forte eſt groſſa & uir/
tus eſt debilis/& tunc tales empici iudigent adiutorio ma
nus.ſ.ꝙ perforetur pectus inter coſtas: ut dicemus latius
in noſtra chirurgia. Subſtantia huius uenæ & etiam aliarū
eſt membranoſa ex multis ligamentis & paucis neruis cō

texta: Ideo est pauci sensus: in quibus uenis sunt omnes species uillorum ut fiat attractio retentio & expulsio. Et omnes uenæ uenales tantum unam habent tunicam quæ fit de uera earum substantia: quia uenæ habent circa se membranam cõmunem omnibus membris naturalibus circũ uolutam ortam a siphac: quæ membrana non est de substantia uenarum: in quibus membranis secũdum aliquos non sunt aliqui uilli inter quos est. G. quinto de utili. c. xi. & secũdum aliquos alios sunt uilli omnium modorum in talibus membranis. Zerbus tamen se ipsum hic & alibi cõfundit: quia dicit modo uillos esse in talibus membranis: modo eos non esse: nam in anatomia hepatis ubi loquitur de substantia eius dicit in substantia ipsius panniculi esse uillos cõmixtos: & i anatomia uenæ portæ dicit uillos nõ esse in panniculo tegente uenas: & hic loci est repræhensione dignus: quia omnis panniculus cõponitur uillis ner ueis & ligamentalibus qui effugiũt sensum: teste Aui. nec curo ego ꝙ isti uilli sint lõgi nec lati nec obliqui, sat est dicere Zerbum mõ ponere eos, modo illos negare: quia omnino est credendum uillos omnium modorum esse in panniculis gratia attractionis & retentionis nutrimenti ipsoꝝ & expulsionis sperfluitatum eorum q̃uis pauce sint suæ superfluitates: quia teste Aui. prima primi de membris nullus notus manifestus localis nec naturalis neq; uoluntarius fit nisi per uillos. Credo bene illos uillos magis esse imaginabiles quã uere sensibiles: & credo. G. ubi supra dicere uillos non esse in prædictis membranis respectiue & non absolute: quia dixit nulla igitur earum ad Inulos resoluit sicut intrinsecæ. s. tunicæ ipsorum organorum proprie secundum quas agunt: & hæc uena uocatur lactea secundũ aliquos, quia per eam transit materia alba lactea . s. chilus. Aliqui uero uocant hanc uenam lacteam quia per eam labitur cibus. In istis tamen differentiis est pauca utilitas, lactes. n. ut supra dictum est: ad multa se extẽdit: cõmuniter tamen capitur lactes pro mesenterio: quod etiã dicit̃ Imẽ. Complexio huius uenæ, & etiam aliarum uenarũ est calida, & humida, respectu contenti, magis quam ratione suæ substãtiæ, quæ esset per oppositium, nisi esset sanguis eaꝝ. ¶ Figura omnium uenarum est rotunda, cõcaua ad instar

Nota d̃ Zerbo.

Lactes quid

Venaꝝ figura.

canalis/ & uiæ. Quantitas huius uenæ pro parte supra diximus: quæ colligatur cum ramis uenæ chilis. Alias colligãtias peroptime dicit Mundinus. Situs huius uenæ est in cõcauo hepatis/ quæ uena: ut prædixi: ut in pluribus ad intra hepar habet quinq; ramos: qui uersus extremitates penu/larum eius dirriguntur semper se ramificando: rami cuius tendunt uersus gibbum: & cum uenis uenæ chilis uenientibus uersus concauum obuiant: & ibidem coastomantur: ut prætactum est: & a uenis tã gibbi q̃ concaui resudat sanguis ad substantiam hepatis: & eam nutrit. Et nota unum notatu dignum ꝙ sicut sanguis qui resudat ad gibbum hepatis est magis digestus: & purificatus a superfluitatibus: ita etiam facit substantiam gibbi solidiorem & compactiorem: oppositum autem est in parte concaua propter san/guinem ibidem esse minus coctum: & purificatum: & hoc etiam contingit in splene. s. ꝙ est mollis substantiæ ꝑpter sanguinem minus digestum: q̃uis possint etiam assignari: & assignatæ sint aliæ causæ. Numerum partium huius uenæ ad itra hepar diximus supra: ad extra uero optime dicit Mundinus. Et multi admirantur quare ad stomachum in quo fit: & reperitur chilus: non ueniãt plures/ & notabiles uenæ: ad quos respondit. G. iiii. de uti. stomachũ esse factũ propter digestionẽ. Intestina uero propter distributionẽ digesti: & ideo multæ sunt uenæ in intestinis: paucæ uero in stomacho: quæ forte sunt magis gratia nutriendi stomachũ: q̃ gratia distributionis: licet possint nutrire stomachũ: & etiam transmittere per eandem uiam chilum ad hepar: sicut faciunt uenæ intestinorum per eandem uiam trahentes & expellentes: teste. G. tertio uirtutum naturaliũ: licet istæ uenæ non faciãt hos motus cõtinue & frequẽter: sicut facit pulmo: qui continue per eandem uiam trahit aerem: & illum expellit subito: & etiam sicut faciũt aliqua alia mẽbra: ut os/ nasus/ arteria/ & similia: sed intestina per eãdem uiam trahunt chilum: & per eandem mittunt nutrimentũ ad intestina: ut nutriantur quando opus est. s. in notabili distantia temporis. Nec fuit opus istas uias habere uillos longos duplicatos: quia impedirent se: sed una uillorum lon/gorum species tantum sufficit: quia isti uilli non habẽt ali/quod caput principale: sicut habent musculi: sed possunt

Notandum.

Quare non ueniant plures uenæ ad stomachũ.

trahere ad quam partem intendit natura: sicut facit sangui suga: quæ a quacunq; parte traiht. Nõ oportet igitur mirari: ut faciunt quidam: si intestina nutriuntur mediante uia meseraicarum. Est tamen notandũ pro maiori declaratiõe prædictorum/ ꝙ attrahere/ & expellere teste Nicolo in .c. de anatomia fellis potest intelligi duobus modis: uno modo ꝙ fiant prædicti actus a natura: ita ꝙ ipsorum principium sit a natura quomodocunq; illa ipsorum existat principium: alio modo ꝙ ipsa non sit eorum quomodocũq; principium ordine naturali: & inquit ꝙ adhuc scire oportet ꝙ attractio/ & expulsio aut referuntur ad unum membrum: aut ad diuersa si referuntur ad diuersa membra possunt prædicti actus fieri per eandem uiam secundum naturam/ & ordine naturali/ & eodem tẽpore simul uerbi gratia hepar expellit aliquod superfluum a se: quod superfluũ membrũ quod est post hepar attrahit tanq̃ sibi iuuatiuũ. Quare attrahit aliquid ad se ex chilo p meseraicias: si autẽ attractio & expulsio referunt ad idẽ membrũ tunc possunt ẽt isti actus p eandẽ uiã fieri: sed non eodẽ tempore: sed in diuersis tẽporibus: & hoc ideo quia attractio / & expulsio sunt actus oppositi/ qui eadem uia: & eodem tempore perfici non possunt: nisi sit aliquod/ quod prohibeat: sicut coopertorium pororum uritidorum in uesica: & propter coopertorium kystis fellis. Quod coopertorium in kysti nos negamus/ ut infra apparebit: & subdit Nicolus. Si autem intelligantur isti actus inquantum natura sit eorum actuũ principium ordine naturali & tunc dupliciter/ quia aut attractio / & expulsio fiunt gratia alimenti aut non: si gratia alimenti principaliter: tunc secundum naturam ordine naturali non fiunt prædicti actus per eandem uiam: immo est alia uia per quam fit attractio: & alia per quam fit expulsio: & ideo stomachus expellit per intestina/ & non per meri per quod attraxit. Si uero non fuerit gratia nutrimenti: tunc eadem potest esse uia ordine naturali attractioni / & expulsioni: & hoc quando illud quod attrahitur non habetur pro superfluo: sicut est attractio spermatis a matrice / & expulsio foetus per eandẽ uiam. Cum igitur attractio/ & expulsio referatur ad id mẽbrũ. s. ad meseraicas in attrahẽdo chilũ / & in expellẽdo

Notandum. Attrahere & expellere duplicit poni.

sanguinẽ nutriturũ intestina necessario ꝑdictæ opationes fiunt in diuersis tẽporibus ꝑ ea q̃ dicta sunt ibidẽ, & quæ dicta erant superius. Iuuamenta huius uenæ portæ recitat G.iiii. de util. dicẽs ꝙ sicut onerũ portitores in ciuitatibus emundatum in promptuario frumentum ad aliquod cõmune ciuitatis deferunt ergasterium, simili modo hæ uenæ ut digeratur, & utile ad nutriẽdum iam fiat præ elaboratum in uentre cibum deferũt ad aliquem cõmunem totius animalis digestionis locum: quem uocamus hepar: & non tantum præbent meseraicæ iuuamentũ in deferẽdũ chilũ: sed illũ digerunt: & cõuertũt in sanguinẽ incohatiue teste. G. ubi supra. Iuuant ẽt istæ uenæ, ut intestina, & stomachus nutriantur ad ea portando nutrimentum. Passiones omnium modorũ potest pati uena portæ, & inter alias de facili opilatur. Iuuamẽta totius hepatis ꝑ parte sunt tacta: tamen inter alia iuuamenta hepar bene dispositum multum confert ad temperiem, & sanitatem totius: teste Arist. tertio de partibus. In hepate. G. ponit animam concupiscibilem, & propter hoc dicit per totum corpus mediante spiritu ueniẽte ab hepate perfici desiderium, in hepate etiam. s. in kysti fellis posuit uirtutem irascitiuam a quo felle uapores per corpus eleuati inducunt indignationem & sic per uirtutem primam ante dictam omnia mẽbra appetunt sibi cibum, renuunt uero per secũdam: & sic ab hepate ueniunt istæ uirtutes naturales. Et inter alia iuuamẽta hepar est primum organum sanguificationis, teste. G. ubi supra, maxime caro ipsius ante dicta. iiii. etiam d iuua. dicit ꝙ hepar est principium uenarum, & primum instrumentorum generantium sanguinem, & etiam idem dicit Aui. maxime de sanguine uenali adiuuante tamen secundum aliquos calore cordis. Ari. uero uoluit sanguinem fieri in corde. Super hac discordantia finẽ impono, quia hæc alibi uentilata sunt. Aliqui dicũt hepar esse fontem spirituum naturalium: & aliqui dicunt, ꝙ omnium spiritum minera est cor, sed dicunt spiritum uenire ad hepar, & ibi adaptari pro operationibus naturalibus, & ad cerebrum etiam spiritum tendere & ibi adaptari, pro operationibus animalibus. Hepati possunt cõtingere omnes speties ægritudinum, etiam de facili propter raritatẽ suæ cõpositiõis.

De anatomia kystis fellis.

DE ANATOMIA KYSTIS FELLIS.

TEXTVS MVNDINI.

LOcus kyſtis fellis eſt in cõcauo hepatis in penula media eius, et cauſa huius fuit, quia colera quam continet debet tranſmittere ad inteſtina propter cauſam dictam ſuperius, nunc autem agilius coleram hanc tranſmittit ad inteſtina, q̄ ſi eſſet locata in gibbo hepatis.

¶Item niſi ſic eſſet, tunc non contangeret inteſtinum colon propter iuuamentum dictum. Sed tu dices quo modo uerificatur dictum Gale. quinto de iuuamentis membrorum capitulo tertio, ꝙ purgatiuum coleræ eſt in loco medio uenarum, quæ portant ſanguinem ab hepate, et uenarum inferiorum quæ attrahunt et educunt chilum ad hepar.

¶Dicendum ꝙ illud habet ueritatem de loco colli kyſtis fellis, quia initium colli eſt in medio hepatis, ut patet ad ſenſum, et debuit ibi eſſe initium ſui ortus cum in medio hepatis compleatur digeſtio humorum, ergo ibi debet ſangnis depurari a ſuperfluitatibus omnibus, et ideo collum kyſtis fellis ibi debuit eſſe uel habere ortum, licet burſa ſiue ueſica kyſtis ſit locata ut dictũ eſt.

¶Aliud qđ debes uidere eſt numerus partiũ eius, quas diſcernes eleuando kyſtim fellis a parte inferiori, et tũc manifeſte uides ꝙ habet duplicem partem, ſcilicet ueſicam continentem et collum ſuum deferens, et iſtud col

lum usq; ad distantiam quandam est unum, et postea bifurcatur, et unus ramus eius penetrat in hepar in medium sui uel melius oritur a medio loco hepatis, ad attrahendum coleram ab hepate, alter ramus magnus descendit ad intestinum duodenum ut uidisti superius, et iste bifurcatur, quia ab ipso ramus paruus, ramificatur, qui uadit ad fundum stomachi ad conforrandam digestiuam, et iste fuit paruus ut expulsiuam stomachi superflue non irritaret uel stimularet, et istud est uerum ut in pluribus. Aliquibus uero iste ramus est maior eo qui uadit ad intestina prædicta.

¶Et ex his ad sensum poteris uidere solutionem cuiusdam quæstionis quæ consueuit fieri tertio de uirtutibus naturalibus cap. xiii, ubi Gal. dicit q; per idem collum kystis fellis attrahit colerã et expellit, quia uidetur q; tunc expellat ad locum, et ad membrum a quo attraxit. Dicendum q; istud est idem collum usq; ad quandam distantiam, postea ueto bifurcaaur.

¶Et ex hoc apparet tibi quæ sit colligãtia kystis fellis, quia colligantiam habet cum hepate, intestinis, et stomacho. Item habet colligantiam ratione neruorum uenarum et arteriarum cum aliis membris eo quia ad ipsum præter prædictum canale perueniunt uenæ et arteriæ, quas potes uidere ad sensum ad ipsum nutriendũ, quia ex eo humore non nutritur qui peruenit ad concauitatem eius secundum Gal. sexto de iuuamentis mẽbrorum capitulo tertio, ad ipsum etiam perueniũt nerui, quibus mediantibus habet sensum.

¶Ex his apparet quæ sit eius quantitas, et quæ sit figura eius, quia figuræ oblongæ cum rotunditate, Substãtia eius est pellicularis.

¶Iuuamenta eius patent ex dictis, quia factus est ad attrahendum coleram rubeam superfluam ab hepate ad expellendum eam ad intestina ut dictum est.

¶Et ex his potes uidere quæ sint infirmitates quæ ab ipso possunt contingere, et sunt ualde nocentes, ut oppillationes. Illa autem oppillatio potest esse duplex .s. quia uel est oppillatio facta in collo eius communi, uel in aliquo ramorum eius, si sit facta oppillatio in collo eius cõmuni, tunc cum cholera nõ expurgetur ab hepate permiscetur cum sanguine per totum corpus, et si ipsa sit cholera subtilis, et corpus sit aptum ad febrem ipsa est causa febris putridæ cholericæ, si uero sit grossa, tunc est causa ictericæ, et tunc egestiones poterunt esse coloratæ, tamen magis uel minus secundum ꝙ plus attrahitur de cholera ad intestina. Interdum tamẽ est ꝙ oppillatio illa fit tantum in canali, qui peruenit ad intestina, et tunc cholera attrahitur ad kystim fellis, et non potest expelli ad intestina, quia clausus est canalis, et tũc si putrefiat causabit febrem tertianam uel continuam, et egestiones non erunt tinctæ, sed urina sic.

¶Quandoꝗ uero erit oppillatio in canali qui peruenit ad hepar, et tunc egestio non erit tincta nec ad kystim attrahetur cholera. Et ideo in eo nõ continebitur, et per consequens nõ putrefiet in loco suo præcipuo, et tunc etiam cholericam generat ictericiam uel febrem

continuam. Et nota bene has oppillationes, quia multum ualēt ad curam, et multotiens contingunt. Et ex his habes persecte anatomiam hepatis.

¶ His expeditis potes eleuare splenem et abscindere hepar, sed nō in totum. Sed circa gibbum eius ubi est origo uenæ chilis dimitte partem quandam, ut alia uideas quæ reseruauimus ad posteriora de hepate et de uena chili, stomachum autem dimitte sed elleua mesenteriū, quia eius anatomiam uidisti in anatomia intestinorum, et uenarum portæ.

COMMENTVM .XII. CARPI.

In superiori litera auctor noster Mundinus ponit anatomiam kystis fellis qđ est memhrum positū inter partes exteriores hepatis. Et diuiditur hoc præsens capitulum in sex partes principales. In prima parte ponit locum huius membri, & assignat causam talis loci. In secunda uero parte ponit numerum partiū eius, & etiā assignat locum istis partibus, incidentaliter etiam ponendo quantitatemtaliu m partium, & cum hoc etiam ponit aliquas operationes huius membri, implicite tamē. In tertia parte ponit colligantiam ipsius. In quarta uero parte ponit quantitatem præ supponendo tamen quantitatem esse notam per ea quæ dicta sunt ab eo superius: quæ etiā est nota per sensum, in qua etiam quarta parte ponit figuram, & substantiam eius. In quinta uero parte ponit iuuamenta prædicti membri. In sexta autem ponit aliquas infirmitates quas potest pati hoc membrum: & ibidem in fine dat modum melius uidendi anatomiam membrorum sequentium istud membrum, in anatomia fienda. Secūda ibi, aliud q̄ debes uidere. Tertia ibi, & ex hoc apparet tibi quæ sit colligantia. Quarta ibi, ex his apparet quæ sit eius quantitas. Quinta ibi, iuuamenta eius patent ex dictis. Sexta ibi, & ex his potes uidere quæ sunt infirmitates &c.

Prima pars/ & aliæ partes possent diuidi / sed non est uis: ideo sicut est nostræ intentionis ad alia transeamus relin/ quendo etiam expositionem literæ: quia per se clara est. Sed ultra ea quæ notãtur a Mundino super hoc membro: a nobis etiam aliqua dicentur. Et primo dicemus nomina huius mẽbri/ qđ dicitur kystis fellis/ & primo est notandũ ꝙ hoc nomen kystis uertit se ad quodcũq; receptaculum cuiuscũq; materiæ qđ non sit ualde amplum/ quamuis eti am possit esse interdum notabilis amplitudinis/ ut infra di cemus: & isto modo kystis indicat nobis foliculũ siue pel/ liculam ambientem nodos/ & alia apostemata phlegmati/ ca/ & hernias/ & strumas/ in quibus interdum kystis: siue foliculus illa circundans est maior concauitate magni sto/ machi/ ut ego pluries uidi/ kystis etiam indicat nobis rece ptaculum urinæ/ & dicitur kystis maior/ teste Aui. propri/ us tamen indicat receptaculum choleræ/ quod dicitur ky stis minor/ de quo in præsenti fit sermo/ quæ cholera dicitᷣ fel: ut in aphor. quibus fellei secessus: sed fel cõmuniter su/ mitur pro isto membro continente choleram/ cui nunc in sistimus/ & sic sumit Ari. primo de hist. c. xviii. & etiam se/ cundo de histo. c. xv. Multa tamẽ animalia carent isto mẽ/ bro: teste Ari. primo de hist. ubi supra/ inquit Iecur magna ex parte maximoq; animaliũ numero felle caret: & subdit scũdo de hist. ubi supra/ fel aliis adnectitur / Iecur aliis mi nime. Ex genere. n. quadrupedum/ quæ animal generant Ceruo/ & Damæ deesse notatum est: atq; etiam Equo/ Mu lo/ Asino/ Vitulo marino/ & murium nõnullis/ ceruis acai nis cognomine fel contineri in cauda creditur ꝙ ibi conti/ neri/ aiunt colore quidem simili felli: sed non ita ut fel hu/ midũ/ sed lieni simile parte interiore: & subdit/ sed Ceruus felle/ ut dictum est/ uacat/ q̃q̃ eius itestinum amarum adeo est/ ut ne a canibus quidem attingitur / nisi Ceruus sit per pinguis/ Elephanto etiam Iecur sine felle est/ incisa tamen parte: qua fel solet adhærere: humor felleus efluit: & ibidẽ Ari. numerat alia animalia felle carentia / & dicit etiam fel alibi esse: q̃ in hepate: sunt aliqui qui dicunt aliquos homi/ nes carere hoc membro/ & etiam aliquos mures: dicũt ta/ men loco fellis esse quasdam uenulas cholera plenas: quæ ꝑbent stomacho/ & itestinis iuuamẽta fellis / q̃ isra dicentᷣ.

kystis fellis.

Carẽtia felle

Ari.tñ.i. đ hist. dicit simpliciter aliquos hoies carere felle.

Substantia kysti fellis.

¶Substãtia kystis fellis est pãnicularis/ frigida propinqua nature coopertorii duri/ spissi/ & solidi carens sanguine: te/ ste.G.vi.de iuua.c.iii.& ibidẽ dicitur ꝙ substantia canaliũ eius est similis substantiæ corporis eius. Fel.n.habet duas partes.s.corpus ipius/ qđ dicit̃ kystis/ & foliculus/ siue bur sa choleræ: & habet poros/ ꝑ quos recipit: & expellit cho/ leram: & ista kystis/ sicut etiã est kystis urinæ est unus pan niculus/ siue nna tunica tantum dura/ & fortis/ teste.G.& etiam satis subtilis: durities tamen teste eodem fuit posita ꝓpter subtilitatẽ eius/ ut esset ei tutela a ruptura/ & a mor dicatione choleræ: quam continet. Dicunt tamẽ aliqui col lum eius esse durius fundo: & dixit Aui. kystis fellis est ha/ bens unam tunicam: sicut uesica neruosam: cõpositam ex tribus speciebus uillorum: ut attrahat/ retineat/ & expellat & hoc totum dicitur a.G.ubi supra: attractio.n.fit per fila longitudinalia: & ideo uilli longi: ut plurimũ/ expansi sunt in collo eius cõtinuato hepati: quoniam ipsum collum est ad attrahendum: & expulsio fit per latos uillos: ideo pluri/ mum horum uillorũ est in poris/ qui uadunt ad stomachũ: & ad intestina: quoniam isti pori sunt ad expellẽdum. Re/ tentio uero fit per uillos diagonales siue transuersales/ & ideo tales uilli/ ut plurimum/ sunt in foliculo/ siue in kysti/ quæ est ad continendum magis: sunt tamen aliqui qui di/ cunt omnes istos uillos esse per totum corpus kystis/ & ẽt per poros/ sed dicunt longos/ & obliquos esse in parte in/ trinseca huius tunicæ/ latos uero esse in extrinseca: q̃uis sit ex una tunica etiam subtili tantum/ & subtilis: & una sola fuit hæc tunica: & etiam tunica uesicæ/ quia non habet ali/ quid digerere/ teste.G.ubi supra istis uerbis. Membra au/ tem quæ sunt posita ad purgandum superfluitates non ad digerendum aliquid eorum corpora sunt tenuia: nõ ergo hac de causa fuit possibile/ ut esset ex duabus telis: & pori huius membri siue canales sunt duo/ & etiam tres: teste Mundino/ & Rasi/ in diuisionibus/ ut infra dicemus.s.unũ adhærens hepati: per quod attrahit choleram ad se/ quæ est rubea/ teste Aui.prima primi: decimaquinta tamen ter tii capitulo primo dicitur/ ꝙ est cholera citrina/ quæ iudi/ cio meo ut in pluribus est sic: quia omnino in ista cholera

est aliquid uiscositatis teste sensu / ex quo infertur aliquid phlegmatis ibidem esse: & ultra hoc etiã color est citrinus: alius uero porus seu collum uadit ad duodenum. Tertius uero ad fundum stomachi. Est tamen notandum ꝙ iste porus / in loco ubi ingreditur kystim / est unus tantum: & ad certam distantiam extra substãtiam hepatis bifurcatur / cuius bifurcationis prima pars adhæret hepati per quam attrahitur cholera ad kistim: secũda autem pars uadit uersus intestina / quæ iterum bifurcatur: cuius secũdæ bifurcationis unus ramus maior .s. uadit ad duodenum intestinum: alius uero ramus minor uadit ad fũdum stomachi. Primũ autem collum quod kysti alligatur est satis amplum: respectu aliorum: per quod quidem collũ fit attractio / & expulsio per eandem uiam a stomacho: & a matrice: teste. G. tertio uirtutum naturalium capitulo. xiii. istis uerbis. Si demum & uentris stomachus non escas solum / sed & potus deducens in eum: sed & in nauseis / & fastidiis contrarium famulatum famularis manifeste apparet / & uesicæ quæ in hepate collum unum existens quidem simul implet per se ipsum uesicam simul autem & euacuat / & matricum stomachus .i. collum similiter uia est intus quidem spermatis extra uero fætus. Quomodo autem / & quãdo expulsio & attractio fiat per eãdem uiam: dictum est supra in loco ubi de uena portæ factus est sermo. Ista tamen expulsio nõ fit per totum primum porum: quia a kysti nõ expellitur cholera ad hepar: sed fit hæc expulsio ad locum in quo incipit prima bifurcatio / & ita deinde fit expulsio ad stomachum: & intestina per poros prædictos. Porus igitur qui seruit attractioni / & expulsioni est ille solus / qui est a kysti ad primam bifurcationem: qui est maior omnibus aliis / quia alii pori sunt partes huius: quorum unus trahit tantum .s. ille qui ingreditur hepar: alii uero duo expellunt: & ille ramus qui uadit ad hepar / qui tamen secundum aliquos oritur ab hepate / in loco medio hepatis terminatur ubi unitur uena portæ cum uena chili mediantibus eorum ramis / & ibi per certam uenam ortam a uena portæ alligať hepati: & per illam uenam trahit ad se choleram: teste Aui. & hic ramus / teste Galen. quinto de iuuamentis / capitulo tertio / mediat inter aliquos ramos uenæ portæ / & uenæ

chilis/ & ibidem ad se trahit choleram. Nam ut dicit. G. ubi supra: & quidam alii/ chilus conuertitur in humores in ra/mis uenæ portæ: postq̃ autem facta est cholera/ anteq̃ san/guis uadat ad gibbũ hepatis: purgatur a sanguine grosso fecali illud ad se trahente splene: purgatur etiam a cholera illam ad se trahente kysti: facta autem tali purificatione san guis a prædictis humoribus illico sanguis egrediens ab ex tremis ramulis uenæ portæ ingreditur ramulos uenæ chi lis sibi coastomatos & continuos/ & ideo Auic. uoluit unũ ramum uenæ portæ sugere choleram/ & eam deferre ad kystim/ quæ uena diuisa est in plures ramos insensibiles in substantia hepatis in loco prædicto/ per quos trahit chole/ram/ quæ cholera deinde attracta ingredit̃ kystim per istũ porum magnum/ qui porus ingreditur digonaliter inter tunicam kystis/ teste Aui. istis uerbis: introitus uero cannu læ sugentis choleram proximus est introitui cannulæ ue/sicæ in uesica: idem dicit Hali. iii. theor. c. xxxii. c. de uesicæ assignatione/ & utilitate. Idem dicit. G. vi. de iuua. c. tertio istis uerbis. dispositio autem copulationis canalium urinæ cum uesica/ & canalium choleræ citrinæ cũ kysti fellis est talis. Isti canales cum istis duobus copulantur instrumen/tis diagonaliter/ quoniam uterq; istorum canaliũ uenit ad utrunq; instrumentorum prædictorum/ & diuidit corpus eius quasi per duas tunicas/ & transit inter eas diogonali/ter secundum spatium/ deinde pertransit ad interius/ & in hora introitus urinæ ad uesicã/ & introitus choleræ ad ky/stim fellis expellitur ista pars ad interius/ & digeritur/ & in aliis horis applicatur/ & superponitur per hos canales/ & cooperit ipsum cooperimento perfecto/ ita q̃ prohibet p̃ transitum spiritus etiam in illis canalibus/ ne dum etiam reuersionem superfluitatum ad locum a quo uenerũt: cũ istis etiam auctoribus de isto simili iugressu in kysti fellis: & uesica ambulant etiam omnes alii famigerati medicinæ cardines: & etiam Nicolus & Zerbus/ & miror/ ac longe miror de eis qui dicant talia cum nõ sit uerum q̃ porus in grediens kystim fellis ingrediatur diagonaliter sicut pori uritides in uesica/ sed ingreditur directe/ & perpendicula/riter ad concauitatem kystis: & hoc aparet ad sensum: & ẽt cõtra istos auctores est una ratio insolubilis/ quæ est ista. s.

si pori

si pori fellis intrarent kystim eo modo quo intrāt pori uri/
tides uesicam/nunq̄ cholera ingressa kystim / posset extra
eam exire/cuius oppositū uidetur : quia ut dicit supra .G.
ille talis ingressus diagonalis non solum prohibet reuersio
nem choleræ/ & urinæ:sed etiam prohibet transitum spiri
tus i illis canalibus:qui spiritus est subtilior cholera/ & uri/
na.Est bene uerum ꝙ pori uritides intrant uesicam diago
naliter/sicut dicunt præfacti auctores/sicut latius dicemus
in anatomia uesicæ:sed non est uerum/ ꝙ pori/ siue porus
ingrediens felem ingrediatur diagonaliter/parcant tamen
mihi & præfacti auctores : & eorū sequaces: quia mihi est
magis amica ueritas:q̄ ipsi/nec inuenio uiam qua medían
te possim saluare eos/nisi dicendo ꝙ litera illa est corrupta
& quilibet diligēs anatomes reperiet ad sensum id ꝙ ego
dico/si anatomizauerit kystim / quia uidebit exprimendo
choleram in ea existentem uersus sua orificia tendētia uer/
sus intestina eum facilitate exire corpus kystis/ & hoc non
cōtingeret sic in uesica urinæ/ qa pori sui diagonales clau/
dunt uiam eo modo/ quo facit certum instrumentum car
tela dictum positum in pila de uento uocata/cum qua ho/
mines ludunt ludo magnæ pilæ.Et ideo quia cholera exit
ex se per uiam per quam ingressa est kystim cum facilitate
ratio dictat illam uiam non esse diagonalem:hoc tamen ui
detur peroptime ad sensum/ut ego pluries uidi anatomi/
zando kystim:quem reperi habere duas tunicas unam in/
trinsecam subtilem duram/alteram uero extrinsecam ali/
qualiter grossiorem prima:& ista exterior oritur a panni/
culo cooperiente hepar:quæ tunica etiam est in omnibus
membris naturalibus orta a siphac/quæ tamen non est de
uera essentia kystis:& hæc exterior tunica est magis gros/
sa uersus intestina/ q̄ uersus hepar:& i animali pingui hæc
tunica est aliqualiter pinguis/ maxime uersus stomachum
siue intestina:propter quid autem ibi sit pinguedo/est faci
le iudicare per ea/quæ a nobis dicta sunt supra/in loco ubi
de pinguedine fecimus sermonem:& ꝙ mea opinio sit ue
ra contra Aui.& contra Hali.& contra literam.G. sexto de
iuuamentis.c.iii.& contra omnes alios probatur per unū
textum.G.quinto de uti.c.xiii.qui dicit poros/ uel porum
siue collū kystis choleræ ingredi obliquæ in ingressu inte/

stinorum: nõ autem dicit in ingressu corporis kystis: sicut dicit textus Aui. & Hali. & etiam. G. primo adductus: & ueri textus. G. hæc sunt formalia uerba. Modus tamen implãtationis uritidum quidem ad uesicam: pori uero choleræ receptiui ad intestinũ, ultra omnia miracula sũt: obliquæ enim ad ipsa descendendo implantati: & usq; ad intrinsecã spaciositatem obliqui: & prolongi uenientes uelut membranum quoddam organorum intus abscidunt: quod ab ea quidem quæ intus latione superfluitatum euertitur: & aperitur, in reliquo uero tempore toto concidit: & contrahitur: & ita certitudinaliter cooperculum poro fit non solum humoribus impossibilis fit latio quæ ad retro: sed etiã spiritui. Ex prædicto textu colligitur Aui. & Hali. & sequaces non uidisse librum đ utilitate quem nos habemus: uel ꝙ dormitarunt. Colligitur etiam librum de iuuamentis non esse. G. sicut dicũt aliqui: & etiam sicut nos alias diximus. Affirmo tamen ego eos posse esse. G. cum fere eadẽ quæ sunt in libris de utilitate: sint in libris de iuuamentis: sed apparent diuersi libri: quia est diuersitas aliqua i titulis eorum: & etiam litera eorum per totum est diuersa ab interpretantiũ uarietate, tamen sententia eorum, ut in pluribus concordat: & credo libros de utilitate: & de iuuamentis esse idem: differunt tamẽ propter interpretes in aliquibus, & melius interpretati sunt libri de utilitate: ꝗ libri iuuamentorũ: ut patet cuicunq; docto: & in anatomia experto: uel ꝙ litera est corrupta: ut supra diximus cum in isto ultimo textu. G. dicat porum kystis diagonaliter igredi intestinum: & cum isto textu concordat sensus: sic ergo sint cauti componentes libros de anatomia, & non credant auctoritatibus: sed sensui, sicut nos facimus, & faciemus.

Sensui ẽ credendum in anatomia.

Vltra prædicta est notãdum: ꝙ ordine naturali. s. ut in pluribus indiuiduis de duobus poris kystis existẽtibus extra hepar si sunt duo, ut dicit Mũdinus maior uadit ad duodenum: teste etiam Gal. & Auic. pars uero altera, quæ est minor: uadit ad fundum stomachi supra locum, qui nominatur portanarius: pars uero, quæ uadit ad intestina ingreditur ea inter duodenum, & ieiunum, teste Gale. secundo complexionum, capitulo ultimo: ego tamen sæpe uidi cum in duodeno prope ꝑpe fundũ stomachi: & ingredi

tur diagonaliter eum/sicut faciunt pori/ uritides uesicam teste eodem quinto de utilitate capitulo.xiii. & hæc pars/ quæ copulatur stomacho:spargitur in tunica eius extrinse ca tantum:secundum aliquos:tamen aliqui alii dicunt istũ porum penetrare in tunica intrinseca:non tamen ita pene trat in ipsam:ut a cholera abluatur stomachus:sed aliquali resudatione choleræ uigoratur eius digestio/ ideo est par/ uus naturaliter. Interdum tamen errore uirtutis informa/ tiuæ reperitur maior eo:qui uadit ad intestina : & isti ho/ mines in quibus est sic : dicuntur ab auctoribus infelices a natiuitate/ qa sunt quasi in continua ascellatione/ mediã/ te cholera stimulante stomachum ad uomitum: & ut inqt Nicolus:teste etiam Auicen.quarta primi:isti debent euo/ mere bis in die .s. ante cibum/ ut non corrumpatur in eis digestio: & non crucientur fortibus doloribus : & de istis etiam habetur exemplum a.G.ii.de complexionibus.c.vi. & alibi aliud exemplum habetur de fauo/ siue sano sacer/ dote.Sunt tamẽ multi homines imo maior pars : teste.G. & Aui.ut infra uidebitur/qui non habent istum porum eũ tem ad stomachũ/neq3 paruũ/neq3 magnũ/ & maxime cor pora pfectæ sana secũdũ aliquos/ & iõ.G.ii. regiminis acu torũ dicebat istũ porũ ad stomachũ tẽdẽtẽ repiri quãdoq3. Est tñ semp uel ut plurimũ porus ad duodenũ ĩ illis homi/ nibus in qbus repit fel:& iõ dixit Aui.xv.tertii:& in pluri/ bus hominibus est meatus unus continuus cũ duodeno/ & parum supra dixit/ & qñq3 continuatur res parua ex eo cum fundo stomachi/ & etiam prima primi/ doctrina.iiii. capitulo primo : dicit tãtũ duas utilitates esse in cholera.s. ad mundandam fecem/ & phlegma ab intestinis/ & ad pũ gendum musculos ani ut stimulentur ad excretionem fe/ cum.Mundinus tamen dicit/ ꝙ ut in pluribus est etiam ad stomachum unus ramus : minor tamen illo qui uadit ad duodenum/ & dicit ꝙ est ibi ad confortandam digestionẽ quam tamen utilitatem nullus antiquorum ponit/ sed di cunt ꝙ hic porus raro reperitur uadens ad stomachum: & Gal.quinto de utili.dicit/ ꝙ si reperiatur homo non ha/ bens porum euntẽ ad stomachũ ꝙ hoc est ascribendũ beni gnitati naturæ/ & non negligẽtiæ quia si fecisset istũ porũ ut in pluribus incitasset/magis uomitum quã confortasset

digestionem dicat quicquid uelit. G. in isto loco alibi inter dum concedit ipsum ut supra patuit/ & ego ad sensum ui/ di istum porum euntem ad stomachum/ qui tamẽ erat mi nor alio tendente ad duodenum/ & talia corpora erant sa/ na/ & non euomabant continue sicut putant aliqui ꝙ euo mant talem habentes porum/ & Leonicenus increpat Mũ dinum per auctoritates & nõ per sensum: & ego teneo cũ Mundino qui etiam habet auctoritates pro se quantum de poro tendente ad stomachum: & tamẽ nõ fit uomitus. Dicunt tamen aliqui ꝙ potest esse ꝙ aliqua corpora habe/ ant istum porum magnum ad stomachum / & ꝙ non no/ ceat eis/ maxime corpora/ quorum stomachus est ualde fri gidus. Ad kystim fellis ꝑterea uadit uena una/ a uena por/ tæ/ teste. G. v. de iuua. c. iii. præter meatum quo attrahitur cholera ad cibandum ipsam: idẽ dicit Rabi moyses & Aui. & alii multi: uadunt etiam arteriæ siue arteria una ad ky/ stim/ magis tamen in collo eius/ & etiam unus neruus par uus dans ei sensum. Cuius origo dicit. G. est a neruo dante sensum hepati. Ista tamen uena/ & arteria / & neruus sunt in fine paruitatis/ minor tamen est neruus uena: & arteria: quia ut dicunt quidam hoc membrum non indiget mul/ to sensu: & ego credo ꝙ ille neruus sit in pãniculo comuni tegente kystim orto a panniculo hepatis. Tamen si tunica uera kystis habet neruum/ habet a tunica superiori per pe/ netrationem aliquorum uillorum neruosorum in eam: qa si nerui notabiles irent ad tunicam intrinsecã cholera mor dicaret eos: sunt tamen necessarii aliqui / ut stimuletur ad expulsionem choleræ/ quæ est necessaria saltem pro inte/ stinis mundãdis a fecibus. Kystis fellis est unum membrũ tãtum: complexio innata eius est frigida/ & sicca/ quia pel/ licularis/ actuata uero per influentem est calida/ & sicca: te/ ste. G. in lib. de spermate. Hoc membrum nõ nutritur cho lera/ ut putant aliqui: sed nutritur sanguine mediãte uena parua prædicta: cui sanguini est mixta aliqua cholera: & su per hoc uide Thomam de Garbo in sua summa/ libro pri/ mo/ tractatu. iii. de humoribus/ quæstione. xxviii. qui dicit ꝙ cum sanguine nutriente alia membra semper est aliqd choleræ: & isto modo cholera etiam nutrit fel sanguini mi xta per uenam ad fel euntem/ uel ꝙ nutritur fel ab aliquo

Numerus partium & complexio kystis.

unctuoso sanguine quod semper uadit cum cholera ad in/
tra corpus kystis:licet natura ordinauerit alias uias ad def
ferendum nutrimentum ei propter illud esse ualde modi/
cum. Quantitatem Kystis esse diuersam affirmat sensus/ Quantitas
quia in aliquibus est magna:in aliquibus uero parua: hoc kystis.
enim membrum proportionatur complexiōi hepatis. Sūt
tamē aliquæ regiones in quibus fel est ualde magnum in
animalibus ibidem existentibus:teste Ari. primo de histo.
capitulo.xviii.istis uerbis. At in naxo/ omnibus ferme qua
drupedibus adeo grande:ut qui sacra fecerint/aduenæ stu
pescant rem.s.prodigii loco sibi arbitrantes:& ibidem eti/
am dicit aliqua esse loca/in quorum pecoribus non reperi
tur fel istis uerbis:quippe cum parte quadam agri calcidi/
ci eubie fel nullum pecori sit. Fit tamē omnibus fel minor
uesica:teste.G.& ideo dicebat Aui.antiquos uocare uesicā
Kystim maiorem/fellem autem Kystim minorem. Figura
Kystis est dicta a Mundino:& etiā situs / & colligātia eius.
Iuuamenta fellis dicuntur esse uno modo secundum me/ Iuuamenta
dicos/alio modo secundum Ari. uoluit.n.Arist. quarto de fellis.
partibus fel esse nociuum/dicens animalia carētia felle diu
tius uiuere. Medici uero dicunt fel purgare sanguinem a
cholera:teste.G.Hali.& Aui.& ita sanguis mūdificatus mi
nus exacuitur:fel etiam habet calefacere hepar/ut confor/
tetur eius digestio. Inquit etiam Nicolus auctoritate alie/
na/ꝙ fel præseruat hepar a corruptione: cuius signum est:
ꝙ amoto felle ab hepate statim substantia/quæ adhærebat
felli dissoluitur/& corrumpitur. Confortat etiam fel aliqñ
stomachū iuuādo ipsius digestionē/& interdū mūdificādo
eum a phlegmate:& iuuat expulsiuam intestinorum.

¶Passiones omnium modorum potest pati fel:& ꝑsertim
opillationes. Dicit enim Mundinus ꝙ ista opillatio potest
esse duplex/una facta in collo eius communi: & per collū
commune intelligit collum Kystis incipiendo a uētre Ky/
stis usqꝫ ad locum / ubi incipit prima bifurcatio canalium
eius. Nam si fiat opillatio ī isto poro:seu collo: dicit ipse ꝙ
cholera permiscetur cum sanguine per totum corpus: q̄
cholera tunc non expurgatur a sanguine in hepate: & si sit
cholera subtilis/& corpus sit aptum ad febrem.i.ꝙ chole/
ra ista habeat aliquam causam eam coadiuuantem: ut pu/

trescat/ est causa febris putridæ cholericæ. Si uero sit gros/
sa: est causa icteritiæ. Ista litera Mundini interdum intricat
mentes audientium: quia est aliqualiter obscura: expona/
mus nos ergo eā/ ut nostri fuit propositi a principio. Dico
igitᷣ hic loci Mundinū dicere: ꝙ stāte opillatiōe ꝑdicta acci
dit nō expurgari hepar a cholera: & qa pōt eē illa cholera
subtilis: & ēt grossa quæ deberet ire ad fel/ si retineatur illa
cholera cū sanguine: immo retinetᷣ necessario: & sit subti
lis. i. rubea/ & ꝙ corpus sit aptū ad febrē: sit febris putrida
cholerica: si uero fuerit grossa. i. citrina uel forte uitellina: si
concedatur ꝙ uitellina fiat in hepate: tunc sit iecteritia: &
tūc egestiōes poterūt eē choloratæ magis: uel minus secū/
dū ꝙ plus attrahitᷣ de cholera ad intestina. Nota ad uerum
intellectū Mundini: ꝙ aliqua cholera est subtilis: & aliqua
grossa: licet ꝯparādo cholerā ad alios humores: q̄libet cho
lera ēt adusta sit subtilis: teste Dino sup. iii. iiii. c. i. sed i pri/
mo gradu subtilitatis ē cholera rubea/ qa ē magis pura aliisᷣ
spēbus tū rōe minoris mixtionis alioꝝ humoꝝ secū: tū ēt
rōne minoris adustionis in ea existētis: & ideo ꝑ subtilem
Mūdinus itelligit istā rubeā: a qua subtili nō pōt fieri icte/
ritia: q̄ icteritia ē citrinus qdā color expāsus ꝑ totū corpus:
& maxime ꝑ totā faciē. Ista āt cholera subtilisᷣ nō ē uerᷣ citri
na: sicut cholera q̄ citrina dᷣ: q̄ qdē cholera citrina ē grossa
respū primæ: qa cholera citrina sit mediāte phlegmate ad/
mixto choleræ rubæ: Et qa phlegma ē grossū/ iō cholera ci
trina ē dicta grossa a Mūd. & iō optime dicit Mūd. si sit sub
tilis. i. rubea fit. i. pōt fieri febris: & si sit grossa fit. i. pōt fieri
icteritia/ qa nō necessario fit icteritia a cholera grossa ꝑꝑ ꝑ/
dictā opillationē/ qa ipsa cholera grossa pōt ēt putrefieri: &
causare febrē & ēt alᷣs dispōnes: & apostemata formicosa:
& similia: & ēt pōt expelli ꝑ intestina scd̄m ꝙ natura regu
lat eā: & ita ēt cholera subtilis pōt idē facerᷣ. Perseuerāte tn̄
opillatione/ credo ꝑꝑ eam opillationē posse fieri diuersas
ægritudines/ siue sit cholera grossa/ siue subtilis: & iō dixit
Mundinus/ si corpus sit aptū ad febrē: fit febris: qa interdū
homo nō est aptus febri. i. putredini: qa natura regulat ꝑ/
dictā cholerā uel cōplere eā expellēdo: uel ꝙ oppugnante
cholera fit alia ægritudo/ q̄ febris. Quæ ægritudines pn̄t
ēe multæ: ut patet cuicūqȝ docto. Et ex dictis Mundini col/

ligit quod interdū uadit cholera grossa ad kystim: & interdū subtilis: quod uerū est: & iō nō est mirū si Aui. prima primi: dixit cholerā rubeā ire ad kystim: & alibi dicere cholerā citrinā etiā ire ad kystim prędictā. Dicit pterea Mundinus quod egestiones possunt in tali opillatiōe eē coloratæ: huic ēt literæ est satis aduertendū: qa est cōis opinio auctorū / quod cholera trahit p pdictū porū: in quo est posita opillatio ad uentrē Kystis fellis / qñ nō est opillatus: & deinde a kysti per prædictum porum expellitur uersus intestina / & uersus stomachū tm̄ / non autem uersus hepar: si autem ista opillatio est in isto poro: non potest trai cholera ad Kystim nec a Kysti potest transmitti cholera ad intestina: igit feces non erunt coloratæ: maxime colore choleræ. Ad hoc est dicēdū: & bene quod ista opillatio totaliter nō impedit transmissionē choleræ ad intestina: qa cū cholera attrahit: attrahit usq; ad locū opillatiōis: & cū reperiat ibi uia clausa pro trāsitu ad kystim: tunc natura non habet unde uertat choleram: nisi p porum euntē uersus stomachū: & intestina: & sic feces possunt esse coloratæ. Aduerte tñ lector quod omnino stante pdicta opillatione non trāsmittitur tantū de cholera ad intestina: sicut fit quando non est opillatio: & causa est hæc: quia non semper transmittitur cholera ad intestina: sed solum cholera uadit ad intestina celebrata prima digestione. s. qñ incipit secūda digestio: quæ fit in hepate: nec etiam semp transmittitur cholera ad Kystim: sed solum dum fit secūda digestio: tunc incipit cholera ire ad Kystim. Veritas est: quod aliqui dicunt / quod semper natura est occupata aliqualiter circa secundam digestionem sugēdo semper aliquid chili ab intestinis: & sic dicunt fere semper chilum esse in opere ad sanguinem generandū: ex quo inferūt etiā cholerā semp attrahi ad kystim: quæ quidem opinio non repugnat primæ: quia illud paucum reputatur pro nihilo: qa hoc quod dr̄ dicit de notabili q̄titate choleræ attractæ hora sua ad kystim: & ideo natura uoluit facere hoc mēbrum. s. fel: ut in eo celebrata prima digestione: semper esset parata cholera quæ breui uia & breui tempore in notabili quantitate possit transmitti cholera ad expurganda intestina: ut nouus cibus seu chilus adueniens non reperiat fecibus ea plena. Sicut etiam natura ultra testiculos semper in certo

loco habet paratum sperma ꝑ coitu:ut dicemus loco suo: & sic hepar semper supplet Kysti pro cholera hora sua: & Kystis intestinis etiam hora sua:& ita etiam semper est pa/rata cholera in Kysti:ut aliqua portio uadat ad iuuandam primam digestionem stomachi:& ut etiam fel sua calidita te iuuet colon ad digerendum.Cum autem sit ista opilla/tio non permittens transire choleram tempore suo ad lo/cũ Kystis:& cholera:quæ trahitur ad Kystim habeat uias subtiliores:& etiam longiores:q̃ sit porus Kystis ad intesti na:ideo necessario minus de cholera data paritate tempo/ris ibit ab hepate:q̃ a Kysti ad intestina:& maxime cum ẽt natura sit distracta ab ordine suo:& talis cholera ibit ẽt ul/tra horam debitã ad intestina:in qua forte hora natura erit occupata ad nouam primam dige stionem. In qua prima digestione semper duodenum est clausum:ut patuit supra ĩ anatomia stomachi:& sic minor pars choleræ necessario ibit ad colorandas feces.Et certe in hoc cognoscimus mira biles operationes naturæ quæ nunq̃ quiescit: quia modo est occupata circa primam digestionem: modo ad secun/dam/& ad alias digestiones: & ad expulsiones debitas. Ex prædictis igitur apparet quomodo possit colorari fex inte stinorum.Sunt tamen etiam aliqui:qui opinati sunt natu/ram/stante tali opillatione:interdum mittere choleram ad intestina per uenam portæ mediantibus meseraicis:& be/ne opinati sunt.Natura tamẽ hoc facit laboriose:& ut plu/rimum hoc est symthomaticũ: ex quo sequitur fluxus uẽ/tris propter debilitatẽ attractiuæ fellis:ut inquit.G.in prin cipio sui libri de medicinis experimẽtatis:hic etiam fluxus potest accidere ex opillatiõe prædicta:& etiam ex aliis cau sis recitatis ab auctoribus medicinæ locis suis. Sunt etiam aliqui qui uolunt aliquam choleram resudare a kysti ad in testinum colon:& feces colorare:quod quidẽ ego non cre do:quia cholera illa resudans est pauca ualde. Dicit præte/rea Mundinus/ꝙ si sit opillatio in canali eũte ad intestina: tunc cholera trahitur ad kystim:& nõ potest expelli ad in/testina:quia clausus est canalis:& tunc si putrefiet.s.chole/ra/causabit febrẽ tertianã:uel continuã: & egestiones non erunt coloratæ:sed urina sic.Sup p̃dicta lr̃a/est dicendũ ꝙ q̃uis Mundinus non dicat fieri icteritiã in ista opillatione

propter

propter hoc non est negandum eã non posse fieri: sed Mũ dinus per prædicta uerba de prima opillatione dat intelligere etiam icteritiam posse fieri in ista secũda opillatione: quia præsupponit medicum ex se multa posse cognoscere absq; q semp illa prius narrent/ & maxime potest fieri icteritia opillatione pseuerante: quia in breui tẽpore replebit Kystis ordine consueto: & postea hepar non poterit mundificari: sicut in prima opillatione: & ita ista opillatio causabit easdem ægritudines: quas causabat prima opillatio: & ita urina erit colorata: quia cholera potest trãsmitti: immo transmittit ad renes: & nõ tm̃ in ista: sed in oĩbus aliis opillationibus dictis a Mundino urina erit colorata: feces autẽ non: sed erunt ad albedinẽ tendentes: quia colorant a chol lera eunte ad intestina. Cum autem cholera non possit ire ad locũ debitũ: necessario feces nõ habebunt colorẽ eius: sic igitur põt fieri febris terciana: & cõtinua: sicut dicit Mũ dinus prout cholera est intra: uel extra uenas: & ppinqua & remota a corde. Dicit præterea Mundinus q si fiat opillatio in poro tendente ad hepar: tunc egestio nõ erit tincta .s. si opillatio pseuerat: qa põt esse ista ultima opillatio: & tamen egestiones erunt aliquo tempore tinctæ. s. qtum durat cholera in kysti: quæ põt transmitti ad intestina. Ista tñ coloratio egestionis non erit longi temporis durante opillatione: & ideo notanter dixit Mundinus tunc egestio nõ erit tincta: & dicit q nec ad kystim trahet cholera: & dicit uerũ maxime si opillatio est integra & cõpleta in tali poro & dicit & per consequens non putrefiet in suo loco præcipuo. s. cholera non putrefiet tunc in loco suo præcipuo. i. non putrefiet in kysti fellis: quia in ea non erit cholera. Locus. n. præcipuus choleræ est kystis fellis. Sunt tamen aliq qui dicunt choleram non posse putrefieri in kysti: tamen suæ rationes non probant impossibilitatem putrefactionis choleræ in kysti. Et subdit Mundinus: & tunc cholericam generat icteritiam: uel febrem continuam. s. cholera quæ nõ expurgatur ab hepate: uel a sanguine: generat. i. potest generare icteritiam cholericam: & etiam potest generare febrem continuam: & etiam interpolatam: & sic est accipiendus sensus Mundini: & notãter dixit cholericã icteritiã: quia per opillationem kystis potest fieri icteritia: quæ si fit

semp est cholerica. Si uero fit opillatio i splene: uel splē alia causa nō mundificet sanguinē pōt fieri icteritia: & talis nō erit cholerica: sed melācholica: q̄ appellat̄ icteritia nigra splenetica: est ēt una alia spēs icteritiæ q̄ dr̄ uiridis: q̄ est cōposita ex citrina: & nigra: est ēt notandū istæ oēs species icteritiæ possunt esse absq; opillatiōe aliqua in felle: & etiā absq; aliqua alia ægritudine i eo: sed possunt fieri a cibariis multiplicātibus cholerā merito cuius q̄titatis fiet icteritia natura forti expellēte choleram ad cutim: fit etiam icteritia a'cholera putrida cretice expulsa ad cutim: teste Nicolo: q̄uis sint aliqui hoc negātes. Prædictarum icteritiarum multæ sunt causæ: quæ alias alibi dicentur. Et nō solū hæc cholera & in prima: & in secunda/ & in ista ultima opillatione potest generare ægritudines prædictas a Mūdino: sed oēs dictas a me supra: & etiam istæ opillationes nō tantū sunt causa quod habundet cholera rubra: & citrina in toto corpore: sed etiam possunt esse causa aliarum spetierum choleræ existentium per totum corpus: quæ species choleræ facilius generantur habundante cholera rubea: & citrina in hepate: q̄ si ibidem nō essent tales choleræ: quia ab istis generatur cholera adusta mali modi/ a qua possunt fieri Antraces/ Cancri/ & Estiomeni: & huiusmodi: & sic istæ opillationes erunt tanq̄ causæ primitiuæ horum omnium. Aduertant tamen audientes ad hoc subdit Mundinus. s. cognitio harum opillationum multum confert in cura: & est uerum: tamen omnium prædictarum opillationum fere est eadē cura: sed magis ualet talis cognitio in prognostico: quia illa opillatio: quæ est in collo tendente ad intestina est deterior. In qua Medicus ultra prognosticū debet esse celer in curādo eam: quia si perseuerat est ualde mala: prædictæ etiam ægritudines absq; opillatiōe aliqua kystis possunt homini contingere: quia interdum ex sola malitia complexionis kysti contingente accidunt/ ex qua debilitatur eius uirtus attractiua: & expulsiua propter quam non expurgabitur sanguis a cholera: & tunc causabuntur prædictæ omnes ægritudines: & hoc bene aduertant Medici ne decipiantur credentes icteritiam fieri ab opillatione: & etiā prædictas ægritudines. Et hæc sufficiāt de kysti fellis.

DE ANATOMIA VENE CHILIS ET EMVLGENTIVM, ET, RENVM.

TEXTVS MVNDINI.

QVibus omnibus eleuatis tibi apparebit uena magna, quæ eſt ramus uenæ chilis deſcendé/tis, et arteria magna quæ eſt ramus ahorti deſcendentis, et quando illa uena chilis eſt indirecto renũ ab ipſa ramificantur duæ uenæ, quæ uocantur emulgẽtes, quarum una uadit ad renem dextrum, et altera ad ſiniſtrum. Orificia tamen illarum non ſunt ſibi indire/cto, ſed unum eſt altius et ſuperius alio, et hoc ne unus Ren impediret alium in attrahendo. Superius autem ut in pluribus eſt orificium uenæ ꝙ uenit ad Renem dextrum. Inferius uero, eius quæ uenit ad renem ſini/ſtrum, licet ſit aliquando econuerſo, et cauſa illius fuit, quia ut in pluribus ren dexter debet eſſe ad ſupiora ma gis eleuatus ſiniſtro, et hoc ꝗa calidi eſt eleuare, ipſe au/tem calidior eſt ſiniſtro. Item quia monoculum inteſti num eſt locatum in dextra parte ſub rene. Item hepar erat eleuatum ſuperius, ſplen uero in latere ſiniſtro ma/gis deſcendebat. Sed ſi alicui eſſet magnum hepar, mo/noculum eſſet paruum colon uero in parte ſiniſtra eēt eleuatum, et ren ſiniſter eſſet contrario modo. ſ. altior dextro, hoc tamen raro eſt, quælibet harum emulgen/tium uadit ad renis concauitatem, et ideo debes unam earum excarnare, et melius eſt ut excarnes leuiter illam,

quæ uenit ad renem dextrum, propter causam quæ di-
cetur, et in ea ponas tentam, et uidebis ꝙ ad concauita-
tem et cauernositatem uenit renis.

¶ Ex prædictis iam apparet tibi locus renũ, quia locus eius est quasi iuxta hepar, sed tu dices quare non fuit inferius iuxta uesicam, dico ꝙ causa fuit ut bene attraheret aquositatẽ ab hepate, quãdo enim mẽbrũ attrahens est ꝓpe illud a quo debet attrahere attractio est melior.

¶ Colligantia etiam eius cum hepate apparet, quia magnam uenam recipit ab hepate mediante uena chili, ut per uenam illam aquositatem urinalem quæ est superflua corpori postq̃ sanguis egressus est hepar attrahat et expellat, sed cum hac aquositate attrahitur sanguis, quia secundum Gal. sexto de iuuamẽtis membrorum, capitulo tertio ad membra ad quæ attrahitur superfluitas aliqua per canalem latum attrahitur simul cum superfluitate aliqd iuuatiui, et hæc est causa quare ad splenem et ad renẽ simul cum superfluo proprio unicuiq; attrahitur sanguis, sed ad utranq; uesicam scilicet fellis et urine pura superfluitas attrahitur sine sanguine.

¶ Et ex hoc apparet tibi ꝙ urina ad renes peruenit cũ sanguine mixta et uenit ad uesicam depurata et separata a sanguine, oportet ergo ꝙ in renibus depuretur et coletur.

¶ Colatur autem quia ad concauitatem peruenit renũ q̃ uidere debes scindendo renem in parte gibbosa eius non concaua, et per longum protrahere usq; quo concauitatem uideas, statim tunc apparet quidam pannicu

ſus, ſiue pãnus ratus, et iſta eſt uena emulgens rarefacta ad modum collatorii, et per has poroſitates poteſt urina tranſire, ſanguis autem non. Et ideo colatur urina et diſtilat inferius in rene ad orificium cui continuatur porus uritides, qui poſtea deſcẽdit inferius uſq; ad ueſicam et urina deſcendit per ipſum in eam.

¶Et ex hoc apparet tibi ꝙ habet colligantiam cum ueſica, ſicut habet colligantiam propter arteriam quæ uenit ad ipſum cum corde et cerebro ratione neruorum qui perueniunt a nucha ad texẽdum panniculum eius quo mediante ſentit et ſanguis remanet in rene, et attrahitur in ſubſtantia eius, et nutrit renem.

¶Et ex hoc apparet quis ſit numerus partium eius. Quia primo numerus diſcretus eſt ſub duobus, dextro et ſiniſtro. Et cauſa prima quidem fuit ꝙ ſi nocumentum accideret uni operatio perficiatur per alterum. Secunda cauſa fuit ut totam ſuperfluitatẽ aquoſam, quæ multa eſt pluſq̃ aliqua alia ſecundæ digeſtionis bene et complete poſſent attrahere. Et ex hoc apparet ꝙ non fuit tantum unus ren, ſicut unus ſplen, et una kyſtis fellis. Sed tu dices quare non fuit unus et magnus potens attrahere totam aquoſitatem, ad hoc reſpondet Galen. capitulo præallegato, quia ſi eſſet tãtum unus magnus, tunc corpus humanum errectum non eſſet æquum in lateribus, ſed inæquale quod eſt uerendum et enorme. Ex his apparent iuuamenta renum.

¶Numerus autem partium patet, quia habet ſubſtantiam, propriam concauitatem, panniculũ et collatoriũ.

¶Nota etiam quantitatem et figuram, nam figuræ est oblõgæ, ut in ipso distincta essent duo orificia pdicta.
¶Apparet etiam quæ sit substãtia eius, quia carnosa et solida multum, ut ab aquositate mordicatiua non læderetur uel dissolueretur.
¶Et notes hic ꝙ in renibus ex quolibet genere ægritudinis accidit difficilis ægritudo.
¶Primo ex morbo complexionali, ut ex superflua caliditate diabetes, quæ secundum Gale. sexto de interioribus, capitulo secundo, assimilatur lienteriæ stomachi, quia tota aquositas subito attrahitur et expellitur sine digestione a renibus.
¶Patitur etiam morbum compositionalem proprium et specialiter in numero, ut lapidem arenam et pilos. Lapis uero arena et pili, ut plurimum generantur ex eadẽ materia, et in eodem loco, nam materia horum sunt humores grossi, qui densantur, et inspissantur a caliditate renum. Et interdum est ꝙ parum inspissantur, et tunc fiunt pili qui generantur subtiles et longi, quia materia illa per porum aliquem strictum expellitur paulatim continuata, sicut a poris cutis expellitur paulatim continue materia pili, et capilli, et quando illa materia plus aduritur generatur arena, quæ congregata generat lapidem. Et ille lapis est rubeus, quia ren est rubeus. Et iste lapis si sit ita magnus, ꝙ non possit egredi porum uritidem, uel nõ frangitur, est difficillime et quasi impossibilis curæ, quia non nisi per incisionem curatur, a qua penitus caueas. Si uero sit paruus uel frangibilis difficul

ter curatur et expellitur cum fortissimis dolotibus cum transeat per membra ualde sensibilia, et ingrediatur uesicam per porositates, quæ sunt ita strictæ. Sed fortitudine uirtutis aperiuntur et dilatantur, et non est longinquum ꝙ aliquando scindantur.

¶Patiuntur etiam renes solutionem continuitatis quãtum ad uenam eorum, ex qua accidit fluxus sanguinis cum urina. Et nota ꝙ hæc solutio huius uenæ quæ est causa huius fluxus sanguinis proprie debet intelligi ꝙ facta est in parte illa, in qua uena sit subtilior, et rarior, et hæc pars est pars pãniculi collatorii, qđ apparuit tibi ad sensum, et ideo quando illa soluitur cũ deberet prohibere sanguinem descendere non prohibet. Et ideo sanguis egreditur cum urina. Et fit mictus sanguinis.

¶Verum est ꝙ dicunt aliqui alii ꝙ istud accidit ex uena soluta supra renes, et dicũt ꝙ causa est, quia uena debilitatur in continẽdo. Sed tene primũ dictum, quia rationabilius magis est et sensui magis patet et cõcordat.

¶Patitur etiam ægritudinem compositam, ut apostema, et tunc est dolor fixus propter substantiam suam solidam aggrauatiuus. Ac si lapis esset infixus in loco, et in dolore hoc multum communicat cum colica. Sed differentia distinctiua ipsorum dicta est supra.

¶His completis non eleues renes, sed dimittas propter uasa spermatica, ut uideas ortum eorum, quorum et etiam testiculorum mulieris anatomia præmittitur, anatomiæ uesicæ ut melius uideantur dato ꝙ uesica sit membrum renibus continuatum.

IN superiori textu Mundinus ponit anatomiã triũ membrorum.ſ.unius rami uenæ chilis:qui eſt magnus ualde:& duarum uenarum ortarum a prædicta chili:quæ dicuntur emulgentes ab emulgendo ſauguinem mixtum multæ aquoſitati a prædicta uena : & etiam anatomiã renum.Et diuiditur hæc pars in tres partes principales.In prima parte ſatis:ac ſatis diminute loquitur de uena chili.In ſecunda parte loquif de uenis emulgẽtibus ponendo earum ſitum:& aſſignans cauſas talis ſitus: & etiam aſſignat aliquam colligantiam.In tertia uero parte ponit anatomiam renũ. Secunda ibi/ & quando illa uena chilis eſt indirecto renum ab ipſa ramificãtur duæ uenæ quæ nominantur emulgẽtes.Tertia ibi/ex prædictis iam apparet tibi locus renum/quia locus eius eſt iuxta hepar. Prima pars/ & etiã ſecunda diuiſione non indigent/ quia pauca de eis loquitur auctor.Tertia uero pars/in qua loquitur latius de anatomia renum/diuiditur in ſeptẽ partes principales. In quarum partium prima parte loquitur de loco: & aſſignant cauſam talis loci.In ſecũda ponit colligantiã: & ponit aliqua iuuamenta implicite tamẽ. In tertia ponit numerum diſcretum:& etiam numerum partium eorum. In quarta ponit q̃titatem implicite tamen : & ibidem etiã ponit figuram eorũ.In quinta ponit cuius ſubſtantiæ ſint renes.In ſexta ponit aliquas ægritudines:quæ poſſunt cõtingere eis.In ſeptima uero & ultima parte docet modum operandi:ut melius uideatur anatomia aliquorum ſequẽtium membrorum.Secunda ibi/colligantia etiã eius. Tertia ibi/ & ex hoc apparet quis ſit numerus.Quarta ibi/nota etiam quantitatem/ & figuram . Quinta ibi/apparet etiã quæ ſit ſubſtãtia eius.Sexta ibi/ & notes hic ꝙ in renibus. Septima ibi/his completis:non eleues renes . Nulla harũ partium indiget alia diuiſione/nec expoſitione / ut legẽdo percipitur.Sed ultra ea quæ dicit Mũdinus ad perfectam anatomiam habendam prædictorum membrorum a nobis aliqua ſunt dicenda.

¶Et primo dicemus aliqua ĩ anatomia uenarum cũ ubiq; locorum ĩ ſuo opere diminute de eis tractauerit Mũdinus: in hoc loco

¶In hoc loco aũt qa primus sermo occurrit de uenis: nos dicemus aliq̃ notatu digna. Incipiendo a uena chili ascen/dente/deinde ab eadem descendente: & pro maiori parte hic loci ego dicam: quæ ĩ hoc meo opere dicturus sum de uenis/ & ad istum locum pro anatomia uenarũ totius/uo/lo ꝙ habeatur recursus/reseruabo tamen dicere aliqua de uenis in anatomia cordis/ & mamillarũ/ & cerebri/ & ma/tricis/& linguæ/& uirgæ/& ani/& forte alibi/ ut legendo uidebitur. Et primo dico/ꝙ quid sit uena iam patuit ĩ ana/tomia hepatis dum sermonẽ fecimus de uena portæ: sub/stantia earum etiam est pro parte dicta.s.ꝙ sunt pannicula res contextæ uilis paucis nerueis: ligamẽtalibus uero mul tis: teste Aui. & differt uena ab arteria in hoc.s.ꝙ uena est unius tunicæ & arteria est duarum: & uena cõtinet sangui nem a prædominio. Arteria uero spiritum/ & secundũ me dicos arteriæ oriũtur a corde/uenæ uero ab hepate/ & ue næ sunt quietæ: arteriæ uero mouentur diastolãdo: & sisto lando: & tam in uenis/ quam in arteriis/ sunt tres species uillorum/quibus perficitur attractio/retentio/ & expulsio. Antiqui tñ teste. G. in pluribus locis/ tam arterias/ q̃ uenas uocabant oẽs uenas/nec alibi/ quam in arteriis/ & in uenis & in uentriculis cordis reperitur sanguis/ qui maneat sub forma sanguinis: & ideo Hali. auctoritate Eraclei uocabat lacuuam existentem inter duplicationem duræ matris in cerebro: in qua est sanguis/tertiam uenam: quia per duas uenas. Hali. & alii uocãt arterias/& uenas uenales omnes uenas. Et causa propter quid uena est unius tunicæ/est ra/tione contenti/quod est grossius contento in arteriis: & ẽt quia non mouetur uena/sicut arteria/ quæ propter motũ etiam habet duas tunicas: ut magis resistat motui. Venæ etiam sunt unius tunicæ: ut sint molles/ne multum differ/rant a substãtia hepatis. De origine harum uenarum quie/tarum est magna discordia inter Medicos/ & Philosophos maxime peripateticos/qui magis appropinquati sũt uiæ ueritatis: q̃ aliæ sectæ Philosophorũ: quia ex Philosophis aliqui sũt opinati uenas oriri a cerebro: & huius opinionis fuit Isach in libro de urinis: & aliqui alii sicut fuit Synesis Medicus Cyprius/ qui fuit inter Philosophos Persarum/ teste Alberto: qui apud Arabes Siramor Crabonẽsis dice/

batur/quem Aui.in libris de animalibus uocat Theseum Persem:qui ab aliquibus creditur fuisse Milesium. Aliqui etiã Philosophi sunt opinati uenas oriri prope uentriculũ in dorso:teste Ari.iii.de partibus:& hic fuit Dianor Bronẽsis:teste Alberto:qui ab Aui.uocatur Diaquilum:& huius opinionis fuit etiam Diogenes:multi etiam alii de ortu uenarum multa eronea dixerunt:quæ quia nõ sunt alicuius utilitatis relinquo.Sola.n.secta peripateticorum rationes ueritati consonas habet:deuiat tamen a medicis. Ari. náq; eorum princeps/ tertio de partibus/dicit uenas oriri a corde.G.autẽ dixit eas oriri ab hepate: sed quia hic rumor est alibi:a me:& ab aliis multis auctoribus uentilatus ad illos breuitatis gratia uolo ꝙ habeatur recursus/ & ideo sermonem super hoc perstringo.Dico tamen/ sicut dixi superius ubi sermonem feci de ortu panniculi siphac: ꝙ uenæ non oriuntur/nec a corde/nec ab hepate/nisi improprie/ & metaphoriæ/ & dico eas ita metaphoricæ oriri magis ab hepate/ q̃ a corde/ & in hoc magis teneo cum medicis:q̃ cũ Ari. quia sic est ueritas/ & ratiõe/ & sensu/ discurrẽdo per dicta G. & sequaciumquamuis Aristo. & sequaces aliter sentiant:quia iudicio meo principaliter & immediate uenæ deseruiunt uirtuti hepatis:& nerui uirtuti cerebri/ & arteriæ uirtuti cordis:sicut optime dicit Thomas de Garbo in sua summa/libro primo/tractatu iiii.đ mẽbris: q̃stione.xxxix. & alibi in pluribus locis:& hec sufficiãt de ortu uenarum.

❡ Visis prædictis/est examinandum an uenæ totius suum primum principium habeãt in hepate/ an in intestinis: cũ primum principium suctionis nutrimenti sit in uenis portæ extra hepar ad intestina terminatis:quia sunt multi qui opinãtur primum principium arboris esse in extremitate radicum eius/ & ita multi dicunt principium uenarum esse in eo loco in quo sunt minores rami earum/ qui stant loco radicum arborum: & dicunt istos ramos esse tales in intestinis magis:q̃ alibi:& ultra paruitatem ramorũ dicũt uenas oriri ab intestinis: quia ibidem incipiunt attrahere nutrimentum pro animali/sicut faciunt radices arborum: quæ incipiunt sugere nutrimentum sibi debitum a terra: cui opinioni est dicendum ꝙ quamuis in intestinis uenæ meseraicæ sint minimæ:per hoc non est ꝙ alibi nõ sint mi

nores:quæ de facto ſunt minores in centro hepatis: & iſto modo ratione paruitatis uenarum principium non erit in inteſtinis:ſed in hepate/ſicut tenet.G.in pluribus locis:uerum uenæ non ſolum dicuntur habere principium ſuum primum in hepate propter paruitatem ramorum earum: ſed dicuntur in hepate habere principium:quia mediante uirtute hepatis/quæ eſt chilum in ſanguinem tráſmutare ſua propria innata complexione ei data/iuuante influente a uirtute informatiua/quæ eſt uerum agens membrorum non autem cor:ſicut dicunt aliqui : qua etiá complexione mediante reddit ſpiritum uitalem ad eum ueniētem aptū pro operationibus naturalibus:hæc tamé omnia dicemus latius quando tractabimus de anatomia & cordis/& cerebri/habent aliquam uirtutem ſanguificandi / & ſunt uiæ principales deſeruientes hepati ad deferendum nutrimentum omnibus membris/& ita metaphorice dicuntur oriri ab hepate tam uena chilis:quam portæ:quia principaliter ei deſeruiunt/ſicut deſeruiunt nerui cerebro:eſt etiam dicendum de plantis/& arboribus / ꝙ principium plantarū non eſt a radice:ſed a certa uirtute:quæ eſt in plantis : quá Ariſto.Dichiron appellauit/ut patet in libro de longitudine/& breuitate uitæ . De ortu iſtarum uenarum/ & maxime de uena chili Mundinus titubat:quia modo dicit eam oriri ab hepate/modo a corde:ſed credidit magis eas oriri a corde/licet forte teneat utrunqꝫ diuerſimode eam conſiderando:credo tamen eum in hoc deuiare a medicis:ut patet in eius litera . De proceſſu autem uenarum ab hepate ad totum corpus reperio Galen.fuiſſe diminutum / & etiá inordinatum/nam in multis ſuis libris tractauit de uenis ſine ordine:& diminute/de eis enim loquitur ſexto de utilitate/capitulo decimotertio/& decimoquarto/& decimo ſeptimo:& libro decimoſexto eiuſdem capitulo decimo: & undecimo:& libro quarto eiuſdem capitulo quinto . Et ſeptimo de iuuamētis capitulo primo/ & ſeptimo/& octauo de iuuamentis capitulo quarto/& in libro de phlebotomia etiam loquitur diminute đ uenis/copioſius & melius tractauit de uenis ſcđo regi.acutorū.c.x.q̄ alibi in libris / q hactenus ad nos peruenerunt/tamen ſecundum mentem G.pauca audeo ſcribere de eorum proceſſu / ideo ad alios

magis ordinate: & copiosius de eis scribentes est accedendum. Et primo ad Rasim primo: & septimo Almansoris, q post. G. fuit ante alios medicinæ cardines, secũdo ad Hali. tertio ad Aui. locis suis. Inter istos tamen est aliqua differẽtia: post istos etiam fere omnes medicinæ auctores aliquid dixere de anatomia uenarum: sed tanta est inter eos discordia, q uix ab eis potest percipi ueritatis iudicium: & ideo aliquid a nobis de uenis, ultra ea quæ dicit Mundinus in hoc loco, inseretur: ueritati semper adhærẽdo duce sensu: & maxime de uenis phlebotomari solitis: quia in istis solis est discordãtia auctorum. Dico igitur duas principales uenas esse in corpore: quæ trahunt originem eo modo: quo supra ab hebate: una uocatur uena portæ trahens originẽ a concauo eius: de quo præteriit sermo in anatomia hepatis: quæ est uere uena: quia deseruit hepati pro officio uirtutis eius: q̃uis a Rasi: ut prætactum est: non reputetur uena: & super isto rumore est parua utilitas medicis: ideo silẽtio pertranseo. Alia est uena quæ dicitur chilis & concaua: & licet uena portæ dicatur concaua a Mundino: tamen auctores cõmuniter uocant uenam chilis: uenam cõcauam: quæ uena chilis etiam dicitur uena uentrem habẽs: & mater uenarum: & magna: & maxima: & maior: & ampla: & profunda uena: dicitur etiam cõductus, & parigiba, & Arabicæ dicitur Alabari: & aliqua alia etiam habet nomina: &

Error Zerbi

a Zerbo in sua anatomia dr̃ q hæc uena uocatur uehiculũ nutrimenti: auctoritate. G. iiii. de uti. c. v. & certe in hoc sicut in multis aliis locis Zerbus ostendit suam extimatiuã fuisse debilem & prauam: quia in loco prælegato. G. auctoritate. Hippo. dicit uehiculum nutrimenti esse illã aquositatem: quæ uadit mixta sanguini: non autem dixit uenã: & ideo ibidem Zerbus nõ intellexit dicta. G. nisi oblique: sicut facit in multis aliis locis, ut patebit i toto nostro ope. & hæc uena orit̃ a gibbo hepatis: teste. G. in pluribus locis & teste Rasi: primo Almãsoris: & Hali. ii. theoricæ: & Aui. prima primi. Radices. n. huius uenæ. s. primi rami incipiũt in cẽtro hepatis. s. in cõtermino gibbi: & cõcaui: & coastomãtur ramis uenæ portæ: ut prædictũ est i anatomia hepatis: & ibidem trahunt ortum: improprie tamen: & sic hæc uena chilis in hoc loco incipit sugere sanguinem purifica-

tum a cholera/ & a melăcholia superflua: quæ a natura fue
re transmisse ad kystim & ad splenē ordine naturali / & ab
hinc sanguis diffunditur per corpus. Dicunt tamen aliqui
ꝙ prius sanguis ingreditur cor: ut acquirat completam de
coctionem: deinde a corde ad membra superiora transmit/
titur: & per eandem etiam uenam transmittitur ad inferio
ra.s.per eandem uiam quæ est ab hepate usqꝫ ad cor: quæ
est una sola uia: ab hepate uero infra uena chilis non est cō
munis ad transmittendum & suscipiendum sanguinem a
corde: quæ uocatur descendens. Sunt tamen aliqui qui di
cunt solum sanguinem membrorum existentium a corde
supra: ire ad cor: & ibidem subtiliari/ & dicunt sanguinem
existentem a corde infra: propter ea quia nō fuit decoctus
a corde: esse grossiorem sanguine superiorum membrorū:
dicit tamen. G. vi. de uti. ꝙ uentriculus dexter cordis est ut
præparet nutrimentum pulmoni. Idem dicit. vii. de iuua.
super hoc multa dicemus in anatomia cordis: prædicti igi
tur rami/ siue radices uenæ chilis in unum stipitem eleuan
tur in extremo exteriori gibbi hepatis / & hic stipes i duas
diuiditur partes: quarum una ascendit: altera uero descen
dit ad hepate infra/ pars autem eius ascēdens diaphragma
perforans tēdit ad dextram auriculam cordis: & hæc pars
huius uenæ: quæ est inter hepar: & cor: est illa in qua Vlys
ses conabatur ponere ensem ciclopi Giganti: ut refert. G.
auctoritate Homeri quarto đ uti. c. xiiii. & hæc uena habet
defferre sanguinem ad cor pro generatiōe spiritus uitalis
& pro nutritione omnium membrorum a corde supra tan
tum: secundū aliquos: & hæc uena / secūdum Ari. & sequa
ces habet ortum a corde: secūdum uero. G. & sequaces ha/
bet ortum ab hepate: tamen nec ab hepate nec a corde ori
tur: prout supra monstrauimus: tamen si oriatur ab aliquo
istorum: credo per aliquas rationes a nobis alibi dictas / eā
oriri ab hepate/ improprie tamen: & ista uena anteq̄ egre/
diatur diaphragma duas a se emittit uenas: quæ p diaphra
gma disgregantur: ut nutriāt eum: postq̄ autem perforauit
diaphragma: uenæ aliquæ subtiles ab ea uadunt ad partē
inferiorem panniculi: qui diuidit pectus per longum: & ēt
aliæ uadūt ad partem iferiorem capsulæ cordis: & aliæ ad
glādulā / quæ morum dicitur: & per prædicta sparguntur

membra. Iterum etiam aſcendit prædicta uena/cum ſuo
maiori ramo:qui diuiditur in tres ramos: quorum maior
cordi auriculæ dextræ continuatur: & ingreditur cordis
concauitatem dextram:quæ ſiniſtra maior exiſtit: ſecun/
dus uero ramus nō ingreditur cor:ſed exterius radici eius
alligatur & eum circumuoluit:& in eo per totum partitur
& ipſum nutrit. Tertius autem ramus ĩ inferioribus parti
bus pectoris diſtribuitur:octoq; coſtas inferiores:& lacer/
tos inter coſtas & alia membra ibidem exiſtentia paſcit:
ab illo autem ramo:qui eſt ingreſſus cor oritur uena: quæ
pulmonem nutrit:de qua loco ſuo dicemus: & huius ue/
næ chilis aſcenſus iterum ſequitur/ quæ poſtquam pertrā
ſcierit cor in rectitudine iterum porrigitur quouſq; ad fur
culas pectoris perueniat:& hæc uena teſte Galen.ſeptimo
de iuuamentis capitulo primo/mediāte uno neruo/ideſt
ligamento forti orto ab auricula dextra cordis alligatur
in medio pectoris/ut ſit magis fortis ne ex aliquo motu rū
patur. In hoc autem itinere rami ab ea ſubtiles in unam
quamq; duarum ſegregantur partium a dextris & a ſini/
ſtris:quæ membra in earum locata rectitudine:uel circa ip
ſas imbibunt. Attende lector ꝙ de anatomia huius uenæ
aſcendentis diſcordat Raſis/& Hali.ab Auicēna: ut poteſt
uideri in litera:nam Raſis & Hali.uolunt ꝙ infra cor ſit ue
na nutriens glandulam dictam morum. Auicen:autem uo
luit morum glādulam: quæ etiam dicitur Amiga alias Au
riga & Thimū: & ēt mediaſtinū/nutriri ab iſta uena poſtq̄
pertranſiuit cor:& in hoc magis ueritati uidetur aſcentire
Auicen.prima primi:quam Raſis/ & Hali. quia glandula
morum dicta eſt ſupra cor ad quam/& etiam ad mediaſti/
num in parte ſupra cor uadūt uenulæ ab iſta uena chili dū
eſt ſibi propinqua:& ideo dicebat Aui. ex ea uero quæ ex
habente uentrem poſt tres/penetrat partes cum partem
pertranſit cordis aſcendēdo ſpargūtur/& in ſupræmo pan
niculi pectus per mediū partiētis: & in ſupræmo capſulæ:
& in carne laxa:q̄ morū uocatur/partes capilares dimittit.
Et ꝙ glandula ſit ſupra cor monſtrat ſenſus: & etiam Gal.
ſexto de uti.c.iiii.ubi loquitur quod in torace ſub uena cō
caua ad eam tuendam eſt lobus pulmonis:in ſuperioribus
uero glādula prædicta/iſtis uerbis. In partibus uero quæ

deorsum quintum lobum pulmonis suppositum habēte: in eis autē quæ sunt sursum maximū & mollissimum adhe nem uocatum thimum. Idem dicit. vii. đ iuua. c. i. & ibidē dicitur ꝙ morum: & quinta penulla pulmōis sunt creatæ solum propter uenam cōcauam ascendentē: ut sint ei culci tra ne rumpatur. Sed hic est speculatiōis locus: quia si na/ tura posuit inter cor: & partes superiores pectoris sub ista uena ascendēte penullam unam pulmonis: & glandulā ꝑ/ dictam: quare etiam nō posuit sub ista uena aliquod simile in loco: qui est inter cor & diaphragma: eo maxime cū etiā prædicta uena supra cor sit fortior per unum ligamentum forte eā inuoluens/ ortū ab auricula dextra cordis: sicut di cit. G. vii. de iuua. c. i. & cū etiam ista uena inter cor & dia/ phragma sit maior q̄ supra cor & periculosior de ruptura propter motum continuum diaphragmatis/ & etiam pro/ pter motum cordis: a quibus motibus potest rūpi: eo ma/ xime qa in isto loco hæc uena nō est apodiata alicui alteri mēbro firmo sed est in aere. Ad hoc credo ego eē dicēdū ꝙ magnitudo canalis huius uenæ iter cor & diaphragma/ sit sufficiēs ad tutellā suā: qa q̄to hoc mēbrū est maius est pel/ liculosius & tāto fortius. Credo ēt hāc uenā nō esse alligatā alicui mēbro eā/ nec infra/ nec supra/ nec a lateribus firmā tenētem: ut possit moueri & uersus cor & uersus diaphrag ma secundum ꝙ mouētur prædicta membra: ad quos mo tus mouetur hæc una: & hæc est una ex causis propter qd hepar non habet arterias in parte eius gibbosa: quia medi/ ante motu istius uenæ euentatur. Et Auic. uoluit ꝙ postea ēt ab ista uena ascendēte/ cū est prope furculas supiores se parenť duo rami: quorū ambo trāsuersi incedūt ad partes furculæ: & cū plus uadūt plus abinuicē elonganť: & unus qsq; dictorū ramorū ēt in duos diuidiť ramos: quorū unus uadit a dextris/ & alter a sinistris per pectus donec ad epig lotim pueniāt diuidētes se in ramos plurimos: q protēdūť ad musculos intra costas existētes eos irigātes & nutriētes & mēbra sibi uicina: & ab illis ramulis inqt Nicolus: aliq ꝓcedūt ad musculos exteriores pectoris i rectitudine itrin secoꝝ positi usq; ēt ad musculos mouētes spatulā. Alter ue ro ramus prædictoꝝ duoꝝ diuidiť in quinq; ramos a dex/ tris & a sinistris: & unus eoꝝ in pectore spargitur: & nutrit

quattuor costas superiores: secundus nutrit spatularum lo
cum: & alter ramus tendit ad musculos submersos: qui sũt
in collo ad nutriendum eos: & alter ramus penetrat in fo/
raminibus sex spondylium superiorum qui sunt in collo:
& inde ad caput transit: & alter ramus/ qui omnibus aliis
existit maior ad ascellã ab uno quoq; uadit latere q̃ etiã in
quattuor diuidit̃ ramos: & primus in musculis qui sunt su
pra toracem spargitur: & ipsi sunt ex illis qui spatulæ iun/
cturam mouent: & secundus in carne laxa & in panniculis
qui sunt in ascella: & tertius eorum descendit a supremo
pectoris ad mirach: & quartus omnibus illis est maior: &
in tres diuiditur partes: una pars spargitur in musculo qui
existit in cõcauitate spatulæ / & altera in musculo magno:
qui est in ascella: & tertia est maior ipsis omnibus super ad
iutorium tendens ad manum: & ipsa est quæ ascellata siue
ascellaris/ siue allata/ siue basilica appellatur. Ramus uero
qui est stipes chilis: qui a furcula ascendit: ad superiora in
duas diuiditur uenas anteq̃ multum descendat / quarum
una uadit ad dextram partem colli/ alia ad sinistrã: & quæ/
libet earum in duas diuiditur uenas: & una earũ uocatur
guidez/ seu organica manifesta: & altera uocat̃ guidez/ seu
organica occulta seu submersa & celata: & etiam iuuenilis
& pensilis dicitur. Et guidez quidem manifesta illico cum
circa furculam ascendit in duas diuiditur partes: quarum
una illico cum separatur ad anteriora tendit & ad latus: al/
tera uero uadit ad anteriora/ & descendit/ & postea ascẽdit
& reuoluitur supra furculã/ deinde eleuatur/ & manifeste
ascendit super collum donec ad primum antedictũ ramũ:
qui tendit ad interiora & ad latus perueniat: & ei cõmisce
tur / & ex his omnibus fit guidez manifesta: quæ guidez
a Celso. c. primo dicuntur granges & sphragitides tam oc
culte q̃ manifeste: tamen anteq̃ iste secundus ramus admi
sceatur primo diuiditur in duas partes quarum una ad la/
titudinem tẽdit/ deinde sibi apud duarum furcularum ob/
uiationem uniuntur in loco profundo / & secunda in collo
manifeste transuersatur: & duo eius rami nõ obuiant: sicut
faciunt primi: & ex istis duobus ramis plurimi rami capila
res araneæ telæ similes oriuntur: qui ad superiora eleuant̃
& illa membra imbibũt/ & uocantur uenæ arenales. Nota

lector

lector ꝙ Rasis primo Almansoris non facit mētionem de istis uenis ultimis descendentibus / postea ascendentibus circa furculas: a quibus fit guidez manifesta / sed de eis tantum loquitur Aui. prima primi: & Hali. secundo theo. qui copiosius dixere q̄ Rasis. Credo tamen Rasim non dixisse de eis: quia sola sua intentio circa hæc loca est dicere de uena cephalica & de basilica: ut faceret medicos cautos circa ortum earum: ut melius scirent a quibus membris prædictæ uenæ phlobotomatæ conferrent. Hali. autem & Auic. tanq̄ theorici magis determinarūt in hoc loco de istis uenis / dicētes etiam ingressum earum ad caput ut constat legenti: & hoc nō fecit Rasis: qa tanq̄ praticus medicus uoluit magis tractare de uenis phlobotomari solitis q̄ aliter. Sed unde digressus sum reuerto. Dico igitur ꝙ ex ramis p̄dictis: qui in collo per transuersum procedūt qui dicti sunt sibi inuicem non obuiari tres uenæ separantur: quantitatē sensibilem habentes: quarum una super spatula extendit: & ad manum porrigitur: & uocatur spatularis & humeralis ex qua ē uena cephalica dicta: aliæ uero duæ radicibus huius sunt adhærentes: & ad duo latera eius sup caput spatulæ sunt cōmunicātes: quarum duarum una ibi torquet ut serpens & ibi spargitur. Secunda uero quæ est anterior eam pertransit ad caput adiutorii: & ibi spargitur: spatularis uero eas ambas pertransit usq̧ ad ultimum quod est in manu. Subdit præterea Aui. ꝙ guidez manifesta prædicta postq̄ facta est una ex multis ramis prædictarum uenarum in duas diuiditur partes: quarum una occultat / & separātur ex eo rami parui / & in mandibula sparguntur superiore: & alii rami multo maiores istis in mandibula inferiore sparguntur / & ab his utrisq̧ partibus. s. a ramis dispersis in mandibula superiori / & in mandibula inferiori ueniunt rami: qui sparguntur in circuitu linguæ / & in manifesto partium musculorum qui ibi sunt positi: dicit tamen Nicolus c. de anatomia uenarum ī cōmuni ꝙ a ramis prædictæ uenæ qui sparguntur in mādibula inferiore pullulant uenæ in circuitu linguæ: & in partibus exterioribus musculorū qui in illis locis sunt: & subit Aui. & pars altera. s. prædictæ guidez manifestatur in loco manifesto. s. superiori & non profundo spargitur in locis quæ sequntur caput & aurē. s.

ex quolibet latere una. Subdit præterea Aui. ꝙ guidez oc/
culta concomitatur meri & ascẽdit cum eo/ & in suo itine/
re dimittit ramos / qui miscentur cum ramis uenietibus a
guidez manifesta: & omnes i meri & in epigloti/ & in om/
nibus partibus musculorum ibi existẽtium sparguntur: &
penetrat extremum eius. s. guidez submersa ad finem cõ/
missuræ laudæ/ & spargunt illic. s. ubi incipit ista uena ascẽ
dere prope caput / rami qui i membris spargũtur quæ sũt
inter spondylem primam & secundam: & inde uadit uena
capilaris apud iuncturam: quæ est inter caput & collum: a
qua sparguntur rami qui ad panniculum ueniunt qui est
cooperiẽs craneum: & ueniunt ad locum ubi duo emicra/
nea sibi obuiant. i. in cõmissura sagitali/ & submergunt ibi
in craneo. Quod autem post ĩstatum uenarum trãsmissio
nem remanet ad cranei uentrem penetrat ad finem com/
missuræ laudæ/ & inde spargitur ramus in duobus cerebri
panniculis ad nutriendum eos: & ad ligandum panniculũ
durum cũ eo / qđ est in ipsius circuitu & supra ipsum. s. cra
neo: ut inquit Iacobus de partibus : & ego dico craneo/ &
pericraneo per totũ: & subdit Aui. postea egreditur. s. hæc
uena ad exteriora. s. per poros cranei/ & per cõmissuras: &
panniculum q cooperit craneum nutrit/ deinde a panni/
culo subtili ad cerebrum descendit. s. uena/ uel uenæ quæ
sunt in panniculo subtili: quæ nõ sunt illæ: quæ exiere cra
neum iam dictæ ad nutriẽdum pericraneum: sed propriæ
uenæ pãniculi subtilis quia multæ : sunt illæ quæ ad cere
brum descendunt & in ipso disparguntur cum nutrientes
quas omnes. s. existentes in dura matre panniculi grossi re
plicatio stringit. s. illas existentes in loco replicationis seu
duplicationis dicti panniculi. Cuius panniculi duplicatio/
nes locum dicemus loco suo: & dicit Aui. & illa replicatio
duri panniculi stringens uenas prædictas exprimit eas ad
locum amplum: qui platea uocatur: in quẽ effunditur san/
guis propter prædictam expressionem & ibi cõgregatur:
deinde separat. i. distribuitur hic sanguis uicinis partibus
mediantibus aliis uenis eum sugẽtibus/ sicut nos dicemus
loco suo: & hic locus uocat torcular/ & ideo dicebat Auic.
ibidem: istis quoqꝫ ramis uentriculo medio cũ propinqui
fiunt/ est neccesse ut magnæ fiãt uenæ : & ex torculari. i. ex

platea fugant:& ex suis uiis quæ ab eo separantur: deinde a uentriculo medio ad duos uétriculos anteriores tendũt: & arteriis ad locum illum ascendentibus obuiant: & texit panniculus: qui rethe uocatur secundinũ. Aduerte lector q̃ in hoc loco litera Auic. est aliqualiter obscura indigens longa & subtili declaratiõe:sed q̃a in anatomia cerebri sup hac lrã teneor longũ facere sermonẽ:iõ usq̃ ad illũ locum reseruabo dicere ea: q̃ i isto loco dicẽda erãt de istis uenis. ¶ Visis a nobis, q̃ uidenda erant de uenis ascendentibus ab hepate usq̃ ad cerebrum consequẽter de uenis manuũ est uidendum summendo manũ large ab humero usq̃ ad extremitatẽ digitorũ:pro cuius uera notitia aduertãt legẽtes:q̃ in hoc loco non dicã anatomiã oĩum ramorũ uenarũ manuũ, quia ut plurimum corpora differũt aliqualiter de situ talium ramorũ uenarũ, & etiã de numero & de magnitudine:non autem differunt in aliis mẽbris, sicut in uenis: & propter hoc forte est discordia inter scribẽtes de earum anatomia:ut patebit inferius de earũ ortu & situ: & dicunt aliqui q̃ pp hoc.G.de uenis fuit diminute locutus, & sine ordine:ego autẽ credo & dico q̃.G. non fuit diminute locutus de uenis:sed amplissime d̃ eis tractauit, ut ipse refert xvi.de util.capitulo.x.&.xi. sed non habemus illos libros: in quibus tractauit de eis. Sed ego ponam tãtũ anatomiã seu processum uenarum principaliũ manuum, & maxime earũ q̃ sunt in usu quottidiano ad phlebotomiã pp ægritudines hũano corpori cõtingẽtes: sed ille q cupit ĩtelligere omnes alios ramos prædictarũ uenarũ:recurrat ad Hali.ii. theo.& ad Aui.prima primi de uenis:q̃a in hoc loco seruabo magis ordinẽ, Rasis primo Almansoris d̃ uenis, quam aliorũ,tũ quia breuis,tũ quia magis adhæret ueritati,quã faciãt & Aui.& Hali.De istis ẽt uenis cũ Rasi cõcordat Albucasis.c.de phlebotomia. Pro notitia igit̃ dicẽdorũ dico duas tm̃ principales uenas eẽ i manu.Et una est i parte interiori brachii, quæ uocatur ascellaris: eo quia manifestatur in ascella,id nomen summẽs a loco:uocatur etiam propter locũ allata, seu allaris, & subascellata, & titilicaris, & uena hepatis, & basilica:a q̃ p̃cedũt multi rami diuisi p totã magnã manũ in parte domestica magis, q̃ in siluestri eã nutrientes: & hæc uena habet tres ramos satis notabiles

qui phlebotomantur:quorum trium unus nõ est totaliter ex ista uena:sed partim est ex ista, & partim ex cephalica: teste Aui.& Hali.qui uocatur cõmunis:eo quia est cõmu/nis cephalicæ:& isti basilicæ ab eis suscipiens sanguinem ut infra dicetur:uocatur etiam nigra: & alia etiã habet no/mina ut patebit.Sunt igitur duo rami tantum qui sunt to/taliter de essentia huius uenæ basilicæ:quorum primus & maior est in parte interiori & inferiori curuaturæ seu iun/cturæ cubiti:qui cõmuniter dicitur basilica uena:qui con/fert si phlobotometur in parte sinistra dispositionibus sple nis:in dextra uero dispositionibus hepatis/teste.G. in libr. de phlebotomia/summa secunda.c.v.de phlebotomia ue narum manus:alter uero ramus reperitur icedere ab isto/met ramo ueniẽs per domesticam partem manus usq; ad rasetam:qui postea obliquatur exterius usq; quo ueniant inter annularem & minimum/qui ramus phlebotomatus cõfert hepati & spleni : sicut facit ramus prædictus basilica dictus:q reperit̃ in curuatura iuncturæ cubiti : teste.G.ubi supra:& hæc uena uocatur ascellaris ab Aui.quarta primi: sed Hali. secundo practicæ non ponit nomen huic uenæ: tamen nono practicæ.c.iiii.uidetur uelle istam uenam uo/cari alarem:quia dicit ꝙ in manu sunt.xii.uenæ.s.duæ me diastinæ/& duæ cephalicæ/& duæ basilicæ / & p basilicas intelligit uenas curuaturæ cubiti uenientes ab ala:& duæ alares per quas intelligit uenas inter annularem & mini/mum uenientes ab ala:& dicit etiam ꝙ in manu sunt duæ uenæ/cubiti cordæ/ uocatæ/ & etiã duæ selemiæ / & forte ꝙ litera est corrupta: quia debet dicere & duæ sceylẽ quæ sunt iter medios digitos & annulares:teste Aui.istæ tamẽ uenæ uocãtur ab eodem secũdo practicæ salubres: sed Ra sis primo Almãsoris & Albucasis in.c.de phlebotomia uo/cant has uenas saluatellas. Iacobus tamen de partibus su/per prima primi de anatomia uenarũ manus dicit/ atende ꝙ sceylẽ quam reputat hic princeps ramum partis inferio ris uenæ nigræ est idẽ ꝙ saluatella / ut dicit̃ in Synonimis Aui.dicendo ꝙ saluatella & sceylen est una uena. Rasis ta/men non faciens mẽtionem de diuisione uenæ nigræ affir mat ꝙ saluatella est ramus ascelaris/ & illud saluari potest: quia ramus nigræ est ramus ascelaris. Atende lector ꝙ Ia/

cobus non intelligit anatomiam harum uenarum/nisi per auctoritatem Auic.ꝙ patet:nam Rasis primo Almansoris uocat saluatellam ramum uenæ ascelaris/quæ quidem uena est uere ramus uenæ ascelaris/& non nigræ/ ut patet p G.in libro de phlebotomia/summa secũda/capitulo quinto/quæ euacuat ab hepate in parte dextra/& a splene in sinistra:ut dicit Rasis/&.G.ibidem nec ista uena quæ est inter minimum & annularem est ramus uenæ nigræ/ ut inquit Aui.& Iacobus/quãuis Aui. prima primi:dicat ꝙ ista uena quæ est inter minimum & annularem/sit etiã ramus nigræ : quia nõ est sic/nec ad sensum/nec per Galenũ/nec per Rasim/nec per Albucasim/ & sequaces/nec etiam per Aui.qui ipse prima primi dicit ꝙ uena quæ est inter minimum & annularem est ramus ascelaris istis uerbis.Ex ascelari uero in primis cum oritur procedunt rami qui in adiutorio submerguntur/& in musculis qui sunt ibi sparguntᷣ: & ibi finiuntur excepto ramo uno qui peruenitᷣ ad ascelid: cumq; ascelaris circa cubiti peruenit iuncturam in duas diuiditur partes quarum una submergitur:& ramo cephalicæ continuatur:qui profundatur cum qua parumper incedit:sed postea ab eo separatur & declinat una earum ad domesticum donec ad auricularem & annularẽ peruenit: & ad medium medii:ibidem etiam Auic.dicit ramum inter annularem & minimum/& ramum inter annularẽ & medium esse ramos uenæ cõmunis:& ideo sibi cõtradicit quã contradicionẽ pro ueritate nullus põt saluare nisi nugando:dicendum est igitur uel Aui.erasse:uel ꝙ sua litera est corrupta:quia ad mẽtem.G.& peritorum in anatomia uena quæ est inter minimum & annularem est uerus ramus ascelaris/illa uero quæ est inter medium & annularẽ: quæ ab Aui.dicitur sceilen:& ab Hali.salubris est ramus in qua est sanguis mixtus ueniens a cephalica / & ab ascelari quæ supplet uices uenæ cõmunis si phlebotometur: & ita etiam ramus inter indicem & medium habet sanguinem uenientẽ a cephalica:& ab ascelari/& etiam potest phlebotomari loco uenæ cõmunis:nulla tamen harum uenarum quæ stant loco uenæ cõmunis euacuat principaliter : nec ab hepate:nec a splene:ut etiam melius patebit inferius:& septimo Almansoris/Rasis capi.de phlebotomia:& etiam

Albucasis dicunt cum.G.istam uenam saluatellam dictam phlebotomatam in dextra parte cõferre hepati / in sinistra uero spleni / & cum istis auctoribus ambulant multi auctores moderni. Alia uero uena principalis manus est i parte siluestri siue exteriori eius: quæ humeralis uocat̃ a.G.ubi supra / uocatur etiam spatularis / quia inde procedit ad manum uocatur etiam scapularis / & uena capitis / & cephalica id nomẽ sumẽs a cephas græce qđ est caput: a qua procedũt multi rami pro maiori parte in siluestri siue exteriori parte manus dispersi / & diuisi eam nutriẽtes / quæ uena de mẽte Aui.& Hali. & sequacium habet etiã tres ramos: sicut basilica quorum unus non est etiam totaliter ex ista uena: sed partim est ex basilica a quo fit uena cõmunis: ut prædictum est supra. Quæ uena cõmunis nõ dicitur cõis: quia componatur ex duobus ramis quorũ unus sit de basilica uena / & alter de cephalica / ut putant aliqui: sed dicit̃ uena cõmunis quia sanguinẽ suscipit ab eis.i.a cephalica & a basilica indifferẽter prout ad eam a prædictis duabus uenis transit pro nutricione membrorum / & nõ aliter orit̃ hæc uena cõis a prædictis: quia cõis uena formatur quando formantur prædictæ duæ / & una nõ est prior altera: sed omnes formantur simul: ut supra patuit in distinctiõe a nobis data de ortu membrorũ / & hæc uena: quæ dicitur cõis phlebotomata euacuat a cephalica uena & a uena basilica: & hæc uena cõmunis habet multa nomina / quia dicit̃ cõmunis / & nigra / & fusca / & uena corporis / & purpurea / & uena cordis / & cardiaca / & a Rasi uocatur uena matrix / & uocatur uena matricis a Iacobo de partibus / & dicitur mediastina siue mediana: & fons brachii: & Arabice aquahela teste Hali. & alia etiam habet nomina ut patet apud diuersos auctores. Duo igitur tantum sunt etiam ueri rami humeralis uenæ: qui phlebotomantur: quorum unus manifestatur in parte alta brachii prope cubitum in directo focilis superioris brachii qui ramus uocatur cõiter cephalica: alter est unus ramus qui uocatur funis brachii: & de ista fune brachii non est parua differentia inter auctores. Nam Albucasis ubi supra dicit funem brachii terminari inter pollicem / & indicem / & ego teneo hoc esse uerisimum: ut patebit infra / & huic opinioni etiam uidetur assentire Rasis

primo Almansoris ubi supra istis uerbis. Alia uero humera
lis uenæ pars/protenditur per manifestas adiutorii partes
& super focile altum transit/ & uocatur hæc funis brachii:
tamen Hali. & Auicen. & Guido de Cauliatio / & Mundi/
nus licet implicite: & multi alii sequaces / iter quos est Ni
colus de anatomia uenarum aliter sentiunt: qui omnes di
cunt funem brachii nõ tendere inter indicem & policem:
sed dicunt eam esse a cephalica ortam supra cubiti curua/
turam: & tendere inferius per partem siluestrem brachii:
& dicũt eam incuruari uersus focile inferius/ & in inferio/
ribus partibus rasetæ spargi: sed Auicen. & Hali. & sequa/
ces dicunt ramum inter indicem/ & policem esse ramum
uenæ communis: quia omnino in aliquibus indiuiduis: ut
etiam ego uidi / nõ apparet ꝙ ramus cephalicæ a curuatu
ra cubiti infra descendat ad locum q est inter indicẽ/ & po
licem: sed occultatur in profundo musculorum: uel ꝙ for/
te ibidem circa curuaturam cubiti finitur/ & utrunq; inter
dum ego uidi in anatomia/ licet raro/ & in istis apparet tan
tum unus ramus qui uenit a communi/ qui uadit inter po
licem & indicem: & credo ꝙ ab ista causa Hali. & Aui. & se
quaces fuerint decepti: quia raro uiderũt anatomiam/ qm̃
dicunt communem esse inter indicem & policem: sed ut i
pluribus uena cephalica descendit usq; ad indicem/ & po/
licem cũ suo ramo notabili recto / qui dicitur ab Albucasi
& a Rasi/ & a me uera funis brachii/ in quo ramo interdũ
ingredit̃ unus ramus uenæ cõmunis/ sed sæpissime immo
ut i pluribus etiam reperitur sola cephalica sine isto ramo
uenæ communis quæ terminantur circa indicem & poli/
cem a qua trãsuersaliter unus ramus uadit per pecten ma/
nus uersus medium: & unus uersus annularem digitum:
& etiam idem ramificatur uersus minimũ / qui coastoma/
tur cum ascelari. Gentilis etiã tertia tertii: capitulo de cura
ophtalmiæ/ & cum eo tenet gradi nono Almansoris de cu
ra ophtalmiæ: & aliqui alii dicunt/ istas uenas inter indicẽ
& policẽ eẽ ramos uenæ cõis: & Gent. adducit auctoritatẽ
Auic. prima primi/ de anatomia uenaꝝ & eiusdẽ auctorita
tẽ in libris de aialibus: & dicit: ꝙ rudes oculistæ pp ignorã
tiã anatomiæ credũt ꝙ sint rami uenæ cephalicæ: sicut cre
dũt saluatellas eẽ ramos basilicæ: & iudicio meo: Gẽ. & alii

omnes sunt in maximo errore:ut infra mõstrabimus duce sensu & rationibus aliquibus:& puto omnes prædictos er rores depédere ab Hali.& ab Aui.nam Aui.fuit post Hali. teste Caulıaco in principio suæ chirurgiæ:a quo Hali.iudi cio meo Aui.accepit maiorem partem suorum canonum: & etiam ordinem:q̃uis etiam aliqua acceperit a.G.& a Se rapione:& a Rasi:& a Paulo:ut manifeste apparet discur/ rendo per dicta prædictorum auctorum:& ita Aui.ambu/ lauit pro maiori parte cũ Hali.Qui Aui.prius uenit in lu/ cem apud latinos q̃ Hali.& ideo est magis in usu:quia om nes fere moderni nõ habentes opera Hali.acceperũt Auic. optimum furem pro principe/ eum diuersimode interpre tando & uiam suam sequendo in ueritate optimam/licet quandoq; quieuerit & dormitauerit in auctoritate aliena: ut hic in anatomia harum uenarum facit:magis credẽs au ctoritatibus:sicut pleriq; fecere & etiam nunc faciũt q̃ sen/ sui.Et ideo qa Aui.errauit de istis uenis omnes eius sequa ces errarunt:qui magis credidere auctoritati eius q̃ uelle se intrincare in anatomia sensibili & ita d̃ libro fecere librũ & ideo propter primum errorem qui est ĩ Hali. anatomia harum uenarum est male intellecta a multis: & certe Aui. xi.de animalibus:& prima primi:& quarta eiusdẽ:& Hali. & sequaces non possunt saluari:quando dicũt uenam exi/ stentem inter indicem & policem esse ramum uenæ com/ munis:& ita etiam errant de ramo existente inter indicem & medium:& de ramo existente inter medium & annula rem:quos dicunt etiam esse ramos uenæ cõmunis: & etiã dicunt unum ramunculum a uena cõmuni tendere inter annullarem & minimum: & dicũt ramum inter medium: & annularem quem Hali. secundo theoricæ uocat salu/ brem uenam: & nono practicæ uocat hãc uenam selemiã. Auicen.uero eam uocat sceylen uenam phlebotomatum conferre hepati in manu dextra : in sinistra uero confer/ re spleni:& hoc non potest facere hæc uena si sit ramus cõ munis:quia cõmunis(ut utar uerbo.G.in libro de phlebo tomia)non est uena familiaris principaliter deseruiens he/ pati nec spleni:sicut est uena quæ est iter minimum & an/ nularem:quæ de mẽte.G.& Rasis:& Albucasis ubi supra: est familiaris hepati & spleni : quia est ramus ascelaris : &

confert

confert eis phlebotomata eo modo quo supra. Errant etiā præfati auctores dicentes funem brachii extendi super manifestum focilis superioris/deinde ad siluestrem partem inclinari/& ad focilis inferioris gibbositatem tendere/& in eo ꝙ in inferioribus partibus rasetæ siluestribus spergi:qa ut prædixi ista non est funis brachii: quia funis brachii est inter indicem & policem/ut supra patuit de mente Albucasis & Rasis:& dicit funis brachii: quia ab humero usqꝫ ad prædictos digitos descendit recta & tensa sicut est funis uel corda aliqua artificialis:non autem dicitur/eo quia tortuose incedat per brachium sicut dicunt multi: quia nulla est uena in corpore nostro quæ īcedat tortuose sicut funis siue corda:ut dicunt auctores prædicti. nec ista uena: quæ uocatur corda siue funis brachii: īcedit tortuose sicut facit uena:quæ est in humero:quæ ab Aui.dicitur serpēs.Et ultra hoc illa uena dicta funis ab Auicē.non euacuat a capite æque bene sicut facit illa quæ est inter indicem & policē propter directionem maiorem quam habet hæc a police & indice ad caput: & ideo non est uocanda funis brachii: quia uera funis brachii secundum omnes doctores educit a capite/ licet cephalica prædicta existens in curuatura cubiti propter maiorem propinquitatem ad caput melius & citius euacuet q̄ funis: sed funis magis diuertit/ cephalica uero magis euacuat.Et ista uena quæ dicitur funis brachii ab Aui. habet ramos oblique unientes inter idicem & medium:& etiam inter medium & annularē/ & prout in aliqbus corporibus apparet ad sensum/& ut inquit Aui. habet etiam unum ramum tendentem inter annularem & minimum uenientem a certo ramo uenæ cōmunis qui ab eodem etiam dicitur ꝙ est ramus uenæ basilicæ seu ascelaris ut supra diximus:qui uenit satis dirrecte a uena basilica p̄dicta:quæ est in domestica parte brachii circa curuaturam cubiti:& quia in istis prædictis ramis uenientibus per partem siluestrem brachii a cephalica ad digitos inter mediū & annularem:& inter indicem & medium:ingreditur etiā circa loca digitorum de sanguine uenæ ascelaris: & etiam in istis ramis ingreditur de sanguine ueniente a uena quæ est inter indicem & policem: quæ est ramus cephalicæ:& etiam in istis met ramis īgreditur de sanguine illius uenæ

quæ dicitur funis brachii ab Aui. ut patet ad sensum: ideo in istis mediis ramis existentibus circa medium digitum ab utroq; latere est de sanguine ueniente a uena cephalica & basilica / & si in eis fiat phlebotomia supplet uices uenæ communis: quia ut prædixi habent istæ uenæ sanguinem pro parte a uena basilica / quæ est inter annularē & minimum / & pro parte a cephalica ab Albucasi & a Rasi / & a me funis brachii / quæ est inter indicem & policem: & etiam habent sanguinem a fune brachii Aui. & ideo bene dicebat Mundinus loquens de istis uenis / quando dicebat istas uenas circa digitum medium existentes retinere locum uenæ cōmunis q̃uis errauerit de nomine earū / qa dicit eas esse ramos funis brachii Auic. & fuit deceptus in hoc ab auctoritate Aui. Veritas est / & ad hoc aduertāt legētes ꝙ a uena principali cōmuni quæ est inter cephalicam & basilicam in cubiti curuatura uenit unus ramus qui descendit lateraliter parum per partem domesticam brachii ueniens uersus ueram funem brachii quæ est inter indicē & policem / & ingreditur in illam supra iuncturam rasetæ ad notabilem distantiam / & propter ingressum prædictū forte ꝙ Aui. & Hali. & sequaces uoluere ramum existentē inter indicem & policem esse ramum uenæ cōmunis. Et certe miror de eis quia q̃tūcunq; in isto ramo in aliquibus indiuiduis ingrediatur unus ramus uenæ cōmunis / propter hoc ut plurimum uena inter indicem / & policem nō est principaliter a cōmuni / & quia ut dixi uena cōmunis nō est uena principalis de se ꝙ habeat sanguinem sibi proprium / sed habet sanguinem a basilica & a cephalica / & iō ego audacter audeo dicere istos ramos existentes inter indicem & policem non esse ramos uenæ communis: sed ramos cephalicæ: & teneo firmiter eos euacuare a capite ꝑpter rectitudinem quam habent ad caput maiorem q̃ habeat aliqua alia uena manus paruæ. Dicebat. n. G. in libro de phlebotomia / summa secūda / capitulo quinto / ꝙ uenæ incisæ quæ sunt secundum rectitudinem patientium particularum afferūt euidens iuuamentum / ut & patientes ipsi stupeant multociens / & ibidē dicit ꝙ si uenæ cubiti non apparent ꝙ semper debemus incidere uenas infra cubitū habentes rectitudinē ad membra: & puto ꝙ intelligat ibi/

dem de istis uenis/quæ sunt inter indicem & policem: qa ibi ipse dat exemplũ de uno Romano patiente ophtalmiã qui propter phlebotomiam fuit sanatus ita cito ꝙ uisa fuit res aliquibus similis arti magicæ/& hoc etiam teneo quia continue ego uideo practicãtes uti talium uenarum phle/botomia pro dispositionibus capitis & membrorum eius: & ego de istis uenis centies uidi magnam experieentiam in dispositionibus oculorum/ & in squinantia & in omni/bus aliis passionibus capitis. Et etiã dico duos ramos a la/teribus medii digiti existentes esse phlebotomandos loco uenæ cõmunis: quia sũt rami cõmunes uere funis brachii & ascelaris: dico etiam illum ramum supradictum de men te Aui. tendentẽ inter minimum & annularem non esse de essentia uenæ comunis: sed magis eum ramum esse de uena ascelari ut patet experiẽtia & sensu & auctoritatibus prætactis/est bene uerum ꝙ uenæ a lateribus medii digiti plus habent de sanguine cephalicæ q̃ ascelaris/ quia habẽt sanguinem a uena quæ uenit directe ad indicem & policẽ: quæ est uere funis brachii/ & etiam ab illa uena pro parte: quæ descendit per partem siluestrem brachii quæ dicitur funis brachii ab Aui. & a sequacibus: tamẽ si tales uenæ cir ca medium digitum phlebotomentur supplẽt uices uenæ cõmunis q̃uis in eis sit maior quantitas sanguinis uenien/tis a cephalica/ & quia est maior quantitas sanguinis ueni/entis a cephalica in eis q̃ a basilica seu ab ascelari/si non re/periretur notabilis uena inter indicem & policẽ. Ramus unus circa medium digitum posset phlebotomari loco ce phalicæ seu uere funis brachii: dico etiam q̃tũcũq; in uena quæ est inter indicem & policem ingrediatur unus ramus uenæ cõmunis qđ etiã i ea est plus de sanguine cephalicæ q̃ de sanguine ueniente a ramo uenæ cõmunis: quia i ista uena inter indicem & policem uenit ut in pluribus unus ramus dirrecte a cephalica. Ideo dico ꝙ phlebotomia hu/ius uenæ inter idicem & policem plus euacuat a capite q̃ a partibus a quibus euacuat cõmunis & basilica/ & non so lum euacuat a capite: quia plus habeat i se de sanguine ab eo ueniente: sed ab eo euacuat etiam magis quam a pecto re/ & a partibus mediis corporis propter maiorẽ directio/nem quam habet hæc uena existens inter indicem & poli

cem ad caput/quia directio/ & rectitudo uenarum ad mē/
bra secundum.G.ubi supra: & secundum omnes doctores
q̄tūcunq; sit in aliquali maiori distantia est una ex causis p̄
pter quam fit euacuatio melior & cōplectior a membris:
de pari dico etiam istam uenam existentem inter indicem
& policem propter directiōem maiorem ad caput magis
euacuare a capite q̄ faciant rami illius uenæ uenientis a ce
phalica per siluestrem partem brachii: quam funē brachii
uocant Aui.& sequaces:& non solum propter directionē
sed etiam quia uena:quæ est inter indicem & policem:ha/
bet sanguinem minus mixtum cum sanguine ueniente a
basilica:q̄ habeant uenæ quæ sunt circa digitum medium
quia ut dixi in illis ramis existentibus circa digitum medi
um:qui ueniunt ut prædixi a cephalica per partem silue/
strem brachii/ & ibidem terminātur / est de sanguine ueni
ente a basilica quæ est inter annularem & minimum: & iō
propter sanguinem magis mixtum existentem in istis ue/
nis medii digiti & propter directionem minorem harum
uenarum ad caput / audeo dicere illam non uocari ueram
funem brachii inter digitum medium & indicem & annu
larem ubi terminatur talis funis brachii Auic. in quo loco
phlebotomātur tales rami.s.inter digitos : quia uera funis
brachii ultra cephalicam uenam magis euacuat a capite q̄
alia uena secundum omnes auctores:& credo φ hoc faciat
primo propter directionem:quia est inter indicem & poli
cem:secundo quia in uera fune brachii plus reperitur de
sanguine ueniente a cephalica q̄ in alia uena manus.Dicit
tū Gentilis ubi supra.s.φ phlebotomia uenæ : q̄ dicitur ab
Aui.funis brachii non fit inter digitos istos:& miror de eo
quia secundum eius opinionē nūq̄ fit uel fieri debet phle/
botomia illius uenæ quæ dicitur funis brachii ab Aui.& ta
men ipse quarta primi ponit eam/& ita alii multi q̄ posuis
sent frustra si esset sicut dicit Gentilis qui dicit φ phlebоto
mia deberet fieri supra rasetam.s.inter rasetam & cubitū:
q̄uis ipse dicat eam non esse in usu:quia in tali loco non p/
forantur & phlebotomantur uenæ propter periculum pū
cturæ musculorum/cui est dicendum q̄d idem periculum
φ nunc est in phlebotomia talis uenæ supra rascetam erat
etiam tempore Aui.& tamen ipse & Rasis & fere omnes

antiqui & moderni ponunt phlebotomiam funis brachii: q̃ dicũt euacuare a capite & tempore suo erat in usu / & talem funem brachii Aui. dicit spargi in inferiori parte rascetæ in siluestri parte: & talis uena ut patet ad sensum uadit circa medium digitum ab utroq; latere / & alibi Auic. dicit tales uenas ibidem sparsas esse ramos uenæ nigræ / ex quo infertur ꝗ Aui. sibi ipsi contradicit: & iudicio meo non potest saluari / & tales uenæ quæ dicuntur rami funis brachii ab Aui. quæ sunt circa medios digitos: dato etiam ꝗ ibidẽ phlebotomarẽtur uel supra rascetam / nõ propter hoc magis euacuarent a capite q̃ faciant uenæ: quæ sunt inter indicem & policem: quia non habent directionem: sicut habet uera funis brachii / quæ terminatur inter idicem & policem: & propter hoc Cauliacus de anatomia uenarũ brachiorum uocat uenam inter indicem & policem cephalicam ocularem: ipse tamen Guido tenet cum Auic. de loco funis brachii: & est in errore sicut sunt alii multi: & non solum Guido uocat cephalicam uenam existentem inter indicem & policem: sed etiã multi alii sicut camamusali de oculis de cura ophtalmiæ qui uocat eam cephalicam manus: & ita etiam Gulielmus placentinus & cõmuniter praticantes illas phlebotomãt: ut recitat Iacobus de partibus & ut ego centies uidi: & ultra me fere omnes alios uidi uti tali phlebotomia in dispositionibus multis capitis: & errabundus in hac parte Gentilis ubi supra dicit non reperire auctorem fide dignum qui utatur phlebotomia uenæ inter indicem & policem in passionibus oculorum: & certe rem magnam præsumpsit: quia plus credo in anatomia & sic ab omnibus est credẽdum Guidoni q̃ ipsi: quia fuit maximus anatomes & montis pesulani medici legunt ipsius anatomiam in gimnasiis publicis / sicut nos facimus anatomiam Mundini: quia in ea plurimum ualuit: credo etiam magis Rasi & Albucasi q̃ ipsi & q̃ Auic. & sequacibus suis simul qui sola auctoritate Aucennæ mouentur.

¶ Præterea ultra prædicta reperio Dinum quarta primi: uocare uenam existentem inter indicem & policẽ sceylen & ita Vgonem & multos alios qui errant a uia ueritatis: quia sceylen est teste Aui. inter medium & annularem digitum: & ipse solus Aui. inter antiquos uocant hanc uenã

sceylen/de qua quidem uéna ipse & Hali.ponunt phlebo
tomiam.G.tamen anatomicorú princeps non ponit phle/
botomiam fieri in hac uena:tamen ego credo ꝙ ista uena
sceylé dicta ab Aui.& ab Hali. salubris supleat uices uenæ
cõmunis di uertendo & etiam in euacuádo: & ita etiam ue
næ quæ sunt inter indicem & medium:quia habét sangui
nem pro parte a uena quæ est inter policem & indicem q
pro maiori parte uenit a cephalica:& etiam habent sangui
nem ab illa uena quæ dicitur funis brachii ab Aui.quæ ta/
men non est uera funis brachii ut supra dictum est/ quæ q
dem funis Aui.est in parte siluestri brachii & terminantur
in raseta manus ad ramos aliquos uenæ uenientis ab indi/
ce & police:iste etiam uenæ quæ sunt inter medium & an
nularem/ & inter indicem & medium habent sanguinem
a uena quæ est inter annularem & minimum/quæ dicitur
ascelaris a.G. & saluatella a Rasi/ & ab Albucasi etiá: ideo
quia istæ uenæ habét sanguinem a cephalica/& ab ascelari
suplent uices uenæ communis ut supra patuit: præfacti ta
men auctores.s.Aui.& Hali.dicunt ꝙ si hæc uena sceylen
ab Aui.dicta & salubris ab Hali.phlebotometur í parte de
xtra ꝙ confert hepati: in parte uero sinistra spleni: & non
est uerum ꝙ istæ uenæ non sunt familiares prædictis mé/
bris ut prædixi:& si conferunt non conferunt de se princi/
paliter & primo sicut facit basilica seu ascelaris manus &
cubiti:ut inquit.G.ubi supra:sed conferunt pro q̃to quæli
bet uena incisa euacuat a toto:quia omnes uenæ corporis
sunt simul concatenatæ & coastomatæ:& ibidem etiá Di/
nus dicit sceylen esse ramum uenæ cõmunis : & ambulat
cum Aui.in uia obliqua:notent tamen legentes ꝙ Auicé.
quarta primi:capitulo de phlebotomia mõstrat dicere au/
ctoritate aliena ꝙ sceylen.i.uena quæ est inter medium &
annularem in parte dextra cõfert dispositionibus hepatis:
& in sinistra dispositionibus splenis quádo dicit: de sceylé
uero dicunt ꝙ quæ dextra est doloribus hepatis confert:
& quæ sinistra doloribus splenis : & aliqui uolunt saluare
eum dicendo ꝙ ipse nõ dicit hoc nisi pro opinione aliena:
& ꝙ ipse uoluit ꝙ ascelaris hoc faceret quando dixit ascela
ris aũt est iudiciũ basilicæ / & basilica euacuat qđ é a parte
suminis & uentris inferius/ergo etiam ascelaris euacuat a

ſplene: quia ſplen eſt in ſumine: iſta tamen opinio mihi nõ placet quia eſt ualde implicita tamen propter reuerẽtiam tanti uiri dicemus eum poſſe ſaluari: melius tamen potuiſſet tueri dictum ſuum ſi dixiſſet explicite aſcelarem dextri lateris educere ab hepate & ſiniſtri lateris a ſplene ſicut facit. G. in libro de phlebotomia: ſumma ſecunda: capitulo quinto in primis uerbis. Et Mundinus dicit ſceylen eſſe inter minimum & annularem/ & contradicit Auic. & neſcio ſaluare Mundinum in hoc/ ſed credo literam eius eſſe corruptam: quia forte uult dicere aſcelarem uel ſaluatellam. Dicit tamen Mundinus ꝙ uena quæ eſt inter indicem & policem appellatur ſaluatella/ & Raſis primo Almanſoris & in ſeptimo/ in capitulo de phlebotomia/ & ita Albucaſis ubi ſupra uocãt uenam inter minimum & annularem ſaluatellã: & credo omnes iſtos bene dicere/ quia uena quæ eſt inter indicem & policem pro qnanto obliquatur/ & ſuper æquitat raſetam ſeu pecten manus in directo digiti indicis qui alias uocatur ſalutaris ſaluatella dicitur: & puto eam ſumpſiſſe nomẽ a loco: & ideo recte etiam uocauit ſaluatellam Mundinus: & ita quia iſte ramus traſuerſe incedit uerſus annularem & minimum/ & quia ibi finitur uocatur etiam ſaluatella a Raſi & ab Albucaſi: & ita aliæ uenæ ibidem inter mediæ circa digitum mediũ poſſent uocati ſaluatellæ. In iſtis tamen nominibus non eſt ponenda cura: quia ſunt ad placitum auctorum/ ſed ueritas eſt ꝙ eſt ponenda cura & magna in ramis prædictis in quibus fit phlebotomia/ quia cõmiſſo uno errore talis põderis/ ſicut eſt phlebotomia quæ euacuat theſaurum uitæ. ſ. ſanguinẽ interdum alia ſuffragia nõ proſunt: igitur bene aduertant legentes differentias prædictas/ & non credant mihi/ neq; aliis ſed rationibus antedictis/ & ſenſui & experientiæ.

¶ Ad declarationem tamen maiorem aliquorum prædictorum/ notent legentes ꝙ ſunt multi auctores dicentes uenas prædictas manuum phlebotomatas conferre in parte dextra hepati/ & in ſiniſtra ſpleni/ & dicunt eas conferre propter directionem principaliter: & dicunt latus dextrũ habere directionem hepati/ & dicunt uerum/ & latus ſiniſtrum habere directionem ſpleni: & iſta opi. ſecunda/ iudicio meo non continet in ſe aliquid ueritatis/ quia uenæ la/

teris sinistri/ maxime quæ trahunt originem a uena chili si ue sint in manibus/ siue in pedibus/ non habent directionē aliquam ad splenem: si bene cōsideretur anatomia splenis & eius colligantia mediantibus uenis ad eum tēdentibus: sed credo bene ꝙ possemus dicere uenas sinistri lateris mediātibus arteriis propter coastomationem earum ad inuicem habere directionem ad splenem : quia uena trahit ab arteria: sed istam directionem mediantibus arteriis non intelligūt auctores prædicti / & ego absolute teneo ꝙ si phlebotomia fieret de arteriis sinistræ manus ꝙ illæ arteriæ ꝑpter directionem ad sinistrum latus possēt euacuare a splene immediate: quia reperiūtur arteriæ tendere ad splenē: non autem reperiuntur uenæ a uena chili tendentes ad splenem/ sed dico uenas dextri lateris habere maiorem directionem ad splenem quam uenas sinistri lateris: ut patet cuicunq; anatomico propter minorem distantiam/ & ideo præfacti auctores errant/ & sup isto passu Cauliacus in suo libro de phlebotomia adducit unam satis bonam rationē: dicit.n. ipse ꝙ phlebotomia non confert propter directionem/ sed ꝯfert quia phlebotomia lateris sinistri educit materiam aptam nocere spleni/ quæ est grossa magis in parte sinistra q̄ in dextra : & omnino est credendum materiam grossiorem esse in parte sinistra q̄ in dextra / merito minoris caloris in ista parte existentis / a quo calore humores redduntur grossiores. Dicit tamen ꝙ debemus intelligere de euacuatione deriuatiua seu assumptiua : non autē de diuersiua: quæ fit durante fluxu. Nota tamen lector ꝙ in istis uerbis Cauliacus contradicit sibi ipsi: quia dicit superius phlebotomiam conferre: quia educit materiam aptam nocere/ & necessario debet intelligi de materia fluente non autem de fluxa/ quia fluens materia est apta nocere fluxa uero actu nocet/ & ideo contradicit sibi ipsi & nō potest saluari: sed bene credo talem phlebotomiam conferre diuertendo/ si phlebotomia iuuat euacuando materiā aptam nocere: & ita facta phlebotomia in parte sinistra euacuat materia grossa: a qua postq̄ natura est exonerata redditur fortior: & ita possūt curari ægritudines splenis facta phlebotomia in parte sinistra per solam diuersionē. Et forte ꝙ non calumniabimur etiā tenēdo istam phlebotomiā

euacuatiuam

euacuatiuã materiæ cõiunctæ ↄferre spleni / quis sit in late
re sinistro / & ad magnã distãtiã: qa credo ꝙ dũ natura pci/
pit aliqđ iuuamẽtũ ab arte illo utit: & ita poterit phleboto
mia euacuare materiã cõiunctã a splene ad manũ / maxime
si phlebotomia sit copiosa: & huic rõni cõsentit Hip. & G.
secũdo regiminis acutoꝝ. c. x. q cõcedũt in apostematibus
pectoris p materia cõiũcta phlebotomiã usq ad mutatio/
nẽ coloris p quẽ cognoscit materia cõiũcta educi: teste. G.
ibidẽ: ueritas est ꝙ est longe minor distantia a uena basili/
ca ad apostemata pectoris: q̃ a splene ad manũ sinistrã & de
xrã / tñ si ẽt cõsideret qũo materia cõiũcta apostematis pe/
ctoris sit extra uenas iudicabit illã cũ difficultate igredi ab
extra uenas / iuenas capilares primo / deinde i alias uenas
& educi posse p phlebotomiã: q̃uis ẽt hæc materia sit for/
te subtilior materia existẽte in splene / & sic ẽt iudicabimus
possibilitatem eductionis materiæ cõiunctæ a splene quã/
uis sit cum maiori difficultate quam in materia apostema/
tis pectoris propter longam distantiam & propter materi
am grossiorem: quia a simili nos uidemus maiores opera/
tiones perfici a natura / quam ꝙ sit possibile educere mate/
riam coniunctam a splene per phlebotomiam natura exi/
stente forti: sicut nos uidemus interdum saniem educi per
ossa & per panniculos & tamen loca sunt angustissima. Di
camus igitur ꝙ omnia talia sunt possibilia: q̃uis raro / natu
ra existente forti. Veritas est ꝙ ego credo ꝙ phlebotomia
manus dextræ magis conferat spleni quam lateris sinistri
propter maiorem propinquitatem quã habẽt tales uenæ
ad splenem: & hoc dico nisi currat aliqua proprietas inter
manum sinistram & splenem / quã ego nõ credo. Sed cre
do istam phlebotomiam lateris sinistri / ut etiã supra dixi
cõferre spleni ꝑpter arterias coastomatas uenis: q̃ arteriæ
sugunt materiam coniunctam a splene in quo quidẽ sple/
ne sunt multæ arteriæ & magnæ: teste. G. iiii. de utili. c. xv.
& teste sensu & eã trãsmittũt uenis: & sic phlebotomia la/
teris sinistri educit a splene. Multa alia possem dicere de
phlebotomia in isto loco: sed quia totus medicorum cetus
de hac copiosissime loquitur / ideo sermonem de ea per/
stringo & ibidem finem impono de anatomia uenarum
ascendentium. Ad descendentem uenam transeundo.


POstq̃ uidimus anatomiã uenæ chilis ascendentis ab hepate supra: nũc est uidẽdum de eadem ab hepate infra: quæ uocatur uena chilis seu cõcaua descẽdẽs quæ quidem uena descendens cum incipit separari ab hepate statim anteq̃ supra dorsum appodietur emittit a se ramos capilares tendentes ad fascias: idest ad coopertoria renis dextri & in eo sparguntur & etiam in membris ei uicinis: postea uero procedunt ab ea duæ uenæ magnæ quæ dicuntur emulgentes: quarum una tendit ad renem dextrum/ & altera ad renem sinistrum ad sanguinis aquositatem educendam: quarum ortus non est æqualis: sed una est altior altera/ & causa fuit ne unus ren impediret alium in attrahendo: & ut in pluribus uena emulgẽs lateris dextri est altior sinistra propter renem dextrum altius esse locatum sinistro quod sic est locatum propter caliditatẽ maiorem eius: & etiam propter colon: & propter aliud ut dicetur quando de renibus fiet sermo: & istæ uenæ emulgẽtes ingrediuntur centrum renum/ ubi seq̃strat̃ sanguis ab aquositate quæ tendit ad uesicam quæ postq̃ ingressa est renẽ & seq̃strata dicitur urina: iuxta illud Egidii dicitur urina quoniam fit in renibus una. A sinistra autẽ uena emulgente ut in pluribus prout uidi experientia duæ procedũt uenæ quæ uadunt ad testiculum sinistrum/ tam feminarũ quam uirorum. Auicen. etiam idem dicit prima primi: & xiii. de animalibus capitulo de anatomia uenarũ: sed Fen. uigesima tertii: capitulo đ anatomia testiculorum & uasorum spermatis uidetur uelle quod sit tantum una uena quæ uadat ad testiculum sinistrum istis uerbis. Et tu iam sciuisti in anatomia uenarum quod ad ouum sinistrum uenit uena alia ab illa quæ uenit ad dextrum cum nutrimento. Rasis etiam & Auerrois & aliqui alii dicunt duos ramos tendere ad duos testiculos: sed non dicunt duos ad unum. Ego tamen ut plurimum uidi duos ramos tendere ad unum scilicet ad sinistrum & interdũ uidi duos ramos incipere in uena emulgente: deinde descendendo uidi illos terminari in unum ramum antequam uadant ad testiculum: & Auicen. prima primi/ dicit etiam arterias tẽdere ad testiculum sinistrum sicut faciunt uenæ: dicit tamen unam solam arteriam tẽdere ad quemlibet testiculum: &

dicit ꝙ illa arteria/quæ uadit ad testiculum sinistrum asso/ciatur uenæ sinistræ sibi propinquæ. Nota etiam lector ꝙ pluries ego uidi unam uenam oriri a latere sinistro uenæ concauæ: quæ unitur cum una uena/uel cum uenis ueniẽtibus a uena emulgẽte eiusdem lateris / & simul uniuntur cum arteria prædicta ueniente ad testiculum sinistrum: & idem dicit Iacobus de partibus super prima primi de uena descendente. Dicit tamen ꝙ interdum accidit / & ego sic uidi.s.ꝙ non semper uenit a uena concaua uena: quæ uadat ad testiculum sinistrum: dicit tamen ibidem Auicẽ. ꝙ uena uadens ad testiculum dextrum/quæ ut plurimum est una ut ego uidi/& interdum duæ trahit ortum a uena concaua: & ideo dicunt multi/ & ibidem Iacobus de par/tibus ꝙ sanguis siue sperma quod uadit ad testiculum sinistrum est magis aquosus: quia trahit sanguinem ab emulgente uena in qua est aquositas semper: & ideo sperma lateris sinistri generat femellas / quia minus cali/dum & cōcoctum / oppositum autem est in testiculo dex/tro/ & inde est ꝙ fetus masculus fit in parte dextra matri/cis: femina uero in sinistra teste Galeno decimoquarto de utilitate capitulo septimo dicens nullum irrationabile est dextra quidem particulas masculorum esse generati/uas sinistras autem feminarum: & subdit Auicen. ꝙ prædictæ uenæ terminantur ultra testiculos in maribus in col/lo uesicæ scilicet in uirga/ & in mulieribus in collo matri/cis. De hoc tamen latius dicemus de anatomia uasorum spermatorum. Post has uenas a uena magna descenden/te supra dorsum egreditur coram omni spondyli unus ramus eum ingrediens & spargitur in musculis positis apud eos ex quibus separantur uenæ: quæ uadunt ad duo ilia & ad musculos uentris / & separantur ab ea etiam uenæ subtilissimæ quæ per foramina spondylium in/grediuntur ad nutriendum nucam. Cum uero uena con/caua descendẽs ad ultimum uerum spondylem dorsi.i. ad principium Alouius aduenerit tota ĩ duas partes æquales diuiditur/quarum una tẽdit uersus coxam dextrã alia uer/sus coxam sinistrã/ & antequã ad coxam perueniãt ab una quaqꝫ earum decẽ separantur rami / quorũ primi ad duos renes & in partes inferiores dorsi dirigũtur nutriẽtes eas

& ēt partes exteriores:& secūdi rami i ptes capilares diuisi ad siphac tēdūt in pte iferiori eius. Tertii uero rami spargū tur i musculis:q supra coxæ os existūt:& quarti rami spargunt in musculis q in ano existūt: & ab istis oriūtur uenæ emoroidales: teste Ioanne Baldo Florentino super .xvii. tertii Aui.& quinti rami ad os matricis tēdūt & in eius collo spargunt & cōtinuant ei:& eorū pars uadit ad uesicā:& ista pars partit i duas / quarū una uadit ad fundū uesicæ altera ad collū:& ista pars in fæminis est parua, teste Nicolo in uiris uero magna pp uirgā ad quā necessario magnæ & multæ sunt uenæ:ut dicet in eius anatomia. Sexti rami uadunt ad lacertos in loco fœmoris siue pectinis. Septimi uadūt ad musculos rectos uentris: & rami isti continuant cū uenis supius dictis uenientibus a pectore ad mirach. Et ex radice harū uenarū sic cōtinuatarū egrediūt in mulieribus uenæ:q̄ ad matricē tendūt:& a duobus lateribus harū uenarū ad matricē tendētiū egrediunt uenæ: q̄ ad mamillas ascendūt p quas mamillæ matrici alligant: & iō cū retinētur mēstrua q̄ ueniūt ab istis uenis, siue retineant pp impgnationē uel pp aliud dūmō nō sint ab ætate uel pp penuriā sanguinis intumescūt māmæ. Octaui aūt rami uadunt i mulieribus in uulua, in uiris uero i uirga ut dicit Nicolus: sed Zerbus dicit in osseū. Et noni pueniūt i musculis coxæ in parte profunda:& dixit Hali. ꝙ ēt ab isto ramo uadūt uenæ ad lacertos exteriores fæmoris:& p fæmur credo ꝙ intelligat coxā. Decimi uero rami dixit Hali. cōfortāt iliorū loca. Aui. tñ dixit ꝙ uena ueniēs ad ilia uenit a loco uenarū emulgentiū:& ꝙ istæ uenæ in mirach cōtinuant cū uenis descendētibus a mamillis & fit ex eis uena magna q̄ ad nates tēdit. Has ēt auctoritates recitat Nicolus & Zerbus multa dicit sup hoc quē uide. Reliqui uero rami uenaꝝ descēdētiū descēdūt p lacertos in anteriori pte coxæ. Postea deinde ꝑcedit alter ramus q tēdit ad partē inferiorē coxæ circa supficiē in parte siluestri:& ꝓfundat & nutrit musculos profundos coxæ in parte domestica:& iterū hæc uena descendit & cū ad genu puenit diuidit in tres uenas:quarū una tendit p partē siluestrē cruris:& hæc uocat sciatica: alia uero p domesticā & uocat saphena: & manifestatur in cauilla, & supra eā: alia uero tenet mediū locū inter has q̄


nutrit musculos exteriores cruris & etiã interiores ꝑ par/
te. Illa uero q̃ tẽdit ꝑ siluestrẽ partẽ q̃ dicta ẽ sciatica occul
taẽ/& descẽdit usq̧ ad cauillã & ibidẽ manifestaẽ/& ibidẽ
phlebotomaẽ:q̃ postea in parte siluestri pedis diuiditur in
duas uenas & partẽ exteriorẽ pedis nutrit. Mũdinus uero
errauit ut inq̃t Nicolus.vii.ser. qñ dicit uenã sciaticã oriri
circa iũcturã sciæ/& q̃d ibi declinat ꝑ ptẽ siluestrẽ coxæ: q̃
phlebotomata magis cõfert passionibus iuncturarũ:cõtra
Mũdinũ ẽt tenet sensus/&.G.& Rasis:& multi alii. Et iõ
etiã Aui.quarta primi.c.de phlebotomia dixit ꝙ ratio fa/
cit oportere ꝙ iuuamentũ sciaticæ & saphenæ sint idẽ: qa
oriunẽ ab eodẽ trũco sub genu: sed experimentum in hoc
uincit rõnem. Idẽ dicit.xxii.tertii.c.de cura & ꝓseruatione
a doloribus iũcturarũ:dissonat etiã a Mũdino prima primi
&.xiii.de animalibus de anatomia uenarũ/quos oẽs uide/
ant:qui particularẽ ramorũ uenarũ q̃tũt numerũ. Vltra ꝓ/
dicta quia ego fui diminutus in aliquibus nominibus ue/
narum ad maiorẽ declarationẽ anatomiæ est notandũ: ꝙ
ad ossa pueniũt aliquæ uenæ sensum effugiẽtes q̃ non pos
sunt scribi/& ita ad aliquos musculos:teste.G.vi.de uti. &
Rabi moyses dicit prima affor.suorum ꝙ impossibile est
reperiẽ musculũ sine uena uel arteria:,& dicit.G.ubi supra
ꝙ ad oĩa mẽbra uadũt uenæ ex propinquioribus locis/ex/
ceptis mamillis & testiculis:qa ad ista mẽbra uadũt uenæ
a remotis ut sanguis sua mora ꝯuertaẽ in lac & in spma:&
dicũt aliq ꝙ uenæ pulsatiles incedũt uicinæ nõ pulsatilib⁹:
& q̃d ut plurimũ arteria est sub uena:istũ tñ ordinẽ nõ ser
uat arteria ĩ cerebro & ẽt uenæ:& hoc clarius dicem⁹ ĩ ana
tomia cerebri. In reliquo uero corpore nõ est arteria sine
uena:sed bene sunt aliquæ uenæ sine arteriis/ut sunt ille q̃
sunt in cuti manuũ & pedũ & in collo: & ideo sunt plures
uenæ q̃ arteriæ:teste.G.vi.de uti.quia oĩa mẽbra siue cali/
da siue frigida indigent nutrimẽto:sed nõ oĩa indigẽt con/
seruari per arterias: quia uidemus ꝙ sunt multa membra
frigida/& tamen uiuunt ut patet in ossibus: nec tamẽ uo/
luit.G.in dictis uerbis(ut inquit Nicolus de anatomia ue/
narum)istis uerbis.s.ꝙ nõ egeant oĩa mẽbra calore & spi/
ritu uitali transmisso eis per arterias/quoniã immo egent
eo ut ipse dixit quinto de interioribus/sed uoluit non om/

nia membra indigere euentatione per arterias / quia sunt aliquæ quæ non habent tantum caloris ꝙ indigeant euentatione/licet sint etiam aliqua mēbra calidissima quæ non habent arterias a quibus euententur / sed euentantur per alium motum sicut facit hepar:cuius pars gibbosa est sine arteriis/ & tamen est calidissimum & non euentatur per arterias:sed euētatur a diaphragmate ut supra patuit in eius anatomia:causa autem quia arteriæ incedūt uicinæ uenis est triplex teste Nicolo:una est ut arteriæ iuuent digestionem sanguinis in uenis suo calore : secūda est ut arteria in sua dilatatione cum aere trahat sanguinem a uenis : quia in uenis sunt meatus per quos arteriæ trahūt sanguinem & ita econtra per eosdem poros coastomatos uenæ trahūt ab arteriis/ cuius signum est:ut inquit.G.sexto de utilitate capitulo.xvii.si arteria percutiatur totus sanguis qui est in uenis/ & in arteriis euacuatur:& ista causa ꝯcludit ꝙ phlebotomia lateris sinistri & etiam dextri in manu & in pede euacuat a splene mediantibus arteriis:& non per solas uenas ut putāt aliqui ut supra patuit de uenis manuum. Tertia causa est dicit Aui.ut uenæ ligentur a panniculis qui cooperiunt arterias ut quiescant uenæ in illis membris ad q̄ uadunt.Substantia harum uenarum est neruosa ligamentalis ut supra patuit/in quibus sunt omnes species uillorū & sūt unius tunicæ omnes excepta uena arteriali:quæ uadit ad pulmonem de qua faciemus sermonem loco suo/& habent uenæ duo foramina unum ad locū a quo trahunt ortum aliud ad locum ad quem terminantur. Alia habent etiam foramina.s.per quæ coastomantur arteriis:sunt aliq qui dicunt uenas arteriis continuas moueri/quia sunt alligatæ membro quod est in continuo motu.s.arteriis/ sed ille motus est paruus/dicit tamē.G.ubi supra ꝙ uenæ respirāt sicut cor & arteriæ.Complexio innata uenarum est frigida/sed ratione contenti est calida.Passiones omniū modorum possunt pati uenæ de quibus aliquid dicemus in libro nostro de chirugia. Et hæc sufficiant de anatomia uenarum:quarum processum & nomina potest uidere quilibet ad sensum in infra notatis figuris tam uenarum manuum phlebotomari solitarum quam pedum sumendo manum & pedem largo modo.




¶Hic uides in una figura uerā funē brachii ab hūero tēdere directe usq3 ad idicē & policem/q̄ uocat saluatella a Mundino in manu pua & a Dino & ab Vgone/ & a seq̄cibus sceilē/q̄ ab Auic. habet p uno ramo uenæ cōis: & uides i ambabus figuris q̄liter basilica est in pte domestica brachii: & eā nutrit/ & q̄liter ab ea obliquat un⁹ ram⁹ uersus ptē siluestrē manus ppe iūcturā: q uadit iter minimū & ānularē: & uocat ascelaris a Ga. & a seq̄cibus qā est ramus ascelaris seu basilicæ: & istū ramū inter minimū & annularē uidebis in subseq̄nti figura: uides ēt i istis duabus figuris: uenā cōem q est ramus iter cephalicā & basilicā seu ascelarē: & uides q̄liter a cōi uena unus ramus igredit illū ramū uenæ cephalicæ descēdētis q̄ terminat inter indicē & policē: q̄ ab Albucas. dicit funis brachii & etiam ab aliis ut supra patuit.

¶ In iſtis fi-
guris uī loc⁹
ſaluatellæ M
ūdini/ & loc⁹
ſaluatelle Ra
ſis / & locus
ſceylē Auicē
næ / & locus
ſalubris Hali.
& locus illi⁹
rami baſilice
q terminaī
iter minimū
& annularē:
quam uenā
Raſis uocat
ſaluatellam:
& uī q̄liter il
la uena q̄ dī
funis brachii
ab Aui. termi
naī circa digi
tū mediū i ra
mo uenæ q̄
dī ſceylē ab
Auic. & ſalu-
bris ab Hali.
in hac ēt figu
ra uī q̄liter
uera fūis bra
chii ē ramus
cephalicæ q
terminaī in-
ter indicē &
policem: & i
iſtis uenis ſſ
picti/ & ēt in
alia figura ali



qui rami parui q diſſemināt p muſculos brachiorꝝ & manuū & ois uena nr̄i corporis hēt illos/ q tādē terminanī ad capilares uenas: & q̄uis q̄libet uena in iſtis figuris picta non habeat illos/ hoc tamen nihil refert.



¶ In istis trib⁹ figuris habes oẽs uẽas phlebotomari solitas i pedibus/ & in illa figura q̃ ẽ i medio uides q̃liter una uena satis magna ueniẽs a parte domestica coxę obliquat descẽdẽdo: & sub poplite bifurcat cui⁹ unus ramus uadit p domesticã partẽ pedis seu cruris/ q uocat saphena usq; ad pedẽ paruum. Alter uero ramus uadit p ptẽ siluestrẽ pedis q uocatur scia: & isti rami tã iteriores q̃ exteriores uidentur in figuris lateralibus: q phlebotomã tur circa cauillã uł circa digitos pedũ

De Renibus.

POſtq̃ uidimus anatomiam omnium uenarũ a capi/
te ad pedes, ſequenda eſt litera Mũdini i qua ponit
anatomia renum/circa quam literam ut ſupra di/
xi non proſeram ſermonem:quia per ſe ſatis clara eſt. Sed
ultra literam de renibus aliqua a nobis ſunt dicẽda. Omiſ
ſis igitur animalibus:quæ carent renibus / ad anatomiam
renũ hominis deuenio. Renes igitur dicti ab eo qđ dr̃ riõ:
i.flueo, eo ꝙ ab eis/teſte Varone riui humoris obſcæni ori
unt:& antiq uocabãt renes rondines, & renones, & ita ẽt
nunc ſic uocant uulgares noſtri / uocant etiã neſrundines
ab aliquibus : qui ẽt.xiii.terapentice nephri uocant: & in
de neſretica paſſio & neſreſis uocatur:& ideo qui patiunt
ægritudines renales neſretici dicuntur . Sunt igitur renes
membra officialia quorum ſubſtantia eſt carnea ſolida nõ
multæ q̃titatis ut darent locũ aliis uiſceribus/& fuere cõ/
pacti/ut melius reſiſterent acuitati urinali, cui eſt modica
portio coleræ mixta:teſte.G.quarto de utili.& ad iſta mẽ
bra tranſit aqua multa ſanguini mixta:& in eis ſeq̃ſtrat:ex
quo ſeq̃ſtrato ſanguine nutrit ren/teſte.G.ubi ſupra. Re/
nes enim & alia membra habentia canales latos ultra id
proprium ꝙ ſibi attrahunt ſemper aliquid alterius gene/
ris ad ſe trahunt:teſte.G. quarto de iuuamen. ſicut etiam
facit ſplen qui cum ſuperfluitate nigra trahit aliquid clari
ſanguinis:ut dicunt aliqui:& ita renes cum aqua trahunt
aliquid ſanguinis:& hoc non contingit in kyſti fellis quæ
trahit coleram citrinam diuerſam tamen in gradu citrini/
tatis/quia interdũ dr̃ rubea & interdũ flaua . Dicũt tñ aliq
ꝙ hæc attractio ẽ approprietate occulta. Dicũt tñ alii & for
te melius ꝙ renes trahũt uirtute ſua naturali . Et ideo ſem
per complexio renum eſt calida & humida in quibus ſunt
ſatis latæ uenæ & arteriæ:merito quarũ reddunt calidio/
res/dicũt tñ aliq ꝙ iſtæ uenæ nõ ingrediunt ſubſtantiã eo
rũ:ſed tm̃ deferũt aquã/& ſanguinẽ aquæ mixtũ a quo nu
triunt/& arteriæ in ipſis renibus ſecundũ iſtos nõ diſſemi
nant in ipſorũ ſubſtãtia:dicũt ẽt arterias iſtas magis deſer/
re ſanguinẽ aquoſũ q̃ aliter/& de iſtis eſt Zerbus / cui ego
nõ credo/qa ſolæ uenæ emulgẽtes hoc faciũt arteriæ autẽ

eis defferunt multum de spiritu. Cuius signum est ꝙ lapilli in eis generantur ex forti calore partes subtiles resoluente & grossas lapidante. Renes sunt in colore rubei. Quantitas sua est cõspicabilis: nõ est tñ multa / & in fetu nõ nato sũt notabilis magnitudinis: qa p eos tũc trãsit multa aquositas. Numero sunt duo nisi sit mõstruosum / quia interdũ est solum unũ: teste Ari. in libro đ partibus / & causam dualitatis dicit Mũdinus: & .G. iiii. de utili. & in libro de iuua. & Auic. xviii. tertii. Numerus partium eius est. s. ꝙ primo sũt pániculi eorũ fasciæ dictæ ab Auic. eos circũdátes orti a siphac / mediátibus qbus sentiũt: ẽt eis alligant̃ dorso. Creatio harũ fasciarũ dicũt aliq / & ẽt Auic. ꝙ est a neruo eis adueniẽte a nuca qui est similis ei qui est in splene in hepate in kysti fellis & in uesica teste. G. iiii. de iuua. Credo tamen ego istos pániculos esse ex siphac: sed bene credo ꝙ ꝓdicti nerui ueniant ad eos ad dandum sensum: & idem dicit. G. quinto de utili. ad quemlibet renẽ uadit una uena magna emulgẽs dicta / quæ portat sanguinem aquosum ei de qua supra in anatomia uenæ descẽdẽtis factus est sermo / a substantia cuius in rene fit rete quoddá secundum Mundinũ a quo colatur sanguis aquosus: & hoc rete dicit̃ colatoriũ renum ꝙ interdum dilatatur uel rumpitur / & tunc transit urina sanguini mixta ad uesicam per porros uritides / teste eodẽ. Sunt tñ aliqui qui dicunt ꝙ hoc colatorium recitatũ a Mũdino nõ reperitur in substãtia renum / & est Matthæus de Gradi sup nono Almãsoris in. c. đ difficultate urinæ & aliq alii: & sunt ẽt aliqui q uolũt ꝙ aliqua portio sanguinis transeat a renibus ad porros uritides / & ad uesicá ꝑ nutritiõe eorũ / quos ipse Matthæus ibidẽ reprobat p. G. & p Aui. sed dicit ipse ꝙ uena emulgens disseminat̃ p substantiá renis ad minimas uenas / & ꝙ ratione talis paruitatis uenarũ ad minima terminataꝝ sequestratur sanguis ab aquositate urinali / & sic transit urina ad uesicá p porros uritides depurata a sanguine in renibus. Hali. ẽt tertio theo. c. xxxi. dicit uenas emulgentes portare sanguinẽ renibus / & dicit alias uenas. s. porros uritides a renibus attrahere seu sugeř aqua: & uř ẽt ꝙ Aui. xviii. tertii nõ posuerit hoc colatoriũ: sed ipse ibidẽ dicit ꝙ cá pp quá urina trãsit clara a renibus est qa renes sũt fortes i se apti traheř ad se sanguinẽ mixtũ

aquositati illi quæ transit per renes/ & de illo sanguine sic mixto aquositati qui est sicut lotura carnis nutriunt renes & cũ renes sunt debiles in digerendo/ & in attrahendo illũ sanguiné ad se tũc exit urina sanguinolẽta a renibus ad ue sicã / ex quo optime põt inferri per mentẽ Aui. ꝙ non dat illud colatorium recitatum a Mundino/ quia si daretur uri na exiret clara a rene ad uesicam i omni tempore nisi tale colatorium esset apertum ruptum & lacertũ : & hoc etiã comprehendunt praticãtes qui uident talẽ urinam mixtã sanguini/ & leuissimo remedio curari : sicut est cum aqua decoctionis maluæ & passulis & similibus remouẽdo solã malam complexionem renum/ quæ erat causa debilitatis digestiuæ & attractiuæ renum: & sic propter ista est putan dum ꝙ non sit in renibus aliquod colatoriũ sicut dicit Mũ dinus nec in mictu sanguinis rumpitur uena in colatorio: tenet etiam .G. quinto de utili.c.quinto.vi.&.vii. ꝙ renes mundent sanguinem ab urina: & ꝙ nutriantur eo sangui ne fecali attracto ad se: & ꝙ merito densitatis substantiæ re num urina coletur clara ad porrum uritidem: & propter p̃ dicta est concedendum ꝙ in renibus non sit colatoriũ. Di cit tamen Zerbus ꝙ in renibus est colatoriũ/ & dicit se ui disse / & ꝙ ille q uidit testimonium potest dare : ob quam dissonantiam Mũdini & Zerbi & multorum aliorum mo dernorum ex una ptium/ & ex alia ptiũ uidẽs auctores nu perime allegatos fui coactus dubitare/ ex quo subtilissime uolui uidere anatomiam renũ hominis/ & porci / & alioꝝ animaliũ & processi sic in operando. Accepi renes & posui siringam aqua calida plenam in uena emulgente: & uolui uidere an ex uena emulgente penetraret ad porrum uriti dem aqua/ fortiter eam impellendo: & inueni ꝙ non: uerĩ tas est ꝙ ren implebatur aqua & in magnũ eleuabatur tu morem/ hoc uiso superficialiter uulneraui renem: & dein de iterum cum siringa per uenam emulgẽtem in tali rene imposui aquam etiam calidam ut melius aperirentur por ri & uenæ renum: & tunc per plagam præd ctam superfi cialem renis/ exibat aqua a me per siringam itromissa: hac experientia uisa aperui porrum uritidem usq; ad concauũ renis: & per longitudinem renis inueni in substantia renis media porrum uritidem esse in concauitate renis dilatatũ

ad instar lacunæ: in qua lacuna iudicio meo generantur lapides renum: & tunc facta tali aparitione & incisione i porro uritide imposui iterum siringã in uena emulgente eiusdem renis aperti & incisi: & impellẽdo aquam cum siringa per uenam emulgentem exibat talis aqua a substantia renum incisa circa porrum uritidem/ & etiam exibat ꝑ partem interiorem porri uritidis aqua: ueritas est ꝙ maior q̃titas exibat per concauitatem. i. per illam lacunam: quam facit porrus uritides in renem q̃ per partem carneam renis: & in illa lacuna siue in illo uacuo qđ facit porrus uritides sunt certæ carnes: quæ assimilantur papillis mamillarum mulierum: sunt tamen minores: & circa illas carnes exibat aqua illa per me prius in rene intromissa cum siringa in uena emulgente. Et ego diligentissime uolui uidere qua uia talis aqua exibat a uena emulgente ad porrum uritidem: & uidi uenam emulgentem terminari de magna uena in minores uenas/ deinde i minores: & uidi illas minimas uenas tẽdere usq; ad extremas partes renum/ & uidi aliquas ex prædictis uenis paruis tendere uersus porum uritidem ad illas carnes prædictas similes papillis mamillarum/ & circa eas uidi terminari tales uenas paruas portãtes aquã urinalem ad lacunã porri uritidis prædictam: & prædictæ carnes papillares habẽt basim uersus partem in qua terminantur rami uenæ emulgentis & cuspidem uersus lacunã porri uritidis. Et porrus uritides nerueus est: perforatus foramine notabili ubi ẽ cuspis talis carnis papillaris/ forte ut tale foramẽ nõ claudat. Et alias ego cogitabam ꝙ a carne tali papillari resudaret urina in cõcauitatem porri uritidis eo modo quo resudat lac a carne papillæ: & hoc nõ potui uidere. Hæc supra scripta sunt a me/ tanq̃ mihi impfecte cognita usq; in hodiernũ diẽ/ forte ꝙ succedentibus pluribus subiectis pro anatomia renũ (ut spero) certificabor de maiori resolutione talis colatorii an sit in natura uel ne. Et sic pro nunc hæc sufficiant pro opinionibus colatorii.

¶ Ad renes etiam uadunt arteriæ notabiles quæ trahunt ortum ab arteria ahorti descendente: quæ arteriæ teste. G. ubi supra mundant sanguinem ab aquositate sicut faciunt uenæ emulgentes. Dicit tamẽ Auic. prima primi: ꝙ istæ arteriæ tendẽtes ad renes sunt tres/ quarum maior uadit ad

renem sinistrum: quæ spargitur in pãniculo eius/ & in par
tibus uicinis ei: & dicit ꝙ ren dexter non habuit arteriam
nisi paruam pro suo panniculo: quia a rene dextro nihil ua
dit de arteria ad testiculum dextrum. Ego tamen uidi no/
tabiles arterias ingredi substantiam renũ tã in dextro q̃ in
sinistro: & credo ꝙ renes habeant arterias intra se ingredi/
entes/ & etiam ingredientes panniculos renũ: & dicit Zer
bus auctoritate. G. ꝙ istæ arteriæ trahunt chilum a stoma/
cho & ab intestinis & ꝙ conuertunt eum in sanguinẽ/ istã
auctoritatem. G. quam dicit Zerbus ego non uidi: sed in li
bro de iuuamento anhelitus circa finem dicit. G. ꝙ cor tra
hit succum ab intestinis aliunde q̃ per hepar. i. per mediã
arteriam: quæ protenditur a cordæ per dorsum & coniun
gitur mesenterio talis arteria. Sunt etiam aliqui/ qui dicũt
istas arterias renum explere saniem in pleuresi ad uias uri/
næ & est possibile. Est etiã possibile ꝙ talis sanies expella/
tur a uena chili ad uenas emulgentes & consequenter per
urinam: sunt etiam aliqui: qui dicunt sanguinem tenden/
tem ad cor non esse aquosum: sicut est sanguis uenæ descẽ
dentis: & huius opinionis est Rasis primo Almansoris. c.
xxii. istis uerbis oportet igitur ut aquosa superfluitas: quæ
in eo remansit ab ipso expellatur/ & tam diu faciẽdum est
donec grossitiem habeat qua ad carnem generandã aptus
fiat/ q̃obrem facti fuerunt renes ab uno quoq; quorum col
lum longum protensum fuerit tendens ad uenam quæ est
in gibbo hepatis/ a quo loco aquosum ꝙ est in sanguine
anteq̃ sanguis elleuetur & imbibat membra per prædictũ
trahitur collum. Sunt tamen multi credentes ꝙ totus san/
guis uadat ad cor cum tota aquositate ut ibidem completi
ue digeratur deinde dicunt uirtute discretiua mitti sangui
nem minus aquosum ad partes supra cor: & dicunt sangui
nem aquosiorem miti ad uenam chilim descendentem &
ibidem a renibus mundificari a tali superflua aquositate:
& hoc negant aliqui dicentes ꝙ imediate postq̃ sanguis ẽ
purificatus a colera/ & a melancolia in concauo hepatis/ ꝙ
transit ad gibbum eius adiuuante subtilitate aquæ secum
mixta: quia aliter non penetraret tam angustas uenas qua
les sunt minimi rami uenarum quæ sunt in hepate: tam ue
narum portæ quam chilis/ cum autem transiuit in cõcauã

siue in chilim uenã dicunt q statim aquositas ei superflua atrahitur a renibus cum aliquali portiõe sanguinis ex quo nutriuntur: totus uero alter sanguis etiam cum aliquali aquositate mixtus: quæ est tamẽ pauca respectu illus quæ fluit ad renes ex qua est urina/ uadit uersus cor/ & ibidem perfecte digeritur deinde iterũ a corde expellitur partim ad superiora/ & partim ad inferiora/ & isti tenent opinionẽ Ari. quia uolunt ꝙ sangu. digeratur completiue in corde: sunt tamen aliqui qui dicunt aliter/ & forte ꝙ est possibile tenẽdo uiã Galeni. s. ꝙ sanguis pficiat in hepate: qa postq̃ sanguis est ingressus chilim uenam pro parte/ ascendit ad cor & ad membra superiora & pro parte descẽdit ad membra inferiora/ & dicunt ꝙ ille qui ascẽdit est mundatus ab aquositate superflua: quia dicunt aquam illã fugere suum contrarium. s. fontem caloris. i. cor tanq̃ sibi cõtrarium ad hoc adiuuante uirtute discretiua/ uadit tamen cum eo uersus cor/ & supra cor aliqua aquositas quæ est utilis ad hoc ut sit uehiculum nutrimenti ad mẽbra: teste. G. iiii. de util. c. v. & hæc aquositas apparet in sanguine phlebotomato & hoc uidetur concedere Aui. prima primi. c. de humoribus/ dicens ipsum quoq; sanguinem ad mixtũ inuenimus aliis humoribus qui ab eo separantur/ cum enim extrahit & ordinatim ponitur in catim/ uisu discernitur ꝙ separat in partem quæ est sicut spuma/ & est colera rubea/ & ĩ partem quæ est sicut fex/ & res turbida/ & est melancolia/ & & in partem quæ est sicut albumen ouorum/ & est phlegma/ & partẽ aquosam quæ ẽ aquositas: cuius superfluitas in urina euacuatur/ aquositas nanq; non est ex humoribus solidis: nec est nisi ex eo ꝙ bibitur/ & nõ nutrit/ nec est necessaria nisi in nutrimenti attenuatione & penetratione & dicunt ꝙ ille sanguis qui descendit mundatur ab aquositate superflua a renibus hoc tamen est magis imaginabile q̃ probabile/ & quia talis sanguis non est ingressus cor dicũt eum non esse ita calidum/ sicut est sanguis membrorũ supra cor: tamen supra cor reperitur etiam sanguis ualde frigidus sicut est sanguis nutriens cerebrũ qui est ualde phlegmaticus/ est bene uerũ ꝙ necessario remãet aliqua aquositas in tota massa sanguinea quæ est propter aliquas utilitates/ primo ut sit uehiculum nutrimẽti ad membra/ quæ

postq̄ duxit nutrimentum ad membra tanq̄ superflua ex-
pellitur uel per sudorem uel i sensibiliter per poros, tamē
ut plurimum aliqua portio eius retrocedit & uadit ad re-
nes, & consequenter ad uesicam, & mediante ista aquosi-
sitate: quia uenit a porositatibus membrorum, euacuatur
hipostasis per uiam urinæ quæ est superfluitas tertiæ dige
stionis, & per eam comprehenditur iudicium digestionis
humorum in membris: licet sit aliqua hipostasis, quæ nō
decidat a tertia digestione, ut patet apud auctores nostros
& q̄ ista hipostasis sit in urina p reuersionē prædictæ aquo
sitatis ad renes est testis inter alios gradi in suo tractatu su-
per Aui. secunda primi de urinis: utrum autem hipostasis
sit decisa a secunda uel a tertia digestione, uide Plusq̄ Cō-
mentatorem in quæstione propria de hipostasi, & Vgo-
nē super secunda primi de urinis: & Forliuiensem: & Gra
di, & alios multos, quia ista q̄stio nō est præsentis negocii.
Circa renes est multa pinguedo ratione finis, sicut circa
cor, & fit ab eodem agente secūdum aliquos a quo fit pin
guedo cordis. Ari. tamen tertio de partibus dicit pingue-
dinem circa renes iuuare digestionem eorum. Situm renū
dicit Mundinus: sunt enim situati supra lumbos ut super
eis quiescant teste Zerbo. Colligantia renum est cum cor
de cum cerebro, cum hepate, & cū uesica. Iuuamēta renū
teste. G. & sequacibus sunt ut mundetur sanguis ab aquo-
sitate & ab aliquali colera. Renibus possūt euenire omnes
species ægritudinum, & multæ ægritudines in eis sunt tæ
tales. s. apostemata, & uulnera, & etiam opilationes si per-
seuerent, quia non potest mundari sanguis a supflua aquo
sitate, & tunc suffocatur homo, ut ego hoc anno uidi in Il-
lustri Marchione. D. Galeatio de Palauicinis, ad cuius cu-
ram ego interfui cum eximiis Medicis. D. Magistro Fran-
cisco de Bobio, &. D. Magistro Homobono de Cremona:
&. D. Magistro Hieronymo Caranzono, &. D. Magistro
Georgio etiam de Cremona. Et renes compatiuntur mor
bis intestinorum, & e cōtra: & ita multa remedia sunt uni
membro conferentia quæ etiam conferunt alio, quia pro-
uocantia urinam conferunt etiam colicæ, ut patet experiē
tia: & Hæc sufficiant de renibus.

¶ De anatomia uasorū spermatis

DE ANATOMIA VASORVM SPERMATICORVM, ET DE EORVM DIFFERENTIA ET CONVENIENTIA, ET DE ANATOMIA MATRICIS.

TEXTVS MVNDINI.

DEbes ergo ſcire ꝙ membra generationis in uiris, et in mulieribus in aliquo differunt, et in aliquo conueniunt.

¶ Conueniunt primo in uaſis ſpermaticis quantum ad ortum eorum, quia ut dicit Auicen. tertio Can. Fen. xx. et xxi. đ anatomia matricis, uaſa ſpermatica in uiris et in mulieribus oriuntur iuxta renes, ita .ſ. ꝙ uaſa, quæ ſunt in parte ſiniſtra ortum habent a uena emulgente ſiniſtra, et dextra, ortũ habent ſupra renes uel infra .ſ. uenæ a uena chili, et arteriæ ab arteria ahorti. Et qa hæ uenæ ortum habent a corde et ab hepate, ut infra uidebis, potes cognoſcere quomodo uaſa ſpermatica ſunt deciſa a corde, quia non immediate, ſed mediate. Et hoc in uiris et in mulieribus potes uidere, licet autem cõueniant magis in loco originis.

¶ In locis autem ad quæ terminantur in uiris et in mulieribus multum differunt, quia in mulieribus terminãtur ad matricem in loco exteriori ubi ſunt teſticuli, immo proprie loquendo extra matricem reuoluuntur et contexuntur. Et concauitates contexturæ carnibus mi-

nutis glandosis replentur, et propterea non sunt uere te
sticuli, sicut in uiris, immo sunt sicut testiculi leporis, fa
cti propter istam utilitatem .s. ut generent humidi-
tatem quandam salиualem quæ sit causa delectationis in
mulieribus, postea uasa hæc substantiam penetrant ma
tricis, et ad concauitatem ipsius pertingunt. Et fiũt ora
ipsorum, et uocantur cotilidones, quia eis mediantibus
alligatur fætus matrici, per quos fit fluxus mẽstruorũ.
Et perueniunt etiam ad os matricis neruosum, ad por-
tandum humiditatem salиualem iam dictam, et ab his
uenis ramificantur et oriuntur duæ uenæ a quolibet la-
tere una, quæ in mirach penetrant et ascendunt, et
quanto plus ascendunt minus occultantur, et extra iu-
xta cutem magis approximantur, donec perueniant ad
mamillas.

¶Et ideo in mulieribus quando facis anatomiam mi-
rach has uenas conserua et considera hunc locũ, et hoc
in muliere, quoniam in porcha uel in alio animali ha-
bente mamillas in mirach istæ uenæ oriuntur in matri
ce et manifestantur in mirach.

¶Et ultra has uenas ascendit a profundo pectoris iu-
xta uel indirecto pomi granati una uena, quæ uenit ad
mamillas ad decoquendum sanguinem, qui debet con
uerti in lac, et non uidetur nisi una et in porcis præ-
gnantibus ualde apparet. Et tunc apparebit tibi col-
ligantia matricis, et mamillarum per uenas illas. Et qua
re appositio uentosæ in mammillis restringit fluxum
menstruorum.

ET ut continentur hic sermo si facis anotomiam in muliere post uasa spermatica debes uidere anatomíam matricis eius, sicut in aliis membris uideas. Primo locum et colligantiam, figuram, quantitatem, substantiam, numerum partium eius, iuuamenta, et nocumenta eius.

¶ Locum eius uidebis, quia est situata in concauitate alchatim, et est circundata concauitas illa spondylibus alouius, et caudæ, a parte posteriori, et a parte anteriori, a parte quæ dicitur pecten siue femur, quia ipsa immediate est locata inter intestinum rectum quod est sicut cul citra eius a parte posteriori, et uesicam ex parte anteriori, et specialiter quantum ad collum eius, quia eius collo supereminet collum uesicæ, licet concauitas eius altior sit concauitate uesicæ, inter dextrum autem et sinistrum est in medio posita directe.

¶ Videas etiam colligantiam eius quæ magna est, quia colligantiam habet quasi cum omnibus membris superioribus, quia cum corde et hepate mediantibus uenis et arteriis, cum cerebro ratione neruorum multorum, et per consequens cum stomacho ratione utrorumque, cum membris quæ in medio sunt ut cum diaphragmate renibus et mirach, quia mediantibus his cum prædictis alligatur, et specialiter cum mamillis, ut dixi, licet etiam cum eis sit colligantia mediantibus aliis uenis, quæ oriuntur a uena chili ascendente quæ oriuntur sub furcula ut infra dicetur.

¶ Est etiam colligantia eius cum membris inferioribus

ut uesica per collum eius, et intestino recto. Colligata etiam est anchis uel iuncturis ambabus sciæ per duo ligamenta grossa, et fortia alligantia matricē ad anchas, quæ iuxta matricem sunt lata, et grossa et iuxta anchas subtilia, procedentia sicut cornua a capite animalis. Et ideo uocata sunt coruna matricis.

¶ Figura eius est quadrangularis cum quadam rotunditate habens collum longum inferius, et causa huius figuræ fuit exigentia loci, quia propter talem figuram habet distinctionem cellularum. vii. quæ dicentur inferius.

¶ Tertio uideas de quantitate eius, quantitas eius est mediocris proprie secūdum quantitatem uesicæ, uariatur tamen quia maioratur et minoratur ratione coitus et imprægnationis, quia mulier quæ fecundauit habet matricem maiorem quam sterilis. Secundo ratione coitus quia mulier utens coitu maiorem habet matricem uirgine, uel ratione continentis ut accidit uiris in membro pudendo, eo quia operatio magnificat membrum secundum Galenum sexto de interioribus capitulo ultimo. Tertio ratione etatis, quia iuuenis maiorem habet matricem quam habeat puella et senilis. Quarto ratione complexionis et humiditatis totius, ista potes colligere ex fen. xxi. tertii, capitulo præallegato. Et propter istas quatuor causas mulier quam anatomizaui anno præterito, s. anno Christi. M. CCCC. XV. de Mense Ianuarii maiorem in duplo habuit matricem quam illa, quam anatomizaui anno eodem de mense Martii.

Potuit etiam esse una causa quam ponit Auicenna.s. quia prima erat tunc menstruata, et in tempore menstruationis etiam impinguatur et ingrassatur matrix, diuersificatur etiam matrix in quantitate ratione generationis, quia matrix animalis plurium generatiui maior est quam matrix unius generatiui. Et propterea centies erat maior mattix porchæ, quam anatomizaui anno Domini. M.CCCC.XVI. quam unquam uiderim in femina humana, potuit tamen esse ista causa quia erat prægnans, et habebat in utero. xiii. porcellos, et in ea monstraui anatomiam fetus siue prægnantis quam ibi non narrabo.

¶ Videas etiam eius substantiam. Substantia eius est neruosa et pelliculosa, ut possit dilatari ad fetum continendum, et ideo est frigidæ, et siccæ complexionis, et est etiã substantia eius spissa multũ quæ subtiliatur in dilatatione necessaria.

¶ Videre etiam debes numerum partiũ eius, ipsa enim habet partes exteriores et interiores. Exteriores sunt latera eius quibus sunt alligati testiculi, et uasa seminaria iam dicta, et cornua eius, et collum cuius extremitas est uulua.

¶ Et circa collum nota ꝙ ipsum est longum in quantitate palmi, ut uirga, latum et dilatabile, et ideo pelliculosum, et rugosum rugas habẽs ad modum sanguisugarum, ut titilatio ei ex uirga in coitu contingat, et in extremitate colli eius intra uuluam est extremum colli uesicæ uersus superius, et ĩ extremitate uuluæ sunt duæ

pelliculæ se eleuantes et deprimentes claudentes orifici-
um dictum, ut prohibeant ingressum aeris et rerum ex
trinsecatum in collum matricis uel uesicæ, sicut pellicu
la præpucii tuetur ueretrum, et ideo uocat ea Aliabas
loco præallegato præpucia matricis.

¶Partes intrinsecas uidere potes eas scindendo per me
dium, et tunc uidebis os eius, et concauitatem eius. Et
os eius est neruosum multum, factum ad modum oris
catuli nuper nati, uel ut proprius loquar ad modum
oris tincæ antiquæ, et in superficie eius est uellamē sub-
tile in uirginibus, qui in uiolatis rumpitur, et ideo san-
guinatur. Concauitas uero eius habet septem cellulas,
tres in parte dextra, et tres in parte sinistra, et unam in
sumitate siue in medio eius, et istæ cellulæ non sunt
nisi quædam concauitates in matrice existentes in qui-
bus potest sperma coagulari cum menstruo et conti-
neri et alligari orificiis uenarum.

¶Ex his omnibus apparent iuuamenta matricis, quia
principaliter est facta propter conceptionem, et ex con
sequenti ut totum corpus superfluo sanguine indige-
sto mūdificetur, uel purgetur. Et hoc in homine, quia
alia animalia fluxum menstruorū non patiuntur, quia
tales superfluitates cousumuntur in eis, ut in pellibus,
pilis, unguibus, rostra, et pennis, et huiusmodi, homo
autem caruit his.

¶Et ex his patet ꝙ multis passionibus est submissa, et
multa membra per compassionem ei compatiuntur,
quæ sint passiones ei propriæ, et accidentia, et causæ, et

curæ, longinquum esset narrare, et extra propriam intẽtionem, sed quære in locis præallegatis appropriatis, ut in tertio cano. xxi. fen.

¶Passiones quæ eidem compassiones existunt, sũt tot quot sunt membra, quibus est colligata, siue localiter alligata quæ sint illa iam dictum est et uidisti.

¶Vnum tamen ex anatomia potes perpendere ꝙ ponit Galenus sexto de interioribus, capitulo quarto, ꝙ suffocatio matricis nõ fit, quia matrix corporaliter moueatur usq; ad collum gulam et pulmonem, quia hoc est impossibile, sed hoc contingit, siue accidit, quia ipsa non potens expellere uapores per partem inferiorem, propter aliquam causam mouetur et constringitur in parte inferiori, ut expellat ad superiora.

¶Et si isti uapores per colligantiam iam dictam perueniãt ad stomachum faciũt singultum et eruptuationẽ frequentem, et tunc mulieres dicunt ꝙ habent matricem in stomacho.

¶Si uero hi uapores perueniunt ad pulmonem uel ad diaphragma et impediant operationes eorum. s. anhelitum dicunt mulieres ꝙ habẽt matricem in gula, quia gula siue trachea arteria est ordinata ad anhelitum immediate.

Si uero illi uapores perueniant ad cor quod raro contingit suffocationem patiuntur cum sincopi, et tunc dicunt mulieres ꝙ matrix earum peruenit ad cor.

¶Verum est ꝙ hæc suffocatio ẽt fit per compassionẽ ad diaphragma, propter alligantiam quam habet ipsa

matrix cum diaphragmate, et cum cæteris. Non enim ipsa peruenit ad ipsa membra sed uapor, quomodo autem possit, et per quas uias peruenire ad ipsa potuisti uidere, quæ sit cura et cum quibus, quæras ab auctoribus, quia anathomia in his principaliter dat notitiam locorum.

COMMENTVM .XIIII. CARPI.

IN ista superiori litera Mundinus continuando anatomiam membrorum naturalium post anatomiam renum / ponit anatomiā uasorum spermaticorum & matricis / & diuiditur hec præsens litera in duas partes principales. In prima parte loquitur de uasis seminariis tā uirorum q̃ mulierum quantum ad ortum eorum / ponit tamen differentiam in eis quantum ad locum ad quem terminantur hæc uasa in mulieribus / & de iuuamentis eorū hic loquitur / sed non loquitur de loco ad quem terminantur in uiris / sed inferius facit proprium capitulum de uasis seminariis in uiris / & de testiculis / & dicit locum ad quem terminantur talia uasa / sed in hac præsenti litera Mundinus etiam loquitur de testiculis mulierum / & dicit eorum situm / & substantiam / & iuuamenta / & ibidem ponit cognitionem aliquarum uenarum tendentium per mirach ad mamillas / & ibidem notat colligantiam matricis cum mamillis / & notat quare uentosæ mamillis aplicite retinet mestrua. In secunda uero parte ponit anatomiam matricis & ponit locum eius / & colligantiam / & figuram / & quantitatem / & substantiam / & numerum partium eius / ac etiam iuuamenta. Omnes iste partes possent multipliciter diuidi / sed non est uis / nec etiā litera est obscura sed clara / quis sit deuians a ueritate / lege eam. Et certe in isto capitulo nō possum saluare Mūdinum / quia multa obliquæ sentit: qa non habet sensum nec rationes pro se / quantum ad maiorem partem eorum quæ ab eo dicuntur in hoc capitulo & quāuis ego sim ille qui ut promisi habeam tueri sua dicta:

tamen

tamen amore ueritatis teneor concordari cum sensu/& cũ aliis non deuiantibus a rectitudine. Noto igitur ꝙ Mundinus errauit in uia. G. quando dixit testiculos mulierum tãtum generare certam humiditatem salinalem quæ est causa delectationis in coitu/& in isto errore est etiam Arist. & Auer. contra. G. ut infra dicetur & secundum aliquos quibus ego non consentio ut infra uidebitur: errat Mundinus quãdo dicit seminaria uasa facere cotilidones/quibus mediantibus alligatur fœtus matrici/& quando dicit per ista uasa fieri fluxum menstruorum/& quando dicit ꝙ ab istis uasis ueniunt uenæ quæ uadunt ad mamillas/sed certissime errat quando dicit ꝙ indirecto pomi granati a profundo pectoris uenit una uena: quæ uadit ad mamillas/ad decoquendum sanguinem/qui debet conuerti in lac/& de omnibus istis. In prima parte loquitur. In secunda etiam parte certissime dicit falsum dum inquit matricem habere septem cellulas: & quando dicit ꝙ in superficie oris matricis est uellamen uirginale. Ad propositum igitur accedo & dico ꝙ qui uult bene uidere anatomiam uasorum spermaticorum/& testiculorum tam uirorum quam mulierũ & matricis/debet relinquere renes in loco suo naturali/saltem renem sinistrum/& ita uenam chilis & arteriam ahortam/quæ omnia sũt ab hepate ĩfra/& scrutator anatomiæ debet scire teste sensu/& teste. G. xiiii. de uti. c. x. & testibus multis aliis ꝙ circa renem sinistrum ut in pluribus a uena emulgẽte & ab arteria q̃ tendit ad p̃dictũ renẽ simul cum emulgente quæ est satis notabilis ueniẽs ab ahorta maiore/sicut uenit uena prædicta emulgens a uena chili/oriuntur duo uasa. s. una uena parua ab emulgente prædicta/& una arteria ab arteria prædicta tendente ad sinistrum renẽ & istæ uenæ & istæ arteriæ descendendo simul coastomãtur & uniũtur taliter ꝙ totum ex eis compositum apparet una uena siue una uia/& unum uas solum/& descendunt sic simul unite usq; ad regionem testiculorum/tam uirorũ quam mulierũ/& ista uena & ista arteria simul coastomate habent panniculum unum nerueum eas tegẽtem & inuoluentem/ortum a siphac/quo mediãte ut uolunt quidã sperma habet uirtutem animalem a cerebro/& sic apparet ꝙ a cerebro per panniculum & ab hepate per uenam & a

cordæ per arteriam sperma habeat uirtutem/ & ꝙ a prædi
ctis membris decidatur/ non immediate tamen: sed medi/
ante panniculo & uena & arteria/ & per colligantiam quã
habet hoc uas spermaticũ sinistrum ut supra ex prædictis
partibus compositum: cum uena emulgente aqua trahit
ortum/ apparet & ita est ꝙ materia in eo existẽs habeat in
se aliquid aquositatis: quia materia in uena emulgente exi
stens est multum aquosa/ & ideo. G. xiiii. de uti. c. vii. & cõ
muniter omnes auctores dicunt testiculum sinistrum ge/
nerare femellas/ propter prædictam aquositatem uenien/
tem ab emulgẽte sinistra tam in mare quam in femina/ &
sic tale sperma merito sui male coctum sed multum aquo
sum/ generat ut supra dixi feminas/ tam in brutis quam in
homine/ & propter istam causam pastores ligant animali/
bus masculis testiculũ sinistrum/ quando uolunt animalia
masculina propagari/ & econtra quando uolunt animalia
feminina. Notent tamen legẽtes ꝙ ut plurimum ego uidi
ab arteria prædicta/ & ab emulgẽte prædicta/ oriri duo ex
prædictis uasis. s. a uena duas uenas/ & ab arteria duas arte
rias/ & interdum a uena duas uenas/ & ab arteria unam ar
teriam: & interdum duas arterias ab arteria: & unam uenã
a uena/ tamen in aliquibus est tantum una uena a uena: &
una arteria ab arteria/ & si etiam sint duæ uenæ/ & duæ ar/
teriæ/ uł duæ arteriæ & una uena/ uel duæ uenæ & una ar
teria/ descendendo ad paruam distantiam simul uniuntur
& coastomantur taliter ꝙ totum apparet unum uas/ coop
tum pellicula una/ Iudicio meo orta a siphac/ sicut etiam a
siphac oriuntur alii panniculi circumuoluentes omnia mẽ
bra in uentre inferiore contẽta: & cõmuniter istæ arteriæ
& uenæ prædictæ/ faciunt unum uas spermaticum ꝙ dici
tur uas sinistrum/ & ista uasa appellantur meatus ab Aristo
tele/ & uiæ/ & uasa a. G. & uocantur ab Aui. in pluribus lo/
cis uenæ: quia antiqui ut supra monstratum est/ uocabant
& uenas & arterias uenas. Vas uero dextrum oritur a ue/
na chili magna infra regionem renis dextri/ & ab arteria
ahorta descendente: quia a uena & ab arteria prædicta in
loco prædicto uersus partem dextram oriuntur una uena
parua/ & una arteria parua/ & iterdum duæ/ sicut diximus
in uase sinistro/ & siue sint una siue plures descendendo p

latus dextrum supra lumbum dextrum/immediate adhe/rentes ei/omnes prædictæ arteriæ simul coastomantur & uniuntur & teguntur prædicto pániculo/sicut uas ortum habens a regione renis sinistri/& descẽdit tale uas usq; ad regionẽ testiculi dextri/sicut facit etiam aliud uas sinistrũ tam in uiro quam in muliere/& hoc uas dextrum non ha/bet sanguinem aquosum sicut sinistrum/quia oritur a ue/na chili/a loco in quo sanguis est mundatus ab aquositate ꝙ ita etiam oritur ab ahorta magna/& ideo materia talis uasis est magis apta concoctioni & ingrossationi/quæ est causa masculinitatis sicut dicit.G.de mente Hypo. & talẽ ortum prædictorum uasorum/& etiam terminum ad quẽ optime ponit Mundinus/& hæc uasa supra testiculos de quibus præteriit sermo/ab eo dicuntur præparantia/& ita dicuntur a multis/& Nicolus.vi.sermone.c.iiii. dicit talia uasa dici præparantia/quia materiam spermatis præparãt tam in uiris quam in feminis:eam defferẽdo ad testiculos: & talia uasa ab Hali. dicuntur antiportus/uidetur tamen uelle Ari.tertio de hist.c.primo/ꝙ omnibus gressilibus ui uiparis testes sint ad hunc modum.s.ꝙ duo meatus uena/les.i.uenæ duæ siue arteriæ duæ: quia per uenam Ari. hic & alibi intelligit arteriam/ab ahorta pertendant ad eos/& totidem a renibus/ex quo aliqui inferunt/ꝙ Ari. uoluit tã a dextris quam a sinistris/uenas facientes uasa spermatica oriri a renibus.i.ab emulgentibus/& non est uerum/sed Ari.in hoc loco quando dixit & totidem a renibus/intelle xit totidem uenas oriri a regione renum/ueritas est ꝙ Ari. in hoc loco est confusus/sicut in multis aliis/quia non co/gnouit totaliter omnia membra in anatomia/sicut recitat Auer.& alii multi de diaphragmate/ut latius dicemus in/fra loco suo/& secundum aliquos dicit ibidem Ari.ꝙ mea tus uenientes a renibus habent sanguinem/& qui ueniunt ab ahorta non/& in hoc etiam errat Ari.quia istæ uenæ ue nientes ab ahorta etiam habent sanguinem/sed subtilem & rubicundum & spirituosum.Et hæc uasa descendentia usq; ad regionem testium/a.G.lib.primo de spermate di/stinctione secunda capitulo primo dicuntur uariciformes quia sunt multi formiter inuoluta/& retorta/ad formã ua/ricum/& sunt talia in muliere qualia in uiro: teste eodem

xiiii.de uti.c.x.& habent flexiones multas ad instar retiũ in quibus secundum.G.generatur sperma/ Vgo tamen su per prima primi dicit ꝙ non est uerum sperma/quia uerũ sperma generatur in testiculis/sed dicit ꝙ in istis uasis im/ proprie generatur sperma/ & nõ ꝓprie & uere/ & ab istis uasis testes nutriuntur/teste.G.xiiii.de util.c.x. dicens/ ꝙ quælibet particula sibi ipsi nutrimentum assimilat. Nam istæ uenæ cum prædictis arteriis mixtæ/ sunt iuolute & re uolute taliter ꝙ propter longam moram quam facit in eis sanguis/iam incipit dealbari/ & acquirere formã sperma/ tis:teste.G.xiiii.de uti.c.x.licet ut supra diximus sit impro prie sperma:quia non est albi coloris ut putant aliqui: sed est minoris rubedinis q̃ sanguis & non est proprie & uere sperma/nisi acquirat decoctionẽ in testiculis:qui sua inna/ ta complexione dant ueram formam spermati de mente G.& sequatium.Nota tamen lector ꝙ secundum aliquos illa uirtus quæ datur spermati a testiculis nõ est nisi uirtus generatiua quæ est in eis tanq̃ in instrumento cõmuni cõ currente effectiue ad conseruationem speciei/ & ista uirtus est eis mediante uirtute trium membrorum principalium & illa digestio quæ sit in spermate non est nisi ut sperma aquirat uirtutem generatiuam:nec secundum eos sperma dealbatur/nec in uasis/nec i testiculis / quia sperma anteq̃ ueniat ad uasa & ad testiculos iam est albũ:quia est super/ fluitas ultimi alimenti.s.glutẽ ꝙ iam dealbatum est/ & di/ cunt ꝙ q̃uis appareat rubeum in uasis ꝙ non est propter hoc quin sit album:sed dicunt ꝙ apparet rubeum:quia ali qua portio sanguinis est secum mixta quæ quantumcũq; sit minima rubificat ipsum/ & dicũt ꝙ ille paucus sanguis qui est in uasis est ibidem ut digeratur & ꝙ nutriat uasa & testes. Omnino iste opiniones sunt persuasibiles .G. tamẽ aliter sentit.xiiii.de uti.c.x.& alibi/ & ista uasa habent uir/ tutem generandi sperma a testiculis:sicut habẽt uenæ me seraicæ ab hepate uirtutem sanguificandi chilum per eas transeuntem:ista tamẽ uirtus teste.G.ubi supra in istis ua/ sis est maior prope testiculos credo ego propter pinquita tem ad fontem talis uirtutis q̃ alibi: & ita etiam uene ten/ dentes ad mamillas propter suam longitudinem præbent mediante calore naturali membrorum eis uicinantium di

gestionem/& aptitudinem sanguini ut conuertatur in lac: teste Hali.secũdo theor.c.xxxv.immo ipsæ met uenæ pro/ pe mamillas lactificant aliqualiter sanguinem qui postea completur in mamillis eo modo quo completur/& perfi/ citur sperma in testiculis/& sanguis in hepate in uia.G.qa Ari.noluit sanguinem habere perfectionem nisi in corde & cum eo sunt aliqui medici/& nõ solum uasa supra testi culos digerunt sanguinem & conuertunt eum in sperma: sed etiam illud faciũt uasa ultra testiculos: teste.G. & teste Aui.xxi.tertii.c.primo:& quia uasa uirorum ultra testicu/ los & supra testiculos sunt lõgiora:ideo in uiris fit melior digestio/& propter istam causam:teste.G. ubi supra sper/ ma uirille est plus digestum/& magis calidum q̃ sperma muliebre licet ad istam digestionem & caliditatẽ sperma/ tis maris alia concurrant quã longitudo uasorum.Notent tamen legentes q̃ Rasis primo Almansoris.c.xxiiii. dicit q̃ ista uasa anteq̃ pertingant ad testiculos comprehendũ/ tur a certa carne glandosa alba qua mediante sanguis qui est in eis dealbat̃/& fit tunc aliqua pars unctuositatis sper/ matis postea ab hac carne ad testiculos transmittitur ubi p̃ fectum fit sperma:hoc tamen non apparet ad sensum: ue/ ritas est q̃ in masculis ista uasa uadunt circa carnem glan/ dosam inguinum a qua forte fit aliqua dealbatio:sed in fe/ minis talia uasa non uadunt usq; ad inguina: sed terminan tur ad testiculos circa loca illiorum ubi sunt cornua matri cis alligata anchis & propter hoc ista caro glandosa ingui num non potest dealbare sanguinem in femina:sed ego te neo cum Galeno.s.q̃ fiat aliqua dealbatio ĩ uasis absq; car/ ne glandosa aliqua quæ sit supra testiculos sicut ponit Ra sis/& credo q̃ hæc dealbatio fit prope testiculos q̃ etiã est pauca: qa materia hæc q̃ est in uasis secũdũ aliquos magis rubet q̃ albescat/& ex hoc Ari.ubi supra dicebat q̃ in p̃di/ ctis uasis descẽdẽtibus supra testiculos est humor sangui/ nolẽtus & dicit q̃ ultra testiculos in uasis tendentibus ad uirgã est humor candicans & in hoc cognoscit̃ error Ari. s.q̃ non cognouit utilitatem ueram testiculorum: quia si supra testiculos humor est rubeus/& infra eos est albus ne cessario illa albedo uenit a testiculis & sic testiculi necessa/ rio generabunt sperma cum sperma sit materia alba in te/

sticulis facta uirtute eorum sola in uia. G. Auer. etiam secū/
do colliget dicit q̄ testes & mamillæ dealbāt sanguinem:
& dicit ibidem Ari. q̄ hæc uasa tendentia ad uirgam sunt
neruosiora & spissiora q̄ uasa quæ sunt supra testiculos q̄
uocantur a Mundino: & a multis aliis præparantia quæ
quidem uasa supra testiculos existentia sunt adeo tortuosa
& inuoluta q̄ si incidantur apparet q̄ sint multæ uenæ: &
temen nō sunt ut in pluribus nisi una uena / & una arteria
& de ista tortuositate dicebat. G. in libro de anatomia ma/
tricis q̄ si abscideris ea uasa multa orificia faciet tibi nna in
cisio non quia abscidisti multa uasa: sed quia unum multo
ciens / Aui. etiam. xx. tertii. c. primo dicit talia uasa esse plu/
rium anfractuum / & reuolutionum in quibus si fiat incisio
erit similis incisioni facte in pluribus uenis propter multi/
tudinem orificiorum quæ apparent in eis. Et Nicolus ubi
supra dicit ista uasa uocari reuoluta quia reuoluuntur cir/
ca testiculos / & ita dicit Zerbus: Notent tamen legentes
pro declaratione dicendorum q̄ uasa spermatica secundū
G. primo de spermate distinctione secunda. c. v. absq; testi/
culis sūt distincta quatuor nominibus q̄uis talia uasa apud
aliquos realiter sint tantum unum uas sicut realiter omnia
intestina sunt unum intestinum: tamen propter uasorum
spermaticorum substantiæ uarietatem & propter diuersas
eorum operationes habent diuersa nomina / quæ nomina
magis sunt in uasis spermaticis uirorum q̄ mulierū: & no/
mina eorum sunt ista. s. incipiendo a loco superiori a quo
trahunt originem usq; ad regionem testiculorum tam ui/
rorum quam feminarum uocantur uasa circūuoluta a. G.
ubi supra: & uariciformes in primo de spermate distinctio
ne secunda. c. primo / & uocantur ab Auic. uasa tortuosa &
uasa lumbria / & a multis dicuntur uasa præparantia & uo/
cantur antiportus ab Hali. & talia uasa propter multitudi/
nem materiæ spirituosæ in eis existētē & propter duriciē
substantiæ eorum: quia sunt corpora arteriosa ligamenta/
lia sunt ualde dura & sunt adeo dura q̄ læderent testiculos
sua duricie teste. G. primo de spermate capitulo ultimo / &
ideo dicit quarto de uti. capi. ultimo: natura ordinauit alia
uasa mollia ne a duricie prædictorum læderentur testiculi
qui sunt molles: & talia uasa mollia uocantur ubiq; a. G.

epididima quæ quidem immediate tangunt substantiam testiculorum. Et differt epididima a uase descendente in hoc.s.ꝙ uas descendens est durum/ & epididima est molle/ & dicitur epididima quia est supra didimum.i.testiculũ & ideo in primo de spermate cap.iiii.dicebat.G.particula autem hæc est animalis superiacens testiculo sicut/ & nomen innuit: & hoc uas epididima ut ibidem inquit.G.habet multas cauernas prouenientes ex eo ad testiculos humiditate plenas/ & hoc epididima ab Aui.xv. de animalibus/capitulo primo.d.anendor.&.xxi.tertii. dicit̃ eudros a cauernis cuius epididimatis per porrositates similes uenis paruis trãsit materia/ quæ uenit a primis uasis ad istud epididima siue anendor intra substãtiam testiculorum/ & ibidem.s.i testiculis cõpletur genitura.i.sperma/ & postq̃ talis materia acquisiuit debitam decoctionẽ intesticulis ab eisdem euomitur eadem materia in uerum sperma iam cõuersa ad epididima. Deinde ab epididimate transit ad aliud uas sibi continuum uersus uirgam quod uas ut supra dictum est neruosius est/& spissius consequenter & durius quam primum uas descendens/ quod uocatur præparans/ & istud solum uas quod est post epididima uocatum defferens post testiculos existens uersus uirgam/a.G. primo de spermate distinctione secunda capitulo quinto uocatur uas spermaticum/quod quidem uas a multis uocat̃ uas defferens sperma. Et sic uocatur a Mundino/ & ab aliquibus dicitur iactator. Nota lector ꝙ per anatomiam nõ potest comprehendi qualiter materia transeat ab epididimate ad testiculos i masculo/ & ab alio uase spermatico in femina quod adheret immediate testiculis feminæ: quia epididima non est in femina ut infra dicetur/ sed hoc magis comprehenditur per extimatiuam. quia illæ porrositates/per quas transit materia spermatis ad testiculos: sunt fere insensibiles: sed ego credo ꝙ talis materia transeat ad testiculorum concauitatem isto modo.s.ꝙ a medietate porositatum quæ sunt in uase spermatico continuo cum testiculis: quæ medietas est uersus uas superius transeat materia ad concauitatem testiculi quæ materia cum est digesta & cõuersa in sperma euomitur a testiculo ad aliam medietatem porrositatum existentium in uase continuo cum

testiculis uersus inferius.i.uersus uas defferens/ & ita a por
rositatibus uasis ꝙ est uersus superius intrat testiculos & a
uase inferiori.s.a porrositatibus medietatis uasis ꝙ est uer
sus iferius materia quæ exit testiculos recipit per suas por/
rositates & ita eiicitur uersus uirgam una parte spermatis
impellente aliam adiuuante uẽtositate quæ est in sperma/
te teste Ari.xxx.ꝓblematũ problemate primo.Et credo ꝙ
testiculi suo calore trahant illam materiam ad se & ꝙ etiã
illam expellant quia non habent uillos aliquos in se per
quos possint attrahere/ & expellere: & credo etiam ꝙ ad se
attrahant quia eorum substantiam est spõgiosa/ & isto mo
do & uirtute uacui & suo calore attrahunt: & dico eos ex/
pellere a se sperma isto modo.s. qđ materia quæ continue
fluit a superioribus uasis in concauitate testiculorum sua
spirituositate & grauitate impellit materiam existẽtem in
testiculis uersus porrositates uasis adherẽtis testiculo uer/
sus inferius/ & sic transit ad uasa defferentia: & sic intrat/ &
exit sperma a testiculis/iudicio meo saluo semper saniori.
Veritas est ꝙ credo ꝙ expulsio spermatis a testiculis ad ua
sa non solum sit per causam supra assignatam: sed credo ꝙ
uilli longitudinales qui sunt in uasis seminariis attrahant
sperma ad se/ & ꝙ tũc per primam causam/ista secunda ad
iuuante euacuantur testiculi a spermate in eis digesto: &
sic fit continue dum natura generat sperma/ & illud expel
lit ad parastata: quando autem trãsit materia spermatis ge
nerandi a uasis superioribus.s.a uasis præparantibus ad te
sticulos tunc transit uirtute membrorum omnium expel/
lentium a se materiam illã/ & uirtute grauitatis ad eos de/
scendendo: & uirtute uacui/ & uirtute caliditatis testiculo/
rum: quia testiculi suo calore trahunt a toto corpore sicut
uentosæ: teste Ari.secundo de generatione.c.iiii.& Trusia
no secundo tegni cõmento.liii.in fine/ & ideo multum co
euntes emittunt per uirgam sanguinem loco spermatis:
quia uirga propter caliditatem aquisitam in motu confri/
cationis trahit a uasis: & ne detur uacuum uasa trahũt a te/
sticulis / & testiculi a uasis præparãtibus : & uasa a toto: &
si talis materia non habeat tempus requisitum ad digestio
nem non potest conuerti in uerum sperma . Et ideo dice/
bat Arist.in primo de generatione cap.xix.ꝙ sperma sit ex
sanguine

ſanguine cocto in membris: quia multum coeuntes emit/
tunt ſperma ſanguinolentum/ & Auicē. xv. de animalibus
cap. iii. dicit quando fit coitus cum multo conamine tunc
ſperma eſt ſanguinolentum. Et iſtud uas defferens in mu/
liere eſt breue. In uiro uero eſt ſatis longum / quia aſcen/
dit a profundo oſſei uſq; ad os pectinis: & ſupra os incipit
reflecti ad intra uerſus inferius: & ingreditur inter rectum
inteſtinum/ & ueſicam. Iſtud tamen uas nō eſt unum / ſed
ſunt duo unum a dextris aliud a ſiniſtris quæ perforāt uir/
gam ab utroq; latere / & ingrediūtur canale uirgæ per qđ
eiicitur/ & urina/ & ſperma. Et ibidem inter rectum & ueſi
cam hoc uas efficitur amphractuoſum & diuerſarū came/
rarum & propter hoc mutat nomen/ & tunc uocatur uari/
ciformis paraſtata in libro de ſpermate. G. tamen. xiiii. de
utilita. cap. xi. d. ꝙ Erofilus nominauit hæc uaſa adēniſor/
mes paraſtatas alias paraſcutas/ & iſtos ampharactus ad ſē
ſum circundat quædam caro adēnoſa ſiue glandoſa/ a qua
carne adennoſa uocantur ab Erofilo adenniformes para/
ſcutæ. Alias & forte melius paraſtata adenniformia: & iſta
uaſa mediante iſta carne glādoſa aliqualiter digerunt ſper
ma deſcenſum a teſticulis: teſte Aui. xxi. tertii. c. primo de
anatomia matricis/ & etiā dealbāt eum / quæ quidem ua/
ſa ſunt ſatis lata ut poſſint intra ſe capere multam quanti/
tatem ſpermatis: & propter hoc Zerbus uocat ea ſimul cū
uaſis antedictis uaſa conſeruantia/ & defferentia: & ſemp
eſt in iſtis uaſis ſperma multum/ paratum pro uno & forte
ꝓ pluribus coitibus: & ſic ad ſenſum apparet. Et in iſtis pa
raſtatis adenniformibus ſunt iſta iuuamenta: teſte. G. ſecū
do de ſpermate capitulo ultimo. ſ. ꝙ iſtæ carnes glandoſæ
ſunt prope collum ueſicæ in maſculo ſolum: quæ ſui humi
ditate tenent collum ueſicæ ne exſiccetur: & ita etiam con
ſeruant uirgam ab exſiccatione: quia uirga propter ſuam
longitudinem extra corpus eſt apta exſiccari/ & conſequē
ter claudi: & ideo circa principium pudendi. i. uirgæ natu/
ra uoluit iſtam carnem glandoſam ut humectaret/ & collū
ueſicæ & uirgam. Hanc autem indigentiam talis humecta
tionis non habuit femina: quia caruit uirga: & ut ibidem
inquit. G. in femellis collum matricis neq; prolongum eſt
neq; nudum: ſed intrinſecus iacens/ & humiditatem ſuſci/

pit multam: & ex ipsis menstruis etiam madesit. Dicit etiã G. ibidem ꝙ possibile est ꝙ natura fecerit istam carnẽ circa collum uesicæ quæ in se habet rem unctuosam, ut esset tuta a timore mordicationis urinæ, negat tamen has carnes adennosas generare sperma: quia dicit si generarent sperma: quod animalia castrata appeterẽt excretionẽ eius sed non apparent appetentia: ergo non generant sperma. Nota tamen ꝙ sunt aliqua animalia castrata quæ appetũt coitum: & talia animalia sũt bene & uere castrata, sicut est quidam meus Mulus ualde præciosus qui cũ sentit equã uel asinam statim efficitur furiosus ad libidinẽ, & causam puto esse qđ uasa supra testiculos existentia agant suam solitam præparationem & generent aliquid spirituosi & pungitiui spermatis in cõplecti tamen, & ꝙ tunc tale sperma sua spirituositate atqꝫ acutie pungat & stimulet expulsiuam: & ꝙ isto modo animalia castrata appetant coitum patet quia nos uidemus in pueris masculis nondum habẽtibus sperma: qui tamen mouentur ad furorem libidinis & confricationis illarum partium: & diu confricando non emittunt sperma idẽ & agũt puellæ. Sic etiam puto facere animalia castrata solum propter aliquam materiam uenientem ad uasa spermatica quæ ibidem aliquam acquirit decoctionem: ex qua mediante spirituositate in ea existente causatur pruritus & appetitus ad coitum: tamẽ si talia animalia coeant nihil emittunt de spermate uero: & dicit ibidem, G. ꝙ ipse solus inuenit utilitatem adenniformiũ corporum & ꝙ non erubescit dicere hæc. Dicit tamẽ ꝙ id ꝙ dixit de tali utilitate est suasibile & non demonstrabile: & ꝙ est possibile ꝙ inueniantur aliæ utilitates, sed pro nunc apud eum non est inuenta alia utilitas. Ego tamen credo ꝙ i istis carnibus adennosis sit una alia utilitas .s. ꝙ ab eis sperma teneatur molle ne exsiccetur a forti calore maris, qa ibidem sperma moratur per aliquod notabile tempus: & iuuant istæ carnes ne resoluantur spiritus qui sunt in spermate, & tenent eos acentratos & unitos: & sic teneo firmiter in ista carne esse tales utilitates ultra utilitates dictas a. G. quæ forte sunt principalius intentæ a natura quã utilitates ab ipso dicte. Et etiam credo ꝙ in istis parastatis, & etiam in aliis uasis sibi coniunctis, quæ uasa dicuntur dela

toria seu deportantia fiat aliqua digestio in spermate: quia G.xiiii.de utilit.c.x.dicit ꝙ uenæ mamillarum/ & testiculorum.i.uasa seminaria dealbant sanguinem/ & uasa hoc faciunt quia alba sunt: & hæc uasa sunt magis alba ultra testiculos q̃ citra: igitur digerũt sperma: & credo omnia ista uasa digerere sperma eo modo quo meri & stomachus & intestina digerũt cibaria/ & dico ꝙ uasa quæ sunt inter testiculos & renes se habent in digerendo sperma sicut se habet os cum sua masticatione & meri ad præparandum cibum stomacho: & credo ꝙ testiculi digerant principaliter sperma sicut facit stomachus cibum/ quem cõuertit in chilum/ & si quid remansit in spermate quod non sit bene digestum credo uasa defferentia & parastata complectiue digerere sperma sicut intestina cibum: & quando.G. ubi supra dixit hæc uasa non generare sperma intellexit ꝙ non generant ex se sperma principaliter sine testiculis: & ideo dixit si istæ carnes adennosæ sperma generarent de se animalia castrata appeterẽt excretionem spermatis. Sed hoc non faciunt ergo non generant sperma ex se principaliter sed ut prædixi iuuant digestionem eius eo modo quo faciunt itestina digestionẽ cibi diminute decocti in stomacho. Et natura fecit hæc uasa cauernosa & amphractuosa & lata prope uirgam ut in eis staret multa quantitas spermatis q̃ in aliquibus est tanta ꝙ est sufficiẽs pro pluribus coitibus: & in quocunq; est sufficiens ad minus pro uno coitu prolifico: & hæc uasa non cognouit Arist. quia credidit testiculos non conferre ad generationem spermatis: sed dixit in primo de generatione cap.iiii.& tertio de hist.cap. primo ꝙ sperma generatur alibi q̃ in testiculis: & ꝙ testes tantũ sunt adiecti pendentes ut aperiant uasa eo modo quo pondera iuuant extrices dum ea telis adnectunt quæ pondera G.primo de spermate cap.iiii.& in libris de utilitate uocat lias/ & ibidem dicit Arist. s.loco proxime allegato/ ꝙ sola uasa spermatica quæ ipse meatus appellat sperma generãt & ꝙ testiculis abstractis meatus ipsi.i.uasa contrahuntur: & dicit ꝙ si uasa non contraherentur aut clauderentur ꝙ animal non posset generare: & dicit ꝙ iam taurus quidam cum statim a castratione iniisset impleuit.i. impregnauit quoniam nondum retracti essent meatus.i.uasa: & Aristo.

non coguouit qualiter talis impręgnatio fuit facta a tauro
quia ignorabat anatomiam uaſorum/ quia taurus non im
prægnauit ut ipſe inquit quia uaſa nõdum erant retracta.
Sed imprægnauit quia ſperma illud emiſſum a tauro erat
ultra teſticulos in paraſtatis adẽniformibus ſeu uariciför/
mibus. Et dicuntur uariciformes quia illæ ſuæ cauernæ aſ
ſimilãtur magnis uaricibus. Aui. tamen. xv. de animalibus
capitulo primo dicit teſticulos ultra ꝙ generãt ſperma eti
am aperiunt uaſa & dicit non eſſet inconueniens unius rei
eſſe plura iuuamenta &. G. ſecundo de ſpermate capitulo
ſecundo probat ꝙ teſticuli generãt ſperma & dicit ꝙ ſunt
membra principalia quia ſunt apta alterare totum corpus
& idem tenet in techni. Et natura locauit talia uaſa aden/
niformia paraſtata inter rectum inteſtinum & ueſicam: qa
quando homo eſt in coitu a caliditate cauſata in uirga pro
pter motum confricationis fit attractio ſpermatis ad uirgã
& uirga mediantibus ſuis muſculis errigit a natura ut ca/
nale ſtet apertum & ut etiam ipſa magnificetur ut melius
confricetur collum matricis ab ea / ut a tali cõfricatione ẽt
matrix delectetur & calefiat: & tunc propter talem calidi/
tatem & delectationem emittitur ſperma a femina & ama
re ſecundm. G. & ſequaces: ſed quia muſculi ani & uirgæ
& teſticulorum uoluntarie contrahũt & tales muſculi ma
xime ani in maſculo ſunt circa loca paraſtatum ideo eue/
nit ꝙ tales cauernæ notabiliter compreſſæ a muſculis præ
dictis eiiciunt ſperma quod eſt in eis/ etiam ad notabilem
diſtantiam. Et ſi ſic non compreſſiſſet natura talia uaſa cũ
muſculis ani/ maſculus non potuiſſet eiicere ſperma uno
uel duobus uel tribus ictibus ad plus in matricem/ ſed cru
tatim emiſſiſſet ſicut facit mulier q̃ guttatim gutta tamen
continua emittit ſperma a uaſis ad ſpacioſitatem matricis
tantum: & non eſt neceſſe ꝙ mulier emittat ſperma ad ali/
quam notabilem diſtantiam ſicut facit uir: quia mulier nõ
habet eiicere ſperma in uitum nec in alium locum diſtan/
tem: ſed ſolum habet emittere illud ad concauitatem ma/
tricis/ & ideo uaſa in muliere non habẽt nec muſculos nec
aliquid aliud quod habeat cõprimere eos / ad hoc utſper
ma eiiciatur a ſaltu ad aliquam diſtantiam/ ſicut habent ua
ſa maſculorum: ſed ſi uir emiſſiſſet guttatim ad paruã di/

ftaciam ficut mulier per confequens nõ potuiffet fieri ge
neratio/quia fperma non intraffet concauum matricis : &
dicat quid uelit Auerois de muliere impraegnata i balneo
& de uirtute matricis a forma fpecifica trahente ad fe fper
ma uiri/quod ego non credo quia omnes medici tenẽt ꝙ
breuitas uirgæ & etiam nimia longitudo fint ex caufis fte/
rilitatis:nam breuitas / eft caufa qđ nõ eiicitur fperma ad
concauum matricis:& fi fperma eiiciatur in collo matricis
a uirga breui dicat mihi Auer.quare etiam nõ impraegnatᷓ
mulier/ fi matrix trahit fperma ut magnes ferrum:& fi lon
gitudo uirgæ eft caufa fterilitatis quia in uirga longa refol
uitur fpiritus fpermatis/dicat mihi Auerrois quare nõ ma
gis fuit refolutus fpiritus fpermatis i aqua balnei:& fic cre
do Auerroim fuiffe deceptum a mulieribus/quia illa muli
er iudicio meo faluo femper faniori quæ dixit fe eẽ impræ
gnatam in balneo fuit impraegnata mediante uirga uirili
& non aliter/ & miror de Auerroe qui dicat fe credere mu
lieribus quia nõ credidit creaturæ neq; cratori & fic Auer.
tanquam uulpis antiqua fuit captus & deceptus a fua uici
na quæ iudicio meo deridebat eum . Requiritur igitur ad
hoc ut fiat impraegnatio/bona uirga iuftæ longitudinis cũ
cæteris annexis requifitis ad uerum & bonum coitum : &
requiritur ꝙ matrix fit difpofita ad hoc negociuũ.f.ꝙ ape/
riatur os eius & ꝙ ipfa femina emittat fuum fperma fecũ/
dum Hyp.&.G.& fequaces . Nam in coeũdo fi matrix eft
bene difpofita femper habet os apertum tefte.G.xiiii. de
utilit.cap.iiii.fine coitu uero eft os claufũ ne aer penetret
ad eius concauum/quia praeputia matricis non funt fuffi/
ciẽtia ad obftandum ne ingrediatur aer ad matricem.f. ad
eius fundum:& ideo.G.ubi fupra dicebat ꝙ in purgatio/
nibus quæ in fingulo menfe & partubus mulieres maxi/
me infrigidantur/quia tunc ftomachus matricum eft aper
tus:& fi femper fic fe haberent infirmarentur:& ꝙ os ma/
tricis ftet femper claufum excepto tempore coitus & par/
tus & menftruorum fi matrix fit bene difpofita patet p.G.
xv.de utilita.cap.vii.iftis uerbis. Nullus deniq; ignorat de
ore matricis qualiter certitudinaliter claufum eft & cõftri
ctum eft fecundũ tempus impraegnationis & qualiter plu
rimum aperitur fecundum terminum partus : fecundum

uniuersum enim aliud tempus neq; extremitatem grāti
immittere intra collum.i.os matricis/in partubus uero o
tum animal ab inde exit: & ꝙ matrix aperiatur in coitibus
ego sum bonus testis quia semel ego anatomizaui publi/
ce unam fœminam iuuenem & pulchram quæ fuit suspen
sa Bononiæ quæ erat prægnans/ quæ per quattuor dies
antequam suspēderetur coierat & ego inueni aliquam no
tabilem portionem spermatis ad intra matricē .s. in intrin
seca parte oris eiusdē matricis & tale sperma erat in suo co
lore & in substantia naturali sicut est sperma masculi: pro/
pterea ego credo ꝙ matrix aperiatur in coitibus ꝙ etiam
patet in superfetatione. Nota tamen lector ꝙ post partum
ut ego ad sensum uidi hoc orificium stat apertū usq; quo
matrix sit bene purgata a superfluitate menstruali retenta
tempore imprægnatiōis/ & tale tempus teste Arist.vii. de
histo.cap.iii.est.xxx.dierum uel.xl.istis uerbis. Purgatio/
nes autem accedunt plurimum cū cōceperint ad tempus
triginta dierum maxime si fœmina est concepta.xl.autem
si mas. A partu etiam purgationes eodem dierum nume/
ro consequi uolunt q̄q̄ non equæ diligenter eueniunt. At
uero post conceptum & dies quos ego dixi non idem se/
cūdum naturam inferius agitur: sed in ubera transit & lac
efficitur: in hac parte dicit Arist. ꝙ si mulier imprægnatur
ex fœmineo fœtu ꝙ accedunt purgationes.i. mēstrua post
conceptionem per.xxx.dies & si est mas per.xl.q̄q̄ hoc nō
semper sic eueniat.s. in tali numero dierum præcise ante
dicto: aliter dicit Hyp. in lib. de natura fœtus ut infra dice/
mus loco suo. Nota tamen lector ꝙ hodiernis temporibus
etiā tales purgationes ueniunt in principio conceptionis:
sed non sunt ita copiosæ sicut sunt purgationes naturales
uenire solitæ de mense in mensem/ quia durāt tātum per
unum diem uel paruum plus: & hoc notāt experte mulie
res aduertentes ad futuram purgationem alterius mensis
quæ purgatio secunda si non uenit ut solet signum est in
fallibile conceptionis: & cōmuniter tenent experti in con
ceptionibus ꝙ illa menstrua quæ ueniunt ad.xxx.dies seu
ad.xl.non sint nisi pro signo conceptionis quia talia men/
strua seu purgationes diminutæ sunt: & arguunt ꝙ in tri/
ginta diebus natura indigeat aliquali nutrimēto pro fœtu

& ideo natura non mittit ad extra uenas tãtam materiam quantam solebat: si autem sequatur in secũda purgatione totalis retentio/ signum est q natura indiget nutrimento pro fœtu & ideo retinet totaliter menstruum seu purgatio nes solitas/ non quia indigeat in secunda purgatione tan/ to sanguine menstruo pro nutrimento fœtus q̃tum de eo retinetur: quia tunc fœtus adhuc paruus existit pauco in/ digens nutrimento: sed retinet totum menstruum ne pars grossa exeat/ quæ est postea una ex causis ad facilitandum partum: ut infra dicemus: quia fœtus nutrit sanguine mẽ/ struo puriori & clariori: qui reperiatur i animali. Residuũ autem. s. grossum & fæculentum retinetur in uenis pro/ pinquis matrici & in partu & post partum exit continuæ usq ad. xxx. uel. xl. dies ut prætactum est: & ideo si post cõ ceptionem per. xxx. uel. xl. dies non uenit tanta materia si cut solebat nõ est mirum/ quia natura iam icepit retinere nutrimentum pro fœtu. Et sic semper magis est intenta ad retentionem nutrimenti quod est sanguis menstruus: & ideo postea mulier non habet purgationes mẽsales nisi su/ per habundet in sanguine: quia tales continue habent mẽ strua temporibus solitis usq ad horam partus & fœtus stat fortis menstrua tamen non sunt tanta quanta solebãt esse tempore quando non erat imprægnatio. Hoc tamen ra/ ro contiugit stante bona dispositione matricis & fœtus: si tamen contingat q exeant purgationes/ & q mulier non sit ualde ualde sanguinea & uirago/ tunc matrix non est bene disposita nec forte fœtus: & tunc ut in pluribus fit ab ortus si pseuerant menstrua: quia morit fœtus teste Hypo. & si non moritur efficitur fœtus ualde exiguus & ualde de bilis/ quia caret ei nutrimentum. Dicit etiam Aristo. vii. de hist. cap. iii. q non semper post partum purgationes durãt tempus præsignatum: quia iterdum materia illa uadit ad mamillas & conuertitur in lac. Nota lector si mulier pari/ ens lactet infantem/ subito uel in breui spacio possibile est q materia menstruorum uadat ad mamillas & conuertat in lac. Ad hoc adiuuante infante qui trahit sanguinem ad mamillas dum sugit lac: & etiam ne detur uacuum euacua tis mamillis lacte ad eas currit sanguis a quo erat menstru um: & mamillæ habent magnam colligantiã ut infra dicet

cum matrice mediantibus quibusdam uenis: ideo mulier lactans de facili amittit purgationes per inferius.i.per matricem/ & propter hoc cum maiori difficultate impregnatur lactans q̃ non lactans. Si uero mulier nolet lactare infantem ut cõmuniter faciunt nobiles mulieres/ ad mamillas non currit ille sanguis & necessario fluit per matricem per tantum tempus uel circa sicut dicit Arist. & ad hoc aduertant medici qui habent cõsulere super hoc: quia si mulier lactat non est necesse ꝙ ab ea fluant tot menstrua per inferius nec tanto tempore sicut si non lactarẽt/ quia si nõ lactarent mulieres & non fluerent menstrua ad tẽpus præsignatum debet medicus ordinare fricationes crurium & uentosas: & debet dare aperientia/ & menstrua prouocantia/ quia si mulier non purgatur a prædictis menstruis accidunt ei diuersæ malæ dispositiones: & qa matrix stat aperta ut prædictum est in talibus purgationibus debent mulieres stare clausæ cum rebus ad hoc congruis ne frigiditas aeris lædat matricẽ: & sic semper cautæ obstetrices & cauti medici ordinant: & non sinunt mulierem parientem habitare loca aperta & uentosa: & inter omnia quando mulieres accedunt ad emittendas feces primæ & secundæ digestionis peritæ obstrices iubent ꝙ uadant ad aliquod uas paruum in camara retentum pro tali negocio/ ne aer in loco aperto ingrediatur matricem aliqua uia/ & etiam ordinant ꝙ teneant pãnos calidos supra uuluam & sic saluantᷓ a multis periculis. ¶ Visis nominibus uasorum spermaticorum & uiso eorum ortu & etiam substantia/ uidẽdus est locus ad quem terminatur in femina/ quia dictũ est superius qualiter terminantur in mare ad uirgam & etiam melius dicetur inferius in.c.de uirga & dico teste sensu: & teste.G.in primo de spermate.c.v.& .xiiii.de utili.c.x. quod ista uasa terminantur ĩ exterioribus circa cornua matricis: quæ cornua sunt magis uersus os eius q̃ uersus fundũ maxime in matrice non prægnante: quia tali tempore fundũ matricis contrahitur uersus collum: & tunc apparet ꝙ cornua sint multum propinqua collo & ori eius/ si autem matrix sit prægnans fundũ eius elleuatur ad superiora & consequẽter cornua/ & secũdũ tempus imprægnationis plus & minus talia cornua distant a collo/ & sic tempore partus

si fiat

si fiat anatomia matricis reperientur cornua ualde distare ab ore & a collo eius/ & hoc est notatu dignum ne decipiātur aliqui qui credunt uasa seminaria ingredi matricē circa os eius semper/ ꝙ nō est uerum/ est bene uerū ꝙ dum mulier non est prægnans ꝙ talia uasa sunt magis propinqua ori matricis q̃ aliis temporibus/ & dum fit imprægnatio secūdum aliquos sperma feminæ cadit ad matricis cōcauitatem in loco nō multum remoto ab ore eius: quia fūdum est corrugatum uersus os: aliter tamen contingit in superfetatione/ & per ista uasa insibras multas dispersa in substantia matricis uenit sperma femineum ad spaciositatem matricis/ & etiam sperma uiri eicitur a uirga ad intra matricem si uirga est iustæ longitudinis ad istam spaciositatem adq̃ terminatur uasa seminea & quando fit conceptio ambo spermata sibi obuiant in emissione & miscent: &.G.xiiii.de uti.ubi supra dicit ꝙ uas spermaticum in femina nō est simile uasi ꝙ est in mare / neq; in complexiōe: neq; in lōgitudine/neq; in latitudine : quia uas masculinū est magis durum q̃ feminæ:& ideo sicius/& ratione contēti est calidius & uas masculinum est latum & habet sinus prope pudendum, femininum uero est strictum quia paucū & subtile debet suscipere sperma/ & est breue quia matrix ad quem debet terminari est propinquior suæ origini q̃ locus ad quem terminatur in masculo/ uas etiam fæmineum iudicio meo sensuali non terminatur per unum foramen uel per duo.s.unum ab utroq; latere/ad intra matricem sicut faciunt uasa masculina in uirga:sed uasa fæminina ingrediūtur matricem per plures canulas & porros ut latius infra dicemus in fauorem Mundini quādo dicit uasa seminaria facere cotilidones & ꝙ p ea fluit sanguis menstruis:nota tamen lector ꝙ uasa masculina sunt duriora fæmininis duplici de causa primo : quia forte omnia mēbra masculina sunt siciora q̃ fæminina/secūdo sunt duriora ex parte contenti:quia contentum in mare est grossius & spirituosius q̃ in fæmina a qua spirituositate uasa sunt extēsa: & longe duriora fæmininis/ & propter istam duriciem natura fecit illud uas ꝙ dicitur epididima notabilius in mare q̃ in fæmina licet sint aliqui qui dicant epididima non reperiri in muliere/ & si est dicunt ꝙ est ualde paruū uel nul

lum &.G.xiiii.de uti.c.iiii.titubat super hoc:tandem con/cludit ꝙ si epididima est in muliere ꝙ est ualde paruũ uel nullum/quia testiculi mulierum sũt parui & duri/ & ideo nõ indigent epididimate/testiculi uero uirorum sunt mol les respectu uasorum suorum:& ideo indigent medio ali/quo inter eos ne lædantur a duritie uasorum ꝙ mediũ est epididima ꝙ est uas molle non lædens testiculos sua duri/tie sicut læderent uasa superiora/& etiam uasa infra testicu los existentia quæ sunt duriora superioribus : teste Ari.qñ dixit ista uasa infra testiculos esse neruosiora & spissiora ua sis quæ sunt supra testiculos.Differunt etiam uasa fæmini na a masculinis numero:quia in fæmina non sunt uasa adẽ niformia parastata dicta/quæ sunt prope pudendum uiri/le:& etiam uasa dicta epididima nõ sunt in muliere nisi di/minuta & forte nulla ut patuit supra de mẽte.G.est igitur in quolibet latere mulieris a renibus infra usq; ad testiculũ unum uas ꝙ dicitur præparans ꝙ est inuolutum circa te/sticulum & uocatur sicut prius dictum est uariciformis: & inuolutum & reuolutum:a testiculis uero infra uersus ma tricem etiam a quolibet latere est unum uas spermaticum quod dicitur defferens siue portans sperma/ꝙ uas tam in dextra parte q̃ in sinistra cum recedit a testiculo mulieris incipit aliqualiter dilatari:& continue fit latius usq; quo in grediatur matricem:teste.G.circa loca cornuum & ista ua sa habent intra se sperma sicut habẽt parastata in masculo non tamen in tanta copia maxime si mulier sit iuuenis: & hoc uidetur in femina quæ sit mortua morte subita i mor/tua autem morte non subita sed ab ægritudine longa non apparet sperma i istis uasis/& hæc omnia ego expertus sũt causa autem propter quid non est sperma in istis uasis: in mortuis a morte causata ab egritudine longa omnibus no ta est.Et istam terminationem horum uasorum ad matri/cem sicut dicit.G.in libro de anatomia matricis ignorauit Ari.& Erophilus & Eudimus & multi alii.Nota tamen le/ctor quod ego inuenio discordiam in dictis.G.de termina tione istorum uasorum ad matricem:quia ipse in libro de anatomia matricis uidet concedere/Cleameno/Praxago re/& Phylotino ꝙ hæc uasa spermatica mulieris sint etiã implantata ad collum uesicæ sicut in masculis & etiam ibi

dem dicit hæc uasa in muliere esse in natura adenum: sed redarguit eos quia etiam ipsi non cognouerunt hæc uasa terminari ad matricem circa cornua quæ quidem uasa circa cornua sunt sensibilia & notabilia. G. etiam. xiiii. de util. capi. x. concedit ꝙ sperma in muliere uadat ad collum matricis qđ uocat pudendum per proprium porum: & ita ꝑ proprium porũ ad fundum matricis. Aui. etiam. xv. de animalibus auctoritate Ari. dicit sperma in muliere. i. humiditatem salualem euomi prope foramẽ urine ex quo infero ꝙ Ari. tenet talia uasa terminari circa collum uesicæ si terminantur prope foramen urinæ: quia foramẽ urinæ est in extremo colli uesicæ nec per foramẽ urine Arist. intellexit poros uritides ut sorte possent debiliter imaginari aliqui. Oppositum tamen huius tenet. G. secũdo de spermate capitulo primo istis uerbis / sicut igi. deposco increpare multos medicorum: ita laudare iustum puto Hyp. qui omnia hæc inuenit: ait enim in initio libri de natura infantis si genimen amborum permanserit in matrice mulieris / primũ quidem miscentur simul in matrice muliere non quiescẽte & aceruantur & ingrossantur calefaciente / & alia consequenter docet enarans quomodo ex utroq; genimine generatio perficitur embrionis: Erophilus uero nescio qualiter extra effũdi ait fæminarum sperma & est mirum: quia ea quæ de testiculis diligẽter scripsit in tertio anatomiæ in principio quidem taliter dicit / ad nati autem sunt matrici & didimi. i. testiculi ex lateribus utraq; parte modicum differentes a masculo / demum autem consequenter nõ post multum ait secundum hanc seriem didimi uero fæminis ad nati sunt apud alterutrum latus matricis hic quidem a dextro ille uero a sinistro non in uno osseo ambo: sed alteruter seorsum subtili quadam & membranosa tunica contenti parui & lati adhenibus similes secundum eam quidẽ quæ in circuitu tunicã neruosi / carne uero uigorosi sicut masculorum. Equis autem ualde magni sunt / adnate autẽ sunt membranæ ad matricẽ & uenæ & arteriæ a uena autem & ab arteria ad alterutrum didimorum cõnexæ sunt uenæ quidem a uena arteriæ ab arteria / spermaticus uero porus ab utrisq; apparet: connexus autem est matrici a parte extrinseca hic quidem a dextris ille uero a sinistris: & cir

cum uoluitur sicut i masculino: & anteriorem eius usq; ad extremum uaricosam habet & cōnectitur ab alterutra parte didimo sicut in masculo in carnoso collo uesicæ subtilis existens & obliquus & in anteriori parte secundum q̃ uertebrorum ossa tangit ubi & terminatur ad pudendum ex alterutra parte ad inferius perueniens. Parastata uero uariciformis non fuit uisus in fæmina hæc quidē est Erophyli series. Quod uero mirari me mouet. Dictam.n.positionem & magnitudinem & naturam diligenter scripsit testiculorum qui in fæminis nihil relinquens & de perueniente ad alterutros uena & arteria exq̃site narans/deinde autem de spermatico poro dicens quoniam cōnexus est matricibus ab extra/unus ab alterutra parte uerum dixit: sed dicens quoniā non ualde apparet mentitus est/dignus.n. rationabiliter est magnitudine/consequenter autem magis mentitus est dicens ad collum uesicæ cōnecti sicut masculo. Ex prædicta impugnatione q̃ facit. G. cōtra Erophylum dico de mente. G. uasa spermatica mulierum esse notabilia; ut etiam sensus ostendit & dico ea tantum tendere ad concauitatem matricis prope cornua: & ideo ego puto in aliqua parte textum de anatomia matricis supra dictum esse corruptum non solum propter hoc: sed etiam quia in isto libro de anatomia matricis dicitur ꝙ matrix habet duas tunicas: & decimo quarto de uti.c.ultimo. G. ad longū assignat causam propter quod matrix habet unicam tunicam q̃uis possemus dicere ꝙ. G. in libro de matrice & aliq̃ alii dum dicunt matricem habere duas tunicas per secundam tunicam intelligunt panniculum ortum a siphac qui cooperit matricem & facit ei unam tunicā sicut stomacho & aliis membris contentis in uētre inferiore/nihilominus propter controuersiam & magnam improbationem quā facit. G. contra Erophylum in libro de spermate: est tenendū ꝙ illa litera quæ est in libro de anatomia matricis quæ dicit uasa spermatica implantari ad collū uesicæ: est deprauata & corrupta quia magis ego credo huic libro de spermate in hoc q̃ aliis libris quia i isto libro. G. est conatus totis uiribus impugnare Ari. & alios/uel dicamus quādo ipse. G. fecit librum de spermate non uiderat talia uasa terminari ad collum uesicæ & ꝙ forte aliter uiderat quando fe-

cit librum de anatomia matricis:ego tamē teneo cum opi
nione antedicta quæ est in libro de spermate: quia anato/
mizaui magnum numerum matricum mulierum & etiā
aliorum animalium prægnantium & non prægnantium
etiam cum superfætatione: & adhuc non uidi ista uasa tē/
dere uersus collum uesicæ/quæ tamen uasa si ibidem sunt
tantū sunt ut defferant subtiliorem partē spermatis mulie
ris quæ dat delectationem:possibile est etiam ꝙ tale sper/
ma dans delectationem in coitu ꝙ exit ad collum matricis
ueniat per os matricis absq; ꝙ exeat per uasa aliqua tendē
tia ad collū eius:& ego credo ꝙ omnino exeat ab ore ma/
tricis:quia aperit᷑ os propter delectationē & sic exit ab ore
ad collum & illudmet sperma aperit eos & uenit ad collū
pro delectatione.Ari.tamen nec Auer.nec Mūdinus cum
aliquibus sequacibus uolunt ꝙ hæc humiditas sit sperma
& super hoc aliqua dicemus infra.Notent tamē legentes
ꝙ totus timidus dixi contra opinionem Erophyli: tamen
dixi prædicta quia sic uidi ad sensum:confido tamen mul/
tum in.G.sed quia uideo.G. in uno loco tenere unum in
alio uero loco tenet aliud/dico possibille esse ꝙ talia uasa
etiam uadāt ad collum uesicæ/ & fateor ego per ea quæ ui
di de anatomia matricis ꝙ possibille est ꝙ Erophylus dixe
rit ueritatem/quia non est aliquod membrum in corpore
animalium ꝙ mutet substantiam & quantitatem & partē
situs sicut matrix quia aliquando est parua data paritate
ætatis & corporis in quo est/ & aliquando est magna & in
terdum ingrossatur a mēstruo & interdum est gracilis qa
subtiliatur propter fetum uel fetus:est tamen semper gros
sa & spissa:sed dicitur gracilis respectiue: & interdum ab/
breuiatur & corrugatur & efficitur densa satis grossa ac si
esset membrū carneum / & interdū est plena fetu uel mol/
la:& interdum uacua:& iterdum aspera:& interdum mol
lis & lubrica:& interdum clausa:& interdum aperta: & iō
propter istas mutationes non audeo totaliter negare Ero/
phylum:quia propter prædictas mutatiōes posset mihi ac
cidere aliq̄ hora in q̄ talia uasa apparerent manifeste: & iō
super hoc totaliter nolo determinare:& si dabitur mihi ut
spero cōmoditas Anatomizandi matrices semper quærā
an opinio.G.in libro de spermate sit uera de istis uasis: an

opinio Erophyli & omnia ſuper hæc a me uiſa ſi nō in hoc libro forte in aliquo alio tradētur pro ueritate lucidanda.

¶ Viſis uaſis ſeminariis quantum ad ortum eorum & quā tum ad locum ad quem terminantur tam in uiro quam in muliere dicendum eſt in hoc loco aliquid de teſticulis mu lieris ut ſequamur aliqualiter ordinem Mundini quia in/ ferius de anatomia teſticulorum uirorū dicemus comple/ te omnia ad eos requiſita. Et eſt ſciēdum ſecundum Con/ ciliatorem differentia.xxxv.ꝙ teſticuli tam uirorum quā mulierum ſunt carnes adēnoſæ ſeu glandoſæ raræ & ſpō/ gioſæ albæ ad humiditatem ſpermaticam generandā crea tæ uelut carnes mamillarum glandoſæ albæ ad lac generā dum conſtitute ſunt/ & hepar rubeum ad ſanguinis rubo/ rem generandum/ & in muliere iſti teſticuli ſunt non uere ſperici ſed aliqualiter compræſi quaſi ut amigdalæ/ q teſti culi a.G.interdum ſicut in libro de ſpermate & alibi in plu ribus locis uocantur didimi & dicuntur didimi quia in ho mine ſunt ut in pluribus duo interdū tamē in aliqbus ego uidi tres.ſ.ꝙ tetigi tres teſticulos in oſſeo & libenter uidiſ ſem eos extra oſſeum ſi potuiſſem ut uidiſſem quot erant uaſa ſpermatica ſupra eos/ & iſra eos & etiam pluries ego uidi tres teſticulos in gallis gallinaceis:uocantur etiam te/ ſtes & teſticuli a.G.in pluribus locis & ita etiam uocantur ab Ari.in libris de animalibus & ab Auic. uocantur oua & etiam teſtes:nam teſtes dicūtur teſte Iſidoro:quia ſunt te/ ſtes ſexus:& iudicio meo non bene ſentit Iſidorus : quia p teſticulos non fertur integrum iudicium de ſexu:quia etiā multa animalia feminina habent teſtes & etiam aliqua ani malia maſculina habent teſtes intra ſicut Ericius & Teſtu do animal/ & alia multa tamen ſi ita eſt ſicut dicit Iſidorus ſolum teſtes exteriores faciunt fidem de ſexu maſculino: quia in homine femina nunꝗ̄ teſtes ſunt extra/ & ideo ce/ tus Cardinalium in confirmatione Pontificum ordinauit ꝙ tangantur iſta membra Pontifici ut habeatur teſtimoni um ab eis de ſexu propter quod tangentes dicūt habet ꝙ habere debet & ſic tunc uere ſunt teſtes propter quid hoc agant eſt hiſtoricum & non præſentis negocii : ideo a na/ ratione ſuper ſedeo:& teſticuli in fæmina per teſtum ſupe riorem erophili aductum quem in hac parte cōfirmat.G.

ſunt adẽnoſi ſicut dicit Conciliator & etiã ſenſus quorũ ſi/
tus uerus eſt extra matricem infra cornua uerſus os matri
cis non multum tamen diſtant a cornibus & ſuus uerus ſi
tus melius cognoſcit in muliere prægante quam in non
prægnante: quia matrix impræ gnãte eleuatur ad ſuperio/
ra in nõ prægnãte uero apparet ꝙ interdũ teſticuli ſint ſu/
pra cornua quia matrix multum abbreuiatur: & ita etiam
cornua & tunc apparet ꝙ teſticuli ſint adhærentes ualde
cornibus & tamen non eſt ſic quia aliqualiter diſtant im/
prægnante & maxime prope tempus pariendi: quia tunc
matrix eſt multum elleuata cum fundo ſuo ad ſuperiora &
ita quia matrix & cornua eius elongantur & abbreuiãtur
conſequenter elleuantur & deprimũtur / ideo uident mu
tare ſitum quia cornua modo diſtant a teſticulis qui ſemp
ſunt uniformes & modo appropinquãt cornibus & ſic ali
quis poteſt decipi ſi non uideat multas anatomias & præ/
gnantium & non prægnantiũ/ & multi/ & medii/ & pau/
ci tẽporis / quia ſic faciẽdo uidebit modo teſtes ſupra cor
nua parum tamen modo prope infra & modo in aliquali
diſtancia: & ſunt minores q̃ uirorum teſte Aui.xxi.tertii.c.
primo circa quæ innoluitur uas ſpermaticum ꝙ dicitur ꝑ
parans: forte ut dictũ eſt ſuperius ſine medio / hoc eſt ſine
epididimate: & cauſa quare in muliere nõ fuit epididima
fuit pro parte ſuperius tacta.ſ.quia teſticuli mulierum ſũt
duriores q̃ uirorum: teſte Haly.tertio theoricæ.c.xxxiii. di
cit etiam ibidem.c.xxxvi.ꝙ uaſa ſpermatica in mulieribus
ſunt breuia & ſtricta & mollia breuia: quia non emittunt
ſperma foras & in hoc Haly.uidetur eſſe contra Erophylũ
.ſ.ꝙ non uadat uas ſpermaticum ad collũ ueſicæ/ dicit etiã
Haly.ibidem ꝙ talia uaſa ſunt ſtricta & hoc reſpectu uaſo/
rum uirorum eſt intelligendum / & aſſignat cauſam dicẽs
ꝙ ſunt ſtricta quoniam mulieris ſperma tenue eſt aptum
tranſmitti uelociter per arctos meatus idẽ dicit.G.in pluri
bus locis.ſ.in libro de ſpermate &.xiiii.de uti.c.iii. & alibi.
Mollia uero fuere hæc uaſa ut ibidẽ inquit Haly.eo ꝙ bre/
ue illis eſſet tranſcurrendi ſpacium: & ego addo ꝙ ſũt mol
lia quia ut plurimum membra fæminina ſunt talia reſpe/
ctu membrorum maſculorũ/ ſed dicet aliquis ergo ex hoc
teſticuli fæmine eſſent moliores teſticulis maſculorum &

oppoſitum dicitur ſupra ad hoc dicunt aliqui ꝙ illa durici
es teſticulorum mulieris non dicitur reſpectu teſticulorũ
uiri:ſed dicitur reſpectu uaſorum mulieris/quia uaſa mu/
lierum non ſunt dura ſicut maſculorum:quia uaſa maſcu/
lina ſunt dura non tantum propter ſuam complexionem
ſicciorem:ſed etiam ſunt dura quia ſperma uiri eſt magis
ſpirituoſum & etiam corpulentum q̃ ſperma fæminæ : &
ideo hæc uaſa extenduntur a ſpiritu & a groſſa materia ꝓ
pter quam extenſionem reduntur dura ſicut eſt durum ali
quod uas molle plenum uento:puta aliqua pilla de uento
cum qua hodiernis temporibus iuuenes habent ludum:
uaſa autem fæminina ſunt mollia tum propter complexio
nem tum propter minorem ſpiritum in eis exiſtentem: tũ
ẽt quia materia ſua eſt fluida & ſubtilis : & dicunt præſati
auctores ꝙ Haly.ſic intellexit quando dixit teſticulos mu/
lierum eſſe duriores q̃ uirorum : ego tamen non credo ꝙ
Haly.intellexerit prædictam comparationem:ſed compa/
rauit eos teſticulis uirorum:& ita ad ſenſum teſticuli mu/
lierum ſunt duriores q̃ teſticuli uirorum : & credo ꝙ natu
ra fecerit eos tales.ſ.duros ne læderentur a duritie & a põ
dere fetuum exiſtentium in matrice qui interdum poſſũt
comprimere ipſos teſtes & eos lædere ſi bene cõſideretur
quantitas & durities fætuum & ſi conſideretur locus qui
occupatur a matrice imprægnatiõis tempore / in quo qui
dem loco ſunt teſtes mulierum & forte ꝙ natura fecit eos
ſic duros propter alios fines qui ignoratur a me.xiiii.etiã
de uti.c.iii.dicitur ꝙ in fæmina ſunt teſtes minores q̃ ĩ ma
ſculo & in ea eſt minus ſperma & humidius & frigidius &
hæc omnia ſnnt ex indigẽtia caliditatis & dicitur etiam ꝙ
hoc ſperma fæmineum non eſt ſufficiens generare animal
& ibidẽ.c.vii.dicitur ꝙ ſperma fæmine non eſt ſufficiẽs ge
nerare nec etiam ꝙ ſperma maris eſt ſufficiens : ſed ambo
faciunt unum cominatum motum:& dicitur ꝙ in maſcu/
lis quia ſunt calidiores teſticuli etiam ſunt maiores & ĩ eis
eſt ſumma digeſtio quæ eſt principium effectiuum anima
lis:teſte Ari.& dicitur ꝙ ſperma fæmine eſt imperfectum.
¶ Ex ſupra habitis uiſa eſt ſubſtantia uaſorum ſpermatico
rum & locus ſiue ſitus figura eorum eſt conſpicabilis:quia
oblonga uenoſa & arterioſa maxime illorum q̃ ſunt præ/

parantia

parantia/ alia autem infra eos non sunt nisi ut canales siue meatus & uie non plures inuolutæ sicut quæ superiorum: sed a quolibet testiculo exit unus canalis spermate plenus .s.in iuuenibus / & talia uasa i masculo prope uirgam sunt cauernosa:in fæmina uero prope matricem sunt latiora q̃ prope testiculos & in masculis sunt longiora q̃ in fæminis & uasa præparantia sunt rubicūda:quia materia in eis existens non est uere alba/licet aliqualem in eis propter longitudinem & propter uirtutem testiculorū habeat minorē rubedinem:uasa autem delatoria siue deportantia sunt alba & magis alba in mare q̃ in fæmina/& neruosiora & spissiora/& latiora/ & iuuamentū uasorum præparantium est seruire testiculis eo modo quo gula siue meri & hos famulantur stomacho:ut etiam dictum est supra & iuuamentū uasorum defferentium est seruire testiculis eo modo quo intestina seruiunt stomacho/& hæc uasa etiam seruiunt testiculis eos elleuando quando ipsa spermate replentur & spiritu:quia tunc abbreuiantur & testiculi elleuātur ad superiora:& hæc elleuatio procedit magis ab imaginatiua q̃ a uoluntate:quia imaginatiua mouet spiritus ad inferiora a quibus fit motus & dilatatio in istis uasis/& ita in uirga mediante uētositate causata a calore spirituum fit erectio: & in hoc compræhenditur quomodo aliquo tempore erigitur uirga siue musculis in quibus est uolūtarius motus & etiam quomodo elleuantur testiculi ad superiora absq; uirtute uoluntaris quæ uenit ad musculos suos:quia certe p experientiā apparet in quocunq; ꝙ iterdū errigitur uirga & etiam elleuantur testiculi absq; uoluntate & apparet etiam ꝙ nullatenus homo appetit erectionem uirgæ & etiam testiculorum & cum toto suo uelle non potest:ideo cōprehenditur ꝙ hoc est sæpe ex imaginatione secundū aliquos:ista tamen uirgæ erectio & etiam testiculorum elleuatio fit non concurrente uoluntate nec imaginatiua : sed fit a uentositate in istis locis causata quoquo modo causet sicut apparet in priapismo & in retētione urinæ & in multis aliis similibus casibus/ melius tñ hæc dicemus in anatomia uirgæ / quantitas horum uasorum dicta est licet implicite. Eorum complexio innata est frigida & sicca/actuata uero per influentē est calida & humida ex parte contēti.

Numero sunt tantum duo realiter/in masculo tamen ut supra patuit nomine sũt quatuor in quolibet latere & in muliere sunt duo in quolibet latere/colligantiam habẽt cum corde/ & cum hepate/ & cum testiculis/ & cum uirga circa extremum colli uesicæ/ & cum rene saltem sinistro mediãte uena emulgẽte & cum membris quibus supra ponunt sicut cum lumbis & cum matrice:cui terminantur & cum cerebro pro quanto teguntur a siphac cui implantant nerui uenientes a cerebro uel a nucha/colligantur etiam cum cerebro quia quælibet uena & arteria habet aliquẽ ramũ nerueum:& ideo euenit ut etiam supra patuit ꝙ cum mẽbra neruea patiuntur ꝙ pulsus sunt duri & spamosi.Iuuamenta horum omnium uasorum aliter iudicauit Ari.& aliter Galenus ut supra patuit/& ego teneo cũ Galeno. Passiones omnium modorum possunt pati hæc uasa: & hæc sufficiant de uasis:

¶ Visis prædictis ueniamus ad Dominum meum Mundinum qui dicit testiculos mulierum tantum generare quãdam humiditatem saliualem quæ dat delectatiõem in coitu. De testiculis tamen mulierum aliqui dicunt ꝙ non reperitur sermo aliquis ab Arist. & Trusian. secundo techni cõmento.lii.dicit Arist.non fuisse loquutũ de testibus mulierum:aliquid tamen secundum aliquos ab Ari.in primo de generatione cap.iii.ponuntur in mulieribus testes: sed non ponuntur aliquæ eorum utilitates istis uerbis. Vteri omnium bipartiti sunt ut testes gemini omnibus maribus habentur:sed aliis iusta genitale ut mulieribus omnibus quæ animal non solum foras:sed etiam intra se generant: ut piscibus qui oua edunt:iudicio tamẽ multorum hæc litera non loquitur de testiculis mulierum/qui sunt duo fũdo matricis coniuncti teste.G.in libro de natura humana: & omnino sunt circa fundum magis ꝙ̃ circa collum: tamẽ nõ sunt nisi ad latera circa medium corporis matricis. Est bene uerum ꝙ Arist.tenet opin.quam recitat Mundinus.s.ꝙ in mulieribus ueniat aliquid humiditatis ad matricem dans delectationẽ mulieri in coitu:nã Ari.in primo de generatione.c.xx.in primis uerbis dicit ꝙ illud ꝙ dat delectationem in coitu mulieribus est excrementum matricis:& dicit ꝙ illud non est humor seminalis/ & dicit tale

excrementum aliquibus euenire: & aliquibus nõ: & dicit ꝙ tale excrementum non euenit uiraginibus mulieribus: neq; fuscis/ & dicit ꝙ talis copia excrementi est aduersitate ciborum acrium/ & ibidem dicit ꝙ uoluptas quæ sentitur per coitum nõ solum accidit ex semine: sed dicit ꝙ accidit ex spiritu ex quo consistente semen emittitur/ quod patet in adoloscentulis qui nondum emittere quæunt propeq; ætate sunt tum in uiris genituræ expertibus. Voluptas.n. his omnibus scalpẽdo excitatur & quorum deprauata est generatio: & subdit ꝙ hoc excremẽtũ ab ea seccedit: quia non potest concoqui & effici semen propter frigiditatem complexionis femineæ: & dicit ꝙ mulier est mas in semi/nis: & dicit ꝙ femina est idem ꝙ quædam impotentia eo ꝙ semen ex ultimo alimento non potest concoquere, qđ alimentum aut est sanguis aut proporcionale in sanguine carentibus/ ex prædictis colligitur quod profluuium accidit in matrice propter cruditatem. Auer. etiam secũdo col/lig. cap. x. dicit ꝙ sperma mulieris est superfluitas discur/rens propter delectationem sicut discurrit saliua ex ore fa/melici cum uidet aliquem cõmedere: & dicit ꝙ testiculi mulieris non habent effectum aliquem in generatione di/cendo ꝙ sperma illud quod est in muliere non habet inuẽtionem in generatione: & dicit testiculos mulierum esse i nanũ sicut mamillæ in masculis. Affirmat tamen ibi Auer. ꝙ testiculi masculorum generant sperma non tamen principaliter de se/ & in hoc solum est totaliter contrarius Ari/stoteli. Contra prædictas opiniones Arist. & Auer. quas implicite tenet Mnndinus est primo Hyp. in lib. de natura fætus quando dicit si sperma ab utrisq; permanserit in matricæ & .G. in secundo lib. de spermate capitulo primo: & eũ adducit Conciliator qui dicit ꝙ sperma apparet in uasis seminariis/ & etiam in testiculis / & ibidem. G. dicit ꝙ uidit mulierem ægram propter retentionem spermatis quæ sa/nata fuit emisso spermate in somniis. Dicit etiam ibi tẽpore uero multo uidua tantum sperma taleq; a ceruauerat ꝙ tunc tensiones quædam comprænhenderunt ipsam: ut lũ/bi alias musculi & manuum & pedum contrahi putaret: a qua muliere emissum fuit sperma & delectationem simi/lem fieri dicebat ei qualẽ i coitu: & hoc sperma erat gros/

sum & multum propterea ꝙ non fuit longo tempore eua
cuatum: quia sperma aliis mulieribus est paucum & liqui
dum. Idem dicit. G. vi. de interioribus capitulo ultimo: &
multi docti adhuc uiui de hoc mecum sermonem haben/
tes magis credunt. G. quam Ari. dicentes ꝙ uiderunt per
experientiam & senserunt mulierē spermatizantē sicut uir
quæ statim quieuit a delectatione emisso spermate, & hoc
magis credunt quia natura fecit testiculos & uasa semina/
ria mulieri & non credunt eam fecisse frustra: quorum te/
sticulorum iuuamenta non cognouit Aristo. ut notum est
omnibus per ea quæ dicta sunt supra neq; cognouit uasa
seminaria in muliere teste. G. in libro đ anatomia matricis
ut etiam supra dictum est. Sunt tamen aliqui & est Auicē.
unus in libro de animalibus qui dicunt ꝙ illud quod uo/
cat. G. sperma illud ab Arist. uocatur mestruū & excremē/
tum matricis quod non dat secundum Arist. delectationē
mulieri in coitu, prædicti tamen credunt. G. dicendo ꝙ
natura non fecit ut supra dictum est uasa seminaria frustra
in muliere dato etiam ꝙ testiculi non generarent sperma
sicut dicit. G. in libro de spermate: & sic per Hyp. & per. G.
& per sequaces, & per experientiam quam asserunt præsa
cti tenent ꝙ mulier emittat atq; habeat uerum sperma ul/
tra sanguinem menstruum: quāuis talis & tantus uir qua/
lis fuit Arist. teneat opin. cōtra eū: & G. sequunt̄ multi di/
centes ꝙ secundum Arist. sanguis menstruus est rubeus:
& ille sanguis omnino est necessarius in uia Arist. ad gene/
rationem: tamen si fiat experientia sex dierum de sperma/
te retento per saltum sicut fecit Hyp. facta iam conceptiōe
non reperietur sanguis neq; aliquod tale, sed omnia exeū
tia a matricæ erunt lactea sicut sperma: nec impugnet ali/
quis dicendo ꝙ sanguis mestruus est albus ꝙ non est uerū
de mente Ari. quādo comparat in colore sperma uiri quā/
do non est coctum sed rubrum illi materiæ quæ dicitur a
multis mestruum ex qua generatur fætus: & dicit ꝙ est ta
le quia non potuit cōcoqui sicut sperma masculi per uim
emissum in multum coeuntibus: & hæc latius dicentur in
de generatione fætus: & maior pars cetus medicorum te/
net cum Hyp. & cum Gal. & ego etiam teneo cum eis cū
dubio tamen ut infra dicam maxime si per uasa seminaria

nutritur fœtus ut refert Mūdinus & teneo cum eis in hoc .s. ꝙ mulier emittat sperma sicut uir in quocūq; coitu prolifico: & etiam in aliis coitibus maxime si ipsa mulier iuuetur ut compleat desiderium suum a cōfricatione cum uirga uirili uel cum aliquo alio ingenio: sicut faciunt aliquæ mulieres sanitatis & forte libidinis causa: quia est aliqua mulier quæ non complet desiderium suum spermatizādi in coeundo cum uno, quia uir ille nō iuuat ipsam usq; quo ipsa suum emiserit sperma: quia ut plurimum cum masculus emisit suum sperma amplius non agitat se: & ideo mulier non iuuatur ab eo: & tunc si ipsa nō emisit suum semē non potest emittere nisi iuuetur a uirga aut aliquo alio ingenio: & hæc est una ex causis ꝓpter quid libidinosæ mulieres mutant uiros quando uolūt complere desideria sua sicut faciunt multi uiri: & quamuis Arist. & Auer. cum sequacibus dicant illam humiditatem quam emittit fœmina non esse sperma siue semen: tamen propter hoc non debemus ut dicūt aliqui credere eis ꝙ sic sit: cum. G. & Hyp. dicant mulierem emittere semen sicut uir. Imo debemus ut ipsi dicunt indagare puram ueritatem quæ iudicio eoꝝ est ista. s. ꝙ mulier emittit suum semen sicut uir: & hoc dicunt de experientia: quia dicunt se sensisse mulieres secū coeuntes emittere semen quo emisso cessat delectatio mulieri ut etiam supra dictum est: & dicunt ꝙ emittit semen: quia. G. in exemplis supra datis uidit occulata fide i uidua exire sperma absq; spermate uiri: ueritas est qđ semen fœminæ est minus & subtilius & frigidius semine uirili: teste G. xiiii. de uti. cap. vi. & idem dicit in libro de spermate & alibi: & aliqui admirantur de tanto uiro qualis fuit Aristo. qui dixerit ꝙ mulier habet tantum menstruuum & nō semen qui etiam dicit mulierem imprægnari absq; delectatione: & eum sequutus est Auer. qui dat exemplū de uiolata & de sua uicina impręgnata in balneo, & de imprægnata sine delectatione, & dicunt ꝙ Ari. dixit hoc quia non cognouit utilitatem uasorum seminalium & testiculorum ut dictum est per. G. & quando Aristo. dixit superius mulierē emittere quoddam excrementum matricis quod dat delectationem & eum sequutus est Auer. dicunt quod non bene considerauit omnia consideranda: quia illa humiditas

posita ab ipsis.s.ab Ari.& ab Auer.non deciditur a testicu-
lis mulieris sicut forte ipsi putant quamuis emittatur i coi
tu:& maxime Auer.sed deciditur secundum aliquos a ue-
nis matricis tam corporis eius q̃ colli & maxima quãtitas
emititur in actu coitus:quia tunc mouetur totum corpus
matricis a quo motu expellit̃ talis materia, & simul cum
tali materia emittitur iterdrum sperma muliebre ut infra
dicetur.& illa humiditas secundum contrariantes Aristo.
est materia phlegmatica fluens quæ in aliquibus mulieri-
bus est in magna copia & sine delectatione ut referunt ui-
ri fidedigni qui interdum admirantur de tanto humidita-
tum pro fluuio tempore coitus:& hæe humiditas uocatur
menstruum album quod exit etiam sine coitu : & in coitu
etiam interdum exit in magna copia:quia agitatur matrix
& sic aperiuntur magis uenæ propter agitationem : & sic
fit habundantia eius:& iudicio meo hoc menstruum albũ
esse in femina concedit Arist.in mulieribus.vii.de histotiis
capitulo primo q dicit ꝙ hoc mẽstruum album euenit eis
quæ utuntur cibis humidioribus:& forte quod multi cre-
dunt ꝙ illa humiditas sit sperma mulieris & non est ita qa
sperma mulieris secundum.G.non exit a matrice in coitu
sed bene exit post coitum simul & spermate, si nõ fiat con
ceptio tum cito tum tarde, quia interdum retinetur usq̃
ad quintum diem teste Auic.nono de animalibus capi.de
generatione hominum:& teste Arist.vii.de hist.cap.secun
do usq̃ ad.vii.dies:& hoc maxime si non fiat conceptio ut
prædictum est:sed si fit conceptio nõ exit illa materia sper
matum tam mulieris quã uiri.Et ista humiditas phlegma-
tica in aliquibus est diminuta i aliquibus est nulla : & ideo
dicebat superius Arist.ꝙ hæc humiditas aliquibus euenit
& aliquibus non:& dicit Arist.ꝙ mulieres uiragines.s.fu-
scæ & nigræ non habent talem humiditatem, ex quo po-
test inferri secundum opinionem prædictam ꝙ illa mate-
ria est phlegmatica cum ueniat mulieribus frigidis & hu-
midis,non autem calidis quales sunt mulieres nigræ:& di
cebat Arist.eam humiditatem esse propter uarietatem ci-
borum:& dicit ꝙ cibaria talem humiditatem generantia
sunt acria & ita est:& ego dico quod omnia cibaria humi-
da habentia aliquam proprietatem ad matricem talem ge

nerant materiam / & ad matricem eam dirigunt: sicut est eruca & lactuca/ & amigdalæ recentes cum suo cortice: & & omnia talia a quibus generatur materia phlegmatica aquosa de quibus faciunt mentionem auctores medicinæ sed talis humiditas non dat delectationẽ prout etiã ego ui di experientia nisi paucam sicut facit urina & similia / & ꝙ talis humiditas daret delectationem dubitauit aliqualiter Arist.iudicio meo ubi supra: & ideo dixit non solum illud excremẽtum matricis dat delectationem / sed dixit spiritũ dare delectationem/ dans exemplũ de adolescentulis q de lectantur & non emittunt adhuc sperma nec aliquam talẽ humiditatem: & ita etiam faciunt senes qui delectantur & non emittunt sperma. Nota lector ꝙ ego declino interdũ ad opinionem prædictam contra dictum Arist. experiẽtia ductus quæ est ista.s.ꝙ ego uidi & etiam a multis mulieri bus & uiris audiui/ ꝙ ista humiditas phlegmatica sæpissi me exit a matrice sine coitu absq; delectatione / & in breui tempore in coitu etiã exit sine delicia: sed delectatio in mu liere & in uiro etiam interdum euenit a spiritu solo & ab emissione spermatis cum spiritu: sed si sola delectatio ueni at a spiritu in locis illis retento tam in mare quam in femi na illa delectatio semper stat uniformis sicut apparet per experientiam in adolescentulis nondum spermatizãtibus uere: & in quibus nõdum est illa materia / alguadi dicta ab Aui. & in senibus qui cum confricant sibi uirgam per lon gissimum tempus delectationem habent & tamen nunq̃ cessat delectatio nisi emittatur totum illud sperma quod emitti potest/ siue in una emissione emittatur sperma siue in pluribus: sicut faciunt aliqui multum coeuntes coitum immediate operando post coitum propter magnam dele ctationem quam habent/ ita de pari dico ꝙ mulieres coeũ tes non habent delectationem quamuis emittãt illã aquo sitatem nisi mediante spiritu solo/ & etiam spermate in lo cis illis retento: quæ omnia uel eoꝝ pars sua acuitate mor dent loca illa sicut mordet materia scabiei cutim aliorum membrorum: teste. G. xiiii. de utilit. cap. ix. & ita causat de lectatio in matrice & in uirga a spiritu & a spermate nõ au tem ab humiditate illa saliuali/ & maior q̃ in scabie quia il illa loca sunt sensibiliora cute teste. G. ubi supra / & ideo si

bene illa loca confricentur cum emissione talis aquositatis absq; emissione spermatis a muliere propter hoc non cessat delectatio mulieri: sed si emittat sperma a muliere: emisso spermate statim cessat delectatio illa magna sicut in masculo: & hoc est uerum signum persuasibile q mulier emittat suum sperma sicut uir: si autem sperma mulieris sit sanguis menstruus uel uerũ sperma ego non curo in hac parte: & hæc omnia possunt iudicari a quocunq; per experientiam: quia sic est. Bene uerum est q etiam mulier delectat i recipiẽdo sperma: sed illa delectatio nõ est similis delectationi prædictæ. s. illi quæ est i emissione spiritus & spermatis: sed est lõge minor ea: & hæc delectatio solum est circa matricem. Prima autem delectatio est uniuersalis toti ferre corpori: dicit tamen. G. in libello sibi intitulato de natura humana q ista delectatio est maior mulieribus in pectine in confinio uulue & in uiris circa præputium. Ista. n. delectatio quæ est circa matricem est propter pruritum ibidẽ factum & propter amicitiam quam habet matrix cũ spermate tam proprio quam etiam uirili: & ista delectatio circa matricem est notabilis si mulier ex illo coitu concipiat: quia matrix contrahitur super duo spermata: teste Hxppo & in isto casu conceptionis uir coiens percipit attractionẽ a matrice in capite uirgæ ac si aliquis ore sugeret sibi uirgam uel ac si uentosa applicaretur pro attractione quãuis etiam sæpe matrix sugat uirgam & sperma trahat: & tamẽ non fit conceptio quia sunt multæ causæ impedientes cõceptionem ut referunt auctores. Nota tamen lector q ad emissionem prædictæ humiditatis saliualis est etiã aliqua delectatio ut supra dictũ est: quia in illa materia est aliqua pars spirituosa: & hoc uidetur q semper in omni superfluitate fit aliqua spirituũ resolutio sicut in urina & in sanie & in quacunq; alia superfluitate etiam cuiuscũq; digestionis: & propter hoc in emissione talis superfluitatis aquose saliualis est semper aliqua delectatio & est etiam delectatio in exitu talis materiæ aquosæ non a spiritu solo: sed ab aliquali parte salsa acuta quæ dat delectationẽ sicut facit materia scabiei cuti: & ista delectatio non est delectatio intenta a natura: sed delectatio intenta a natura est mediante spiritu existente in spermate quæ est causa appetitus ad coitũ

tam in mare

tam in mare quam in fœmina propter quem sit generatio animalis: & sic puto persuasisse ꝙ ista humiditas nõ dat ueram delectationem quæ humiditas exit matricẽ a leui causa & in magna copia interdum/quæ potest exire leuiter & subito: quia est subtilior spermate: & quãdo Arist. & Auer. & alii dicunt ꝙ mulier iam prægnata est absq; delectatio/ne ergo mulier non emittit suum semen: propter hoc ipsi nihil dicunt secundum præfatos sibi contradicẽtes: quia stant relationi alterius & maxime mulierum quæ ut plurimum uel propter debilitatem sui iudicii: uel propter uerecundiam dicunt mẽdacia: quia etiam ego a pluribus a me interrogatis audiui ipsas esse imprægnatas absq; delecta/tione. Sed cum facerem longum sermonem cum eis dixe/re omnino aliquam delectationem habuisse diminutã tñ: & ꝙ illa delectatio non fuit nisi circa matricem: & non est mirum quia ĩterdum sperma muliebre est adeo aquosum ꝙ non dat aliquam delectationem per totum corpus sicut facit sperma bene digestum: ista tamen delectatio per totũ est per cõmunitatem & colligantiam partis ad partem: & ideo dicunt auctores ꝙ sperma colericorum dat maximã delectationem: quia non est aquosum/ uel ꝙ illæ mulieres quæ dicunt se imprægnari absq; delectatione: sunt multũ coeuntes & tales fœminæ multũ coeuntes: ut inquit Aui. ix. de animalibus: & Ari. primo de generatione. c. xviii. parum delectãtur in coitu: quia in eis spiritus & materia subtilis & acuta est resoluta: & ideo dicit Conciliator differẽ/tia. xxxvii. ꝙ sperma multum coeuntium est sterile: & for/te istæ sunt causæ a quibus fuit deceptus & Arist. & Auer. Dicunt tamen aliqui ut refert Forliuiensis & Thomas de Garbo in de generatione embriõis aliquas fœminas fuisse tactas: sed non uiolatas: & ꝙ fuerunt imprægnatæ ex quo referunt ꝙ mulier non emittit sperma/ & tamẽ imprægnatur. Ad quod est dicendum secundum prædictas opiniões contra Arist. ꝙ forte illæ uirgines fuere uiolatæ & ipsæ negant sic esse honoris sui causa: uel ꝙ etiam est possibile in uia Gal. & Hyp. s. emittendo suum sperma & aliter non ꝙ mulier uirgo non uiolata imprægnetur: quod forte aliquibus apparebit difficile: & ego in hoc dabo exemplum: stat ꝙ aliquis coeat cum uirgine: quæ sit arcta uel ꝙ uirga nõ

nisi modice ingrediatur collum matricis taliter ꝙ non rū/
patur panniculus uirginalis qui est compositus ex aliqui/
bus uenis ad instar retis perforatum circa collum matri/
cis aliqualiter intra ut infra dicemus existētibus: & ꝙ sper
ma uiri impellatur ad intra matricem adiuuante attractiua
matricis spermatizante tamē etiam uirgine de se prius po
sita in agitatione a masculo: & sic semē uirile misceatur ad
intra matricem cum semine fœmineo & ꝙ fiat conceptio
hoc tamen est raro. Credo tamen ꝙ sit possibile maxime si
sperma masculi sit multum spirituosum: si.n. esset diminu/
te spirituosum spiritus resoluerentur sicut dicitur ꝙ resol/
uuntur in uirga nimis longa: & etiam ꝙ resoluūtur in sper
mate emisso a uirga breui quæ non attingit usq; ad os ma
tricis quātūcunq; attingat usq; ad aliquam partē colli eius
quæ pars colli forte est magis intrinseca q̄ panniculus uir/
ginalis: & ita si sperma uiri emittatur forti impulsu ad itra
matricem nō uiolatæ.i. cuius claustra uirginitatis nō sunt
rupta & ꝙ sperma pertranseat panniculum retinū prædi/
ctum qui panniculus uirginalis dicitur: & ꝙ sperma sit ual
de spirituosum cuius spiritus non resoluantur in uia adiu/
uante uirtute occulta matricis qua mediante fit spermatis
attractio ut ferri a magnete sicut tenet Auēcladis alias Auē
dadich cuius auctoritatem adducit Auerrois secundo col/
liget cap.x. & Conciliator diff.xxxvii. pono ꝓ possibili pos
se fieri imprægnationem non uiolatæ.i. illius mulieris in
qua pāniculus uirginalis non est ruptus. Dico bene ꝙ nō
credo Auer.s. ꝙ sua uicina fuerit imprægnata ī balneo da/
to ꝙ mulier non emittat sperma & dato ꝙ matrix attraxe
rit sperma quod erat in balneo: quia credo ꝙ spiritus sper/
matis essent resoluti & magis q̄ spiritus qui sunt in sperma
te emisso a uirga longa/ & a uirga breui/ & q̄ sint spiritus
emissi a coeunte cum uirgine non uiolata: quia illud sper/
ma a quo imprægnatur uirgo statim petit ad concauū ma
tricis: & si sit multū spirituosum ut prædixi mulier potest
concipere: quia si nō est tale sperma multum spirituosum:
credo ꝙ non fiet conceptio quia credo ꝙ in uia colli matri
cis usq; ad concauum resoluatur semper aliqua portio spi/
rituum existentium in spermate quibus notabiliter resolu
tis non potest fieri conceptio/ & propter istam causam cre

do ꝙ sperma quod erat in balneo non potuerit impraegna
re uicinam Auerrois: quia spiritus erant resoluti dato etiã
ꝙ fuerint multi & copiosi quãtũcunqꝫ aqua calida potuis/
set aliqualiter seruare spiritus in ipso spermate: quia plus
credo ꝙ uirga longa hoc faciat q̃ aqua calida: & tñ resoluũ
tur/ideo sileat Auerrois in hoc/ in partu uero alleuiando si
in tali casu uirginitatis fiat cõceptio postea debet scindi pã
niculus uirginalis a uiro coeunte uel ab obstetrice uel ab
alio operatore si sit uelata: & isto modo faciẽdo mulier po/
terit leuiter parere: & ꝙ sit possibile ꝙ uirgo absqꝫ ruptura
panniculi uirginalis impraegnetur/patet per unum exem
plum datum a Cardinali Zabarella in clementina prima:
de consanguineitate & affinitate quaestione.xv. Auctorita
te Matthaei qui dicit ꝙ in Francia quidam contraxit ma/
trimonium cum arcta.i.cum uelata.s.cũ muliere quae ha/
bebat collum matricis clausum a certo panniculo in quo
erat uia arcta pro emissione urinae tãtum sufficiens & pro
ingressu spermatis/non tamen poterat ingredi uirga uiri/
lis per illud foramen/ & talis mulier fuit impraegnata non
fractis claustris uirginitatis cum haberet modicũ foramen
& dicit ꝙ aduenięte partu opportuit eam incidere: & haec
sufficiant pro opinione posita ab aliquibus contra Aristo.
& Auer. & contra Mundinum quando dicunt ꝙ testiculi
mulieris & uasa seminaria in muliere sunt tantum pro ge/
neranda humiditate saliuali ad dandam delectationem in
coitu. Et ego miror de Auerroe q dixerit ꝙ testiculi in mu
liere non sunt ad aliquid in generatione nisi eo modo quo
mamillae in masculis quas dicit non esse ad aliquid in ma/
sculo in generatione. Est bene uerum ꝙ in conseruatione
speciei secundum Auerroim mamillae in masculo nõ sunt
ad aliquid. Auic. tamen tertio de animalibus capitulo ulti
mo dicit & uiri emittunt de suis mamillis lac & si cõtinue
lac exprimerent de suis mamillis multum habundarẽt in
eis/& ideo apparet per Aui. ꝙ etiã mamillae in uiris in ge/
neratione sint ad aliquid cum generent lac: ex quo necessi
tatis causa per aliquod tempus credo ꝙ nutriretur infans:
hoc tamen raro est in uiro/ & hoc est propter uirilem com
plexionem: & prout ego uidi tales homines in quibus est
lac sunt effeminati & phlegmatici sanguinei/ quorum ali/

quos ego uidi habere in una emulctione.iiii.onci. lactis & credo ꝙ Auer.dixerit ꝙ ut in pluribus mamillæ non sunt ad aliquid in masculis pro generatione.Sed tamen mamil læ in quocunqꝫ masculo sunt ad aliquid in conseruarione indiuidui quia confortant calorem spiritualium membro rum:& dant bonam formam pectori ut ipsemet Auer. te/ net:sed testiculi mulierum non sunt nisi in uanum secun/ dum eum ꝙ tamen est falsum secundum multos:quia na/ tura nihil operatur frustra & inuentum est per.G.& sequa ces ꝙ sperma generatur in testiculis mulierum : ergo ruit per experientiam.G.opinio Auerrois quæ in hoc falsa est secundum multos medicos.

¶Postquam uidimus opiniones contra Mũdinũ & Arist. & Auer.de humiditate saliuali quæ iudicio meo sunt per/ suasibiles in fauorem Hyp.& Gal.sicut etiã sunt opiniones Arist.& sequacium:ueniamus ad aliam opinionem Mun/ dini in qua ipse dicit ꝙ uasa seminaria faciunt cotilidones: quibus mediantibus alligatur fætus matrici:dicit etiam ꝙ per ista uasa fit fluxus menstruorum.Dicit etiam ꝙ ab istis uasis ueniunt uenæ quæ uadunt ad mamillas pro qua opi nione Mundini dilucidanda:est notandum ꝙ cotilidones diuersimode capiuntur ab auctoribus:aliqui.n.uocant co tilidones illa ligamenta uiscosa uenosa quibus secundina & umbilicus alligatur matrici:qui cotilidones secundum aliquos sunt corpora tenuia mollia & uiscosa assimilantia herbæ cotilidonæ quæ dicitur cimbalaris : & aliqui uolũt ꝙ isti cotilidones sint tãtum in ceruis/ & capris/ & in uacis & in aliis animalibus saltantibus:teste.G.in libro de anato mia matricis:& Arist.tertio de historiis capitulo primo in fine qui dicit ꝙ cornigera & una parte tantum dentata ac cetabula.i.cotilidones habẽt uuluæ / dum partum gerunt Atqꝫ etiam parte utraqꝫ dẽtatorum lepus mus uespertilio: illa eadem acceptabula locis suis cõtinent:at cætera utrin/ qꝫ dentata animalis fæcunda pedibus prædicta uuluam le/ nem omnia habent & partus ipsi uuluæ idest matrici non accetabulis seu cotilidonibus.i.fortibus ligamentis adhæ/ ret/Hip.tamen teste.G.in libro de anatomia matricis dicit ꝙ cotilidones non sunt illa ligamẽta: sed dicit cotilidones etiam esse in muliere:dicendo quæcunqꝫ moderata habẽ/

tes corpora abortiunt bimenstriter uel quadrimenstriter absq; manifesta occasione. His cotilidones mucilagine ple/næ sunt ex cuius uerbis infertur q cotilidones non sunt li/gamenta: sed capita uenarum terminata in matrice in par te intrinseca: ut ipse. G. ibidē dicit auctoritate Hip. & Dio/clis caritii/ atq; Praxagoræ/ in primo etiam de spermate ca pitulo quinto dicit ueræ autem cotilidones fines sunt ua/sorum per quos singulo mense superfluum sanguinis a to to corpore ad matricem riuatur. G. etiā quinto de uti. c. v. adducit prætactam auctoritatem Hyp. & dicit cotilidones autem nominamus uasorum quæ ad matrices perueniūt ora: & . G. ibidem per uasa nō intelligit uasa seminaria: sed uenas matricis quas ipse dicit uenire ab osse sacro. Aristo. etiam secūdo de generatione. c. v. dicit q uterus est exitus uenarum multarū: & dicit q animalia utrinq; dentata quo rum uterus uenam non singularem habet grandem: sed p una plures hæc in utero habent qnæ accetabula. i. cotilido nes appellāt in quæ umbilicus deuenit atq; adhæret: i hoc loco Arist. est concors cum Galeno: & ista capita uenarum dicuntur cotilidones iudicio meo: quia faciunt aliquas cō cauitates ad tunicam intrinsecam matricis similem certæ concauitati quæ reperitur in centro foliorum cuiusdā her bæ quæ dicit umbilicus ueneris quæ aliis nominibus uo/catur cimbalaris & cotiledon: & istas cōcauitates Haly. uo cat fossulas: & Auer. uocat concauitates: & ita multi alii & Aui. uocat foramina matricis: & nullo istorum modorum uasa seminaria in muliere faciunt cotilidones secundū mē/tem. G. & sequacium/ siue cotiledones sint ligamenta siue capita uenarum quia si sint ligamenta sunt multa numero ut patet experientia: & etiam si sint capita uenarum sunt multa: & sunt tot numero secūdum Gal. quot sunt capita uenarum terminatarum ad tunicā intrinsecam matricis: & tam orificia arteriarum quam uenarum matricis dicun tur cotilidones: & sic intellexit supra Gal. auctoritate præ/dictorum auctorum: quia ātiqui ut alias diximus uocabāt etiam arterias uenas/ & uasa seminaria secundum. G. & se/quaces: sunt tantum duo orificia terminata ad concauita/tem matricis: & ideo dicunt aliqui q errauit Mūdinus cō/tra. G. dicendo q uasa seminaria faciunt cotilidones: quia

dicunt si uasa seminaria facerent cotillidones nũquam fie/
ret super imprægnatio in uia. G. neq; mulier pgnans emit
teret unquam sperma quin aborsum faceret: quia si mediã
tibus ipsis uasis esset alligatus fætus matrici: ut dicit Mun/
dinus in emissione spermatis a muliere/necessario rumpe
rentur cotilidones & fieret abortus siue cotilidones essent
capita prædictorum uasorũ: ut dicit Mundinus siue essent
ligamenta illi uasis anexa. Dicit etiã Mundinus ꝙ sanguis
menstruus exit ab illis uasis seminariis quod est fasum se/
cundum aliquos/quia sanguis menstruus ut ipsi refferunt
exit per capita uenarum & arteriarum terminatarum ad
matricem quæ ueniunt secũdum. G. ab osse sacro seu a ue/
na chili ibidem bifurcata: & ita etiam tenent Auer. Rasis
Aui. & Haly.

❡Nota lector ꝙ in opinione prætacta a Mundino in qua
habetur ꝙ uasa seminaria faciunt cotilidones & ꝙ per ea
fluit sanguis menstruus a matrice/aliquibus apparebit ual
de durũ de eo ꝙ ego dicam contra præfatos cardines me/
dicinæ in fauorem Mundini: hoc tamen facio timorosus ti
mens latratores & rabidos dentes/tamen semper mihi est
bezear uerus sensus qui nunꝗ fallit: & dimittere sensum ꝓ
pter auctoritatem & propter rationem arguit ægritudinẽ
sensus. Dico igitur ꝙ. G. xiiii. đ uti. c. xiii. dicit ꝙ a uena chĩ
li tendente ab osse sacro ad matricem nutritur fætus & ip/
sa matrix sanguine mediante/& non apparet per. G. ꝙ ua
sa seminaria faciant cotilidones nec ꝙ per ea nutriatur fæ/
tus nec ꝙ per ea fluant menstrua/imo. G. ibidem tenet ꝙ
uasa seminaria oriantur a regione renum: nec etiam alibi ꝑ
G. percipitur ꝙ uasa seminaria faciãt cotilidones nec ꝙ ab
eis fluant menstrua. Nec reperitur aliquis ante Mundinũ
qui non teneat cum. G. nam Haly. secundo theorice & Ra
sis primo Almansoris & Auer. secundo colliget: & Aui. pri
ma primi de anatomia uenarum dicunt ꝙ a uena chili bi/
furcata iusta alcatim ad matricem uadunt uenæ a quibus
fluunt menstrua & a quibus nutritur fætus/& fere omnes
Moderni secuti sunt eos & non est aliquis qui contradicat
eis. Moderni tamen multi etiam tenent cum Mundino in
hoc. s. ꝙ uasa seminaria faciant cotilidones & ꝙ per ea flu/
ant menstrua: & sic tenent cum Mundino & cum aliis: &

in hoc compræhenditur ꝙ scribentes in anatomia scribũt per solas auctoritates & sunt tãquam multe pecudes post unam currentes: ut igitur tollatur talis error cum reuerentia. G. & aliorum sequacium: dico Mũdinum recte sensisse quãdo dixit uasa seminaria facere cotilidones / & ꝙ per ea fluit sanguis menstruus / & hoc declarat sensus si fiat anatomia mulieris prægnantis. Et ego diu fui oppositus Mũdino in prædictis tamen dum ego feci anatomias prægnantium semp uidi uasa spermatica ualde grossa & plena multo sanguine mẽstruo fecali quæ uasa non fuissent sic / si per ea fluxisset solum sperma muliebre / sed quia per ea uadit sanguis nutriens fetum: ideo in eis resecatur pars feculenta sanguinis / quia fætus nutritur ex puriori & clariori sanguine qui reperiatur in matre / qui tamẽ sanguis habebat partes superfluas ꝙ patet quia in eo erat colera quæ resecatur in kysti fellis pueri: in eo etiam erat aquositas quæ semper est sanguini mista ut sit uehiculum nutrimẽti quæ resecatur in renibus & fit urina in fætu ut latius infra dicemus / erat etiam in eo pars grossa & fecalis superflua mulieri quæ solebat expurgari singulis mensibus quæ est ista q̃ remanet in istis uasis usq; ad horam partus / quæ postea in partu exit ut facilitet exitum fætus / & ut mũdetur mulier a superfluitate menstruali grossa diu retenta: & in rei ueritate ego propter hoc ꝙ uidi pluries uasa seminaria sic grossa & plena sanguine multo qui ĩdicat ꝙ uasa seminaria nutriunt fætum / nõ fui multum remotus ab opinione Arist. & Aui. in libro de animalibus qui dicit ꝙ sperma muliebre est sanguis menstruus a quo generantur fætus / tamen ego adhæreo interdum. G. in aliquibus: & in aliquibus interdum Ari. & omnino sto ambiguus quia utreq; opiniones sunt persuasibiles. Nota etiam lector ꝙ sunt aliqui qui pro opinione. G. dicunt ꝙ nõ est possibile ꝙ fætus nutriatᷓ per uasa spermatica: quia si sic esset nunq̃ mulier prægnãs spermatizaret / cuius oppositum apparet: & dicunt ꝙ istã spermatizationem impediret ille sanguis fecalis qui est in uasis: & dicunt ꝙ si spermatizaret & ꝙ non fieret super imprægnatio ꝙ illud sperma exiret rubeum obscurum sicut est ille sanguis fæculentus qui est in uasis qui secum admisceretur / & dicunt etiam si fieret super imprægnatio ꝙ ille

fætus super imprægnatus esset leprosus in aliqua ætate: & talia secundum eos non sunt sic.s. ꝙ sperma ꝙ exit non est rubeum nec fætus efficitur leprosus. Ad quos ego dicerẽ pro primo ꝙ possibile est ꝙ uasa seminaria nutriãt fætum & ꝙ per eadem mulier spermatizet / & ꝙ emittat purum sperma: quia matrix sua uirtute innata trahit sperma purũ sicut fætus trahit sanguinem purum / & natura in istis est ualde diligens & maiora operatur ad id autem ꝙ dicitur ꝙ superfætatus esset leprosus est dicendum ꝙ non quia at trahitur solum purum sperma: & ideo superfætatus erit mundus sicut sunt alii / & sic ego credo si uia.G. est uera.s. ꝙ per uasa seminaria fluat sperma fæmineum ꝙ etiam per ea stante imprægnatione emittatur sperma purum & etiã ꝙ fætus nutriatur ab eis mediante sanguine purissimo ma tris: & dico etiam ꝙ dato ꝙ per ista uasa uadat illa super/ fluitas ultimi alimenti mulieris quæ postq̃ acquisiuit uir/ tutem generatiuam in testiculis mulieris uocatur sperma propter hoc non est quin etiam per talia uasa possit ire san guis nutriens fætum: & nutriens matricem sicut per easdẽ uenas simul & semel & una hora uadit aquositas urinalis: & melãcolia: & phlegma: & colera / & sanguis purus: & de pari dico ꝙ per ea uasa potest ire superfluitas menstrui mẽ salis / & etiam illa superfluitas alba quæ euenit multis mu/ lieribus uenit ad uacuũ matricis per prædicta uasa / & una de prædictis materiis non impedit aliam impediméto no tabili mediante uirtute discretiua quæ omnia prædicta di rigit ad loca debita / & nos uidemus naturam operari ma/ iora: & sic natura utitur prædictis uasis ad omnia prædicta modo pro spermate / modo pro nutritione fætus / modo ꝓ nutritione matricis / modo pro expulsione menstrui super flui / & forte ꝙ natura facit per eandem uiam una hora mã/ iorem partem prædictorum ut uolunt aliqui qui magnifi cãt operationes nature / & forte ꝙ ipsa natura facit omnia prædicta in diuerso tempore pro ut ipsa intendit diuersos fines: & ego credo omnino ꝙ illa materia sola ex qua gene ratur sperma muliebre ingrediatur testiculos & cõcoquaẽ in eis: quia prius in membris est præparata pati talem de/ coctionem / & si bene alia materia transiret per testiculos non digereretur in eis: quia non est præparata quem tran

situm

situm ego non concedo:sed solum credo materiam aptam spmati transire ad testiculos:alia uero materia excepta ista ex qua sit sperma non ingreditur testiculos:quia esset fru/ stratorium:sed per partem exteriorem testiculorum uadit ad matricem & transit ad loca ad quæ transmittit eam na/ tura:sperma uero igreditur testiculos:qui sunt parui: quia sperma muliebre est paucum:& ibidem digeritur & acqui rit uirtutem generatiuam:deinde a testiculis euomitur ad uasa:& a uasis per aliquos ramos tendentes ad spatiosita/ tem matricis emittitur:& isto modo ingreditur concauita tem matricis:nec semper per omnes ramos uasorum ten/ dentium ad spatium matricis emittitur sperma:sed per ali quos tm̃ ueritas est ꝙ est aptitudo ꝙ tale sperma igrediat concauum matricis per omnes ramos:sed non ingreditur per omnes quia est pauca materia:sed si cõtingat ꝙ fæmi/ na sit prægnans & ꝙ aliqui rami sint clausi/ quia secũdina sit eis alligata:tunc dico ꝙ perillam partem in qua nõ sũt clausi rami emittitur sperma a fæmina si coeat uel alia uia spermatizet & per istam uiam etiam potest fieri superfæta tio:nec reperitur ad sensum aliqua uena nec arteria tende re aliunde ad corpus matricis nisi a uasis spermaticis : & si G.& alii prænominati auctores dicunt ꝙ ad matricem a uena chili postq̃ est bifurcata uadãt uenæ ad matricem & etiam arteriæ non possunt saluari si intelligunt immediate eas tẽdere ad corpus matricis mulieris:credo bene ꝙ a ta/ li uena bifurcata circa alcatim uadant uenæ ad collum ma tricis sicut ad uirgam uirilem:quæ postea forte uadunt ad corpus matricis inter tunicam eius occulte tamẽ sunt nec sensu percipiuntur sicut percipiuntur rami uenarum & ar teriarum uasorum spermaticorum qui diuiduntur in plu/ res ramos siue fibras quando ingrediuntur corpus matri/ cis ab utroq; latere circa loca cornuum : qui rami dissemi/ nantur per matricem undequaq; tam a dextris q̃ a sinistris & tam superius uersus fundum q̃ inferius uersus os eius: & terminãtur ad superficiem intrinsecam matricis & fiũt ut dicit Mundinus ora eius & sic uocantur cotilidones:nõ nego tamen propter honorem prædictorũ medicinæ car/ dinum quin a uenis tendentibus ad collum matricis pos/ sint uenire per substantiam mediam eius rami qui implan

tentur corpori matricis & qui terminentur parti intrinse-
cæ eius a quibus fiant etiá aliqui cotilidones;sunt tñ sensu
impceptibiles:sed sunt magis imaginabiles/credo bene ꝙ
principalius uasa seminaria faciant cotilidones:quia sensu
uero & certo percipiuntur & non imaginátur: sicut possút
imaginari illi cotilidones de quibus memoratur .G. & alii
auctores prædicti:& in ista opinione ego adhereo magis
cum Mundino q̃ cum.G.licet ut inquit Nicolus nõ sit ad
huc inuétus error aliquis in anatomia.G.& nescio quantũ
ego credam Nicolo in hoc quia etiam.G.errauit in aliqui
bus ut patebit inferius:& hoc non est mirum teste .G.xv.
de uti.c.ii.qui inquit ꝙ non est aliquis ita diligens condi/
tor operum difficile dirigibilium qui in multis milenariis
non pecet semel:potest etiam esse ꝙ.G.i uno tempore sen
serit unum & in alio aliud ita ergo est possibile ꝙ in præal/
legatis locis.G.errauerit & alibi non . Et ideo dico ꝙ forte
G.non errauit in libris suis in quibus in particulari deter/
minauit de anatomia qui libri ad nos nũdum peruenerũt
ut alias diximus:possemus etiam dicere ꝙ litera.G.est cor
rupta & aliqui dicunt illam non esse corruptam:quia ean/
dem sententiam sequitur Hali.Aui.Rasis Auerrois & alii
multi quibus est respondendum ꝙ i anatomia/presatis au
ctoribus non creditur:quia ipsi omnes scripsere anatomiá
per scripturam alienam:& qui discurrit per sua dicta i ana
tomia reperiet eos tantum olfecisse anatomiam sicut etiá
faciunt medici nostri temporis qui magis infrascant scola
res & cecus cecum ducit:& hæc sufficiant in tutellam Mũ
dini & ueritatis. Videt̃ etiam uelle mundinus ꝙ medianti
bus istis uasis uenæ mamillarum alligentur matrici:& for/
te ꝙ non deuiat a ueritate tamen hoc non uidetur ad sen/
sum sicut ad sensum uidetur ꝙ uasa seminaria faciant coti/
lidones & super isto dicto Mundini ego aliqualiter dubito
& dico pro certo ꝙ uenæ tendentes a matricæ ad mamil/
las non habent ortum siue colligantiam immediate a ua/
sis seminariis:sed immediate alligantur uenis quæ sunt in
collo matricis quæ uenæ ab inguinibus per mirach ascen
dũt usq; ad mamillas:ut latius dicemus loco suo sed qa ad
sensum tales uenæ ascendentes ad mamillas alligantur ue
nis colli matris: ego teneo ꝙ etiam uenæ colli matricis fa/

ciant cotilidones:quia teste sensu si mamillæ mulierum ef
ficiuntur graciles fit aborsus & hoc arguit ꝙ mamillæ sūt
colligatæ cum cotilidōibus:& ideo dicebat.G.xiiii. de uti.
c.iiii.auctoritate Hyp.mulieri in utero habenti si altera ma
millarum gracilis fiat geminos habenti alterum abortit:&
si quidem dextra gracilis fiat masculum si uero sinistra fæ/
minam.Et dicunt aliqui ꝙ Mundinus errauit dicendo ꝙ
talia uasa seminaria portant humiditatem salíualem ad os
matricis ut det delectationem mulieri:quia illa humiditas
salíualis de qua loquitur Mundinus ut ipsi reffetunt non
est nisi materia phlegmatica aquosa pura ut plurimum: in
terdum tamen est acuta & salsa quæ non dat ueram dele/
ctationem in coitu sicut uerum sperma q̈uis sua salsedine
aliqualiter causet pruritum ut supra diximus & talis mate
ria non exit a uasis secundum aliquos sed a uenis corporis
matricis:& forte a collo eius simul quia materia quæ exit
a uasis seminariis est sperma mulieris quod non exit matri
cem in coitu.Est bene uerum ꝙ interdum totum tale sper
ma muliebre post coitum exit tum tarde tum cito : maxi/
me si mulier non cōcipiat ut prætactum est uel fætum uel
molam:est bene uerum secūdum.G.in libro de spermate
ꝙ a muliere in coitu aliqua pars spermatis subtilior emit/
titur ad os matricis ut os eius aperiatur & delectetur quæ
pars subtilis spermatis est sicut alguadi in mare : quia etiā
talis subtilior pars in masculo uadit ad uirgam ut pungat
& mordicet sua spirituositate uirgam ut det delectationē
aliquam quæ est causa appetendi coitum ut inde fiat pro/
pagatio sequente sufficienti emissione ueri spermatis tam
a mare quam a fæmina:& ego credo ꝙ talis materia exeat
a uasis seminariis terminatis ad corpus matricis & ꝙ ape/
riat os eius & ꝙ per os ueniat ad collum sicut etiam supra
diximus & credo ꝙ idem itellexerit.G.xiiii.de uti.c.xi. dū
dixit ꝙ sperma fæminæ facit ad generationē & ꝙ facit im/
petum ad uenerem & ꝙ aperit collum matricis : & credo
etiam ꝙ illa materia quæ dicit̃ salíualis exeat a uasis semi/
nariis:sed ꝙ iterdum sit pars subtilior spermatis mulieris
quæ est sicut alguadi in masculis q̄ est in utilis ad genera/
tionem & ꝙ interdum sit materia phlegmatica subtilis sal
sa & non salsa sed aquosa:quæ etiam exeat a prædictis ua/

sis & ꝙ non exeat ab aliis uenis nisi a uasis seminariis pro maiori parte: quia forte aliqua pars exit a uenis colli: maxime si tales uenæ faciūt cotilidones in corpore matricis ut prætactum est. Nota etiam lector ꝙ sunt aliqui dicentes ꝙ mulier potest imprægnari absq; delectatione: & tamen stat ꝙ emittat suum sperma. Dicunt.n.ꝙ sperma emittit a muliere ad concauum matricis quod concauum non est sensibile sed factum ut inquit Auic. ex neruis qui non sunt ex neruis cerebri hoc est ex ligamētis: & ideo q̄uis mulier emittat sperma non propter hoc fit delectatio in ea.

¶ Istam opinionem ego non approbo quia in emittendo sperma suum mulier nunq̄ haberet delectationem cuius oppositum uidemus experientia: sed ego dico & teneo ꝙ causa propter quā in coitu mulier non delectat & concipit est quia matrix est interdum obtusi sensus propter aliq̄ causam opilantem neruos: & interdum sperma est aquosū priuatum spiritu pungente q̄uis in eo sit sufficiens q̄titas spirituum pro conceptione uel ꝙ tale sperma est priuatū spiritu propter mimiū usum coeundi ut p̄tactū fuit supra.

¶ Vltra prædicta iterum reuertor ad aliud dictum Mundini qui dicit ꝙ a profūdo pectoris iusta uel indirecto pomi granati ascendit una uena ad mamillas ad decoquendum sanguinem qui debet conuerti in lac: & dicit ꝙ non uidet nisi una/ quā dicit in porcis prægnātibus ualde apparere. Nota lector ꝙ de ista uena ascendente ad mamillas a profundo pectoris de qua loquitur Mundinus nō est uerum aliquid/ nec de tali uena loquitur aliquis fide dignus maxime in muliere sed est purum mendatium: & Mundinus meus in hac anatomia matricis monstrat multum dormitasse: quia uenæ quæ uadunt ad mamillas mulierum aliq̄ descendunt a uenis nutriētibus quatuor costas superiores sicut latius dicemus in anatomia mamillarum: & aliquæ ascendunt imediate ab inguinibus per mirach usq; ad mamillas quæ trahunt ortum secundum Aui. & Hali. a uenis a quibus oriūtur uenæ tendentes ad collum matricis: nec aliunde uadunt uenæ ad mamillas mulierum: an autē istæ uenæ oriantur a uasis seminariis an a uena chili bisurcata circa alcatim non potest ad sensum mōstrari: sed est persuasibile ꝙ oriantur a uenis nutrientibus fætum/ quæ autem

sint illæ secundum Mundinum sunt uenæ uasorum semi-
nalium: & secundum Rasim Auer. & Aui. & Haly. sunt ue-
næ uenientes a chili uena, tamen est difficile iudicare sup
hoc quia forte & uasa & aliæ prædictæ uenæ nutriunt fæ-
tum ut ego supra dixi. Est bene uerum q̄ i porca & in quo
cunq; animali habente mamillas in mirach prægnante &
non prægnante, a profundo pectoris uenit una uena in di
recto pomi granati satis notabilis: quæ bifurcat̄ prope cu-
tim & unus ramus huius bifurcationis tendit ad latus de-
xtrum mirach siue abdominis: & alter tendit ad latus sini-
strum: & descendunt ramificando se per mamillas porcæ:
& aliorum animalinm prædictorum & obuiāt duabus ue-
nis ascendētibus ab inguinibus eorum & simul coastomā
tur & nutriunt mamillas: & in eis est materia a qua gene-
ratur lac: & istæ uenæ superiores descendentes habent san
guinem spirituosiorem & calidiorē q̄ uenæ inferiores ascē
dentes: & ideo melior fit concoctio & conuersio sanguinis
in lac: & q̄ uenæ superiorum membrorū habeant sangui-
nem calidiorem omnibus notum est ut patuit supra loco
suo, in homine etiam fuit necesse q̄ mamillæ haberent san
guinem a uenis supra eas existentes descendentem calidū
& quia eius mamillæ sunt altæ. s. in pectore: ideo natura su
pra mamillas. s. circa furculas superiores posuit uenas de-
scendentes ad eas quæ obuiant uenis ascendentibus: & si-
mul ascendentes & descendentes coastomant̄ & imbibūt
mamillas & eas nutriunt & in istis uenis est materia a qua
fit lac: & ita Mundinus deceptus a uena quæ est in profun
do pectoris porcæ: credidit q̄ etiam talis uena esset in ho-
mine q̄ quidem non est uerum: & hoc est satis facile iudi-
care per bonam & diligentem anatomiā: & sic in ista ana-
tomia Mundinus aliqua dixit quæ sunt repræhensione di
gna. Est bene uerum id q̄ dicit Mundinus. s. q̄ uentosa ap
plicita mamillis. i. sub mamillis immediate retinet fluxum
mēstruorum quia trahit ad superiora sanguinem qui flue
bat a matrice per inferius: & hoc facit mediantibus uenis
ascendentibus per mirach usq; ad mamillas.

De Anatomia Matricis.

POstq̃ uidimus anatomiam uasorum seminalium & postq̃ aliqualiter dilucidauimus opiniones Hyp. & Arist.& Gal.& Auerrois & Mundini & sequaciũ deueniendum est ad anatomiam matricis. Circa q̃ sunt uidẽda primo eius nomina: & secundo ut sequamur ordinem Mundini, est uidendus eius locus siue situs. Tertio colligãtia: Quarto figura. Quinto eius quantitas. Sexto eius substantia. Septimo numerus partium eius. Octauo iuuamenta. Nono est uidendum quas passiones matrix potest pati. Ad nomina igitur deueniamus quæ ducunt nos in cognitione rerum: q̃uis. G. sexto de interioribus. c. iiii. in quo tractat de passionibus matricis dicat ꝙ melius est ꝙ tempus occupetur circa scientiam passionum eius, & etiam circa curam q̃ circa perfidiam nominum quærendo an matrix debeat uocari uulua seu subterior uenter, in isto tamen loco ego iudicaui nomina omnia membrorũ iusta posse esse ponenda, quia in hoc loco non intendo loqui de scientia ægritudinum nec de earum cura: sed intendo ea quæ nos ducũt in cognitionem locorum. i. membrorum: & hoc faciunt nomina ergo de nominibus etiam in hoc loco dignum putaui sermonem facere.

Dicamus igitur ꝙ hoc membrum ꝙ est tanq̃ ager naturę multa habet nomina: nam Arist. iii. de hist. c. i. uocat hoc membrum uterum siue uuluam: & ita Auer. & multi alii, & in primo de generatione. c. iii. uocat uterũ, genitale, & in primo de hist. c. iii. uocat etiam uuluam: & ibidẽ. c. xiii. uocat uterum & uuluam &. iii. de hist. c. primo dicit ꝙ hoc membrum dicitur uterus quia uocamus fratres, uterinos & dicit ibidem ꝙ ostium uteri & ceruix. s. collum eius matrix dicitur: nam Celsus lib. iiii. c. i. uocat collum matricis ceruicem & canale: multitudinis tamẽ usus uocat ceruicẽ & ostium uteri uuluam: uulua tamen teste Hali. est illud intersticium siue fissura quæ est inter ossa pectinis & istã fissuram Rufus uocat schisma: istam tamen fissuram inter ossa pubis. G. in lib. de anatomia matricis uocat pudẽdum muliebre: & id ꝙ est intrinsecum magis. s. ab ostio ad fundum uteri uocat matricẽ: Columella uero in suis anotationibus

uocat id animal ꝙ fœmininum est & fœture aptum matri/
cem:nam lib.ix.loquẽs de galinis dicit sint ergo matrices
robusti corporis quadrate & pectorose:magnis capitibus:
rectis rutulisq; cristulis/albis auribus: nec paribus ungulis
generosissimeq; creduntur/in anotationibus etiam secũdi
libri Varronis dicitur ꝙ matrices dicuntur quæ ad proge
nerandum apte sunt:& plerũq; in galinis:hi tamen aucto/
res capiunt totum pro parte hoc membrum etiam dicitur
matrix ab Aui.& ab Haly.& a.G.sexto interiorum & in li/
bro de anatomia matricis &.xiiii.de utili.& alibi in multis
locis & ita etiam multitudinis usus uocat matricem/in pri
mo etiam de spermate.c.ii.G.uocat matricem quam dicit
uocari hystream:& Celsus lib.iiii.c.i. uocat hoc membrũ
uuluam & genitale:& Nicolus dicit ꝙ Egidius uocat mo/
netam/& dicit ꝙ etiam uocatur uenter uter & aluus: & in
libro qui dicitur introductorius medicorum.G.uocat to/
tum hoc membrum pudendum:cuius sinus dicitur cera/
licet corupte quia debet dicere hystrea: inquit etiam quæ
uero ipse sinus continet prætigomata uocatur/canulla ue
ro quæ prominet in medio horum secũdum scissuram mẽ
pha/ego credo ꝙ ista pars sit præputium matricis:quia ut
ipse ibidem refert si multũ prominebat uirginibus abscin/
debatur ab egyptiis:intus autem est collum ipsius pudẽdi
compræhensum musculo qui utilis est ad retinendum ex/
cretiones quando uolumus/uocatur autem anullus a figu
ra:dicitur etiam stercorinum dicit una litera/alia dicit stri/
ctorium:matrix etiam habet ostia duo unum quidem pri/
mo occurrens ꝙ uulua dicitur ꝙ est ostium collo siue cer/
uici:in quo sunt certa pelliculæ ipsum aliqualiter clauden
tes quas pelliculas Haly.uocat ꝑputia : quæ ab aliquibus
dicuntur badera:& bardellæ a uulgaribus uocantur: & ab
aliquibus dicũtur hystræ licet hystrea sit tota matrix secũ/
dum aliquos/uel ad minus hystrea est cõcauitas corporis
matricis tantum:& ista præputia in matrice.G.xiiii.de uti.
c.vi.uocat pudendum muliebre/dicens ꝙ præputia quæ
sunt in mare in fœmina sunt pudẽdum muliebre uocãtur
ẽt ibidem castanea : aliud uero ostiũ dicitur os matricis ꝙ
est intrinsecum de quo loquitur Mundinus:qui dicit ꝙ as
similatur ori catuli nuprime nati uel ori tence/ & est illud

ꝙ clauditur in conceptionibus/& ꝙ aperitur in partubus: & in exitu menstruorum: & est illud ꝙ in coitibus amplectitur uirgam masculi/ & sugit ab ipsa sperma & trahit ipsum sicut uentosa:teste.G.primo de spermate.c.ii. in fine & utrūq; horum orificiorum simul cum collo uocatur stomachus. Concauitas etiam matricis in qua cōtinet fætus dicitur receptaculū & cellula siue camera & sinus: & Zerbus dicit ꝙ in medio est quædam caro musculosa quæ dicitur Nimphi/ & ꝙ ab utroq; latere sunt carnes quæ dicuntur Mirtochile/ & dicit ꝙ quædam extremitas uerēdi mulieris dicitur ctis: & hoc membrum dicitur matrix a cōmuni usu/quia materiam.s.sanguinē & sperma prebet fætui: & dicitur uulua ab inuoluēdo fætum/ uel quia sit ualua.i. porta:uel dicitur uulua a uolēdo quia uult & desiderat generare: & ideo appetit semper sperma & coitum : & ideo attrahit sicut uentosa uel ut magnes ferrum dicitur etiam matrix:teste Nicolo a matre quia tāquā mater souet fætū.

¶ Visis nominibus matricis est uidendum secūdo loco de situ eius quem situm optime dicit Mundinus qui concordat cum sensu : & cum .G.in libro de anatomia matricis: & in libris de utilitate .c.xiiii. qui dicit causam talis situs ét.xv.c.i.& ita etiam Mundinus dicit colligantiam & etiā figuram.Nota tamen lector ꝙ figura matricis conuenit cū figura membrorum generatiōis masculi:& ideo Auic.xxi: tertii.c.i.dicebat in primis uerbis ꝙ matrix est instrumentum generationis mulieris/ & in radice creationis est similis instrumento generationis ꝙ est in uiris & est uirga & q̄ cum ea sunt:sed unum eorum est completum procedens ad exteriora/ & alterum est diminutum retentum in exterioribus:& est quasi instrumentum uirorum conuersum siue inuersum:est enim quasi osseum siphac matricis.i.corpus siue concauitas matricis:& quasi uirga collum matricis:& duo oua.i.duo testiculi muliebribus sicut uiris/uerū ipsa in uiris sunt magna apparentia exterius ellongata ad rotonditatem tendentia/& in mulieribus sunt parua rotūda tendentia ad uehementiam compræhensionis latitudinalis intrinseca circa uuluam posita a duobus lateribus eius:in omni latere profūditatis cuius existit unum distinctū/ quorum unum ꝙq; appropriatum est pāniculo/ quæ

ambo

ambo kystis una non aggregat/ & panniculus cuiusq; am/
borum est neruosus: & sicut uiri habent uasa spermatis in
ter ouum & euacuatorium radicis uirgæ similiter mulie/
res habent uasa spermatis inter duos testiculos & inter id
qđ expellit in interiora matricis: uerum ille quæ sunt uiro
rum incipiunt ab ouo & elleuant ad superiora & cadunt i
foramina ex quibus descēdit coopertorium oui custodita
& proiecta/ deinde sparguntur descendendo transuersa ex
pansa habentia reuolutiões / & complet i eo qđ est iter ip
sa digestio spermatis donec redeat & expellatur ad meatū
qui est in radice uirgæ a duobus lateribus / & in proximo
eius est illud qđ expellit ad ipsum etiē extremitas colli ue/
sicæ & est longum in uiris breue in mulieribus.
¶Gal.etiam.xiiii.de uti.c.vi.dicit idē istis uerbis. Vniuer
sas igitur quotcūq; i uiriis sunt particulas & in mulieribus
est inuenire in una/alias in nulla particula differentia exi/
stente eius/cuius memorari utriusq; opportet secūdum to
tum sermonem:quoniam intus quidem sunt mulierū par
ticule/uirorum uero extra quæ sunt a regione secundum
peritoneum nominata:quascunq;.n.utrarum particularū
uolueris intelligere/uel eas quæ uiri conuerti/ & indupli/
cari intus omnes sibi inuicem inuenies easdē:intellige igi/
tur prius ea quæ masculorum intus conuerti simul & in/
tus incidere inter rectum & uesicam : sed si hoc fiat matri/
cum quidem regionem necesse est compræhendere osseū
extorsū aut ex alterutra parte adiacere ei testiculos & col/
lum fiētis sinus uirgā masculi effici/ qđ uero est in fine uir/
gæ ꝙ nunc præputium nominatur ipsum muliebre pudē
dum fieri:intellige autem rursus extra cōuerti simul & ex
cidere matricem non necesse est:& nunc ab intus fieri testi
culos ipsam/alias ipsa autem ab extra eis uelut alias uoluit
osseum aliquem adiacere/ occultatum uero nunc intra pe
ritoneon/collum extra pendens factum uirile pudendum
effici/ & fæmineum pudendum explantationem existentē
castaneam huius colli ad nominatum præputium trāsmu/
tari.Consequens autem est cum his & arteriarum & uena
rum positiones & adhuc uasorum spermaticorum simul p
mutari:nullam.n.est inuenire particulam in uiris habun/
dantem sed positione sola permutatam:quæ.n.sunt intus

in mulieribus ſunt extra in uiris:ſic & ſecũdum talparum
oculos eſt uidere/ & etiam uitreum humorem hæc & cri/
ſtalinũ habẽt & tunicas quæ ſunt circa hos .ſ. oculos quas
amiringis diximus fieri non minus habẽt quam quæ utũ/
tur oculis animalia/ ſed non fuerunt operate eis neꝗ pro/
ceſſerunt extra ſed imperfecti dimiſſi ſunt ſimiliter cuſtodi
ti oculis illorum quæ adhuc ſunt imprægnante: eſt.n. na/
turarum quæ in animalibus ſicut & Ariſt.plurimum oſtẽ/
dit non parua differentia/ & parum infra.G.ibidẽ aſſignat
cauſam quare membra generationis in muliere ſunt intra
& propter quid natura fecit feminina animalia iſtis uerbis
Sicut igitur homo animaliũ omnium eſt quid perfectiſſi/
mum ſic i hoc ipſo maſculus fæmina:cauſa uero perfectio/
nis eſt caliditatis excellentia.hec.n.eſt primum organum
naturæ:in quibus igitur eſt defficientior in his eſt neceſſa/
rium imperfectiorem eſſe & creaturam: nullum.n.mirabi
le ſi fæmineum maſculino in tantum eſt iperfectius inquã
tum frigidius:ſicut igitur talpa imperfectos habuit oculos
non tamen ita impfectos ſicut ſunt in eis quæ omnino nõ
ſunt animalia neꝗ deſcriptio eorum eſt ipſis aliqua : ſic &
mulier genitalibus particulis eſt iperfectior uiro:plaſmate
enim fuerunt cum erant adhuc intus imprægnatæ parti/
culæ procedere autẽ & emitti extra imbecilitate uirtutis
non potentis ipſum quidem ꝙ plaſmabat animal:imper/
fectius fecerunt omnino perfecto:toti uero generi utilita/
tem non paruam tribuerũt:opportebat.n.eſſe aliquod fæ
mineum:non.n.exiſtimes ꝙ unꝗ mediam partem totius
generis noſtri creator feciſſet imperfectam & quaſi detrũ/
catam niſi aliqua ex hac detruncatione deberet eſſe utili/
tas magna:quæ eſt igitur hæc iam dicamus/ ꝙ cõceptũ eſt
& eſt imprægnata ad primam quidem conſtructionem &
augmentationem totam quæ conſequantur materia indi
get copioſa:quare neceſſarium eſt ei duorum alterum eſſe
uel rapere ipſius prægnantis nutrimẽtum: uel eo abundã
te aſſumere non poſſe:ſi igitur calidius eſſet certitudinali/
ter ꝙ fæmineum diaforaret utiꝗ & exſiccaret faciliter:fri/
gidius igitur id fieri melius fuit in tantum ut ꝙ digeſtum
& elaboratum eſt nutrimentum non poſſit totum diafora
re:ꝙ.n.plus eſt frigidum neꝗ digerere eſt ſufficiens/ ꝙ au

tem perfecte est calidum sicut digerere ita diasorare est fortem: quod igitur defficit non ualde multum a totaliter calido digerere sufficiens est: ceu non adhuc seruens dicit una litera/alia frigidius: & relinquere aliquid superfluum ceu nō ita uehementer existens calidum: hæc igitur est utilitas frigiditatis fæminæ. Confestim autem debebat sequi eam & particularum imperfectio imbecilitate caliditatis nequeūtium protumpere extra: aliud quoddam maximum bonū hoc existēs ad generis successionem: quod. n. si extra prodiret osseus utiq; factus fuisset: hoc intus manens matricum natura inquit una litera/alia materia factum est suscipere & detinere sperma & perficere conceptum: idoneum organum. Confestim autem & testiculos debebat fæmina habere minores & imperfectiores & sperma quod i ipsis erat futurum minus & frigidius & humidius: sequūtur. n. & hæc ex necessitate indigentia caliditatis non igitur debebat sufficiens esse huiusmodi sperma ad generādum animal: sed hoc quidem est utile: neq;. n. hoc frustra factum est & hoc procedens sermo exponet: masculus uero inquantum est calidior intantum testiculi eius maiores facti sunt: quæ uero est in eis generatio spermatis ad sumum accedens digestionis principiū effectiuum animalis facta est: ex uno igitur principio sapienter adinuento a creatore secūdum quod imperfectior facta est a masculo fæmina omnia bona germinauit ad animalis generationem. s. nō posse ad id quod extra prodire particulas fæminæ & superfluitatem nutrimenti benigni aceruare eam & sperma habere imperfectum & concauum organum ad susceptionem perfecti spermatis: in masculis uero omnia e contrario fieri. s. pudendum effici ad uenereum usq; & ad spermatis excretionem idonissimum ad ipsum sperma grossum multum & calidum fieri & idem dicit etiam. G. quod dictum est i prædicto textu in libro secundo de spermate. c. ii. §. iii. per prædictum textū non solum compræhenditur figuram membrorum generationis fæminæ esse similem membris generationis masculi/sed compræhēditur forma testiculorum mulieris & compræhenditur etiam qualitas spermatis masculi & fæminæ: & compræhenditur causa propter quid mēbra generationis in fæmina sunt intra: & in mare extra: & com-

præhenditur utilitas fæminæ in natura:& sic consequenter compræhẽditur ꝙ mulier spermatizat in opinione.G. qđ magis est persuasibile q̃ demõstrabile, & p p̄dicta a.G. & ab Aui.constat masculum esse perfectum:& ideo mares perpetuo seruant sexum quia natura non intendit in specie humana generare nil perfectius masculo sed interdum repertum est fæminas cõuariare sexum:quia natura semp cupit perfectionem:& ideo si potest expellit membra generationis extra quæ erant intra & sic de fæmina facit marem nec hoc fabulosum est, sed historicum uerum:quia tẽpore Licinii Crassi & Casii longini dum essent urbis consules repertum est marẽ ex fæmina factum, legitur etiam ꝙ Licinius Mutianus argis uisum a se aristontem cui aretusæ nomẽ prius fuisset effectus est uir & duxit uxorẽ idẽ legit̃ de Smirnæ puero, & de Tiresia, Plinius ẽt in Affrica refert fæminam in marem cõmutatam:& hoc facit natura suo forti calore. Nota tamen lector ꝙ quãuis Aui.supra & G.dicant membra generationis masculorum & fæminaꝝ esse similia & ꝙ non differunt nisi quia unũ est intus aliud extra propter hoc non est totaliter uerum ꝙ sint similia sine aliquali differentia quantuncunq; mẽbra masculi sint intra & econuerso membra fæminæ sint extra inuersa: est bene uerum ꝙ pro maiori parte sunt similia, & sũt similia & dissimilia isto modo.s.si osseum masculi cum suis testiculis impelleretur intra & inuersaret eo modo quo dicit.G. de facto de osseo fieret concauitas similis concauitati matricis in qua continetur fætus & testiculi essent extra concauitatem:sed propter hoc illud osseum non haberet ligamenta cornualia quibus alligatur concauitas matricis anchis:ultra hoc haberent membra masculi sic inuersa testiculos maiores q̃ habeat fæmina:& ita plura uasa spermatica numero q̃ habeat fæmina & lõgiora & maiora: haberẽt etiam istam differentiam membra masculorum a mẽbris fæminæ.s.ꝙ uirga non haberet illam concauitatem latam intra se quã habet collũ siue ceruix matricis: quia uirga tãtum habet canalæ urinæ in quo ingrediuntur prope collũ uesicæ duo uasa seminaria:& tale canale est paruum respectu concauitatis colli matricis:different etiam talia membra masculorum intus inuersa a membris fæminarum in

hoc.s.ꝙ non haberent illud foramē circa uirgam qđ habet matrix inuersa ad inferius qđ uocatur os matricis: differēt etiam talia membra uirorum inuersa in hoc.s.ꝙ osseum si ne scortum ab aliquibus didimum dictum ꝙ stat loco con cauitatis matricis non haberet tot uenas ad unam tunicā eius terminatas/ quæ uenæ uocātur acceptabula fossulæ si ue cotilidones. Et qui uult bene intelligere qualiter mem bra generationis in fæmina dicuntur inuersa primo & an/ te omnia debet bene uidere anatomiam matricis & extra & intra: & si potest debet uidere matricem quādo mulier de recenti peperit saltem post partum per octo dies: quia adhuc os matricis est notabiliter apertum & tunc ultra p̄/ dicta debet facere unum membrū simile matrici ab extra & ab intra cum suo collo & cum uasis seminariis & cum te stibus de corio tenui uel de petia: quo facto debet inuersa/ re eum: & tunc uidebit ꝙ de concauitate matricis fiet osse um in quo erunt testes: & de collo eius efficietur membrū ꝙ est longum sicut uirga & stat loco uirgæ inuersando eū: tamen differt a uirga ut prædixi in cōcauitate magna quā habet: in orificio uero colli sunt pelliculæ quæ faciunt præ putium sicut est præputium in uirga uirili & hæc sufficiāt de figura matricis quæ teste. G. in lib. de anatomia matri/ cis assimilatur uesicæ.

¶ Quantitas eius optime est tacta a Mundino nota tamē lector ꝙ matrix per anatomiam unam nō potest compræ/ hendi circa q̄titatem: sed requiritur ꝙ anatomizentur di/ uersa indiuidua/ nam matrix in fætu est ualde parua & mi/ nor est q̄ uesica etiam in puellis: teste. G. xiiii. de utili. & te/ ste Aui. cum autem incipit adolescētia matrix efficitur pau latine maior & tandem efficitur maior uesica præsupposi/ to ꝙ in uesica non sit aqua seu urina: quia uesica plena uri na est maior q̄ matrix consistentis si matrix nō habeat mē/ strua uel aliud qđ eam repleat/ si autem cōtingat matricē repleri ad sui ultimum erit longe ac longe maior q̄ uesica urina plena/ & ita matrix maioratur per tēpus imprægna/ tionis & per numerum fætuum: & etiam minoratur secū/ dum ætates quia ut prædixi per totum tempus pueritiæ est ualde parua: & ita in ætate senili: & ideo dicebat. G. ubi supra in imperfectis & in his quæ senuerunt paruas esse

matrices quia in eis est ociosa: & ideo superflua est magni/
tudo: & dicũt aliqui ꝙ magnitudo colli est magnitudo ta/
lis qualis est uirga coeuntis tam in longum q̃ in latum. Di
cit tamen. G. in lib. de anatomia matricis ꝙ magnitudo co
moderata matricis secundum partem superiorem fũdi/ est
prope umbilicum/ finis uero eius est uersus orificium colli
qđ ipse uocat pudendũ muliebre & dicit ꝙ a loco ad quẽ
peruenit ad finem pudendi ut in pluribus est .xi. digitorũ
& secundum amplum uadit ad alterutra inguina. i. ancas
per suas cornales: Haly. tamen tertio theoricæ. c. xxxiiii. di
cit ꝙ sua longitudo est. xii. digitorũ & latitudo eius est tan
ta quanta est latitudo duorum emunctoriorum ad quæ ꝑ
ueniunt eius cornua/ & Aui. dicit ꝙ lõgitudo colli eius est
a sex digitis ad. xi. dicit tamen ꝙ eius q̃titas est quanta est
uirga coeuntis in tali matrice/ & aliqui dicũt ꝙ longitudo
colli est. iiii. digitorum. i. unius palmi Vitruiensis: dicũt ta
men aliqui ꝙ longitudo matricis est longitudo duorũ pal
morum: & dicunt collum eius esse per unum palmum: &
corpus concauitatis per unum alium palmum: ego tamẽ
anatomizaui plures etiam non prægnantes & non uidi in
eis determinatam quantitatem & ita re uera est nec etiam
in impraegnata dat̃ determinata q̃titas ut patet experiẽtia
quia magna mulier habet magnam matricem & econtra
parua mulier / & ita propter diuersas causas matrix nõ ha
bet determinatam quantitatem. Nota tamen lector ꝙ ma
gnitudo matricis proportionatur magnitudini corporis ĩ
quo est & hoc patet ad sensum: ueritas est ꝙ collum eius ẽ
corugabile & extensibile & ita corpus eius: & ita interdũ
matrix apparet magna & parua secundum causas ei occur
rentes siue sit menstruum siue aliud contentum in ea/ sicut
molla/ & uentosa & carnosa siue sit unus fætus siue plures
siue sit apostemata matrix: & iterum nota lector unum no
tatu dignum. s. ꝙ ego cũ quodã Magistro Leonello Fauẽ/
tino Medico honorato fuimus in cura cuiusdam Mulieris
quæ habebat unum appostema in matrice durum maius
q̃ sit uas uitreum continens in se libras quinq; aquæ uel al
terius talis liquoris/ & ea die qua ego fui uocatus hæc mu
lier obiit/ & talis mulier erat prægnans & mortua est suffo
cata/ & ego aperui uentrem eius credens inuenire duos fæ

tus si non totaliter uiuos ad minus taliter ꝙ possent bapti/
zari/& statim aperto uentre absq; tactu aliquo matricis cũ
rasorio uel alia re inueni unum fœtum semiuiuũ inter in/
testina extra corpus matricis: de quo admiratus fui ualde
quem fœtum baptizauere mulieres domus:quærens dein
de ego inueni matricē & reperi illud apostema prædictũ
durum & maius satis prædicto fœtu/ & aspexi illam matri/
cem & ipsam anatomizaui:& uidi locum in quo stabat p̄/
dictus fœtus:qui locus erat circundatus a substantia matri
cis subtilissima sicut proprie est uerum siphac:& causa ta/
lis subtilitatis fuit augumētum fœtus qui non habebat nisi
paruum locum in matrice propter occupationem q̄ facie/
bat tantũ apostema in residuo matricis/ & propter talē sub
tilitatem matricis in loco in quo erat fœtus:& propter pō
dus fœtus/ & propter motum eius quia erat tempus debi
tum partus/rupta fuit substantia matricis/ & sic fœtus erat
extra eam in uacuitate uentris:& si fuisset matrix grossa ut
solet non occupata ab apostemate/ forte ꝙ fœtus uenisset
in uerum partum & sic uixisset.

¶Substantia & complexio matricis tangitur a Mundino
G.etiam de anatomia matricis dicit eam esse uenosam ut
multum dilatetur & contrahatur & ibidem dicit.G.ꝙ tu/
nica itrinseca matricis i intrinseca parte eius habet multas
aspitates & maxime in fundo alia uero tunica exterior ner
uosior est & grossior uesica multis uenis & atteriis com/
præhensa/ inferius tamen dilucidabitur an habeat unā uel
duas tunicas/ & dicit collum matricis musculosum existēs
ex carne factum est dura & cartilaginosa/ & semper durior
fit in tempore procedēte / unde illis quæ pepererūt uel iā
senuerunt durum & cartilaginosum est:& assimilauit na/
turā eius Erophilus bronchio.i.arteriæ tracheæ duræ / &
in substantia corporis matricis sunt omnes species uillorũ
ut atrahat retineat & expellat/ teste.G.xiiii.de utilit.c.xiiii.
istam etiam substantiam nerueam dicit Aui.xxi.tertii.c.i.
dicit tamen ꝙ nerui nō sunt ex neruis cerebri neq; ex ner/
uis nuchæ/ & Iacobus de partibus super hoc & aliqui alii
dicunt matricem esse similem neruis in substantia & in co
lore nō tamē propter hoc est totaliter ex puris neruis sed ē
ligamentalis seu pannicularis ut possit extendi & cōtrahi

in partubus & in aliis occasionibus:& dicit Iacobus ꝙ ma/
trici non ueniunt nec a cerebro nec a nuca nisi uerui pau/
ci/quia si matrix esset multū neruosa doleret in conceptio
nibus:matrix tamen teste.G.xiiii.de uti.c.ix.habet neruos
& multum sentit & maiorem habet sensum ꝗ cutis:qđ pa
tet quia habet magnam delectationem in coitu medianti/
bus neruis ad ipsam matricem implantatis: dicunt tamen
aliqui ꝙ fundum matricis minores habet neruos : quia in
conceptionibus ualde doleret: & ideo minus sentit ꝗ aliæ
pars matricis / & dicunt plures neruos esse in collo & in
ore matricis quam alibi/quia in istis locis fit delctatio ma/
ior in coitu ꝗ in fundo eius:& ideo aliqui dixere ꝙ si sper/
ma emittatur a muliere uersus fundum matricis ꝙ non p
cipitur tunc delectatio ab ea:& isto modo dicunt mulierē
posse impraegnari absq; delectatione/quid quid sit de hoc
omnino ratio dictat ꝙ os matricis debeat esse satis neruo/
sum ut sit multum sensibile ad appetitum coitus/mediāte
spiritu ad eum ueniēte qui inclusus est in uasis seminariis
cum spermate qui parum supra prædictum os ingrediun/
tur cōcauum matricis/& talis spiritus per porositates eius
disseminatur & icitat pruritum & delectationem toti cor/
pori matricis & collo eius & sic magis iclinatur animal ad
coitum mediante spiritu/quā mediante parte corpulenta
spermatis & ista delectatio tam i mare ꝗ in fœmina est cau
sa conseruationis spetiei humanæ/quia si homo & etiam
alia animalia non haberent istam delitiam non mouerent
ad coitum & consequenter cessaret species cuiuscunq; ani
malis.Nota tamē lector ꝙ ego credo matricem multos ha
bere neruos & etiam sensibiles ualde quia ego curaui aliꝗ
ulcera matricis in quibus erat dolor clamosus/& erat do/
lor talis ꝙ ego compatiebar eis/& ut refert quidā Glibert/
tus Anglicus mulieres magnum patiuntur dolorem pro/
pter multitudinem neruorum uenientium ad matricem:
&.G.ubi supra dicit membra generatiōis esse sensibiliora
cuti/& ideo dicendum est multos neruos uenire ad matri
cem:licet maior pars ueniat circa os & collum eius ut pa/
tet experientia magnæ delectationis talium partiū in coi/
tu/& experientia magni doloris in ulceribus.Et ꝗuis Aui.
& alii auctores dicāt matricē esse nerueæ substātiæ ꝑpter
hoc non

hoc nō est quin in illa sit etiam aliqua pars carnea quæ est confusa sicut caro aliorum intestinorum & hoc apparet ad sensum: nam caro est mista taliter neruis seu ligamentis ꝙ apparet tota una substantia/ & hæc substantia non est sub/tilis nec alba sicut substantia uesicæ / sed habet carnem in se sicut habet stomachus/ & quando matrix non est plena fætu est ualde spissa & grossa: & magis apparet carnea quā neruea: & quando est plena fætu magno uel pluribus fæti bus uel uentositate apparet magis neruea: quia est subtili/ata ad instar substáciæ stomachi grossior tamé / & ita quá/do est impinguata a mēstruis apparet carnea magis: quia uenæ i ea sunt ingrossatæ & plenæ/ & hæc omnia uidétur ad sensum si matrix anatomizetur státe plena & uacua / & sic quia habet aliquam partem carneam non est multe fri giditatis nec multe siccitatis/ & ego credo ꝙ sua cōplexio innata sit calidior & humidior complexiōe stomachi quá/túcūq; in stomacho sit una tunica carnosa: quia matrix ad sensum mihi apparet carnosior quam sit stomachus / siue matrix sit corrugata siue extensa & dilatata sicut est quan/do est plena uno uel pluribus fætibus magnis uel alia ma/teria/ complexio tamen colli est calidior complexione cor poris matricis: ueritas est ꝙ collum matricis est magis car/neum & carthilaginosum q̄ corpus eius: in quo tamen sūt multi nerui & musculi aperientes & extendentes eum tē/pore coitus: ꝙ quidem collum debet aperiri in coitibus & etiam os matricis aperitur ne sperma uiri longā trahat mo ram postq̄ emissum est a uirga in collo: quia tunc spiritus genitiuus resolueretur: & non posset fieri imprægnatio: & hoc collum est rugosum ut uirga ingrediens confricatiōe seu tetigine det oblectamētum mulieri: & etiam ex ista ru/gositate delectatur masculus i confricádo: in quo quidem collo rugoso circa medium eius sūt q̄dam uenulæ ortæ ab adiacentibus particulis quæ faciunt panniculum uirgina/lem: & tales uenæ sunt quinq;: teste Rasi quæ quando ab/rumpuntur a causa primitiua corrumpitur uirgo: & præ/dictæ rugæ dilatantur: & hic panniculus uocatur Eugion uel Imen: & cento a multitudine uenarum ibi existētium secundum aliquos a ruptura cuius in primo coitu cruorē emanare apertissimum est: & hic pániculus est rarus ad in

stat rhetis qđ patet experientia qa uirgines habent menstrua quæ penetrant per eum: sunt tamen aliquæ subdolæ mulieres quæ corrugāt sibi collum matricis cum stipticis deinde aliqua uia obliqua sanguinem emittere fingūt: ut inuiolatæ rudioribus appareant: Auerrois tamē primo colliget capitulo ultimo dicit & orificium uuluæ uirginis est crispum & ex crispitudine illa oriuntur uenæ multæ habētes pelliculam unam contextam duabus testuris, una tendit in lōgitudine & illa est minor & alia i latitudine: & hic comprehenditur error Mundini qui dicit uelamen uirginale esse in superficie oris matricis: & per os matricis Mūdinus non intelligit collum ut patet in eius litera: & credo ꝙ Mundinus fuerit deceptus ab auctoritate Aui.xxi. tertii capitulo primo in fine: ubi Auic. dicit & ante uiolationem puellæ uirginis sunt in ore matricis uel in collo dicit Nicolus panniculi cōtesti ex uenis & ligamentis subtilibus ualde ortis ex omni mēbro eius qđ destruit uiolator & currit ꝙ in eis ex sanguine est: tamen per os matricis Aui. intelligere debet collum eius: quia aliter intelligendo errasset ut patet experientia: quia iste panniculus non multum distat a fissura: licet Nicolus dicat qđ sit prope os: & rugositas in collo matricis est talis ꝙ potest extendi & dilatari in partubus: & ita etiam os est rugosum & crispum sicut est orificium marsupii: quia etiam ipse debet dilatari & constringi quia in cōceptionibus clauditur taliter teste. G. ꝙ extremitas acus uel grafii non posset in eo intromitti: in partubus uero mirum immodum dilatatur & ita etiam matricis collum siue canale, & si fœtus moriatur ante debitum tempus partus etiam os matricis aperitur: teste. G. iii. uirtutum naturalium: ipso autem uiuente undiq; os est clausum nisi in coitibus in muliere bene disposita: ueritas est ꝙ in muliere uiraginæ sanguinea ualde, & stāte imprægnatione os aperitur ut exeat sanguis aliquis menstruus qui superfluit: & talis sanguis teste. G. vi. afforismorum exit a collo matricis non autem a corpore eius: interdum tamen exit a corpore eius & matrix est bene disposita & est etiam prægnans ut refferunt aliqui periti, & matrici. s. collo & ori eius uadunt nerui: teste. G. qui etiam disseminantur pro parte in fundo matricis: hi tamen sunt parui & pauci ideo ibi est obtu-

sus sensus: & isti nerui tendentes ad matricem sunt maio/
res neruis tendētibus ad hepar & ad splenem & minores
neruis tendentibus ad stomachum teste. G.xiiii. de uti. &
in isto collo matricis parum superius ascendendo termina
tur collum uesicæ: cui collo in extremitate ubi ingreditur
collum matricis pars aliqua carthilaginea seu carnea soli/
da super adnectitur: hinc est ꝙ mulier inter mingendum
facit strepitum: quem strepitum etiam adiuuant præputia
matricis. Vltra prædicta est notādum ut inquit Zerbus ꝙ
in aliqbus mulieribus itus ante orificiū colli extrinsecū in
uenitur uelamen ligamentale solidum ꝙ redditur inflexi/
bile: in quo tamen panniculo est foramen per quod potest
exire urina & menstruus sanguis: & hoc uelamē prohibet
coitum cum masculo. & iste mulieres uocantur uelatæ: &
hoc uelamen non est intentum a natura sed est monstruo/
sum: ꝙ quidem uelamē debet scindi ferro uel alio ingenio
ut ego aliquotiens feci in aliqbus nobilissimis puellis Bo/
noniensibus: & non solum hic panniculus reperitur talis
qualis dicit Zerbus: sed reperitur i aliquibus totaliter clau
dens uias urinæ & mēstruorum: & ita aperitur ferro ut su/
pra dixi: & in infantibus duorum uel trium dierū hoc ego
feci: sunt etiam inf ntes utriusq; sexus qui nascuntur cum
uelamine claudente rectum & nares & aures & eo modo
curantur cum ferro quo supra dictum est. s. cum phleboto
mo scindendo & tentam ponendo intra anum & nares &
aures ne claudantur & consolidentur ut prius: & conse/
quenter adhibetur cura cutis generatiua: semper tētam te
nendo in loco usq; quo facta sit cutis a lateribus incisionis:
hoc etiam contingit masculis aliquibus qui habent uela/
men orificium uirgæ claudens: & curantur ut supra inci/
dendo ferro uel alio ingenio: dicit etiam Ari. vii. de hist. c.
iiii. ꝙ aliquibus fætibus sunt meatus infissi in auribus & na
ribus quibus acrescentibus articulantur & suam formam
recipiunt. Visis prædictis est uidendum os matricis ꝙ est
glandosum non adenosum ratum sicut caro glandosa: sed
ad instar glandis uirgæ mucronatum in extremitate colli
siue ceruicis superiori existens ad modum oris catulli nu/
perime nati ut supra diximus: in medio cuius est foramen
dilatabile & corrugabile ad istar oris marsupii: qui est ma/

gis nerueum quacunq; alia parte matricis: quo fit ut excel
lentiori sensu oblectetur & delitiosus fiat tempore coitus
& sua substancia est aliqualiter compactior quacunq; alia
parte matricis: sicut etiam extremum uirgæ uirilis ꝙ casta
neam aut glandem uocamus est durius residuo uirgæ: &
hæc sufficiant de substancia matricis.
¶ Visa substancia matricis debemus uidere numerũ parti
um eius quarum partium aliæ sunt extrinsecæ aliæ intrin
secæ ut inquit Mundinus extrinsecæ sunt latera eius & ua
sa seminaria & testiculi & cornua & collũ eius cuius extre/
mitas est uulua cum præputiis suis / tamẽ etiam collũ eius
est cum partibus intrinsecis & ita latera eius quia matrix
ad intra habet latus dextrum & sinistrum/ & etiam collũ ẽ
ĩtra sicut extra: & ego ado ꝙ iter ptes extrinsecas matricis
est ipsa supsicies matricis tam in corpore eius q̃ in collo: q̃
pars est neruea pannicularis orta a panniculo siphac. Par/
tes uero intrinsecæ sunt ipsa concauitas colli in qua ingre/
ditur collum uesicæ ut supra patuit & in qua sunt in uirgi
nibus uenule facientes panniculum uirginalem: & in præ
dicto collo sunt ruge aspere ad instar lingue bouis ut dicũt
aliqui quæ tamen rugositas non est talis: sed longe minor
rugosa tamen est/ ut quando ad intra collum prædictũ po
nitur uirga: detur delectatio uiro & mulieri in confricãdo
propter prædictam rugositatem & asperitatem quæ non
esset talis si collum esset tersum & politum: in quo quidẽ
collo uersus superius sunt aliquæ uenæ secũdum aliquos
quarum orificia terminantur ad superficiẽ tunice intrinse/
ce colli matricis: a quibus ut inquit. G. vi. aphor. Aphor.
xc. fluunt menstrua dum mulier est prægnãs: nota tamen
lector ꝙ istud dictum. G. totaliter non concludit ꝙ a collo
matricis fluant menstrua primo quia. G. nõ affirmat de fa/
cto sic esse per dictum suum: sed dicit ego arbitror mẽstrua
a prægnantibus effluentia per uenas illas tantum egredi
quæ in collo sunt matricis: cum secundina oribus uenarũ
interioris concauitatis uuluæ. i. matricis sit suspensa: unde
consequitur ut ab illis uenis nil menstruorum egrediatur:
& ideo dico ꝙ ista litera. G. nihil cõcludit in affirmando ꝙ
menstrua exeant a collo matricis tempore imprægnatiõis
quantũcunq; matrix in imprægnatione habeat secundinã

adhærentem tunicæ intrinsecæ matricis: quia stat ꝙ secū/ dina non adhæreat interdum toti cōcauitati matricis imo ut ego uidi in multis anatomiis prægnantium semper est aliqua pars concauitatis corporis matricis cui non adhæ/ ret secundina. Credo bene ꝙ secundina interdum adhære at matrici per totum & maxime quando in ea sunt plures fætus: sed in aliis conceptionibus non adhæret adhærētia continua nisi ubi secundina est carnosa: & per illam partē cui non adhæret secundina possunt semper exire mēstrua quia tota concauitas matricis habet capita uenarum & ar/ teriarum terminata ad eam/ & ꝙ sit uerum ꝙ secūdina nō adhæreat semper per totum ipsi matrici adhærentia con/ tinua patet quia non posset fieri super impregnatio stāte prima impregnatiōe alligata locis suis per totum corpus matricis/ & hoc etiam patet ad sensum ex quo infero ꝙ stā te iprægnatione possunt exire menstrua a concauitate ma tricis absq; separatione alicuius partis secundinæ a matri/ cæ: & si mulier multum habundet in sanguine illa mēstrua quæ exeunt a uenis concauitatis matricis nō separatis ue/ nis secūdinæ a matricæ in aliqua parte nō debilitant fætū sed potest esse fortis/ & sic est/ quia per experientiam uidē tur aliquæ mulieres toto tempore impregnationis singu lo mense menstruari & menstruo albo & rubeo/ tamen fæ tus ueniunt in lucem fortes & corpulenti/ hoc tamen raro est/ sæpe tamen ueniunt menstrua alba & illa non nocent quia non præbent nutrimētum fætui: si autem ueniāt mē/ strua ab aliqua uena rupta in secundina de facto ille fætus efficitur debilis & forte moritur/ immo ut in pluribus si in tali casu sequatur fluxus sanguis mēstrui rubei fit abortus & etiam si sanguis menstruus fluuat a uenis matricis non ruptis uenis secundinæ in aliqua parte & ꝙ mulier non multum habundet in sanguine dico etiā fætum effici debi lem propter penuriam nutrimenti & forte ꝙ moritur: & ideo dicebat Ari. vii. de hyst. c. ii. sunt quibus prægnatibus etiam menstrua usq; in postremum gerendi tempus eue/ niant/ quibus accidit ut parua pariant & proles aut minus uitalis aut infirma procreetur/ & Ari. in hoc loco intelligit de menstruis rubeis non autem de albis/ quia ut prædixi menstrua alba non sunt nutrimentum bonum nec amicū

fætui: & ideo poſſunt uenire talia mẽſtrua alba in quacũq;
prægnãte & non fiet aborſus: & talia menſtrua ego ſæpe
uidi in prægnantibus & non nocuere/ poſſet ſuper hoc ali
quis dicere ꝙ ſi ſecundina nõ adhæret omnibus uenis ma
tricis tunc ſemper ſingulis menſibus deberent uenire mẽ
ſtrua ſaltim in parua copia quia ad magnam copiam men
ſtrui requirit̃ ꝙ exeat ab omnibus uenis terminatis ad cõ/
cauum matricis: ad ꝙ eſt dicẽdum ꝙ q̃uis ſint in matricæ
uenæ quibus non ſit alligata ſecundina/ propter hoc non
debent niſi ſintomatice exire ab eis menſtrua/ quia quan/
do natura habet fætum in matricæ natura uacat ei ſoli tan
tum & corrugatur ſupra eum ex qua corrugatione mediã
te adhærentia contigua ſecundinæ clauduntur capita illa
rum uenarum quibus non alligatur ſecundina/ trãſmittit
etiam natura nutrimentum ad fætum & illum trahit ad ſe
taliter ꝙ non uadit ad alias uenas matricis niſi ad illas qui/
bus alligatur ei ſecundina/ & ſic non fluunt menſtrua ma/
xime rubea niſi ſintomatice a uenis matricis quæ non ſint
alligatæ cum ſecũdina quæ poſſunt exire aut ſua multitu/
dine/ aut ſua acuitate: aut relaxatione uenarũ/ aut a fortitu
dine expulſiue matricis/ & ita puto ꝙ ut in pluribus ſi exe
ant menſtrua tam alba q̃ rubea a prægnante ꝙ exeant
a concauitate matricis & non a collo: quia. G. ubi ſupra di
xit ego arbitror menſtrua exire a collo & abſolute nõ affir
mauit/ idem de menſtruis ueniẽtibus ad collum matricis
tempore impraegnationis tenet Gentilis & Matthæus de
Gradi & alii multi qui iudicio meo mouentur auctoritate
G. ego tamen nõ audeo negare opinionem. G. eſſe ueram
pro reuerentia tanti uiri/ pur dicam ꝙ non credo ꝙ men/
ſtrua exeant aliquo tempore a collo matricis: quia ſi exirẽt
tempore impraegnationis etiam exirent per omnia alia tẽ
pora cum collum non corrugetur & cum ſit in collo eadẽ
materia quæ eſt in matrice: quia collũ habet uenas ab octa
uo & a ſeptimo ramo uenæ chilis biſurcate i alcatim ut pa
tuit ſupra: ſed non exeunt menſtrua per collum quia non
habet eandem uiam apertam quam habet concauitas ma/
tricis in qua ſunt orificia terminata i ſuperficie ſuæ tunicæ
intrinſecæ: in collo autem tales uenæ non terminantur ad
ſuperficiem intrinſecam: ſed ſunt diſperſæ ad intra ſubſtã/

tiam eius & eam nutriunt solum/ & ꝙ potest facere natura per pauca non facit per plura: sufficiunt autem uenæ con/cauitatis matricis ad expurgationem menstruorum: & ad fætum nutriendum: & ad euacuandum sanguinem super fluum tempore imprægnationis per uenas quibus nō alligatur secundina ut supra patuit/ ideo putandū est in collo non esse uenas per quas fluat menstruus/ neq̧ albus/ neq̧ rubeus/ & hoc etiam probat sensus in anatomia quia ī col/lo non apparent aliqua capita uenarum terminata ad tunicam intrinsecam eius sicut manifestissime uidetur in con/cauitate corporis matricis: & ꝙ uenæ aliq̄ nō terminentur ad tunicam intrinsecam colli matricis mihi ualde persua/det hoc.s.ꝙ in coitu per confricationem factam a uirga in collo per totam concauitatem eius non exit sanguis qui q̄dem exiret si essent aliquæ uenæ ī collo matricis: quia uir/ga confricando aperiret eas & ne flueret sanguis propter coitum natura ad omnia uigilans non posuit tales uenas ad prædictum collum: hæc tamen a me superius dicta sint cum reuerentia. G. & omnium aliorum suam opinionem sequentium: quia quæ dixi sunt a me dicta dubitādi causa: & non liuore / nec ut cōtradicam hic nec alibi alicui: sed q̄ dico sunt magis ad dilucidandam ueritatem quam ad im/probationem aliquorū. In extremitate uero superiori col/li prædicti inter partes intrinsecas ponit̄ os matricis qđ ē rugosum ad intra & neruosum ut sit dilatabille & constringibile / qđ os clausum assimilat̄ capiti catulli nouiter nati in centro cuius si mulier est prægnans apparet certum orificium ualde angustum: quia clauditur taliter ꝙ nō ingre/deret acumen acus nisi uiolenter/ in illo tamen centro ap/paret uestigium foraminis ꝙ indicat eum esse dilatabile sicut etiam ore humano clauso constrictis labiis apparet ue/stigium notabilis foraminis apti ad dilataudum / uel ut in marsupio clauso apparet orificium aptum dilatationi: & si matrix non est prægnans tale orificium nō est ita angustū & si mulier peperisset de recēti tempore/ orificium prædi/ctum est satis latum / & hæc omnia ego uidi ad sensum in anatomiis: & ut dicit Mundinus q uult bene uidere hæc matrix debet aperiri & scindi per longum: qua aperta ui/debis a me superius dicta de collo & etiam de ore matricis

esse uera: & hoc os matricis in sumitate uersus collum eius est densum eo modo quo est caput uirgæ / & ista sumitas oris matricis potest uocari glans siue castanea in cuius medio est prædictum foramen dilatabile taliter q per eũ exit fætus magnus immo maximus ut ego interdum extraxi ppriis manibus: & hoc mihi uidetur unum de mirabilibus nature .s.q interdũ tantum dilatetur deinde tantum constringatur taliter q nulla res etiam subtilissima ingrederetur tale orificium nisi uiolenter / & supra istud os cum eo continuatur concauitas matricis quæ secũdum Mnndinũ & Nicolum habet septem cellulas.s.tres a quolibet latere & unam in medio: & secundum aliquos quælibet cellula habet decem rugositates: & ideo dicunt q mulier potest parere.lxx.idem dicit Ludouicus bonaciolus in libro q dicit Enneas muliebris Lucretiæ Borgiæ Ducisse Ferrariæ dicato libro primo capitulo primo istis uerbis matrici sinus gemini alter dextra / leua pte alter / leuiter discreti sũt ad unam utriusq cõmunem ceruicem coeuntes: quos planities quædam intus semite per quã similis separat & subdit: in sinu autem quolibet exigui tres scrobes tum in medio unus rugositatibus dum taxat quibusdam interstincti quæ cellulæ a recentioribus cognominantur tristius confosi comparent / unaquæq insuper fossula decem rugositates obtinet quare scrobiculi septẽ & rugositates septuaginta consurgent / hinc puerperia totidem simul concipi posse pleriq autumant / hic doctor dicit cum Mundino & falsum nt patebit: Matthæus etiam de Gradi super nono Almansoris: & Nicolus sexto sermone: & etiam Gentilis xxi.tertii de anatomia matricis & multi alii dicunt matricem habere septem cellulas adducentes auctoritatem.G. xiiii.de utili.& non est uerum q.G.dicat hoc / aliqui etiam alii dicunt matricem habere septem cellulas: & in uno certo libro de anatomia parua.G.attributo ubi est unum capitulum de anatomia matricis dicitur q matrix habet septem cellulas / in certo etiam libro de spermate.G.attributo nouiter impræsso / in.xxv.partes diuiso: in secunda parte eius dicitur q matrix habet septem cellulas & credo q iste liber sit ille quem Conciliator.x.problematum prob.xiiii. damnat & merito qa non est.G.ut patet exptis in uia eius:

tamen

tamen est purum mendatium dicere ꝙ matrix habeat sep
tem cellulas & septuaginta rugositates:& forte ꝙ Nicolus
credidit illi auctoritati.G.ante adducte in libro de anato/
mia uiuorum & de anatomia parua quando dicit matricē
habere septem cellulas uel ꝙ credidit Gentili super.xxi.
tertii ubi dicit.G.xiiii.đ uti.dicere matricem habere septē
cellulas / & qui est expertus in anatomia nūq̄ iudicabit ali
quo sensu matricē habere nisi duos sinus : & ultra sensum
ꝙ matrix non habeat nisi duos sinus testis est Arist. tertio
de hist.c.i.istis uerbis/uulue siue uteri nec eodē situ haben
tur nec similes omnium sunt:sed differunt inter se tum eo
rum quæ animal generāt tum illorum quæ oua pariūt ha/
bent omnes qui iusta genitale continentur sinus geminos
alterum in latere dextro alterum in sinistro : initium uero
unum est & cōmune ostium quasi ceruix carnosa ammo/
dum / carthilagineaq;:Hip.etiam i Aphor.dicit fætum ma
rem in dextris & fæminam in sinistris generari ex quo in/
fertur matricem habere duos sinus siue cellulas .G. etiam
xiiii.de uti.c.iiii.in primis uerbis/inquit spaciositatem au/
tem matricum non unam fecit natura:sed in canibus qui/
dem & in aliis multa concipere egentibus q̄ multos sinus
creauit:in hominibus uero & similibus sicut totū corpus
didimum animalis diuisum est dextris & sinistris sic & ma
tricis sinus unus quidem i dextris & alius in sinistris situa/
tus est:& subdit ꝙ multitudo sinuum æqualis numero fa/
cta est mamillis & ꝙ hominibus duos matricū sinus crea/
uit/plurimos uero canibus.Nota tamen lector ꝙ nō est ue
rum ꝙ matrix canis habeat plures sinus sed habet tantum
duos si non est prægnans & si est prægnans uidetur habe/
re tot sinus quot habet fætus & ratio est qa matrix canis
est sicut unum intestinum & si in ea generātur fætus in ea
parte in qua generantur quando augumentum capiūt ap
paret ꝙ faciant sibi pro singulo unum sinum quia matrix
augetur in loco fætus ad augumētum eius/in loco autem
ubi non est fætus remanet aliqualiter stricta & sic apparet
plurium sinuum sicut in uno intestino in quo fit luganica
apparent plures sinus per ligaturam diuidētem unum ab
alio & hæc patēt expto:& subdit.G.sicut.n.matrices duæ
factæ sunt mulieribus ad unū collum terminate sic & ube/

ra duo alterutrum matrici quæ ſecundum ipſum uelut mi
niſter quidem bonus: & ideo dicebat Hyp. mulieri in ute/
ro habenti ſi altera mamillarum gracilis fiat geminos ha/
benti alterum abortit: & ſi quidem dextra gracilis fiat ma/
ſculum/ſi uero ſiniſtra feminam: in libro tamen de anato/
mia matricis uidetur uelle. G. implicite tamē ꝙ matrix nō
habeat niſi unum ſinum: dicens ꝙ philoſenus & paraxago
ras nominabāt matrices ſinus/unde & matricem mulieꝝ
ſinum nominãt: & multorum ſinuum eam quæ eſt politi/
ca alias poligona .i. quæ parit multa. Haly. etiam tertio
theor. c. xxxiii. dicit ꝙ matrici ſũt cōcauitates duæ magnæ
quarum altera eſt in dextris/ & altera in ſiniſtris: & hæc
duo concaua ad unam ueniunt profunditatem utriuſqꝫ cō
munem quæ dicitur matricis collum: ideoqꝫ antiqui ma/
tricem matrices eſſe dixerunt/ & dicit ſi iſtas concauitates
a ſiphac ſcinderis ꝙ eas ab exterioribus ueſtit uidebis du/
as concauitates ab inuicē diſgregatas ac ſi eſſent duæ ma/
trices quæ ad unam protendūtur profunditatem: quæ ne
ceſſariæ fuerūt ut in gemelorum generatione eorum qſqꝫ
ſua generetur in cōcauitate: & ſubdit quod in matrice ſin
gulis concauitatibus ſunt loca profunda pauce profundi/
tatis quæ foſſulæ dicuntur: & hæc ſunt uenarum ora per q̄
ſanguis mēſtruorum in matricem decurrit: ſunt autē hæc
loca aſpera. ſ. poſt purgata menſtrua ut per ea ſperma reti/
neatur ſuſpendanturqꝫ illis ſecundinæ partes/ ſintqꝫ illis
tamq̃ ligamenta. Aui ēt. xxi. tertii. c. i. inqt & creata eſt ma/
trix cum duabus tunicis quarum intrinſeca propinquior
eſt ad hoc ut ſit uenoſa & aſperitas eius ſimiliter & orificia
harum uenarum quæ figuntur in matrice nominantur fo/
ramina matricis: & eis continuantur panniculi embrionis
& ex eis currit ſanguis mēſtruus: & ex eis nutritur embrio
quod etiam matrix tantum habeat duas cellulas teſtis eſt
Auer. primo colliget capitulo ultimo iſtis uerbis: & habet
cameras duas iūgētes ſe in uno orificio & quælibet iſtarũ
camerarum habet loca concaua & nominata ſunt in arabi/
co Alnec: & iſta ſunt orificia uenarum unde ſanguis men/
ſtruus tranſit in uuluam: Raſis etiam primo Almāſoris. c.
ultimo dicit ꝙ matrix habet duos uentriculos qui ad unũ
perueniunt orificium. Aui. tamē de anatomia matricis nō

dicit eam habere duos uentriculos nisi implicite istis uer/
bis:& intra matricem est extremitas rotūda neruosa in cu/
ius medio est quasi semita:& super ipsam sunt additamēta
plurima incedētia. Nota lector q̄ q̄uis præfati auctores po
nant in matrice duas concauitates propter hoc tales con/
cauitates non sunt nisi cum difficultate uisibiles : nec pars
dextra est diuisa a sinistra per panniculum unum sicut for/
te putant aliqui:sed in medio concauitatis matricis in fun
do superiori eius est q̄dā parua pars de substātia matricis
quæ descēdit parum infra uersus os eius:& ista est tota di/
uisio quæ potest uideri in matrice:& sic ad latera fundi ma
tricis concauitas est magis elleuata ab utroq; latere q̄ i me
dio:eo modo quo fundum stomachi est aliqualiter depræs
sius portanario:& ita in dextra parte apparet una concaui
tas:& in sinistra una alia:circa extremitatem fundi tantum
quæ etiam cum difficultate apparet:& ideo dixit Aui. su/
pra in medio matricis est quasi semita quia non est uere se
mita sed quasi:& ut melius intelligantur tales cōcauitates
in fine huius cōmenti ponam certas figuras de matrice in
quibus erit figurata talis concauitas intrinseca & etiā erūt
aliquæ aliæ figuræ demonstrātes figuram matricis extrin
secam & inter alias erit una figura in qua uidebitur quo/
modo matrix inuersa assimilatur membris generationis ui
rorum. Notent tamen legentes q̄ ego ualde miror de isto
rumore qui est inter medicos iuniores de cellulis matricis
& nescio unde hoc eueniat nisi a debilitate extimatiue au/
ctorū:quia in ueritate cellulæ nō faciunt numerū fætuum
sicut credūt multi:& miror de Hali. qui dicat q̄ necessario
cellulæ sunt duæ propter generationem gemellorum : qa
in una sola cellula non tantum generat̄ unus: sed multi &
multi numero generantur:& non credat aliquis q̄ cellula
in matrice mulieris sit camercula una distincta notabiliter
ab alia in qua contineat̄ unus fætus:sicut sunt cellulæ ma/
tricum porcorum & aliorum animalium plurium genera/
tiuorum:sed in muliere ut prædixi matrix tantum in supe
riori parte fundi eius apparet q̄ habeat duos sinus: totum
uero aliud uacuum eius est sicut uacuitas uesicæ:& tam in
sinistro sinu q̄ in dextro possunt generari gemelli & ēt plu
res fætus ut parum infra dicemus.s.tam in illa uacuitate q̄

est in parte dextra sicut in illa quæ est in sinistra: quæ tamē uacuitas est tota una/ & non est distincta una ab alia secun/ dum maiorem partem eius: sed est tota una uacuitas quæ tantum differt secundum latus dextrum & sinistrum cor/ poris: quia illa pars uacui matricis quæ est in regiōe hepa/ tis dicitur pars dextra: & illa quæ est in regione splenis di/ citur sinistra. Et fætus dicitur generari in sinu dextro quā/ do trahit nutrimentum a uenis dextri lateris matricis: & in sinistro sinu siue cellula quando trahit nutrimentum a sinistra parte matricis: & ita secundina adhæret uenis late/ ris dextri uel sinistri: & non datur ut putāt aliqui sinus me dius in matrice quia uenæ quibus adhæret secundina sūt multe & habent ortum aut ab una parte: aut ab alia. s. a de/ xtra uel a sinistra & forte ꝙ habent ortum æqualem tam a dextra q̄ a sinistra si secundina adhæreat matrici circa con terminū dextri & sinistri sinus: tamen ꝓpter hoc illa adhæ rentia non facit alium sinum distinctum a duobus ante di/ ctis qui possit dici medius sinus qui distinguat̃ per aliquā semitam ibidem in aliqua parte existētem sicut distinguit̃ sinus dexter a sinistro in parte superiori corporis matricis a certa substantia eius ut supra patuit: & cōmuniter tenēt auctores ꝙ fætus qui generant̃ in parte dextra sint mascu li: in sinistra uero fæmine. Nota lector ꝙ dixi fætum gene/ rari in dextro sinu quando trahit nutrimentum a uenis la/ teris dextri & econtra: & sic est/ quia aliter non potest esse nam dum generatur fætus a principio tota matrix adhæ/ ret toti spermati corrugando se supra eum tam a dextris q̄ a sinistris: & tam a superiori q̄ ab inferiori: a calore cuius & a calore spiritus genitiui uirtus informatiua informat uesi/ cas: a quibus fiunt membra principalia: & etiam informat secundinam quæ secundina adhæret parti dextræ uel si/ nistræ uel parti mediæ prout uirtus informatiua facit eam adhærere matrici/ uni parti magisq̄ alteri propter causam quā infra dicemus: & sic in secundina & in tota cōcauitate matricis generatur fætus: & natura in muliere rarissime uel forte nunq̄ facit duas secundinas uel plures nisi fiat su/ perfætatio: & sic si in una secundina fiant plures fætus illi fætus dicunt̃ etiam generari i medio totius matricis sicut si esset unus solus fætus/ tamē possunt dici generari in illo

sinu a parte cuius trahunt nutrimentum p umbilicū me/
diāte secundina quia ibi alligantur & trahūt augumentū
qd nutrimētum attrahitur a uenis quæ cotilidones & fos/
sulæ siue acceptabula dicuntur & quia sunt multe & mul/
te numero tales uenæ aliq putāt tales fossulas esse cellulas
in quibus generantur fætus qd est falsum: est bene uerum
ꝙ trahunt nutrimentum ab eis: sed generantur in tota ua
cuitate matricis ut prædixi: cuius locus est secundina in q̄
non est nisi una uacuitas seu cellula: & ideo in cellulis non
generantur fætus ut putant ignorantes anatomiam/quo/
rum est maxima copia ut legendo percipitur ab his qui in
telligunt ueram anatomiam/ & quia sunt multæ uenæ in
matrice quæ possunt nutrire fætus ideo natura errore: in/
terdum multos generat in homine fætus: qui non possūt
habere debitam magnitudinem propter penuriam nutri/
menti quia quando sunt tot numero/uena umbilicalis ha
bet paucas uenas a quibus hauriat nutrimētum/ & ideo di
cebat Ari. secundo de generatione ꝙ umbilicus in magnis
animalibus habet plures uenas ut in boue & binas in me/
diocribus & singulam in paruis/ & ideo si fiant in homine
multi fætus numero abortiuntur: & illa capita uenarū ter/
minanta ad matricem a multis auctoritates sequentibus:
dicuntur esse. lxx. & ideo dicunt posse generari septuagin/
ta: credo tamen ego illas uenas matricis esse plures & ideo
auctoritate Alberti possemus dicere eas esse. cl. & totidem
arteriæ: credo etiam ꝙ sint plures uenæ q̄ sit numerus
fætuum Alberti: & sic ego credo ꝙ istæ uenæ secundum su
um numerum possint dici tot cellulæ pro quanto generā/
tur tot fætus quot sunt uenæ: tamen nō generantur fætus
in cellulis nec in fossulis: sed ab eis trahūt nutrimentū sed
fætus generantur in medio totius matricis quia tota ma/
trix corrugatur super totū sperma eo modo quo tota ma/
nus uoluntarie corrugatur super aliqua re corporea in
ea contenta: & ideo. G. in primo de spermate. c. ii. dicit ꝙ
matrix circū trahitur & sperma undiq3 compræhendit &
omnia prædicta patent ad uerum sensum si uideatur ana/
tomia mulieris prægnantis: & ꝙ etiam ultra sensum sit ue
rum ꝙ fætus unus & plures non generentur in cellulis: &
ꝙ non sint nec quinq3 nec septem cellulæ in matrice patet

per unum textum qui habetur in tertio libro de anatomia uiuorum. G. attributo i. c. đ anatomia matricis istis uerbis sicut. n. natura exterius præparauit duo instrumenta nutritionis. s. duas mamillas ita interius duo suspensoria / & subdit unde quidam per simile dicebant decepti in muliere esse quinq cellulas & quidam septem / quia tot fætus possūt esse in matrice / ad hoc dicēdum ꝙ sicut in arbore plura pira apparent uel adhærent in stipite prouenienti ex arbore a quo accipiunt nutrimentum: ita in matrice possunt plures fætus adhærere uni additamento a quo omnes accipiunt & per additamentum hic auctor intelligit sinum. Nota tamen lector ꝙ hic liber non est. G. quamuis sint aliqui qui putent ꝙ sit eius / eo maxime quia in isto libello reperitur illa auctoritas Aui. prima tertii. c. primo: i qua habetur ꝙ caput est factum propter oculos: tamen non est. G. pergamensis quia in isto libello in pluribus locis reperiuntur sententiæ aliquæ quæ sunt de directo cōtra mentem uerā G. ut legendo percipitur & ita re uera est / potest forte esse ꝙ hic liber fuerit alterius. G. q̄ pergamensis. Nota etiam lector ꝙ ad generationē sexus masculini requiritur ex parte femine ꝙ sperma eius magis decidatur a uase seminario dextro: & ꝙ etiam secundina trahat nutrimentum a parte dextra matricis / & ex parte uiri requiritur ꝙ sperma etiā decidatur a parte dextra / & ꝙ sit ualde spirituosum / & hoc dico quantum ad radicem inferiorem: quia credo ꝙ etiā celū sit illud ꝙ masculinizet & femininizet / requiritur tamen materia apta / & talis est sperma bene digestum pro portionatum masculinitati: nec credo tenendo uiam Hip. & G. ꝙ alligatio secundinæ lateri dextro & sinistro faciat differentiam in sexu: quia ex nutrimento ueniente a parte dextra uel a sinistra pro fætu non informatur animal quantum ad mēbra spermatica: sed credo ex spermate solo maris & feminæ fieri membra spermatica / & talia sunt quæ ponunt differentiam in sexu / est bene uerum ꝙ latus dextrum est aptius fouere sperma ad masculinizādum q̄ latus sinistrum propter suam caliditatē: & credo ꝙ sperma masculinizans magis inclinetur ad faciendum ꝙ secundina adhæreat parti dextræ q̄ sinistræ / quia in spermate masculinizante est plus de calore & spiritu / & propter simbolei-

tatem quam secum habet latus dextrum/ille spiritus geni
tiuus quærens euentationem perforat secundinam ad la/
tus dextrum/ & sic secundina adhæret cotilidonibus.i.ori/
ficiis uenarum dextri lateris/ & inde trahit nutrimentum:
& sic econtrario modo contingit in spermate feminizante
.s.ꝙ suus calor est magis similis parti sinistræ:& ideo ten/
dit ad illam partem sinistram:& credo hoc esse ut in pluri/
bus / tamen ego examinaui pluries mulieres prægnantes
quærendo signa masculinitatis quæ dixere mihi se perce/
pisse maiorem grauedinem & plenitudinē in parte dextra
quæ sunt signa masculinitatis:& tamen peperere feminā:
& ecōtra aliquæ dixere se percepisse idem in parte sinistra
& tamen peperere masculum/ex quo infero ꝙ celum mul
tum concurrit ad formationem fætuum & in figura & in
sexu sicut tenent cōmuniter auctores:& maxime astrono/
mi/tamē ut prædiximus fætus masculus ut plurimum est
in parte dextra.s.alligatus mediāte umbilico & femineus
in sinistra / natāt tamen fætus modo in parte dextra modo
in sinistra secundinæ/ & matricis/ secūdum ꝙ iacet mulier
q̄uis sint alligati per umbilicum uni parti tantum : & ideo
Hyp.auctoritatē cuius adduximus supra de mente.G.xiiii.
de uti.c.iiii.dicebat si altera mamillarum gracillis fiat ge/
minos habenti.s.ligatos unum parti dextræ & alium sini/
stræ alterum abortit:& si quidem dextra gracillis fiat mas
culum si uero sinistra feminam/per prætactas igitur ratio/
nes & auctoritates & exempla:credo ꝙ possint esse duo ge
melli trahentes nutrimentum a latere uno matricis tantū:
& unus potest esse masculus & alter femina / & per conse/
quens ꝙ duæ feminæ possunt simul concipi & etiam tra/
here nutrimentum a parte dextra / & credo ꝙ possint etiā
esse duo masculi qui trahant nutrimentum a parte sinistra
nec credo ꝙ sint duo sinus principaliter in matrice sicut di
cit Haly.propter gemellos/ quia natura forte semper gene
raret gemellos sed nō intendit generare nisi unum ut me
lius eum nutriat ad hoc ut non defœdetur natura/ dicente
Ari.vii.de hist.c.iiii.ut plurimum locis plurimis mulieres
singulos singulæ pariunt.Et forte ꝙ Hali.uoluit intellige/
re ꝙ duo sinus sint i matrice propter gemellos isto modo
.s.ꝙ unus iaceat in uno:& alter in alio quamuis trahāt nu/

trimentum ab altero laterū/ credo tamen ꝙ duo sinus non sint in matrice propter hoc sed credo in matrice esse duos sinus ut si contingat nocumentum uni parti ꝙ non contingat alteri: quia nō solum dualitas est in matrice sed totum corpus est didimum propter prædictam causam/ & ita est tenendum/ interdum tamē natura errat & generat plures fætus quia interdum generat duos aut tres aut quatuor aut quinq; teste Ari. ubi supra/ & ibidem dicit ꝙ quædam mulier peperit. xx. in quatuor partubus: & subdit Ari. ꝙ si in gemellis unus sit mas & alter femina raro seruātur. i. raro uiuūt: nono etiam de animalibus capitulo ultimo. Aui. dicit idem & dicit ꝙ quædam mulier iā aborsit. xxxiii. & dicit ꝙ audiuit a fidelibus ꝙ una mulier aborsit septuaginta octo formatos litera tamen Aui. ibi est diminuta: sed istā auctoritatem adducit Conciliator. x. problematum prob. xiiii. ubi dicit matricem diuidi in duas partes per parietem & tamen non est paries in matrice nisi eo modo quo diximus supra & ibidem Conciliator dicit ꝙ in certo libro de spermate. G. attributo scriptum est septem esse receptacula matricis in quibus sperma recipitur quē tamen librum damnat & negat & dicit eum non esse. G. ut etiam ego alibi supradixi/ & ille liber iudicio meo nō est ille liber đ spermate. G. quem ego supra adduxi & inferius adducam ad longum quando tractabo de generatione embrionis qui iam diu apud nos repertus est impræssus: sed forte est ille liber de spermate non multo tempore elapso impræssus a me parum supra adductus in uigintiquinq; partes diuisus uel est liber. G. etiā attributus sub titulo de anatomia parua in quibus dicitur ꝙ matrix habet septē cellulas/ & neuter horum duorum librorum est. G. apud expertos in uia eius: & ideo ubi supra Conciliator dicit iuristas auctoritate inuenta in tali libro de spermate scripsisse in suis codicibus matricem habere septē receptacula/ & dicit ꝙ de hoc dicitur in ipso & de aliis multis est mendatium purum: & iudicio meo Conciliator in hoc bene iudicauit quia ut supra patuit de mente. G. matrix non habet nisi duas cellulas seu cameras uel sinus: & ibidem Cōciliator auctoritate Alberti super. vii. đ hist. dicit ꝙ una mulier in Germania per relatum cuiusdam medici abortiuit quindecim inuolutos

in uno

In uno panniculo q̃titatis digiti auricularis: pluresq; habe
bant motum constrictionis & dilatationis: quæ mulier pu
tauerat se uermes peperisse: in una tamen litera Alberti re
peritur scriptum ꝙ li quindecim dicit centum quinqua/
ginta: & talis numerus est credendus Alberto quia semp
dicit portenta: & tales fætus habebant oculos incomple/
tos sicut dicit Zerbus: & digiti manuum & pedum erant
quasi capilares/ & Albucasis mihi dilectus & fidelis cui ma
gnam adhibeo fidem i secũdo libro suæ chirurgiæ.c.lxxv.
in fine dicit quandoq; format in matrice unus & duo/ tres
& quatuor & quinq; & sex & septem & plures decem/ &
iam uerificatum est apud me ꝙ mulier abortiendo emisit
septẽ & una alia quindecim omnes formatos qđ factũ est
mensuratione gloriosi sapientis: & in fine sequentis capi/
tuli dicit unum notatu dignum.s.ꝙ uidit mulierem in cu/
ius uentre mortuus erat fætus deinde impraegnata est sup
ipsum uice alia/ postea etiam mortuus est fætus alius. Acci
dit ergo ei post lõgum tempus apostema in umbilico suo
ꝙ apertum fuit & emittebat pus: & applicuit emplastra at
tractiua fortia & exiuit ex loco os: deinde post aliquos dies
aliud os: deinde facta inquisitione ꝙ erant ossa fætuũ mu/
liere etiam existente in melioribus dispositionibus: extra/
xit multa ossa/ quæ uixit taliter tẽpore lõgo & emittebat
aliquid puris a loco illo: & hæc dicuntur in hoc loco ut ha
beatur scientia & adiutorium ad similes casus cum opera
tione manus. De numero etiam fætuum hic Bononiæ est
quidam Iulius Scatinarius adhuc uiuens & fœcũdus Bo/
noniæ ciuis qui uenit in lucem cum sex aliis fætibus & ip/
se fuit septimus & mater eius erat sorror Domini Floriani
de Dulphis mihi affinis: & ego Carpi uidi unã mulierẽ pa/
rere quinq; filios in uno partu. Et dixit mihi de uisu fide di
gnissimus Reuerendus. D. Alexãder de Campo Fregoso
Episcopus Vintemiliensis/ & iurauit supra pectus suum si
de Episcopali/ ꝙ una mulier Ianuæ de Egregia familia de
Bocanigris peperit.xvi.fætus humanos magnitudinis me
dii palmi qui omnes habebant motum: & ultra istos.xvi.
fætus qui habebãt formam humanum etiam peperit unũ
animal habens formam æquinam ꝙ etiam habebat motũ
& omnes.xvii.tam humanã formam habentes q̃ illud ani

mal ꝙ habebat formam æquinam erant inuoluti in una secundina hoc tamen est monstruosum & de partubus monstruosis omnia sunt credēda quia historiographi multa dicunt miranda de monstris. Et in rei ueritate Albertus Alemanus in lib. de mineralibus assignat mōstruum causas ueras & etiam mirabilia dicit in libris de animalibus, multa etiam alia audiui a fide dignis de isto numero fœtuū quæ scribere esset tediosū: & ideo supersedeo, satis est scire pro ueritate ꝙ matrix nō habet nisi duas cellulas in quibus sūt multa capita uenarum & arteriarum quæ dicuntur cotilidones siue acceptabula: & una uena & una arteria est sufficiēs nutrire unum fœtum paruum, maxime de illis recitatis ab Alberto: & ita est credendū ꝙ una mulier peperetit centum & quinquaginta & forte plures: quia certe ad intra concauitatem matricis termināt multæ uenæ & etiā multæ arteriæ, quæ ut dixi dicūtur cotilidōes, & acceptabula, & fossulæ, & scroboli & uenarū ora, quæ possunt dici cellulæ pro quanto a cellulis. i. a uenis nutritur fœtus & ita quando natura errat, in una met secundina potest facere multos fœtus: & in magno numero talium fœtuum credo ꝙ secundina adhæreat omnibus uenis matricis, sed in uno fœtu solo non est bene uerū ꝙ ad bene nutriēdum fœtum magnum concurrit plusq̄ una uena & una arteria. G. tamen quinto de uti. c. iiii. iudicio meo tenet semper secūdinam adhærere omnibus uenis sicut etiā tenet. vi. aphor. ut patuit supra dato etiam ꝙ sit unus fœtus tātum, & dicit ꝙ a multo numero uenarum & arteriarum paruarum efficitur unus ramus uel plures maiores deinde efficiuntur maiores usq̧ quo faciāt umbilicū istis uerbis: in uno quoq̧ enim orificio perueniunt intus matricem uasorum per q̄ & menstruum ad eam ferebatur, & generatur in tempore imprægnationis aliud uas, arteria quidem in orificio arteriæ: uena uero in eo ꝙ uenæ: ut sint æqualia numero ea q̄ generantur orificiis quæ intra matricem terminantur: ipse tamen in libro de anatomia matricis dicit uenā esse maiorem arteria: & subdit paruum autem est uasorum singulum ubi primo explantatur a matrice sicut a radice arboris termini qui ad terram procedunt: procedentia uero modi cum in idem ad inuicem ueniunt & ex duobus quorumli

bet eorum sit unum: deinde rursus eorum singulum per/
miscetur alio homogeneorũ & similiter sit unum: & hoc
non cessat fiens quousq; ad duo magna colligantur omnia
illa parua: quæ sicut stipites quidam implantantur fætui p
secundinam quæ est secundum umbilicum: teneo tamen
ego ꝙ ut in pluribus aliqua pars secundinæ non adhæreat
matrici ut supra dixi: & ibidẽ. G. dicit ꝙ cerui & animalia
saltantia habent etiam uenas matricis alligatas mẽbranis
in quibus continentur eorum fætus: sed talia ligamẽta seu
uasa alligantur matrici per carnem uiscosam: sicut sunt un
guenta: ego tamen teneo sicut etiã prædixi ꝙ aliqua pars
secundinæ nõ sit alligata matrici per uenas aliquas nec p
arterias nisi ubi sint multi fætus & hoc dixi de experientia
in anatomiis. Et etiam dico hoc cũ uideam fieri super im/
prægnationem/ in qua superimprægnatiõe requiritur no
ua secundina: & ita si essent duæ super imprægnationes &
plures ꝙ possibile est/ essẽt duæ uel plures secũdinæ: si aũt
sint multi fætus omnes geniti in uno coitu uel in pluribus
dummodo adhuc secundina non fuerit formata dico eos
oẽs fætus cõtineri in una secũdina: & hoc est clarũ exptis.
❡ Nota tamen lector ꝙ ego uidi in una secundina unũ fæ
tum qui nondum erat perfectus: sed habebat totam formã
membrorum completam exceptis pedibus: huic. n. erant
caput & brachia & totum corpus usq; ad genua inclusiue
omnia completa & bene formata: pedes autem erãt uel lo
cus pedum in una certa massa certe humiditatis albæ uis/
cosæ similis clare oui in colore & in substantia/ in qua mas
sa ego quæsiui & nihil inueni ꝙ haberet substãtiam solidã
nisi qualẽ habet clara oui: ex quo ego iudicaui pedes esse
ultima membra informatione fætus uel ꝙ ille fætus natus
fuisset manchis pedibus: & hæc materia similis clare oui
erat multa & tanta ꝙ fætus natabat in ea: in ista tamen ma
teria alba apparebãt certe uenæ rubicundæ q̃ erãt iudicio
meo tres sensibiles: & erant reuolute ad instar umbilici
& ab una parte seu ab uno latere secundinæ trahebant or/
tum: & terminabantur circa centrum uacuitatis secundi/
næ uersus locum ubi erant loca pedum prædicti fætus: &
ibidem erant tres ampullæ quasi simul se tangẽtes ex qui/
bus ampullis & uenis iudicaui in ista secundina futurũ fie/

ri alium fætum/iste tamen fætus non fuisset completus ho
ra primi/nisi uelemus dicere ꝙ primus quia erat mascu/
lus fuit primo formatus & completus ut tenent auctores
& ꝙ secundus fuisset femina:uel possemus etiam dicere ꝙ
interdum natura incipit plures fætus & eos non complet
sicut etiam pullulant arbores plures flores & tamen non li
gant & complent omnes:quia non credo ꝙ ista fuerit su/
perfætatio quia si fiat superfætatio necessario requiritur il
li superfætationi una secundina de per se quia sperma faci
ens superfætationem non potest ingredi primam secundi
nam:quia ipsa est panicularis resistēs spermatis ingressui
& istam secundinam cum prædictis cōtentis in ea ego mō
straui fere qngentis scholaribus in uniuersitate nostra Bo/
niensi comorantibus/& etiam multis ciuibus/quia ista se/
cundina erat in matrice unius mulieris prægnātis quæ fu/
it suspensa Bononiæ de qua fecimus anatomiam publicā:
Inter partes etiam matricicis numerātur cornua quæ sūt
duo additamenta ligamentalia quæ ligant matricē anchis
& eam tenent equalem in medio sui loci: & dicuntur ista
ligaméta cornua quia assimilātur cornibus in figura: teste
G. in libro de anatomia matricis auctoritate dioclis: habēt
etiam alia plura nomina in quibus non est ponenda cura
quia talia nomina non sunt in usu quorum cornuum iuua
menta secundum aliquos sunt ligare matricem anchis ut
supradictū est & aperire os matricis ut deglutiat sperma:
quia in coitu extenduntur ut corda simul cum uasis sper/
matricis & aperiunt os matricis. Visis cellulis & cornibus
matricis/uidēde sunt etiam tunicæ quæ numerātur inter
partes eius quæ quidem tunicæ ab Aui. ponūtur esse duæ
G. etiam in libro de anatomia matricis dicit eā habere du/
as tunicas:sed Hali. tertio theor. c. xxxiii. dicit ꝙ habet tan/
tum unam tunicam in qua sunt uilli omnium modorum
dicit tamen ꝙ longitudinales sunt pauciores omnibus ali
is quia tantum habent attrahere sperma:sed quia matrix
diu habet continere fætum & etiā eum expellere forti im/
pulsu ideo habet multos uillos latos & transuersos/idem
dicit de uillis Auer. secūdo colliget. c. x. G. etiam tertio uir/
tutum naturalium. c. xi. dicit idem ꝙ Hali. istis uerbis sicut
enim uenter manifeste quidem trahit & euellit cibaria in

ualde exurientibus antequam citissime in ore leniantur & & anxiantur & expellit in non ieiuniis & non ex necessita/ te comedẽtibus/ita & aliorum singulum utrasq habet uir tutes & propriorum attractiuam & alienorum excretiuã: & propterea si ex una fuerit tunica organum consistens si/ cut & uesicæ utreq & matrices & uenæ utrorunq uillorũ habent genera: & nimirum & tertium demum genus ali/ quod uillorum est obliquorum minus multum multitudi ne prædictorum duorum generum.xiiii.etiã de uti.c.xiiii. dicit matricem habere unam solam tunicã istis uerbis/pro pter quid autem intestina quidem omnia & uẽter ex dua bus tunicis facta sunt matricibus uero sufficit una sicut & uesicis utrisq dictum quidem est capitulũ in anterioribus sermonibus/ & subdit in matricibus uero ceu sanguine pu ro & benigno nutritis sufficit una tunica: sed quoniam nõ solum attrahere oportebat intus eas sperma secundum coitum/ sed etiam detinere tempore impręgnatiõis & de cernere cum perfectus fuerit fætus/propterea omnem spe tiem inulorum eis natura ingeniauit: mostratum est enim & de hoc multociens quoniam singulum organorum at/ trahit quidem ad se rectis inulis agens/ excernit uero trans uersi/retinet autem uniuersis/quod uero ab itrinseca dicit una litera alia dicit extrinseca & melius parte horum circũ iacet membranum ambas copulat matrices in idem & te/ git & colligat apud adiacentia: propter prædictam disso/ nantiam in dictis.G.& Aui.est uidendum an matrix habe/ at unam uel duas tunicas/ & dico q ad sensum non habet nisi unã quæ sit de uera essentia matricis/ & ista tunica nõ est una continua sed sunt duæ una a dextris alia a sinistris: ac si esset duæ manus se contangentes/ quæ quidem duæ partes faciunt duos prædictos sinus: & ideo Hali.ubi supra dicebat antiquos matricem dicere matrices quæ duæ ma trices habent unum panniculum ortum a siphac sicut ha/ bent alia membra naturalia eas circũuoluẽtẽ: propter quẽ ego credo q Aui.dixerit matricem habere duas tunicas: & ideo dicebat.xxi.tertii.c.i. & tunica quidem extrinseca pura est una & intrinseca est sicut diuisa inter duas diuisio nes quasi distinctas non sicut consolidatas/ita q si excoria retur tunica exterior earum duarum excoriaretur quasi a

duabus matricibus/quibus esset collum unum non sicut a matrice una: & ita est credendum & tenēdum: Iacobus tamen de partibus super prædicto textu dicit duas esse tunicas in matrice/sed dicit eas esse taliter unitas ꝙ apparent una idem dicit Zerbus / ego tamē credo & sic tenet etiam Nicolus ꝙ sit una sola tunica intrinseca non continua sed diuisa in dextrum & sinistrum cooperta tamen a panniculo cōmuni omnibus membris naturalibus & sic intellexit G.in libro de anatomia matricis quando dixit matricem habere duas tunicas quia aliter cōtradiceret sibi ipsi/ & sic etiam intellexit Aui.sed tunica exterior est simpliciter una teste.G.ubi supra iterior uero est duplex quæ quidem duplicatio non coniungitur sed una adiacet alteri ut ego supra dixi ac si essent duæ manus uel duo semi uasa rotunda se contangentia.Et istarum tunicarū illa quæ est extra trahens ortū a siphac est neruosa/alia uero habet multas magnas uenas & arterias:& ista tunica est satis spissa & iudicio meo carnosa ut supradixi:ad quam ueniunt secūdum Mundinum & secundum ueritatem uasa seminaria diuisa in multos ramos seu fibras facientes cotilidones ut supra dictum est:sed secundum.G.& sequaces ad istam tunicam itrinsecā ueniūt uenæ & arteriæ a septimo & ab octauo ramo uenæ chilis bifurcate circa os sacrū:teste Rasi & Auer. & Aui.& Hali.de anatomia uenarum descendētiū:& teste G.xiiii.de uti.c.xiii.a quibus uenis nutritur matrix & fluunt menstrua & etiam nutritur fætus q̄ uenæ faciunt aspe ritatem intra matricem maxime post purgata mēstrua ut sperma adhæreat melius eis teste.G.Et istæ uenæ & arteriæ secundum.G.sunt illæ quarum ora uocantur cotilidones & fossulæ siue acceptabula quæ sunt multe quarū numerus discretus iudicio meo est īcognitus/quæ capita uenarum possunt dici cellulæ matricis eo quia secundum earum numerum secundum aliquos generantur fætus non quidem in eis quia non sunt tā magnæ cōcauitates ꝙ possit colligi ibidem sperma pro uno fætu generando nec in in eis potest generari secundina una prænimia paruitate: sed ab eis fætus trahit nuttimentum:& credo ꝙ possibile sit ꝙ una uena & una arteria nutriat unū fætum maxime de illis recitatis ab Alberto/& si fætus sūt magni nō possūt

nutriri nisi habeant plures uenas/ quæ de multis numero terminantur ad unum truncum magnum tendentem ad umbilicum sicut supra diximus de mēte. G. v. de util. c. iiii. & hæc sufficiant de tunicis matricis.

¶ Iuuamenta matricis sunt plura nā primo & principaliter matrix est creata ad propagationē per quā cōseruatur orbis machina/ in qua matrice est uirtus occulta attrahēdi sperma sicut est in magnete ad attrahendum ferrum secūdum aliquos tamen ego credo ꝙ illa uirtus sit ēt sibi naturalis & ꝙ trahat sperma mediantibus uillis quia matrix sugit uirgam sicut infans sugit ubera matris/ & credo ꝙ etiā multum iuuet emissio spermatis cōsaltu a uiro ut sperma ingrediatur matricem / & in matrice est collū ꝙ iuuat masculum in dando ei delectationē in coitu/ & præputia eius quæ sunt in extremitate illius itersticii ꝙ dicitur uulua ab Hali. præbent hoc iuuamentum. s. ꝙ tuentur matricem a frigore/ os autem intrinsecum matricis præbet iuuamentum ꝙ retinet sperma si claudatur & iuuat ad propagationem per accidens/ quod quidem os est illud ꝙ sugit uirgā & ad se trahit sperma/ uenæ uero in ꝯcauo matricis/ iuuāt indiuiduum quia expurgant superfluitates menstruales: quia ut inquit. G. in secundo de spermate matrix est imbecilius membrum ꝙ sit in femina propter quod suscipit superfluitates / quæ si retineātur sunt causa multarum malarum dispositionum/ uasa etiā spermatica terminata ad matricem in uia. G. & Hyp. pro quanto educunt sperma retētum in corpore superfluum præseruant a multis malis accidētibus feminam / & etiam os matricis si sit aptum ut tale sperma possit exire & ꝙ non cōtineatur in matrice operatur idem/ & in uia Arist. hoc iuuamentum faciunt uenæ per quæ ueniunt menstrua: & menstruum apud eum est semen: nam Ari. dicit. vii. de hist. c. i. ꝙ in maribus secernit excrementum cum semine: & cum mensibus. i. cum menstruis in muliere & sanius redditur corpus: primo etiam de generatione. c. iiii. dicitur ꝙ menstrua tam alba quā rubea si modice uel si non fiant sunt causa ꝙ corpus egrotat aut ꝙ corpus emacrescit & attenuatur si superflue fiāt / & ob hanc causam cum frequenter mouentur aufertur incremētum puellarum: nota tamen ꝙ etiam corpus potest macre

ſcere ſi retineantur menſtrua quia tunc ille ſanguis malus
miſcetur bono/ & propter ſuam mixtionem mēbra abhor
rent nutrimentum & corpus macreſcit/ordine tamen na/
turali ſingulis menſibus fluunt menſtrua : quia matrix eſt
tamq̧ ſentina ſuperfluitatum quia eſt membrum debilius
ꝙ ſit in femina/ & femina eſt animal debile:teſte.G.ſecun/
do de ſpermate.c.ii.qui dicit ꝙ femina habundat in ſuper
fluitatibus/quia eſt tota imbecilis:cum autem tales ſuper/
fluitates uadant ad matricem neceſſario matrix iuuat ad
expulſionem earum & hoc patet experientia.

¶Paſſiones omnium modorum poſſunt accidere matrici
a qua matrice etiam compatiuntur aliqua membra ſicut
cor pulmo & cerebrum & multa alia membra/non ꝙ ma/
trix corporaliter moueatur ad ea quia hoc eſt impoſſibile
ut dicit Mundinus & Nicolus auctoritate.G.ſexto interio
rum:ſed hoc euenit quia uapores a menſtruis & a ſperma
te retento non poſſunt expelli per inferiora & tunc perue/
niunt ad prædicta membra & cauſant peſſima accidentia:
& ut ibidem inquit.G.ſperma retentum deteriora cauſat
accidentia ſi ſit ex mala materia quam menſtruum/ideoq̧
mulieres uidue menſtruis exeuntibus ſpermate cōſtricto
nimis patiuntur/quantūcunq̧ ſit pauca materia dummo/
do ſit uenenoſa & ibi dat exemplum đ ueneno araneæ / &
ſcorpionis/ & de animali turpigine/ & de ueneno canis ra/
bidi:& ideo hoc timens diogenes continentiſſimus uteba
tur coitu quaſi ſciret nocumentum a ſpermate ſibi fore ſi
abſtinentiam pateretur:non propter delectationem hoc ſa
ciens/fertur.n.eum iuſiſſe meretricē ad ſe duci : quæ cum
moraretur membrum fricans poluit ſe/in hoc etiam loco
G.narrat multa notatu digna de paſſionibus matricis uide
ibi / latius tamē hæc tractāt nono cōtinentis:&.xxi. tertii:
poteſt etiam apoſtemari matrix omni ſpetie apoſtematis
& patit̄ oēm ſpeciē male complexionis/mutat etiam ſitū:
quia interdum relaxantur eius ligamenta & corpus eius
exit per collum ad inferius ac ſi eſſet inteſtinū unū / poteſt
ēt pati ſolutionem continui ſimplicem & compoſitam:
uulnera & ulcera cuiuſcunq̧ ſpeciei.Et nota lector ꝙ ſi cō
tingant ei uulcera putrida corroſiua raro euadit mulier:
& de iſtis ego habui plures in cura ſimul cum multis aliis


peritiſſimis

peritissimis medicis & tādem terminate sunt ad interritū. Ego tamen uidi duos casus notabiles matricis sanari .s. ꝙ uidi Carpi unam mulierem quæ adhuc uiuit Eusemia di/cta/ & iam sunt triginta anni ꝙ pater meus curauit eam:& ego eram præsens cum eo:quæ erat & est uxor Alexandri Michaelis aurificis Carpēsis:cui matrix tota erat extra uul uā & corrupta/ quā matricē ipse secauit rasorio & sanata ē: & post hoc semper fuit sanissima exercendo negotia fami/liaria/cum ea etiam maritus coit quia remanserat collum matricis in loco suo quia collum non potest abscindi sicut corpus eius ipsa tamen nullā habet delectationē in coitu. Ego etiam.M.D.VII.de mense Maii fui uocatus a quodā pilipario Bononiensi comorante in cōtrata Saragociæ ad uidendum suam uxorem quæ erat febriens & ictericа in/tense:quæ habebat matricis corpus extra uuluā ad instar magnæ bursæ inuersæ:& talis matrix erat nigra corrupta & fetida cancrenata:quæ matrix exierat in partu difficili & obstitrices non potuere aliquo ingenio intromittere eā & sic cancrenata fuit : ego autem ligaui eam prope prope orificium primum colli cum filo tortuoso satis grosso & su bito eam secaui ac si secassem cum rasorio & sic cecidit to/ta:& iussi loca illa lauari cum uino in quo bullierit mel & aloes/ & transactis duobus diebus cessauit febris : & aliqui dolores dorsi & capitis qui adhærāt tempore quo matrix erat cancrenata/post hoc ego uacaui ictеritiæ cum medic nis debitis & pristine saluti ipsa restituta est/ quæ postea ui xit longo tempore sana. Nicolus etiam sexto sermone ca/pitulo. xxvii.recitat se uidisse similē casum in muliere An/dreæ salciciæ/ & ꝙ mulier uixit postea ꝑ multos ānos. Aui. etiam quarta quarti capitulo de disruptione & extractiōe sagitarum dicit totam matricem posse extrahi a corpore & ꝙ non sequitur inde mors:& hæc sufficiāt de anatomia matricis ad quam melius intelligēdā sunt positæ infrascri/ptæ figuræ quas quilibet potest uidere & sunt istæ.s.

¶Habes in hac figura matricē cū suis cornib' ad latera īfra q̄ cornua sū testiculi in suo loco na/turali alligati uasis semi nariis/q̄ ua/sa terminãt ad corp' ma tricis ut ui/des: & oriũt supra circa regionē re/nū ab emul/gēte & a ue/na chili ut su pra dictū est & hæc ma/matrix est fi gurata ma/gna ac si eēt p̄gnãs: i pte cuius ante/riori ē uesica cū suis poris uritidib' : & collū uesicæ terminat in collo matri/cis parū su/pra fixurā q̄ dr̄ uulua : & testiculi in hac figura



sunt in loco suo debito: hæc tamen melius uidentur anatomizando femi nam prægnantem & etiam non prægnantem.



¶Habes in hac figura matricē ite/grā cū cornibus & testi/culis supra cornua & uides qualiter uasa semina ria uadūt ad testiculos & a testiculis ad matricē: sed testiculi nō sūt i suo loco natura li: qa locus suus natura lis ē ifra cor/nua: sed sic sūt supra cor nua in hac fi gura qa me/lius uidētur ingredi i eis uasa semina ria: & uides in hac figu/ra q̄liter os matricis est supra collū q̄ os ē illud foramen q̄ uidetur su/pra collum matricis.

¶Habes in uẽtre huius figuræ matricẽ apertã i q̃ uides pũcta aliqua nigra idicãtia capita uenarũ q̃ dñr cotilidões: hẽs p̃terea matricẽ iuersã extra uẽtrẽ: & ẽ illa figura supra q̃ uids digitũ idicẽ pñtis figure mulieris: & in fundo matricis est certa dep̃ssio ut uids/ q̃ ẽ illa q̃ distinguit sinũ dxtrũ a sinistro: nec i matrice reperit alia diuisio: & illa pũcta nigra sũt cotilidones: & uides q̃liter collũ matricis est s ne cotilidonibus: & uides q̃lit collũ assimilat uirgæ uirili.



De generatione Embrionis.

Visa anatomia matricis sicut alias promissimus: ad uberiorē declarationē anatomiæ ē uidēda generatio Embrionis: qua uisa redibimus ad ordinē Mundini cū nr̄is digressiōibus solitis: sed qa est nōnulla discordia iter Galenū & Hippocratem cū suis sequacibus ex una parte/ & Aristo. & Auer. ex alia parte cum sequacibus suis non possum sine lite totaliter determinare de hac materia. Istæ tamen differentiæ iudicio meo sunt persuasibiles nō autem demonstrabiles/ inter aliquos istorum tamen est aliqua concordia: & ne sim in hac parte nimium prolixus nolo in hoc loco litibus intricari/ notabo tamē eorum opiniones: sed non soluam eas: hoc onus relinquens maioribus meis: quia non est aliquis ex cardinibus medicinæ qui nō sit agressus hanc prouinciam: tamē adhuc sub iudice lis est. Et primo ponā ex una parte opinionis Ari. recitatas in traductione noua libri de animalibus pertinentes generationi fætus: & hæc est opinio eius primo de generatiōe capitulo. xx. s. ꝙ mulier non habeat sperma/ dicendo ꝙ mulier propter frigiditatem suæ complexionis non potest cōcoquere sanguinem ut conuertatur in sperma: & dicit ꝙ mulier est idem ꝙ mas in feminis: & dicit ꝙ illa materia alba quæ euenit in coitu a matrice est excrementum matricis ineptum generationi quæ euenit ut det delectationem solum: dicendo ꝙ mulier non potest concoquere ultimū alimentum: ꝙ quidem ultimum alimentum in feminis est sanguis: aut res sāguini ꝓportionata: & capitulo. xix. eiusdem dicit ꝙ humor seminalis in femina est sanguis menstruus: & dicit ꝙ in masculo semē siue sperma est excremētum ultimi alimenti quod patet: quia semē masculi ꝑ uim emissum est inconcoctum. s. eis qui ultra modum utuntur re uenerea in quibus sanguis non pōt conuerti in ultimū alimētū: & ego credo ꝙ hoc eueniat quia alimentū nō trahit moram in membris ut concoquatur testibus cum aliis annexis illud ad se trahentibus: & ideo non potest dealbari & concoqui & propter hoc exit cruentum: & ideo ipse dicit semen masculi constat esse excrementum alimenti sāguinei quod ultimate in membra digeritur: & ideo recte

Mulier non hēt ultimū alimentū sicut uir.

dicit Auicen.libro.iii. de animalibus capitulo ultimo.s.ꝙ quãdo multum de spermate exit ab homine discoloratur & debilitatur suum corpus magisq̃ si quadragesies exiret de suo corpore sanguis tantus:quia sperma est eis habilitatũ ad transeundum in membra:& quum exit aufertur nutrimentum naturale membri quando exit in maiori quantitate q̃ id quod fuit residuum de nutrimento membri: & subdit Arist.Cum autem mulier non sit potens concoquere sanguinem necessario suum semẽ erit sanguineũ quod excrementum mẽstruum appellatur:& ibidem dicit ꝙ feminae menstrua sunt propoationata geniturae .i. spermati masculi/quia eo tempore quo uenit menstruum feminae: eo tempore uenit sperma maribus:& tempus inceptionis spermatis in maribus:teste eodem.vii. de hist. cap. primo est annus bis septimus & generat calorem & uoluptatem: & tali anno incipiunt pubescere & mutatur uox eorum in sonum asperiorem & inaequabiliorem.s.si coeant quia dicit ꝙ abstinentibus a coitu ecõtrario fit.s.ꝙ eis uox est acuta:& dicit ꝙ si curam adhibeant ad non coeundum ut aliq faciunt ex his qui coreis indulgent ꝙ longo tempore seruari potest uox subtilis & acuta:ibidem etiam dicit ꝙ mulieribus per id tempus exurgũt mamme quod fratrare dicitur eo quia tãq̃ fratres pares crescunt: & quae menstrua uocantur erumpunt:ibidem tamen dicit ꝙ sperma est in fecũdum usq; ad terseptimum annum: & dicit etiam post annum terseptimum mulieribus quidem iam procreatio est.Multi tamen dicunt in minori aetate marem spermatizare & etiam feminam menstruare:& ob id matronae domus & patresfamilias in custodiẽdo uirgines debent esse cauti:quia iam inuente sunt feminae nonum agẽtes annũ aut decimum quae a pueris domus impraegnatae sunt qui saepe ludendo supponunt sorores & alias de domo furore libidinis / sicut facit asellus matrẽ . Et Forliuiẽsis super prima primi de membris & super de generatione embrionis dicit auctoritate fide digni & iste fuit Marsilius d.s.Sophia ꝙ una puella octauum agens annum fuit impraegnata: & Hostiensis iurisperitus in summa de penitentiis & remissionibus refert Salomonem propagasse filium in.xi.anno: & in decretis glosa in summa.xx.quaestione prima: refert

Spma plus debilitat q̃ quadragesies q̃ sanguis.

Anno.xiiii. uenit semẽ.

Sperma ẽ in fecũdũ usq; ad.xxi.annũ

Notatu dignum de tẽpore conceptionis.

Gregorium dicentem q puer nouem annorum reddidit nutricem prægnantem: & ibidem Habbas dicit auctorita/te Alberti super quarto sentẽtiarum q una puella nouem annorum concepit & peperit in decimo anno: & ego audiui a fidedignis q unus puer .vii. annorum spermatizabat & erat barbatus & habebat uocem uirilem: & non est mi/rum quia ista sunt monstruosa & non ut in pluribus intenta a natura sed raro euenientia / & talia corpora sunt melãcolica quæ cito crescunt ad suum augmentum / & ideo ut aliæ res naturales quæ cito crescũt / cito finiunt suam uitã & isti non sunt ueri homines: sed magis cum bestiis participant in hoc & sunt secundum aliquos de natura babuinorum qui non sunt ueri homines sed ueris pigmeis assimillantur qui generant in tertio anno ut dictũ fuit in principio nostri operis & finis eorum uitæ est in octauo anno ad plus: tamen quamuis ista imprægnatio non sit periculosa nisi raro: semper tamen est bonum separare mares a femellis propter honestatem maxime in regionibus nostris atq in ætate nostra: & qui habet aures audiendi audiat: & hæc tradat menti quia ego prædicta uidi experientia esse uera Arist. etiam. x. prob. nono/ dicit q animalia longioris uitæ tardius perficiuntur: & ideo credẽdum est q si in specie humana aliquis homo cito spermatizet ille sit breuis uitæ & hoc patet experientia quia soli melancolici cito spermatizãt & omnino corpora cito coeuntia sunt breuis uitæ si multum coeant & ideo Aui. nono de animalibus. cap. vi. dicebat quando uir multum coit cito senescit & ibidem dicit q si mulier imprægnetur ante. xxi. annũ debilitat̃ multum & palescit propter hoc nec sperma ante. xxi. annũ est generans masculos nec bene coctum / & ibidem dicit Aui. q mulier quæ multum coit non habet delectationẽ in coitu. Sed unde digressus sum redeo / dicit etiam Arist. ubi supra q ætate deficiente sicut sperma desinit esse in mare ita menstrua desinunt in muliere: quia sperma ut ipse dicit primo de generatione. c. xviii. non est in decrepitis neq in ægris propter debilitatem neq in pueris propter incrementum eorum / & simili modo non sunt menstrua & ibidem Arist. dicit q semen non uenit a toto corpore & hoc probat multis rationibus. Et ibidẽ ẽt dicit q sperma est ex

Sperma desinit in mare & menstrua in femina.

Semen non uenit a toto corpore.

crementum ultimi alimenti: & dicit ꝙ mulieres pingues parum sunt fæcundæ: & Auicē.ix.de animalibus capitulo de generatione embrionis dicit ꝙ non inuenitur mulier q̄ pariat post quinquaginta annos. Ego tamen Carpi uidi feminam concipere dum esset ætatis plus quam sexaginta annorum: dicit etiam ibidem Auicē. ꝙ mas est gignitiuus usq; ad septuaginta octo annos & aliquando usq; ad nonaginta & hoc raro: & Arist.vii.de hist.c.vi.dicit ꝙ mas generat usq; ad.lxx.an.& Ari.ubi supra.c.xix. dicit si femina haberet sperma non haberet menstrua cum menstrua sint feminis idem ꝙ maribus genitura & dicit ꝙ non potest fieri ut duo simul secretiones seminales agantur: ideo semen a femina non cōferre ad generationem apertum est: nam si semen esset: menstrua non essent/ nūc illud deest quia hæc sunt: sed menstrua esse excrementum ut semen explicatū iam est: dicit etiam ꝙ tale semen non emittitur a femina q̄le a mare nec amborū mixtura generari/ dicit ēt ꝙ sæpe numero feminæ concipiunt sine uoluptate illa quæ fit in coitu/ & dicit ꝙ neq; cōcipitur ea ipsa uoluptate pariq; cō cursu profusionis utriusq; seminis: & per semen feminæ intelligit sanguinem menstruum nisi menstruorū humor sit modice temperatus: & ideo septimo de histo.capitulo secundo dicit quæ carent menstruis magna ex parte steriles sunt/ aliq̄ tamen pariunt absq; eorum profluuio/ uidelicet quibus tantum humoris colligitur quantum his quæ purgantur restare solet q̄q̄ non tanta sit copia ut foras possint profluere. Auer.etiam & sequaces tenent omnia prædicta esse uera/ Arist.etiam in primo de generatione capitulo secundo dicit ꝙ sperma uiri cōcurrit pure actiue/ & dicit generationis enim principia ut retulimus illum potissimum quis statuerit marem & feminam. Marem ut ꝙ motus & generationis originem teneat/ feminam ut ꝙ materiæ/ & subdit ꝙ mas est illud animal quod in alio gignit: & femina est quod in se ipso: primo etiam de generatione.c.xx.dicit ꝙ mas est mouens femina autem patiens: dicēdo ꝙ materia generationis est menstruū: & ꝙ mas agit in mēstruū sicut faber lignarius agit in lignum: & dicit ꝙ semē maris nulla est pars fætus/ sicut nec a fabro quicquam secedit ad lignorum materiam: neq; pars ulla artis fabrilis i eo quod

efficitur

Vsq; ad nonaginta annos homo generat.

Femina nō habet sperma quia hēt menstruū.

Nō fit generatio pp mixtionē spermatum.

Fit cōceptio siue uoluptate.

Nō mēstruātes māifeste concipiunt.

Sperma uiri concurrit puræ actiuæ

Quid mas quid femina

efficitur est:sed forma & species ab illo per motum in materia existit:atque anima in qua forma & scientia est mouet manus aut aliud membrũ motu certe qualitatis uel diuerso/a quibus efficitur diuersum uel eodem aliquibus idem: manus autem instrumentaque materiã mouent. Ita natura etiam maris semen emittẽtis utitur eo semine quasi instrumento & actu habente motum:ut in operibus artiũ instrumenta mouentur:in illis.n.quodammodo motio artis est. Quæ igitur semen.i.sperma emittunt hoc modo ad generationem conferunt. Quæ autem nõ emittunt.s.sperma/ fœmina particulam sui quandam inserit in marem:hoc simile facere uidetur quasi quis materiã ad opificẽ afferrat. Nota lector q sunt aliqua animalia masculina q̃ non emittunt sperma:& fæmina talis speciei coeũdo inserit certam suam particulam in marem:& isto modo talis fæmina concipit mediãte uirtute actiua data ei a mare ac si fæmina portaret materiam ad artificem ut daret illi materiæ aliquam formam:& Dinus super Hyp.de natura fœtus in questiõe utrum fæmina concurrat actiue dicit muscas fæminas insetere in marem certam particulam mediante qua concipiunt an sit uerum: ego ignoro / & nũq̃ uidi muscas nisi per putredinẽ generari. Secũdo etiã de generatiõe.c.iiii.Ari. dicit q animal est corpus animatum ad quod instituendũ fæmina semper materiam præbet:mas uero uim creandi: & subdit q corpus ex fæmina est.Anima ex mare & q substãtia alicuius corporis aĩa est.Et ideo dicit q quæ nõ unigena coeunt:q ea faciunt quorum tempus par & uteri gestatio proxima & corporis magnitudo non multo discrepans est: hæc primos partus similes sibi ædũt: cõmuni generis utriusque specie:quales ex Vulpe & Cane generãtur: aut ex Perdice & Gallinaceo.Sed tempore procedente diuersi ex diuersis prouenientes:demum forma fæminæ instituti euadunt:sicut semina peregrina:& ibidẽ dicit Arist. q in menstruis est plurimũ humoris inutilis:& ita in spermate maris est ẽt aliquid humidissimũ inutile:& ibidẽ dicit q sine emissione geniture maris & sine menstruo fæminæ non fit cõceptio:& etiam dicit q profusio fæminæ nõ fit intus.i.intra uterum ut quidam uolũt:quia os uteri angustum est:& dicit q talis profusio fæminæ extra uterum

Fæmina dat materiam & mas formã.
Sperma est animatum.
De Cane & Vulpe.
In mẽstruis est pars inutilis.
In spmate ẽ aliqd iutile.
Nõ fit conceptio sine semine maris & menstruo fæminæ.

Sperma diri gitur ad ītra a profusione fæminæ.
Sperma tra/ hitur ab ute/ ro si est cali/ dum.
Sperma est sicut coagu/ lum.

dirigit semen maris ad intra uterum & ꝙ tale semen trahi tur ab utero si sit calidum. Et hoc est signum quia prius lo cus madebat & post efficit siccus. Nota lector ꝙ aliqui an/ tiqui dicebant sperma Ethiopum esse nigrum quos redar guit Aristo.iii.de hist.c.xxii.dicēs ꝙ sperma Ethiopū intra corpus est album & crassum extra uero est tenue & nigrū. Et dicit ibidem Arist.ꝙ semen maris est simile coagulo in lacte ad menstruum:coagulum enim est cōtinens in lacte calorem uitalem:qui partes similes ducit eodē & unit atq; constituit:& genitura maris ita se habet ad menstruorum naturam. Nota lector ꝙ in fæmina sunt mēstrua & non in mare propter rationem tactam a.G.supra ad lūgum.s. pro pter impotentiam caloris:quæ fæmina ratione finis est ta/ lis:& forme & complexionis qualis est:dico forme q̄tū ad ad membra generationis quæ multum differunt in forma a membris generationis maris:& dicuntur menstrua pro/ pter lunarem circuitum:luna.n.mene dicitur/a qua uenit mensis & menstrua bene regulata ueniūt singulo mense: quæ menstrua secundum aliquos & maxime a Dino Flo/ rentino iuniore sunt quatripartita de mēte Arist. quarum partium una est illa ex qua generatur fœtus:alia est ex qua etiā nutritur fœtus:alia est quæ uadit ad mamillas: quarta est quæ est superfluens tempore conceptionis quæ expel/ litur in partu:& iste auctor nihil loquitur de menstruis mē salibus mulieris non prægnantis. Auic.tamē de generatio ne embrionis non diuidit mēstrua nisi in tres ptes:de dua/ bus primis faciens unam partem.s.de illa parte ex qua ge/ neratur & ex qua nutritur fœtus:sed nota lector ꝙ quādo Arist.dixit pilos & ungues generari ex cibo aduenticio in tellexit talia generari ex menstruo ex quo nutritur fœtus: & credo ꝙ talia generentur ex impuriori parte talis men/ strui nutrientis fœtum:quia tales partes in fœtu sūt igno/ biliores aliis:& ideo ex impuriori menstruo generantur & augentur:quia teste Arist.ut uidebitur infra:natura est tāq̄ pater familias dans bonum cibum filiis & dilectis:deterio/ rē uero seruis. Nota tamē ꝙ iste sanguis menstruus nō est distinctus a sanguine nutriente fæminam: sed est de eodē quem natura pro parte dirigit in uia Arist. ad generationē omnium membrorum fœtus:tam carniformium quā nō:

& ad eorum nutritionem: & pro parte ad mamillas: & eã pro parte etiam expellit periodice singulis mensibus: ueritas est ꝙ ille qui nutrit fœtum & ex quo generantur eius membra: & ille qui conuertitur in lac est purior q̃ ille qui educitur singulis mensibus a natura per matricem: & ille sanguis qui est superfluens tempore conceptionis qui postea educitur in partu: & ille qui educitur singulis mẽsibus dum mulier non est prægnans est quasi eiusdẽ naturæ: & in illo sãguine sunt partes magis ĩpure q̃ in sanguine nutriente fœtum: & q̃ in sanguine nutriente matrẽ: & q̃ in sanguine ex quo generantur membra carniformia fœtus: & q̃ in sanguine ex quo generatur lac: & quia talis sanguis.s. ille qui educitur in partu & singulis mensibus est peccans in quãto & in quali natura expellit eum ut prætactum est: & talis sanguis mensalis si debite expellatur a natura conseruat corpora saniora: teste Arist.vii.de hist.c.i. quia cum eo sunt excremẽta: & ita ẽt ꝯfert ad sanitatẽ spma maris & etiam feminæ: teste.G. Credo etiam ꝙ sanguis ex quo generatur lac sit aquosior q̃ ille ex quo generantur & nutriũtur membra fœtus: & iste sanguis mulieris quatripartitus ex quo generatur fœtus & ex quo nutrit: & ex quo fit lac: & qui expurgatur singulis mensibus: uel in partu non reperitur in muliere nisi a.xiiii.anno uel circa: usq; ad.xlvi. uel.l.ut in pluribus: & causa est quia ĩ tali ætate mulier est fortis potens digerere: quidquid comedit: & ideo habundat in sanguine: & in pueris seu in puellis non reperitur ꝓpter eorum augumentum: in decrepitis uero & in certis ægritudinibus consumptiuis non recipitur talis abundantia sanguinis: quia talia corpora sunt debilia. Ego tamẽ uidi multas feminas decrepitas habere fluxum mẽstruorum & etiam aliquas ægras hoc tamen non est intẽtum a natura: sed est sintomaticum aut propter relaxationem uenarũ matricis: aut propter acuitatẽ sanguinis: aut propter alias causas recitatas ab auctoribus: in temporibus uero mediæ ætatis ut plurimũ.s.a.xiiii.usq; ad ad.xlvi.uel.l.exitus sanguinis a matrice est naturalis & a natura ĩtẽtus gratia duorum: primo quia natura querit perseuerare tale corpus ab aliquibus ægritudinibus: mundificando sanguinem a superfluitatibus quæ sũt multæ in femina propter diminutum

calorem. Secundo gratia cõseruationis speciei: quia ex san guine tali tendente ad matricem generantur ad minus ali qua membra in fœtu in uia. G. sed secundum Arist. generã tur omnia membra ab eo sanguine: & etiã nutrit ea: & ua dit ad mamillas ut postea fœtus natus possit ex eo nutriri tãq ex cibo sibi amico & simili usq quo possit alia cibaria digerere: & isto mõ sanguis mẽstruus est idem cũ tota mas sa sanguinea femine: nec differt nisi modo prædicto super hoc tamẽ uide alios auctores: & inter alios Dinũ de Garbo sup Hyp. de natura fœtus. §. nõ habẽtibus autem in utero quando mẽstrua non egrediuntur: & etiam alibi quia aliq̃ dicit notatu digna & ibi Dinus tenet q femina tãtum det materiam & non formam dicendo q filii assimilantur ma tribus ut plurimum secundum magnitudinem: & dicit ali qua alia notatu digna: utrum autem femina solum det ma teriam uidebitur infra: est bene uerum q filii assimilantur matri in quãtitate ut plurimum: sed propter hoc non pro batur q mulier non concurrat actiue: sed quia filii assimilã tur matri in quãtitate qui uolunt uxorari debent esse cauti ne capiant feminas paruas sed iuste magnitudinis ut pro les sua sit talis: sed non tantum assimilantur filii matribus in magnitudine: sed etiã in forma membrorũ: & ideo uxo res debent esse formose & pulchre ut filii sint tales ut a ma gnitudine & a forma honesta filii sine multo labore acqui rant sibi maritos & uxores. Nota tamẽ lector q q̃uis ut in pluribus mulieribus in ætate prætacta defficiat fluxus mẽ struorum ad extra matricem: & q totaliter sit ad extra ap parenter constrictus talis sanguis: propter hoc nõ est quin mulier nõ possit impregnari: quia stat q curat ad intra ma tricem aliqua q̃titas mẽstrui quæ sit sufficiẽs ad generatio nem & ad nutritionẽ fœtus & q fiat cõceptio concurrẽte mare: & hoc uoluit Arist. septimo de hist. c. ii. istis uerbis & quæ his. s. menstruis carent magna ex parte steriles sunt: uerum fieri potest ut aliquæ earum sine eorũ presluio con cipiant uidelicet quibus tãtum humoris colligitur quãtũ his quæ purgantur restare solet q̃q̃ non tanta copia ut fo ras possint proluere: ueritas est q Arist. in isto textu intelli git in ætate iuuenili: tamen potest cõtingere in primo se nio q aliqua mulier fortis habundet in tanto sanguine q

concipiat sine emissione mẽstrui ad extra: stat etiam q̄ aliq̃ mulier i senio ducta sit adeo bene cõplexionata q̄ habeat mẽstrua naturalia & non sintomatice & q̄ cõcipiat: & ego hoc uidi esse uerũ experientia in terra Carpi: tamen ut plu rimum mẽstrua anullantur propter diminutum calorem in ætate senili/ & tunc aliquæ exilis superfluitatibus trãse/ unt in pilos & in ungues & in similibus: uel ut dicit ibidẽ Aristo. tales superfluitates expelluntur per urinã q̃ urinã Arist. dicit esse crassam & frequentiorem: ego tamen uidi urinas senũ esse ualde subtiles/ ueritas est q̄ senes frequen tius mingunt/ & apud me/ tãtum creditur q̄ talis superflui tas menstrualis non fit in muliere/ quia senes non bene digerunt: & ideo non fit sanguis mẽstruus qui sit bene co ctus: sed in sene generantur phlegmata quæ educuntur p sputamina: & ita comprehenditur q̄ natura de sanguine reperto in muliere magis conseruat indiuiduum q̃ spetiẽ ut patet cuicunq̧. Et Arist. secundo de generatione. c. iiii. dicit quomodo fit secundina/ & alii pãniculi fœtus & dicit q̄ calescentis frigescẽtis ue rei extrema siccescere neccesse est/ et animal non in humido sed seorsum contineri opor/ tet: & uocantur ea quibus obuolutus est fœtus partim mẽ branæ: aliæ secũdæ/ quæ maioris minoris ue ratione diffe runt. Et etiã dicit q̄ cor primum actu secernitur/ & q̄ est principium partium similium & dissimiliũ/ & q̄ uenæ ori untur ab eo/ & q̄ non modo sensu ita fieri constat: uerum etiam ratione: & dicit cum enim q̄ gignitur de ambobus abiunctum iam est/ seipsum gerere gubernare & dispensa/ re debet/ perinde quasi filius a patre emãcipatus: seorsũq̧ collocatus/ ita q̄ principium haberi oportet/ a quo etiam post ordo membrorum describat̃. Et quæcũq̧ ad absoluẽ/ dum animal pertinẽt disponantur. Et subdit q̄ animal est quædam potentia quæ indiget habere unde accipiat imp fectum alimentum/ quamobrem utero ut parẽte: sicut plã ta terra utitur/ ad cibum auriendum donec perficiatur: & iam sit animal potentia gressile: quo circa ex corde primũ uenas illas duas natura descripsit: de quibus uenulæ pen/ dẽt in uterum/ ex quibus qui umbilicus uocatur constat. Vmbilicus enim in aliis uena simplex/ in aliis uena multi/ plex est: quam uenam putamen cuticulare ambit/ & umbi

Secũdina fit a calido uel a frigido.

Primũ q̄ se/ cernit̃ ẽ cor.

Nota pulch/ rũ exẽplũ de cord & qũo a corde alia mẽbra p̄ce/ dunt.

Venulæ a co rde pẽdent i uterũ & faciũt umbilicũ.

Putamẽ cuti culare ambit umbilicum.

licus uocatur/quoniam uenarũ imbecilitas tutellam opi/mentum ꝙ desiderat. Venæ autẽ quasi radices pertingũt ad uterum per quas alimentum haurit fœtus. Et ibidem ꝑ modum dubii dicit Arist. si cor oriatur sanguine prædictũ & ꝙ sanguis qui uenit extrinsecus sit cordi alimentũ: quo modo ante aduentum sanguinis ab extrinseco per umbilicum aderit alimentum ipsi cordi. Ipse ibidem soluit dubiũ & dicit ꝙ totum alimentum nõ uenit extrinsecus per umbilicum: sed in materia ex qua generatur cor est aliquod alimentum sicut in seminibus plãtarum est aliquid quod uocatur lacteum/quod est alimentum eis antequam ha/beant nutrimentum extrinsecus. Et dicit ꝙ umbilicus pre bet nutrimentum & incrementum fœtui sicut radices plã tis ab extrinseco. Et ibidem dicit ꝙ eadem est materia ge/nerationis & nutritiõis: & dicit ꝙ anima uegetatiua est in/sita ita in omnibus animalibus sicut in plantis: & ꝙ ceteræ animæ partes aliis insunt: aliis desunt animalibus. Et dicit ibidem ꝙ interiora prius generantur q̃ exteriora: & ꝙ pri us uidentur maiora q̃ minora: & dicit ꝙ primum superio/ra præcordiis formantur. Et dicit ꝙ inferiora sunt minora & minus discreta superioribus. Et dicit ꝙ caput & oculi a principio sunt maximi: quia tota molles superior format prius. Et ꝙ inferiora ab umbilico exigua uidẽtur sicut cru ra. Et ibidem dicit uenas oriri a corde quæ tendunt dedu/cta ab eo modo riuorum a fonte. Et dicit ꝙ ortus similium partium est a calore uel frigore. Et dicit ꝙ caro aut propor tionatũ carni fit a frigore / ex quo fit ut caro ab igne resol/uatur. Et dicit ꝙ cornua ungues rostra: quia terrena sũt pa rum humoris & caloris habentia dum refrigescunt: calore euaporante duram formam capiunt: quamobrẽ igne mol liuntur. Et dicit ꝙ nerui & ossa fiunt a calore exsiccante su um humidum / quamobrẽ ossa resolui ab igne nõ possunt Et dicit ꝙ hic calor non facit carnẽ aut os ex quolibet/neq; quolibet modo aut tempore: sed ex materia apta & ut ap/te/ & cum apte effici potest. Et dicit ꝙ omnia membra pri us lineantur: deinde colores recipiunt & molliciem & du/riciem quasi pictoris: officio fungatur natura cum condit & creat. Pictor enim ubi lineis primum descripsit animan tem: mox uario illinit colore ac perficit: uim itaq; principi/

Nota.

Lacteum in planta.

Eadẽ ẽ materia gñationis & nutritiõis.

Interiora prius generant q̃ exteriora & prius superiora.

Frigiditas generat mẽbra & ẽt calor.

Caro fit a frigore.

Nerui & ossa fiunt a calore.

Cõparatio pictoris.

um sensus totius quod in corde animalis continetur ob eam rem primum gignitur. Mox ob eius calorem frigiditas suprema ubi desinunt uenæ respondens cordis calori constituit cerebrum: itaq̃ caput a corde continuo generat & magnitudine cæteris præstat. Principio etenim cerebrū multum & humidum est: & ideo oculi etiam sunt magni & molles: & sero perficiūtur. Et dicit q̃ sinciput inter ossa ultimate perficitur: & per sinciput intelligit locum ubi est cōmissura coronalis & sagittalis simul unitæ: & cā huius iudicio meo est humiditas cerebri in isto loco. Et dicit q̃ partes nobiles animalis generatur ex purissimo & sincerissimo alimento: & alia membra non ita nobilia sed gratia nobilium genita ex deteriori excremento generantur. Et dicit q̃ natura est tanq̃ paterfamil. prudens qui nihil amittere solet: q̃ dispensat res familiares ita. s. ut cibus optimus detur liberis: deterior seruis uillissimis sociis animalium. Vt igitur in cremento iam adito mēs aduena facit hæc: sic in ortu ipso natura ex materia sincerissima carnem cætero rum sensoriorum corpora conficit: ex recrementis uero ossa/ neruos/ pilos/ ungues/ ungulas/ & reliq̃ generis eiusdē constituit. Quamobrem hæc efficiūtur cum iam suppetit ex crementum naturæ: ossa igitur in prima partium constitutione gignuntur ex seminali ex cremento. Cūq̃ animal augetur hæc incrementum ex alimento capiunt naturali/ quo partes principales augent. Eius tamen alimenti sūt & reliquiæ & excrementa. Et subdit q̃ ratio alimēti est duplex altera nutriendi altera augendi nutriens est. Dicit etiam neruos eodem ordine īstitui quo ossa. s. ex seminali ex cremento & nutritiuo: & per ossa intelligit etiam cartilagines: & per neruos etiā ligamēta: sed ungues/ pili/ cornua/ rostra auiū/ & calcaria/ & si quid huiusmodi aliud/ est ex cibo gignuntur aduentitio & auctiuo: quem tamē a femina quantum de foris sibi aquirūt. Et dicit q̃ pili & eorum cognata omnia q̃ diu insunt tam diu augētur. Et magis cum corpora senescunt: & ægrotant atq̃ decrescunt: quoniam plus excrementi tantisper remanet: cum minus in partes præcipuas consumatur propter seniū aut propter morbū. Nam ubi id quoq̃ ob ætatem desecerit/ pili quoq̃ deficiūt at ossa econtra. Decrescunt enim cum corpore & mēbris/

Cerebrū est factū pp cor.

Membra nobilia ex puro alimento generantur & econtra.

Cōparatio nature ad patrē familias.

Ossa generātur ex cremēto & nerui & ungues & pili aliter & aliter tamen.

Nutritio & augumētatio.

Ossa & nerui ex menstruo & ex alio nutrimento.

Pili ungues & rostra ex cibo aduentitio.

De capillis & pilis.

defunctis quoqꝫ etiam pili augentur sed nasci nequeunt. Nota lector ꝙ Arist. uidet uelle ꝙ pili/ rostra/ & ungues/ non generentur ex excremento seminali ex quo generan/tur ossa & nerui & talia: sed dicit ꝙ generantur/ ex cibo aduentitio: & credo ꝙ Arist. itelligat ꝙ talia. s. pili & ungues generentur ex cibo aduẽtitio eo modo quo dixi supra: sed generantur ex uiliori excremento quia sunt uiliora mẽbra si membra dicuntur: seu uiliores partes animalis: & ideo natura prudẽs tãq̃ pater familias dat deteriorem nutrimẽtũ eis: & si uis uidere qd sint pili/ & ungues/ & quomodo augeantur/ & quomodo generẽtur & quando: uide Dinũ super Hyp. de natura fœtus. §. similiter autem & ungues & capilli in capite radicantur: uide etiam Conciliatorem particula quarta proble. iiii. & . xiii. & . xviii. & particula . x. prob. xxvii. & parti. viii. prob. xxii. & parti. x. xxi. & . xxii. & xxiii. & . xxvii. & . xlvi. & . lxvii. & parti. xi. pb. i. & parti. viii. prob. xxi. sed nasci nequeunt. Et dicit ꝙ dentes sunt de natura ossium & ꝙ gignũtur ex ossibus/ ut ungues pili & cornua & similia ex cute/ quo fit ut mutẽt colorem cum cute. Et dicit ꝙ soli dentes accrescunt tota uita durãte: & causa est id cuius gratia facti sunt: quia breui tempore attriti consumerentur nisi crescerent. Et dicit ꝙ dentes tangunt ossa non tamen continuantur eis. & gignuntur ex eo alimẽto ꝙ in osse administratur.

Quare crescant dentes tota uita durante.

Dictis & recitatis fere omnibus his quæ spectant ad generationem fœtus pro opinione Arist. & sequacium cum aliquibus utilibus digressionibus in quibus ego adduxi uerba formalia Aristo. quod non fecissem: si ista noua traductio de animalibus concordaret cum antiqua: quæ antiqua est adducta a Dino/ a Gẽtili a Forliuiẽsi: ab Vgone/ a Nicolo/ & a multis aliis Modernis qui fuerũt ante Theodorum quæ traductio antiqua est mala: & ideo traductionem nouam in propriis uerbis adduxi: ut minus laborent legentes in quærendo eam. Et etiam quia forte quilibet non habet penes se libr. Arist. de animalibus siue sit traductio antiqua/ siue sit traductio noua. Nunc sunt uidenda ea q̃ spectant ad idem pro opin. Galeni qui fouet opin. Hipo. contra Aristo. Galenus enim in primo de spermate capitulo primo tenet ꝙ sperma hominis habeat uirtutem

tutem actiuam & paſſiuã in generatiõe auctoritate Hipoc. & ibidem dicit ꝙ non eſt differentia in conceptione hominis & brutorum: & ibidem contradicit Ariſtoteli qui dicit ſperma maris non ingredi materiam fœtus: ſed dicit ꝙ corpus ſpermatis ſpirituatur & reſoluitur. Galenus autem dicit ſi ſic eſſet: multus aeris tumor in matrice conſtitueretur: tamen apparet oppoſitum: quia in ſolo principio conceptionis ſperma ſpirituatur: tamẽ parum inflate ſunt matrices. Et hoc apparet in anatomiis: & contra Ariſt. ibdem Galenus multis aliis mediis probat ſperma maris non reſolui ſed concurrere paſſiue. Et capitulo tertio dicit ꝙ nerui uenæ & arteriæ ſunt membra inſanguinea: ergo nõ ſũt genita ex ſanguine menſtruo ſed ex ſpermate. Idem dicit capitulo. viii. & ibidem inquit ꝙ nũq̃ ordine recto natura retinet pro ſe mẽſtruum: quia eſt ſuperfluum: ſed ꝙ bene retinet ſperma quia eſt amicũ ei. Dicit tamen capitulo. iiii. ꝙ natura habet excernere aliena & attrahere amica. ſ. ſanuinem bonum & ſpiritum ſtante conceptione per cottilidones: & dicit ſecundinam eſſe perforatã in loco ubi adhæret cottilidonibus. Et dicit capitulo quinto ꝙ mulier emittit ſperma ſicut uir: quæ ſpermata permiſcentur & mẽbranæ adinuicem complentur. Et ibidem dicit Galenus quaſi omnia de generatione fœtus: & dicit ꝙ natura attrahit ſãguinem ſpirituoſum calidiorem per arterias & ſanguinẽ groſſum per uenas. Et dicit ꝙ ex ſanguine calidiſſimo generatur calidiſſimum uiſcerum. i. cor. Ex altero uero ſãguine groſſo generatur hepar: & hepati uenæ quæ per ſecundinam feruntˀ alligatæ ſunt. Arteriæ uero ad alteram partẽ ſ. ad cor quæ propter excellentem caliditatem ceu quædã flamma nõ deſinit moueri: ſed cõmutari ſemper diaſtollatur. Duæ itaq; deducuntˀ martis ad hæc uiſcera uenæ & arteriæ & uelut radices quædã ipſorum ſunt. Quæ uero ad totum fœtum ducuntˀ proportionaliter rami ſunt in multos diuiſi. Tertium uero principium a quo omnes procedunt nerui generationem ex ipſo ſolo ſpermate habet. In permiſtiõe. n. quæ ad muliebre ſperma multæ ueſicarum ruptæ ſunt: ex quibus intus & ad profundũ accedebat ſpiritus ſaluare ſeipſum gliſcens: non. n. erat uelut uapor ſed per ſe mobile principium animalis: ſicut & continentem

Sperma uiri agit & patitˀ.

Contra Ari. de reſolutione ſpermatis maris.

Nerui & uenæ ſunt ex ſpermate.

Secundina ubi pforata.

Ex ſanguine calidiſſimo generatˀ caro cordis.

Ex ſanguine groſſo generatˀ hepar.

Cor mouetˀ quia calidiſſimum.

Cerebrum.

Spũs genitiuꝰ ẽ p ſe mobilis & principium aialis.

eum humorem uentriculum facit spermati plenũ spiritu:
Vt autem neq; inde parata euacuetur operatur sibi domũ
densam ipsius spermatis humidæ substantiæ quantũ erat
durius & grossius expellens ad exteriorẽ circũscriptionẽ
Ossa fiunt a calido. quod debebat in tempore calefactum & siccatum os fieri:
hoc itaq; in principio uirtus plasmás animal operatur: nõ
apparet autem a principio præ paruitate: sed quando pri-
Tria mẽbra qñ sunt ꝑpe & qñ distát. mo apparere potest. Maxima.n.sunt hæc tria prope se in-
uicem iacentia & contingentia: hoc quidem neruorũ prin
cipium debet fieri quod nuncupauimus cerebrum: in al-
tiori sede locatum. Subiacent autem ei cor & hepar se inui
Cerebrũ producit nuchá. cem tangentes. Tempore uero procedente prædicta tria
principia distant magis ad totum corpus mittentia germi
na: spinalem medullam quidem cerebrum producens ceu
Cor ꝑducit ahortam. aliquem ramum. Cor uero magnam arteriam quam aort-
tam Arist. nominat. Concauam autem uenam hepar: at ue
Cócaua uena ab hepate uero cum horum generatione circa spinalẽ generari dor-
sum. Et in circuitu cerebri poni craneum. Torax uero cir-
Primo generat cor alia át mẽbra post. ca cor tanq̃ domus ampla & densa. Debet autem circa par
turitionem non domus solum: sed primum & principalis-
mum organum esse respirationis. Hæc autem posterius fi-
unt: ego credo ꝙ hec littera sit mácha: quia nihil loquitur
de domo hepatis: & etiam est intrincata ut infra dicetur.
Carnosa ex sanguine mẽbranosa ex spermate. Et ibidẽ capit.viii. dicit ꝙ quæcũq; carnea sunt specie ex
sanguine facta sunt: membranosa autem uniuersa ex sper-
mate: & propterea quæ sunt ex sanguine si corrumpantur
generantur: quæcunq; uero ex spermate uel nũq̃ uel raro
Mẽbra spmatica nõ regenerantur. generantur iterum. Et ꝙ mirabilius est: quando aliquod
spermaticorum membrorum fuerit denudatũ & indiget
tegi & cicatrizari: caro quidem super innascitur unicuiq;
prædictorum: simile uero ipsi denudato nullo modo sup
innascitur. Conciliator tamen differentia.xxxvii. dicit mẽ
bra solida posse generari ex sanguine a uirtute iformatiua
sicut a ságuine potest fieri sperma & multa dicit super hac
materia notatu digna multum persuadétia opinionẽ Ari.
de menstruo esse ueram: & aliqui dicunt membra solida.i.
spermatica non regenerari: non quia generentur a princi-
pio a spermate: sed quia perfecto animali iá cessat ipsa uir-
tus informatiua: dicit tamen Conciliator ubi supra quasi i

fine quæstionis ubi quærit an membra spermatica possint restaurari ꝙ in corde remanet aliqua uis informatiua: & ꝙ remanet etiam aliqua materia spermatica in fontibus mēbrorum: & ideo dicit si solutio in mēbris sit pauca & leuis ꝙ potest restaurari maxime in infantia & in bona habitudine: quo autem tempore cesset notabiliter uirtus informatiua in fœtu uide a Dino & a Forliuiensi de natura infantis qui super hoc multa dicunt satis persuasibilia. Nota tamē lector ꝙ sunt aliqui qui dicūt ꝙ uirtus informatiua aliqua non remanet in animali postq̄ est formatum & extra uentre matris: sed dicunt membra crescere & augeri non autē informari: concedunt tamē ꝙ in fontibus membrorum remaneat aliqua portio materie spermatice ex qua in certa ætate crescunt membra: & dicunt dentes augeri non autē formari in pueris/ licet secundatio dentium sequatur: quia dicunt materiam priorum dentium esse separatam a secūda: & ideo uidētur dentes super nasci pueris & etiā in alia ætate: sunt tamen aliqui qui dicūt ꝙ materia dentium nō est in se diuisa nec separata: sed dicunt ꝙ fit secundatio dētium, quia in illa ætate pueritiæ in qua mutātur dentes natura mittit nutrimentum dentium ad sigillationem cōmissurarum cranei magis q̄ in alio tēpore: & quia cessat nutrimentum dentibus tunc tāq̄ exiccati & mortui cadunt: natura deinde rediens ad solitum locum cum nutrimento auget alios dentes in eisdem locis in quibus erant primi i quibus remansit initium dentium secundum primam materiam a qua fuerant geniti: ista tamen sunt imaginabilia magis/ q̄ aliter de dentibus tamen aliquid a nobis dicetur loco suo/ & de uirtute informatiua ultra Dinum & Forliuiensem uide Vgonem bentium super prima primi de uirtutibus naturalibus. Et Galenus dicit ibidem ꝙ ea quæ debent nutriri attrahunt sibi proprium humorem ex sanguine sicut sentiebat Hippocrates: quia quædam grossiori: & quædam puriori: & quædam ferrosiori indigent sanguine/ & quædam calidiori: & quædam frigidiori: & quædam phlegmatiori: & quædam melancolitiori: & quædā perfecte ellaborato. Et in libro secūdo de spermate cap. ii. de spermate capitulo primo probat auctoritate Hip. ꝙ mulier habet sperma prolificum/ quādo dicit in principio de

Cā secundatiōis dētiū

Omnia mēbra nutriunt sanguinem.

natura fœtus: si genimen .i. si sperma amborum permanserit in matrice mulieris primum quidem miscentur &c. Et uituperat Erosilum qui dicebat ꝙ sperma effūdebatur extra matricem a muliere in cohitibus: & ibidem probat mulierē habere sperma: dicēdo sicut ego dixi supra ꝙ quædā mulier in somniis emittebat sperma. Et ꝙ quædam uidua emisit multum de spermate diu retento. Idem dicit. vi. interiorum capitulo. v. Et Galenus ubi supra probat ꝙ spma fæminæ concurrit in generatione actiue & passiue: & ita etiam actiuæ & passiuæ concurrit sperma maris: dans exēplū de Vulpe & Cane: & de Oue & de Hirico: dicit si Vulpis Cani misceaẜ id ꝙ generatur si Canis fuerit masculus: habebit speciem Vulpis, si uero econtrario ad Canis speciem declinabit, ut fiat euidentius ꝙ quidem ex Vulpi Vulpis Caniformis. Quod uero ex Cane Canis Vulpiformis. Et ni mirum si Ouem Hircus imprægnauerit Ouem imp̄gnati ait pilis duram. Si uero ecōtrario Capram mollibus pilis, ceu ad formam eius quod generatur neq; minimum conferrente matre: omnino. n. ex illo non permutatur forma in animalibus, & in plantis. Sed ex spermate habēt omnia huiusmodi principium. Et ibidem dicit ꝙ materia fœtus non est menstruum tātum: quia semper assimilaretur fœtus matri, nec etiam materia fœtus est sperma maris tātum, quia fœtus assimilatur semper patri: sed euidētur fœtus apparent assimilari semper utriq;. Quare est dicendū ꝙ & a mare & a fæmina datur forma & materia. Et cap. vi. eiusdem. G. redarguit Arist. qui negat sperma masculi cōcurrere passiuæ, istis uerbis idcirco & increpatem quidē Arist. increpatione iusta non solum quando præteruidit q̄ non oportet eum præteruidere: sed etiam quia suorū dogmatum oblitus est, & nature operam diuersimode dicit in plantis & in animalibus. uidens. n. sperma in plantis omnibus creatiuum principium nō minus autem in seipso materiale continens in animalibus aufert alterum .s. dicendo ꝙ sperma non concurrit materializter. Et capitulo secundo eiusdem contra Ateneum: & Aristo. probat per aliquas rationes ꝙ sperma est uirtus & materia: & dicit ꝙ menstruū non est materia solum sed uirtus & materia. Nota lector ꝙ opinio. G. est ꝙ fæmina emittat sperma sicut mas & ego te

Hic negat totū sperma extra effūdi in coitu.

Mulier hēt sperma.

Dat exēplū de Cane & Vulpe ꝓbādo ꝙ ambo spmata agūt

De assimilatione contra Aristo.

Spma est uirtus & materia & ita mēstruum.

neo cum eo / sed per eũ etiam per prædicta uerba potest colligi ꝙ ultra sperma fæmina habet menstruum quod cõcurrit ad generationem membrorũ carniformium / ex sanguine etiam menstruo augentur spermata: quia secum permiscetur / & sic ex menstruo simul cum spermatibus generantur aliqua membra spermatica: sunt tamen aliqui qui dicunt ꝙ membra spermatica non generãtur ex mẽstruo: sed dicunt quod augentur & nutriuntur eo in uia .G. aliq tamen dicunt ꝙ necessario sanguis menstruus debet nutrire sperma & eum augere / aliter non esset tanta materia ꝙ sufficeret pro generatione membrorum spermaticorum. Aliqui tamen dicunt ambo spermata sufficere pro lineatione membrorum spermaticorum: quia in fœtu talia membra a principio sunt diminuta & dicunt ꝙ postea nutriuntur menstruo aduenticio: quid sit de hoc ego credo omnino ꝙ spermatibus post sex dies misceatur aliquid sanguinis primo pro generatione carnis cordis & hepatis: deinde credo illum sanguinem augere spermata ea nutriendo & sic membra lineata augentur: & isto modo est aliqua diuersitas in materia generationis & nutritionis: quia materia generationis in primo principio est una succedente uero tempore est alia / & nõ est eadem sola in uia Galeni q̃uis Ari. & sequaces aliter sentiant: & sicut in spermate fæmine est uirtus & materia ita in menstruo est uirtus & materia: & isto modo mediante spermate & mediãte menstruo fæmina concurrit ad generationem actiuæ & passiuæ & ista est mens. G. ubiq; cui adhæreo. Et ibidem. G. in. ii. paragrapho probat ꝙ mulier potest habere & sperma & menstruum / per experientiam / ponendo necessitatem testiculorũ fæminæ esse pro spermate / & etiam quia fæmina ut in anatomia comprehẽditur habet sperma. Et dicit ꝙ sperma fæmineum est sicut cibus masculino spermati & ꝙ fæmineũ est frigidum & humidum fluidum. Masculinum uero calidius & grossius: & ibidem redarguit Arist. & sequaces qui dixere ꝙ mulier non habet sperma propter frigiditatẽ: qa hoc non est uerum. Dicit. n. Galenus ꝙ longo tempore indiget nutriri fœtus hoc autẽ non cõtingit fieri absq; quod superfluica sit fæmina. Non autẽ erit superfluica absq; qđ frigidior & humidior sit sufficiẽter complexione. Talẽ au-

Mulier hẽt menstruum & sperma.

Fæmineum spma ẽ cibus masculino spmati quia auget eum. Bona rõ ɔtra Ari. de spmate fæminæ.

tem complexionem habens neq; multum sperma gene/
rat:neq; uiscosum: neq; calidũ : neq; grossũ erit possibile.
Nota tamen lector unum/iudicio meo notatu dignum.s.
ꝙ per.G.quælibet fæmina est superfluica ut fœtus nutriã/
tur ex superfluo nutrimento fæminæ:sed si sic est ut tenet
G.necessario illa animalia quæ sunt plurimum generatiua
habebunt plus de superfluo alimento:& ut sic talia anima
lia deberent etiam habere purgationes menstruales singu
lis mensibus saltem in certa ætate sicut habet mulier:appa
ret tamen oppositum per experientiã:quia Canes & Por/
ci Lupi & talia animalia plurium generatiua non habent
menstrua:nec reperitur aliquod animal ꝙ habeat mẽstrua
mensalia extra matricem nisi mulier & æqua:& tale dubi/
um non est adhuc certificatum nisi dicendo ꝙ tales fæmi/
næ plures parientes sunt pilosæ & aliquæ cornutæ quarũ
superfluitates mensales transeunt in pilos/& in ungues/&
in rostra/& in cornua eorum . Credo tamẽ ego ꝙ sint aliæ
causæ quæ nõ sunt nobis notæ:sicut de multis aliis rebus
de quibus intellectus humanus nõ potest assignare ueras
rationes:nam ut cõmuniter fertur omnia quæ sunt creata
in istis inferioribus sunt creata ad beneficium humanum
tum gratia cibi/tum gratia medicinæ/tum gratia uestitus:
& alterius cõmoditatis humanæ:tñ sũt multæ res ueneno
sæ de qbus homo patitur determinata:& ita sũt multa ani
malia inutilia homini & nociua:ut Serpentes & Vermes
multi/& Mures/& Leones/& Lupi/& huiusmodi:& si ani
malia sunt propter hominẽ ad sua seruitia uel pro cibo uel
pro alia cõmoditate humanæ ut dicunt aliqui/dicãt mihi
isti ad quid multiplicauit natura tot Mures/tot Formicas
tot Muscas & huiusmodi aĩalia:& dicãt mihi quare est ꝙ
Capra/uel Ouis/uel Vaca/uel huiusmodi animalia nõ sũt
plurium generatiua propter cõmoditatem humanam: si/
cut Lupi & Canes qui ut plurimum sunt inutiles:certe q̃/
uis sint assignate & etiam possint assignari super his multe
rationes in istis est credendum/mentem humanam igno/
rare multas causas rerũ:& ego credo ꝙ animalia & mine/
ralia & omnia in mũdo genita sint propter formas celi sic
& sic disponẽtes ꝙ una species animalis sit pro alia speciæ
& alia pro alia speciæ : & ꝙ omnino ut plurimum omnia

genita sint propter hominem/tum per se / tũ per accidẽs. Credo tamen multa esse occulta in natura ad quæ ut infra dicetur de mente Firmiani mens humana non attringit. Et subdit. G. ꝙ quale est in plantis terra: tale est ĩ animalibus mater: nutrimentum irrigãs quousqꝫ totum perfectum sit animal. Nota lector ꝙ si terra est tanq̃ mater colligitur cõtra Arist. ꝙ mater cõcurrit actiuæ & multum actiuæ: quia Arist. secundo de generatiõe capitulo quarto/uoluit semina peregrina mutare formam propter uirtutem terræ / ut latius etiam dicemus infra. Et ibidem Galenus in tertio parapho secundi capituli per multa uerba quærit causam assimilationis filiorum.

Mater & terra conueniunt.

¶Tandem concludit ꝙ est una assimilatio quæ est secundum totius substantiæ speciem: ut quando homo ex homine & equus ex equo fit. Et ad hanc formam plus cõcurrit mater.

Distinctio ꝺ assimilatiõe.

¶Est una deinde alia assimilatio quæ est secundum eãdẽ speciem ut assimilatio uel dissimilatio hominis ad hominẽ & ad hanc concurrit sperma prædominans. Et ideo dicit ibidem ꝙ ista forma est secundum totum motum qui est ex spermate.

¶Est & tertia assimilatio quæ est masculi ad masculum: & fæminæ ad fæminam. Et ad hanc formam concurrit crasis spermatis masculi & fæminæ. Galenus etiam. xiiii. de utili. capi. vii. dicit ꝙ ad propagationem omnino fæmina indiget masculo: & ꝙ ex necessitate spermata amborũ permiscentur: & dicit ꝙ ex ambobus unus cominatus fit motus. Non. n. cõtingit unum quidem aliter: alium autem aliter motum ad unius animalis generationem ꝓferre omnino: & ego super hoc dico omnino marem & fæminam necessario cõcurrere simul ad generationem: quia fæmina dat maiorem partem materiæ puta sperma & sanguinem mẽstruum & minorem partem spiritus: mas uero maiorẽ partem spiritus & minorem partem materiæ. materia. n. per se nõ mouetur: necesse est ergo ꝙ moueat a spiritu a quo est informatiua uirtus & spiritus in fæmina est paucus: & ideo ad generationem requiritur sperma maris & etiã fæmina a quibus sit: ut inquit. G. unus cominatus motus/ꝙ ante concurrat spiritus matris patet propter similitudinẽ

Fæmina indiget mare & econtra.

ad matrem repertam in natis: hæc tamen melius infra di/centur. Et secundo de spermate. §. iii. a. G. assignatur causa assimilationis particularum & non totius ad parētes quia interdum filius i facie assimilatur patri/ & in aliis omnibus membris uel saltem in aliquibus matri istis uerbis contin git autem & si omiomerorum fuerit sperma tale ut ex om ni eius particula creet omnes animalis partes/ in hoc tamē differūt quod id. s. fœture quod primo excidit grossus est quod uero secundum secundam uel tertiam iniectionem subtilius uel frigidius uel debilius uel inati spiritus substā/tia minus participans sicut econuerso primum quidē im/becilius uel frigidum uel spirituosum existere: contrarium uero id quod secundum secundam uel tertiam uel quartā iniectionem dominari in aliquibus quidem particulis id ꝙ masculi/ in aliquibus uero quod fæminæ/ quodcūq; au tem dominatur: particula illa assimilatur dominanti. Con sistit enim in omni particula materiæ conditor / nō autem est segregatum seorsum quidē quod mouet seorsum aut quod mouetur: sed seipsum mouet & regulat sperma & auget sicut antea dicebatur nutrimentum attrahens ex prægnāte / nullum igitur est mirabile utrisq; parentum as similari genita secundum diuersas particulas/ & ibidē paꝶ infra dicit ꝙ natura anteꝗ̄ det formam membris ꝙ prius coagulat materiam deinde ea informat sicut conficientes figuras ex cera & luto prius coagulāt talem materiam an/teꝗ̄ informent. Et ibidem Galenus mōstrat qualiter fæmi na facit molam: & quomodo potest habere sperma: & un/de trahant ortum uasa seminaria. Et capitulo decimo eius dem dicit ꝙ in seminariis uasis supra testiculos albescit & decoquitur sanguis: & fit sperma tam in fæmina ꝗ̄ in mare & dicit ꝙ in fæminis sperma est imperfectius: & ibidem as signat talem causam esse breuitatem uasorum: quia in ma sculis uasa sunt longiora: & consequenter sperma trahit lō giorem moram in eis: & ideo melius digeritur in mare ꝗ̄ i fæmina. Et dicit se dixisse i libris de uirtutibus naturalibus causam albedinis spermatis: quæ est. s. ꝙ quælibet particu la sibi assimilat nutrimentū: & tunicæ uasorum sunt albæ: & ideo sperma album: & dicit ibidem ꝙ fæmina intra ma tricem spermatizat: mas uero extra uirgam. Et dicit ibidē

De mola.

In uasis albe scit sanguis.

Causa imp/fectionis sp/matis fæmi/ne.

Cā albedinis spermatis.

ꝙ sperma

ꝙ sperma fœminæ est paucum & subtile: & masculi spma est multum & grossum: dicit tamen primo de spermate. c. vi. & . vii. ꝙ sperma augetur quia sperma per se nō est sufficiens generare membranas & ossa & neruos & huiusmodi membra: sed sanguis matris nutriēs sperma eum auget & ita est sufficiens generare omnia prædicta & dicit tēpus talis augumenti spermatis istis uerbis: nō igitur sufficit ad omnium earum creationem substantia spermatis sed in tēpore procedēte fœtus iam & sperma nutritum augetur. s. a sanguine matris & plurimū fit antequā separi oporteat cor ab hepate & indui ea proprio cooperculo & quando generatur peritoneon tam in pectore q̄ alibi & subcingentem panniculum & pleura & miringas cerebri & alia operimenta in fœtu & ad omnia ista membra natura est usa uniuerso spermate. Et capitulo. xi. dicit ꝙ sperma fœminæ cum eo ꝙ cōfert in generatione animalis est etiam ad hoc utile. s. ut impetum faciat ad uenerea fœminæ. Et cum copulatur masculo collum matricum aperiat. s. mediante spiritu tendendo collum: & non aliter quia sperma fœminæ emittitur ad intra matricem. Et ibidē auctoritate Hippoc. dicit ꝙ sperma maris digeritur & nutritur a spermate fœminæ: tanq̄ sit res propinquior sanguini. Et cum eo quod nutritur facile a similibus augeri potente. Et dicit ꝙ ex spmate fœminæ fit Elācoidea. Et ibidem dicit ꝙ in masculis in carnibus adenosis seu glandosis generatur aliquod humidum quod excernitur ad porum urinatiuum. i. ad uirgam simul cū spermate: & ista humiditas iudicio meo ab Auic. dicitur alguadi: quæ est in uiris sicut in pueris uirtute talis carnis. Tamen Auic. non ponit eam nisi in pueris: quia i eis est magis discernibilis: nihilominus est etiam in uiris uere spermatizantibus: cuius utilitates sunt ad rē ueneream excitare copulationem: & secundum coitum delectare: & madefacere urinatiuum porum. Et ibidem probat etiam mulierem habere talem humiditatem subtilem & sperma quarum una uadit ad collum. s. illa quæ dat delectationem: & alia ad fundum matricis per lineas. i. per uasa spermatica fœminea.

Spma fœminæ paucū & subtile.

Spma fœminæ exit pp delectationē & pp alia iuuamenta.

Alguadi & eius utilitates.

Alguadi uadit in fœmina ad collū matricis.

¶ Istam litteram Galeni ego adduxi in isto loco quod etiā nō fecissem sed hoc feci: quia libri quos ego habeo Galeni

sunt satis castigati inter alios a docto græco: & ideo posui litterram eius de uerbo ad uerbum: ne aliqui alii decipiantur a mala littera Galeni in aliquibus libris reperta maxime in libris de spermate.

¶ Nota lector q ultra Hippo.&.G.sunt aliqui alii q imaginantur fœminam omnino habere sperma sicut mas/dicentes q Canes Porci Cati Equi Asini & omnia illa animalia fœminina quæ non mouentur ad luxuriam nisi certo determinato tempore: mouentur solum a spermate & non a sanguine menstruo: quia si mouerent a sanguine mēstruo ad coitum semper appeterent eum: quia semper habēt sāguinem menstruum: non dico illum sanguinem menstruum superfluum quem habēt fœminæ humanæ propter superfluitatem sui nutrimenti: sed semper habent illum sanguinem menstruum ex quo est aptus nutriri cōceptus eorum qui dicitur sanguis menstruus purus ut infra dicetur loco suo: & credo q Canes & alia bruta multa haberent ēt illa menstrua q̄ habent mulieres nisi earum materia: ut inquit Auic.ix.de animalibus transiret in pilos in squamas & rostra & huiusmodi/ & nisi resolueretur in eis talis materia per exercitium uel q non expelleretur per urinam eorum sicut fit/ quæ urina propter hoc semp est turbida: sed mouētur solum propter sperma/ & hoc probant dicendo q fœminæ talium animalium non habent semper sperma & causam dicunt esse suum diminutum calorem/ & etiam dicunt causam esse q non habundant talia animalia tantū in sanguine sicut facit homo/q sanguis est materia ex qua tandem generatur sperma: & ideo propter penuriam materie & propter suum diminutum calorem: tarde generat sperma in eis: propter q cōtingit prædicta animalia tarde & in magno temporis interuallo moueri ad luxuriam: qa in eis non est semper paratum sperma pro coitu/ & q hoc sit uerum q fœminæ talium spetierum animalium non habeant sperma propter diminutum calorem probant dicēdo q mares eiusdem spetiei habent semper sperma q patet experientia quia nos uidemus Equos Canes & huiusmodi animalia masculina moueri ad luxuriam quocunq tempore & coirent si haberent animal cum quo coire possent: licet talia animalia non tantum possent coire quantū

homo:quia minus habundant in sanguine consequenter & in spermate:& dicunt istis de causis etiam in Asinis masculis nõ generari sperma nisi tarde:& ideo quia Asini sũt frigidi & sicci in complexione non mouentur nisi tempore mẽsis Maii uel circa ad luxuriam/tum penuria materiæ tum frigiditate complexionis eorum/ & ita propter prædictas rationes concludũt fæminam habere sperma/ & dicũt ꝙ fæmina humana semper habet sperma cuius signũ est ꝙ coit singulis temporibus/ & dicunt ꝙ hoc accidit ei.Primo propter multitudinem sanguinis earum . Secundo propter suum multum calorem : quia homo est calidior or extensiue cæteris animalibus ut patuit in principio nostri operis ubi locuti sumus de differentiis hominis ad alia animalia.Et ꝙ sit uerum ꝙ fæmina possit habere sperma sicut mas/probãt quia sperma non est aliud nisi superfluitas ultimi alimenti & fæmina habet ultimum alimentum sicut mas:ergo habebit superfluitatem eius ꝙ est sperma: ueritas est ꝙ ista superfluitas fæminæ est humidior & frigidior:quia est minus digesta in fæmina q̃ in mare propter eius diminutum calorem:& ideo recte sentit.G. dicẽdo ꝙ sperma fæmineum est minus & subtilius q̃ sperma masculinum:& omnino Aui.in libris de animalibus & aliqui alii Moderni quærentes cõcordiam Arist. &.G.super hac materia dicunt ꝙ Arist.in fæmina uocauit sanguinem menstruum id quod.G.uocauit sperma:& ideo dicebat Auicẽ. ut patuit supra ꝙ hoc nomẽ sperma erat equiuocum sicut oculus Solis & oculis Bouis & talia spmata.s.maris & fæminæ non cõueniunt nisi in nomine solo: quia certe in eorum essentia multum differũt:nam sperma maris est multum calidũ/ & grossum/ & multũ in quãto/ & sperma fæminæ est diminute calidum & paucum in quãto:& subtile fluidũ in substantia:teste.G.& experientia & dicit Arist. implicite tamen ꝙ sanguis mẽstruus quẽ Aui.uocat spma fæminæ est rubrum quia est indigestum . Et dicit sup hoc Beatus Thomas.iii.sent.distin.iii.questione quinta in primo quæsito explicite.s.ꝙ est rubeum quia non potest in mulieribus superfluum alimenti ad tãtam digestionẽ perduci sicut in uiris / propter ꝙ remanet i forma sanguinis sicut deficiens a completa digestione seminis:& contra Bea

tum Thomam/ & contra Arist. dicunt præfacti auctores q̄ tenent ꝙ fæmina habet sperma sicut mas: & ego teneo cū eis. s. ꝙ illa materaia ex qua generatur fœtus quantum ad membra non carniformia est alba siue habeat nomen mē/strui siue spermatis ego nō curo & est alba. Primo quia est superfluitas ultimi alimenti iam dealbata in membris secū dum Conciliatorem. Secundo quia etiam aliqualem albe dinem acquisiuit in uasis seminariis & i testiculis fæminæ ꝙ dicunr præfacti auctores ꝙ q̄uis in uasis seminariis tam maris q̄ fæminæ materia spermatis appareat rubea ꝓpter hoc non est quin sit alba: etiam albedine notabili: sed dicūt ꝙ uidetur rubea quia aliqua portio sanguinis est i illis ua/sis secum mixta: quæ q̄uis sit pauca est apta colorare in ru beum sperma ibidem contentum: & dicunt ꝙ necessario per ista uasa transit sanguis sub forma sua uera qui sanguis debet nutrire & uasa & testiculos qui in illis uenis uasorū est rubeus & per digestionem tertiam transeundo in quar tam dealbatur imporositatibus substantiæ talium uenarū: & ita si debet nutrire uenas & testiculos transit in glutem: & illa met sanguis qui erat rubeus in uasis solum pro nu/tritione uasorum & testium habet etiam aliquid superflui ex quo fit etiam aliquid spermatis: sed quia semper huic sanguini succedit alter a natura trāsmissus ad ista uasa qui etiā sicut prædictus nutrit uenas. i. uasa & testiculos ideo continue in prædictis uasis materia est rubea tamē illa ma teria quæ est in istis uasis a toto transmissa quæ est super/fluitas ultimi alimenti est alba: quia non est amplius san/guis: sed est tanq̄ glutē & non habet nomē ueri spermatis nisi quando habet in se completam uirtutem generatiuā q̄ acquirit perfecte in testiculis: licet aliquid acquirat de ta li uirtute in uasis seminariis. Et prædicti dicunt ꝙ non po/test concordari Arist. cum Hip. & cum. G. quia Arist. tenet ꝙ ab eodem menstruo ex quo generantur secūdum eum omnia membra fœtus: ab eodem etiam nutriūtur usq; ad horam partus: quia Arist. tenent ꝙ eadem sit materia ge/nerationis & nutritiōis: sed. G. uoluit ꝙ ab una materia ge neraretur fœtus solum q̄tum ad membra non carniformia q̄ materiam ut plurimum uocat sperma & interdum uo/cat menstruum: ut in secūdo de spermate. c. ii. istis uerbis.

Incedamus igitur per ea quæ sunt menstrui & spermatis neq; enim sperma est solum uirtus sed etiam materia quædam: neq; menstruum.i.sperma fæmineum est materia solum sed etiam uirtus: & subdit quoniam uero menstruum .i.sperma confert ad uirtuale principium in hoc monstrabitur/tantum nobis rememorantibus ex eis quæ in priori libro de generatione spermatum monstrata sunt quoniam sperma id ellaboratus est sanguis certitudinaliter a cōtinentibus ipsum uasis: secundum.n.hanc rationem materia fœtus fiet sanguis sed & sperma uirtute &c. Et uoluit ꝙ ablia materia diuersa a prima.s.a puro sanguine matris generentur membra carniformia & ꝙ omnia membra tā carniformia q̄ non nutriantur ab ista secunda materia quā ubiq; & semper uocat sanguinem mēstruum: & ipse tenet ꝙ prima antedicta materia de qua dictum est membra nō carniformia generari secundum eum q̄ ipse uocat sperma digeratur in uasis seminariis & in testiculis mulieris : & ꝙ ibidem talis materia acquirat uirtutem generatiuam & tenet ꝙ secunda prædicta materia.s.illa ex qua generantur membra carniformia & ex qua nutritur fœtus non digeratur in uasis prædictis nec ī testiculis: sed ꝙ sit sanguis purus a natura transmissus ad matricem per chilim uenā bifurcatam in regione ossis sacri ut patet.xiiii.de utilit.c.xiii. ego tamē teneo ꝙ pro maiori parte iste sanguis ex quo nutritur fœtus & ex quo generātur membra carniformia uadat per uasa seminaria ad matricem & quod nutriat fœtū: ut etiam supra dictum est de mente Mūdini & per ea quæ a nobis uisa sunt: & credo omnino ꝙ fœtus non nutriatur spermate matris: quia sperma matris in exitu uasorum ad matricem ut plurimum exit cum magna delectatione & si fœtus nutriretur a tali spermate semper dū fæmina esset prægnans haberet eam cōtinuam delectationem q̄ habet in coitu: quia continue fœtus trahit illam materiam ad se ut nutriatur: & tamen ad experientiam non uidet̄ fæminā delectari eo modo quo fit dum coit & emittit sperma.

¶Prædictæ auctoritates Aristo. & sequacium suorum & etiam opiniones Galeni Hippocr. & sequacium eorū sunt omnes persuasibiles: ego tamen magis adhæreo opinioni Hippocr. & Galeni quam Arist. quia est magis adhærens

ſenſui.Et ſuper prædictis opinionibus fere omnes ſamige rati medicinæ autores multa ſcripſere adhærētes quali uo luere opinioni ut patet legentibus.Et qui talia cupit matu rius intelligere recurrat ad Aueroim ſecundo colliget capi tulo nono & decimo:& alibi ibidem / & ad Auicēnam pri ma primi de membris & de uirtutibus/ & in libris de ani/ malibus copioſiſſime etiam tractat de iſta materia . Et .xx. &.xxi.tertii:& ad Cōciliatorem differentiis.xxxiiii.xxxv. &.xxxvi.&.xxxvii.& ad Dinum de Garbo ſuper libro Hip poc.de natura fœtus. & ad Dinum iuniorem/ſuper capi/ tulo de generatione embrionis.& ad Thomam de Garbo ſuper eodem capitulo.& ad Turſianum monachum ſecū/ do techni cōmento.lii.&.liii.& etiam alibi ibidem . Et ad Iac.Forliuienſem ſuper ſecundo techni:& ſuper prima pri mi de membris:& ſuper capitulo de generatione embrio/ nis.Et ad Gentilem ſuper eodem capitulo : & ſuper.xx.& xxi.tertii in multis locis:& ſuper prima primi đ membris & ſuper ſecūdo techni:& ad Nicolaum Nicoli in ſuo ſexto ſermone:et ad Vgonem bēcium ſuper prima primi:& ſu/ per ſecundo techni ubi eſt ſermo de mēbris generationis. Et ad Zerbum in ſua anatomia : et ad alios multos qui de tali materia ſcripſere:& ibi uidebūt ꝙ uelle ſuum cuiq; eſt tam in iſta materia quam in quacunq; alia:& ego dicam ſi cut dicit Auer.ubi ſupra.Vtinam ego ſcirem quæ ſit neceſ ſitas ſpermatis & ſanguinis ad faciendas tales operationes & utinam ſcirem ego demonſtrare quæ prædictarum opi nionum ſit uerior:quia non remitterem hanc ſententiam alicui quæ adhuc ſub iudice eſt & perpetuo ſtabit.

¶Dicturus igitur ut promiſi de generatione fœtus ſic di/ ctus:quia fouetur in utero/ſiue embrionis ad propoſitum accedo.Et capio ordinem ab Hippoc.& ab Hali.& ab Aui. quia diminute de embrione : dicit Galenus & cauſa eſt quia non habemus illam partem de generatione embrio/ nis / quā promiſſit i fine libri de anatomia matricis:aliqua tamen dicit in libro de ſpermate:& in libro de utilitate/eſt bene uerum ꝙ de embrione aliquid traditur in uno certo libro qui attribuitur.G.ſub titulo de anatomia uiuorum: ſed in illo libro & de embrione & de multis aliis reperitur ſententia multum contraria opinioni.G. recitate in libris

de utilitate/& de spermate & in aliis ueris libris.G.ex quo absolute ego īfero ꝙ ille prædictus liber qui reperitur sub titulo de anatomia uiuorum non est.G.in illo tamen libro sunt aliqua notatu digna:sed in eo etiam sunt multa cōtra G.& contra sensum quem uidere possunt qui delectantur in anatomia/ & inuenient quæ a nobis de eo dicuntur esse uerissima.Et primo dicam quid intelligendum sit per hoc nomen embrio & quid per fœtum & dico ꝙ cōmuniter hoc nomen embrio & fœtus important id ꝙ in principio generationis in matrice concipitur:teste Conciliatore dif/ferentia.xxxvi.Non tamen hæc nomina important omne quod concipitur in matrice:quia etiam mola esset embrio uel fœtus:sed importāt eam materiam in matrice quæ est apta nata ut ex ea perficiatur homo. Proprie tñ loquendo fœtus differt ab embrione:& utrunqꝫ eorum mutat nomē secundum tempora suæ formationis.Nam Galenus in primo de spermate cap.vi.distinguit fœtuum generationem in quattuor tempora:primum est in quo spermatis speci/es dominatur:& hoc tempus cognouit Hippoc.esse tēpus sex dierum:nec in hoc tempore ut inquit Galenus Hipp. talem materiam uocat fœtum sed germen: quod germen uidit Hippoc.in muliere quæ erat prægnans uadens ad uiros præcio ut cantatrix & meretrix:non præciosa sicut di/cit Zerbus quia esset ornata:quæ mulier erat imprægna/ta per sex dies ante sicut recitat ipsemet Hipop.in libro de natura fœtus.Cuius auctoritatem adducit Galenus sub ali is uerbis primo de spermate capitulo secundo in fine istis uerbis.Audiamus igitur Hippocratem qualiter uidit sex tanum existens:ego narrabo.Mulier est imprægnata mu/surgo præcio ad uiros accedens/quam non decebat conci pere ne dehonestabilior esset. Audierat autē illa musurgo .i.mulier psaltria.s.meretrix & cantatrix ea quæ mulieres adinuicē dicunt.s.cum mulier debet imprægnari non exit sperma sed permanet.Hoc cum audiuit intellexit & custo diuit semper:& cum sensit nō exire germen. Dixit cuidā: & sermo uenit usqꝫ ad me/et ego audiēs iussi ad terram sa/lire septies.Iam saliuit & gēitum decurrit ad terram/ & so nus factus est:& illa uidens mirabatur quale autem fuit di cam.Siquis corticem oui auferat in interiori habens geni/

De noibus conceptus.

Fœtus distinguit in quattuor tēpora.

Germen.

Cōtra zerbū

Quid sit musurgo.

tum alias germẽ & membranam/apparet autem in anatomiis animalium membrana copulata quidẽ ex matricibus secundum illas partes in quibus sunt ora uasorum.

¶ Et subdit Galenus capitulo.vi.ubi supra. Cum autẽ cõplectus fuerit sanguis: cor uero & cerebrum inarticulata & non formata sunt. Coagulationem tamen & magnitudinem dignam ratione habent: hoc est secundum tempus. Carniformis uero & geminiformis substantia est fœtus. Et non adhuc inuenies germen uocantem Hippocr. hanc speciem sed ut dictum est fœtum.

Secũdũ tempus dat fœtũ

¶ Tertium autem ultra hoc est tempus. Cum ut dictũ est tria principia est manifeste uidere & descriptionem & uellut figurationem omnium aliarum particularum circa tria principia psalmationem: obtusionem quidem earumq; secundum uentrem particularum & multo magis his collũ. Hoc enim posterius ut Hippo. nominauit ramificatur proportione ad ramos: embrionis utens nuncupatione. Galenus tamen.xiiii.de utilitate uocat fœtum non complectũ kimia. Et iudicio meo kimia & embrio stricte sunt idem. Etiam ille qui exponit nomina extranea in fine librorum de utili. dicit q͂ kimia est fœtus nõdũ p̱fectus & cõplectus.

Tertiũ tẽpus dat embrionem.

Quid sit kimia.

¶ Quartum autem & perfectum est tempus cum iam omnia quæ articulata sunt: & non adhuc solum embrionem: sed etiam infantem nominat fœtum mirabilis Hippocras. quando & calcitrare & moueri dicit sicut perfectum iã animal. Hali. etiam tertio theoricæ cap.xxxiiii. inquit. Est etiã fœtus informatio per quattuor tempora.

Quartum tẽpus dat ĩfantem.

¶ Primum est tempus in quo si inquiratur spermatis forma adhuc ei dominatur: & hoc uocat Hippoc. spermaticũ.

Sp̱maticũ.

¶ Secũdum est in quo sperma replectum apparet sanguine nec cerebrum aut cor: aut hepar discernitur nec formata sunt. Iam tamen nodata sunt: & est eis q̃titas & mensura. Vocatq; illum Hippoc. hoc tempore fœtum.

Fœtus.

¶ Tertium est tempus in quo forma cerebri: cordis & hepatis manifestius apparet: uidemusq; in eo reliqua omnia membra tanq̃ quæ informari incipiant: nominatum tunc quod concipitur embrio. Aduerte lector q͂ in Hali. ista littera est diminuta: sed est complecta in auctoritate adducta per Conciliatorem ubi supra.

Embrio.

¶ Quartum

¶ Quartum uero tempus secundum Hali. est in quo di-scernuntur & apparent omnia membra tam extrema quã media: uocauitq; hũc fœtum Hippoc. Infantem: eo q hoc tempore fœtus mouetur manifeste & pedibus calcitrat. Vocatur autem fœtus omnibus his temporibus uiuum: nisi q eius uita tribus primis tẽporibus quasi plantarũ est. Conciliator tamẽ ubi supra dicit auctoritate Hali. q fœtus in isto quarto tempore uocatur conceptus: quia forte ipse uidit aliam translationem. Hæc tamen est parua differẽtia: Iudicio tamen meo ɔceptus est tanq̃ genus ad omnia ista nomina: quia uere germen siue spermaticum quodcunq; contentum & simul captum in matrice dicitur conceptũ. Et ita fœtus & embrio & infans usq; ad tempus partus uirtute uocabuli dicuntur concepta. i. simul capta a matrice: per omnia etiam ista tempora cõceptus potest dici fœtus uirtute uocabuli: quia teste Isidoro dicitur fœtus eo quia fouetur in utero matris: in istis tamen nominibus non est ponenda multa cura dum modo essentiam rerum intelli-gamus. Galenus tamen uocat conceptum in libris de utilite kimati. Et hæc sufficiant de nominibus fœtus siue em-brionis: qui in primo tempore dicitur spermaticum siue germen. In secundo fœtus. In tertio embrio. In quarto in-fans siue conceptus secundum Conciliatorem: per omnia tamen tempora fœtus dicitur conceptum ut supra patuit &. G. xv. de utilit. c. vi. ponit aliquam pulchram differentiam fœtus a nato, uide ibi ubi dicit causam rubedinis pul-monis in fœtu & causam magnitudinis hepatis fœtus, & aliqua alia pulcha.

Insans. (margin)

Per tria prima tempora cõceptus est tãq̃ planta. (margin)

¶ Visis prædictis nominibus succederet aliquid dicendũ esse de omnibus uirtutibus, maxime tamen de uirtute generatiua & de informatiua esset dicendum ut melius & facilius intelligerentur infra dicenda. Sed quia de omnibus uirtutibus diffuse dictum est a Galeno in libro uirtutũ na-turalium & alibi: & etiam ab Auicenna prima primi: & a multis aliis: & maxime a Dino de Garbo & ab Vgone bẽ-tio & a Forliuiensi super prima primi: & etiam a Nicolo sexto sermone: & a multis aliis ideo super sedeo breuitatis gratia remittendo legentes ad prædictos auctores.

De uirtutib' (margin)

¶ Dicamus igitur q ad generatiõem hominis requiritur

Locus generationis. (margin)

primo locus qui est matrix đ qua præteriit anatomia/qui quidem locus debet esse ex parte sui bene dispositus.s.có/plexionatus:& compositionatus:& unitus : quia mala di/spositio eius:teste Auicenna.xxi.tertii:capitulo tertio facit ꝙ non impręgnatur/tamen si imprægnatur facit abortũ: uel ꝙ cũ difficultate potest parere maxime si in ea moria tur fœtus:& accidunt ei ægritudines proprie:& ægritudi/nes per cõmunitatẽ.Requiritur etiam ultra locũ ꝙ sper/ma tam mulieris quam uiri sit bene dispositum si debeat fieri generatio:ad cuius bonam dispositionem requiritur ꝙ non sit error in instrumentis spermatis tam maris q̃ fæ/minæ:nec etiam in uirga:nec etiã ꝙ sit error in causa prin/cipiorum spermatis.s.ꝙ membra tam principalia quã nõ principalia a quibus deciditur materia spermatis sint sana & bene disposita:& ista omnia & alia multa ad longum ha bentur a principe ubi supra capitulo.viii.ubi loquit᷑ de ste rilitate & de difficultate imprægnationis & de partu/pro quibus ad eum uolo ꝙ habeatur recursus. Et ultra ꝙ ma/trix & sperma debent esse bene disposita si debet fieri imp̃gnatio requiritur ꝙ capita uenarũ matricis sint aspera & non lubrica/quia aliter non retinentur spermata in matri/ce/& consequenter non fit imprægnatio : quia ad hoc ut fiat imprægnatio ultra omnia alia requiritur retentio sper matum:ut inquit Hippoc.in libro de natura fœtus/& idẽ dicit Galenus in libro de anatomia matricis.Dicit etiã Ga/lenus ꝙ propter asperitatem interioris tunicæ matricis re tinẽtur spermata eo modo quo artifices ueniũt lapides & ligna cũ aliquo glutine/qui prius exasperant in illa par/te in qua ponitur gluten:ea uniens & alligans/& matrix est magis apta ut sit aspera cum iam præteriit de breui tẽ/pus menstruorum:teste Hippocr.& Galeno ubi supra: uel parum ante/quã quocunq; alio tempore/quia tunc ut in quit Galenus ubi supra anastomãtur uasa & sanguis neq; multum neq; repente fluit : sed paucus & paulatim sicut a scaturigine quadam. Ante enim quam prodeant mẽstrua nequaq̃ concipit mulier:quoniam & eo quo nutritur ca/ret sperma & firmationem non habet/leuis enim tunc est matrix clausis uasis/quare effluit sperma & nõ applicatur tunicæ eius.Ante uero tempus menstruorũ & statim post

Capita uenarũ matricis debent esse aspera:

Cõparatio.

Quo tẽpore fiat impræ/gnatio.

sangnis ille aliqualiter tendit tales uenas & aliqualiter eas exasperat melius quam si essent uacuæ / sed quandoq; etiã fit impraegnatio ultra illa tempora. Hoc tamen raro est : & si est / matrix tunc non est humida sed sicca. Nota lector ꝙ ad experientiam uidetur ꝙ in quocunq; tempore in bono coitu fit impraegnatio & hoc arguit opinionem Mundini esse ueram de uasis seminariis a quibus secundum eum fiunt cotilidones / & tempore coitus aperiuntur illa capita uenarum matricis in qua terminantur uasa & sic quia sũt aperta uasa aliqualiter exasperantur & eis alligatur de facili sperma & consequenter in quocunq; tempore fit impraegnatio: ueritas est ꝙ post menstrua facilius fit impraegnatio: quia omnes uenæ matricis sunt apertæ: & in nullo coitu omnes uenæ matricis sunt apertæ : quia per omnes ramos earum non penetrat sperma muliebre ad concauum matricis ut etiam supra dictum est. & fit teste. Auicenna: & teste sensu interdum impraegnatio tempore mẽstruorum quamuis Galenus ubi supra nõ affirmet esse sic sed dicit ꝙ sperma non potest manere in matricæ : exolutum a multitudine sanguinis / quæ quidem impraegnatio est causatiua lepræ: teste Auicen. tertia tertii capitulo de lepra: & etiam si fiat impraegnatio parum ante tempus menstruorum est periculum de leproso conceptu: quia sperma idest impraegnatio retinet menstruum : teste Dino super tertia tertii in capitulo de lepra: & teste sensu: & Dinus ubi supra auctoritate Azarauii dicit ꝙ si prima die menstruationis fiat conceptio ꝙ fiet natus leprosus in decimosecũdo anno: & si fiet in secunda die conceptio a decimotertio usq; ad decimumquartum natus fiet leprosus. Et si in tertia die a. xvi. anno usq; ad. xxxvi. natus fiet leprosus / & si in quarto die a. xxxvii. usq; ad. xlviii. natus fiet leprosus. & si in quinta die / fiet albaras inato. & hoc tempus quinq; dierum ut in pluribus est illud per quod durant purgationes menstruorum mulieribus. Et ideo qui uolunt prolem sanam non debent habere coitum cum mulieribus nisi post purgationem menstruorum / & ad hoc multi aduertunt: sed sunt multi bestiales homines qui impetu libidinis non aduertunt ad aliquod tempus / quod quidem est pessime factum.

Causa lepræ

Quanto tẽpore durent purgatiões.

¶ Viso loco est uidendum pro ueritate a qua materia generatur embrio. Et de facto Aristo. primo de generatione animalium tenet ꝙ materia totalis ex qua generatur homo sit sanguinis menstruus. Hippocras uero & Galenus tenent ꝙ membra solida. s. ossa & cartilagin. ligamenta & nerui & ex his composita generantur ex spermatibus: tā mulieris q̄ uiri: adito tamen sanguine menstruo: & ꝙ mēbra carniformia generentur a sanguine ultimate digesto: ob quam differētiam inter eorum sequaces est orta uaria distinctio in nominibus tam spermatis quā sanguinis mēstrui: nam Auicen. cuius opinionem etiam diximus supra nono de animalibus capitulo sexto: tenet ꝙ semen maris & semen fœminæ sit sanguis mutatus: & dicit ꝙ tam sperma uiri quam maris est equiuocatum in nomine spermatis sicut hoc nomen oculus est equiuocum cum dicit͛ oculus solis & oculus hominis: dicit tamē ꝙ sperma maris & fœminæ non participant nisi nomine solo. Et cum dicitur ꝙ mulier emittit sperma non propter hoc emittit materiam similem ei quæ emittitur a mare: sed emittit sanguinē dealbatū qui uocatur in muliere menstruum: qui sanguis menstruus in muliere stat loco spermatis: quia secundum Auic. dicitur ꝙ omni humiditati matricis potest imponi hoc nomen menstruum: & omnino Auicen. ibidem capit. viii. tenet ꝙ mulier non emittit sperma: quia dicit ꝙ sperma non emittitur nisi a testiculis: & dicit illud esse sperma quod habet potentiam generandi aliud animal extra corpus a quo deciditur. Et ideo dicit fœminam nō habere uerum sperma nisi equiuoce: sed dicit illam materiam mulieris ex qua generat͛ animal aut ꝙ est sanguis mutatus aut ꝙ est superfluitas sanguinis quæ uocatur menstruum. Dicit tamen ꝙ hoc menstruum dat delectationem ut appa ret in somniis & dicit. Differt ergo menstruum a spermate: solum quia non generat animal in alio. Et secūdum ipsum non generatur ille sanguis menstruus qui dat delectationem in testiculis. Et sequuti sunt Auicē. qui in isto loco est Aristot. multi alii. Iudicio tamen meo qui teneo cū Galeno: & cum Hippo. non est sic. s. ꝙ ille sanguis mēstruus stet loco spermatis ī muliere nisi exeat a testiculis: quia mulier habet utrunq;. s. sanguinem menstruum & sperma

ſicut tenet Hippo.& ſicut ad lõgum tenet Gal.in libro de ſpermate/& alibi contra Ariſt.& quãuis ille ſanguis menſtruus ex quo generatur caro in embrione ſit ſecundũ aliquos albus:quia omnino eſt ſanguis ultimate decoctus/ſapiens ſecundum aliquos naturam cambii ſicut gluten ſi debet conuerti in carnem/quæ ſunt ultimæ humiditates de ſecundis:propter hoc ille ſanguis ſine ſpermatibus in uia Hippo.& Gal.non concurrit ad generationem membrorum/ſolidorum/ſicut eſt os cartilago ligamentum & neruus & ex his cõpoſita:ſed concurrit ad generationem membrorum carniformium quæ membra carniformia ẽt radicaliter ſunt alba.Et hoc patet:ſi coquantur quia in decoctione propter ſeparationem partis ſanguineæ ſparſæ in ſuperficie carnis dealbatur.non tamen propter hoc eſt dicendum ꝙ quia ſanguis menſtruus prædictus eſt albus & etiam ſolidus ꝙ membra non carniformia ſint generata ab eo:qa ſunt in ueritate generata a principio in utero materno de ſpermate ſecũ mixto ſãguine mẽſtruo: & hoc probat Galenus ubi ſupra & dicit ꝙ ſi generent̃ oſſa & ligamenta & ſimilia ex ſanguine mẽſtruo ſicut tenet Ariſt. ꝙ ſemper renaſcerentur quando deperdũtur in ulceribus & in uulneribus:ſed hoc non faciunt. ergo non generant̃ niſi ex prima materia quæ eſt ex ſpermatibus:& ſanguine menſtruo.Veritas eſt ꝙ talia mẽbra ſolida a ſpermate genita ſecundum Galenum & Hippo.nõ proprie generant̃ ex ſanguine menſtruo ſed augumentantur mediante iſto ſanguine menſtruo & nutriuntur eo:prius tamen ſunt lineata ex ſpermate.Et ſicut dicit Hippocr.& Galenus pars groſſior & terreſtrior ſanguinis menſtrui auget oſſa. Dein de illa pars quæ non eſt ita terreſtris auget cartilagines:& ſic conſequenter:& quæ eſt ſubtilior membra auget minus ſolida ſicut carnem:materia uero media ad membra media tranſmittitur & ea auget:ſicut ad neruos/& ad pãniculos/& ad uenas/& ad huiuſmodi membra.Et ideo facilius conſolidantur & reſtaurantur membra media quã membra dura:ut inquit Auicẽ.quarta quarti in principio & Galenus in pluribus locis.Nota tamen lector ꝙ Ariſto. in primo de generatione capi.xix.uidetur uelle ꝙ ſanguis menſtruus ille a quo generatur embrio ſit rubeus & non

albus sicut dicit Auicenna dicendo ꝙ excremētum in mu-
liere propter diminutum calorem nō est concoctum ideo
est sanguineum: quod excrementum uocat menstruū qd'
est in muliere tanq̄ semen siue genitura in mare: & eodem
capitulo parum supra dicit ꝙ genitura in mare est rubea
propter in concoctionem: ꝙ patet in multum coeuntibus
qui emittunt sperma per uim: quod quidem sperma tunc
est cruentum siue rubrum: ex quo ergo sanguis mēstruus
est in concoctus necessario est rubeus. Ista littera est clara
& totaliter contraria Auicennæ & sequacibus qui uult ꝙ
sanguis ille menstruus de quo loquitur Aristo. sit albus: &
istam meam opinionem q̄ ego teneo de mente Aristot. ꝙ
sanguis mēstruus sit rubeus: tenet Beatus Thomas in ter-
tio sententiarum distinctione tertia questione quinta in se
cundo quæsito. Aliqui tamen quærentes hanc concordā-
tiam dicunt ꝙ sanguis menstruus est albus: non tamen
est tante albedinis sicut est sperma uiri: sed quid sit de hoc
experientia est magistra: mihi enim ad sensum apparet ꝙ
sanguis menstruus nutriens fœtum sit rubeus & satis in-
tense rubedinis: & si aliquis uult certificari de hoc uideat
fœtus unius mensis uel circa, & etiam duorum & triū &
plurium: & uidebit in umbilico fœtus sanguinem rubeū
qui sanguis iudicio meo nutriens puerum digeritur & de
albatur proportionabiliter in membris fœtus & transmu-
tatur in secundas humiditates in corpore fœtus & sic deal
batur. Credo bene ꝙ sit sanguis purior & magis digestus
qui reperiatur in uenis matris: stans adhuc sub forma san-
guinis quia est rubeus ualde: & qui negat sensum isirmus
est. Est bene uerum ꝙ quātūcunq; iste sanguis nutriens fœ
tum sit purior reliquo sanguine matris ꝙ in eo sunt semp
aliquæ superfluitates modo plus modo minus secundum
ꝙ mater est magis sana & munda a superfluitatibus: ex q-
bus efficiuntur morbilli & uariolæ & ægritudines similes.
Et si est ualde in mundus efficiuntur albaras & cutis infe-
ctiones pessimæ. Nota lector ꝙ aliqui tenēt ꝙ sanguis nu-
nutriens fœtum dealbetur in uenis matris uel in ipsa sub-
stantia matricis quod iudicio meo est falsum: quia in nulla
parte corporis sanguis dealbatur: nisi cum transit in ulti-
mas humiditates de secundis imporositatibus membrorū

Quæ ægritudines fiant i pueris pp sāguinē menstruum non purum.

& in uenis mamillarũ & in uasis seminariis: teste Galeno propter longam moram quam facit in eis ut alias diximus/maxime in canali cõmuni uenarũ quia de facto dealbatur sanguis cum transit in substantiam corporis uenarũ in earum porositatibus extremis:sed non dealbatur in canali communi:tamen Auicenna ubi supra tenet ꝙ decoquatur sanguis in decursu ad matricem taliter ꝙ assimiletur spermati & ꝙ deinde transeat in substantiam membrorum:quia tamen ego uidi ad sensum sanguinem nutrientem fœtum esse rubeum in umbilico ut supra dixi: teneo sanguinem illum esse rubeum & non album sicut sperma: multi tamen multa super hoc dicunt quæ sunt magis imaginabili quam uera. Credo tamen sicut etiam supra dixi ꝙ sanguis mẽstruus distinguatur in multas partes quia est unus sanguis purus propinquus ad transmutationem naturæ membrorum/ & est ille de quo supra factus est sermo. Est deinde alter sanguis menstruus cuius natura est apta conuerti in lac & uterq; istorum tam primus quam secundus & etiam sperma est sanguis superfluens mulieri in certa ætate/& ideo natura in certa ætate non generat animal/nec lactificat/alter est sanguis superfluus mulieri: fecalis & malus qui est superfluus in fæmina etiam in certa ætate propter suæ complexionis qualitatem quum natura expellit ad matricem tãquam ad sentinam: & iste est sanguis profluuens de mense in mẽsem qui est rubeus obscurus ut plurimum: quia in eo sunt aliqua excrementa: teste Aristo. Et in aliquibus mulieribus maxime in ualde humidis & quæ etiam utuntur dieta morbida de qua supra præteriit sermo superfluit quædam humiditas ad albedinem declinans/ quæ interdum in certa tamen ætate fluit quasi continuæ: & interdum de decimo in decimo uel de quindecim in quindecim affluit & in aliquibus fluit erratice sine ordine: mõ cito: mõ tarde: mõ multũ & habũde modo diminute: ista tamen menstrua alba rarissime ueniunt ordinariæ singulis mẽsibus sicut faciũt mẽstrua rubea prædicta ultimo loco: quæ ut plurimum profluunt de crescente luna: teste Aristo. vii. de histo. capitulo secundo qui dicit ꝙ sexus fæmineus attribuitur lunæ: quoniam decrescente luna mulier purgatur. Mox deinde repletur dum

luna replet:& aliquibus mulieribus biduo aut triduo du-
rant. Et aliquibus per quinquennium/ ut patet experien-
tia/ etiam menstrua temperata in aliquibus fiunt:& in ali-
quibus diminuta:& in aliquibus cum magno profluuio:
corpus tamen in omnibus grauatur q̃diu effluat humor:
aliquibus tamen magis & aliquibus minus: & tali tempo
re mulierum spiritus sunt infecti adeo quod corrumpunt
aerem circundantem:& propter hoc inficiunt speculum:
& pueros & fructus & multa alia:& propter malam suam
qualitatem iste sanguis menstruus retentus facit scæua ac
cidentia:sicut uomitum & interdum sincopim & talia:ta-
men communiter Moderni tenent luna existente noua.i.
cum est prope coniunctionem eundo ad plenilunium ꝙ
ueniant menstrua iuuenibus/ cum autem est prope coniũ
ctionem.s.ante eam / ꝙ eueniant mẽstrua ueteribus fæmi
nis.s.in ultimo tempore quo ueniunt menstrua fæminis:
qui terminus est circa quinquagesimum annum ut supra
prætactum est & ideo dicitur in carmine. Luna uetus uete
res iuuenes noua luna requirit. Aristo. tamen secundo de
generatione capitulo quarto dicit ꝙ menstrua nullo cir-
cuitu certo describuntur:creditur tamen ea moueri decre
scente mense.i.luna:quia ratione recta sunt tunc corpora
a lumine frigidiora:quia minus est de lumine:& cõsequẽ-
ter aer est frigidior/ aquo animalia reddunt̃ frigidiora. Et
tũc media tempora mensium.i. lunæ sunt calidiora quã
extrema:& ideo propter frigiditatẽ in aïalibus multiplicã
tur humiditates ex quibus mouentur menstrua.
¶ Dico igit̃ post ṕdicta stãte matricæ bene disposita in oĩ-
bus ṕdictis & ꝯcurrente bona dispositiõe spermatũ simul
& debito tempore ꝙ ad generatationem fœtus ut pluri-
mum requiritur coitus lætus ab utraq; parte tam uiri quã
mulieris in uia Hippocr. non autem in uia Ari. qui uult ꝙ
possit fieri imprægnatio absq; delectatione: & talis coitus
requiritur per uiam naturalem.s. per uuluam & nõ ꝑ anũ:
quia sunt quidã qui tenent ꝙ possibile est ꝙ mulier possit
imprægnari per anum dicẽtes ꝙ sperma masculi quantũ
ad partem spirituosam potest penetrare ad concauum ma
tricis per porositates recti & matricis/ & ita dicunt mulie-
rem posse imprægnari/ ꝙ dictum non est uerum in uia. G.
qui tenet

qui tenet ꝙ pars corpulenta ſpermatis maris cõcurrat ad generationem fœtus/nec etiam credendum eſt hoc poſſe eſſe poſſibile in uia Ariſt.quia ſpiritus ſpermatis reſoluerentur antequam penetraret ſubſtãtiam recti & matricis per tam anguſtas poroſitates quales habet rectum & ipſa matrix:& etiam propter feces recti alterãtes ſperma: ſed hoc dictum eſt fabuloſum & lenonicum:quia in tali uitio nutriti aſſerunt per anum mulierem poſſe impraegnari.Nota tñ lector ꝙ quarta problematũ.xxvi. uidetur uelle Ari. ꝙ in maſculo poroſitates inter rectum & uaſa ſeminaria ſint multum lata:ubi tenet ꝙ ſperma poſſit exire per annũ ꝓpter opilationem factam in illis uaſis tendentibus ad uirgam/tamen propter hoc non eſt quin ſpiritus in dicto ſpmate tendente ad rectũ ſint reſoluti:nec ego credo ꝙ multa copia ſpermatis poſſit ire ad anum ſed pauca:& pars illa quæ eſt groſſior:quæ etiã a matrice mulieris poteſt ire ad rectum per poroſitates prædictas maxime ſi concedatꝰ ꝙ ſperma uadat ad collum matricis/& hoc negat.G. & in prædicto problemate multa notatu digna refert Conciliator/& quãuis forte ſit poſſibile ꝙ aliqua pars ſpermatis uadat ad rectum hoc tamen raro eſt:nec credo ꝙ illud problema ſit Ariſt.& hoc patet quia in illo problemate dicitur ꝙ locus ſpermatis eſt uirga & teſticuli:& expræſſe Ariſto. in libris de animalibus ſicut ſupra patuit tenet ꝙ genitura .i.ſperma non uadat ad teſticulos: ſed dicit teſticulos ſolũ aperire uaſa:ex iſta ergo contradicentia concludo ꝙ iſtud problema non eſt magni præcii cum careat fido auctore.

¶Et dico ꝙ requiritur ut in breuiſſimo tẽpore emittatꝰ ſufficiens quantitas ſpermatis ab utroq;.ſ.a mare & a fœmina & ꝙ emiſſo ſpermate ad locum debitum: matrix contrahatur ſuper ambo ſpermata taliter ꝙ retineãtur ad quam retentionem neceſſario ſequitur ſpermatum caleſactio: teſte Hippoc.in libro de natura fetus:qui dicit ꝙ ſperma per totum tempus manſionis in matricæ cleſit tanquam in calido exiſtens.Hoc idem uidetur uelle Ariſto.primo de generatione capitulo.xii.qui dicit ꝙ matrix eſt intra corpus tanq̃ in loco calido ut concoquatur fœtus.Et ſpermata habent in ſe ſpiritum uitalem naturalem & animalem a quo ſpiritu & a calore matricis ſecundum aliquos & a uirtute

informatiua simul cuius instrumentum est spiritus geniti-
uus primo fit spumificatio: & tunc uirtus informatiua: te-
ste Auicen. mouet spiritum uitalem animalem & naturalē
ad minerā uniuscuiusq; eorum: in qua sanguinis minera figi-
tur spiritus, & istæ mineræ sunt tres uesicæ: una .s. in qua
formatur cor: & una alia in qua cerebrū: & alia in qua he-
par: quæ membra postea sunt minera & fons spirituum ui
talium animalium & naturalium. Et primum quod creat
in massa spermatica est panniculus secundina qui est tanq̄
locus: & hoc fecit natura ne resolueret spiritus spermatis:
qui quidem panniculus secundum Hipoc. fit a calore ma-
tricis assante, & talis panniculus circundat sperma eo mō
quo crusta panem circūdat, dum coquitur in furno: & ita
etiam eo modo quo panis augetur in furno mediāte calo-
re ignis: ita augetur & spumificatur sperma in panniculo:
sed ista spumificatio spermatis non fit a calore matricis si-
cut fit augmentum in pane a calore furni: sed fit a uirtute
informatiua spiritu genitiuo mediante teste Auicēnā. Ad-
iuuante etiam secundum Hippo. & Aristo. calore matricis
Galenus tamen in libro de spermate dicit q; panniculus se
cundina spmati circūsit a principio similis pellicullæ quæ
est supernatans in ferculis factis ex frumento uel ex aliis le
guminibus: dicit etiam q; Elancoidea fit quando secūdina
facto uero isto panniculo teste Aui. reperitur q; esufflatio. i.
spiritus impelluntur ad medium humiditatis. i. spermatis
ut præparetur locus cordi, & iste locus est quædam uesica
a principio: deīde fiunt a latere eius dextro & a latere eius
supremo duæ uesicæ quasi ramificatæ ab eo: tangentes ip
sum usq; ad horam, deinde separātur ab eo & discernunt.
Dicit tamen Hippo. q; facto pāniculo iuxta medium sper-
matis fit transitus spiritui intus & extra per panniculum. i.
per umbilicum, & dicit uerum, prius tamen fiūt prædictæ
ampullæ: teste Auicen. Credo tamen ego q; sit parua distā
tia temporis inter ampullas & umbilicū: per umbilicū. n.
fit transitus spiritui intus & extra usq; ad cor pueri siue ad
eius uesicam, & etiam usq; ad extrema totius corporis me
diātibus arteriis pueri & usq; ad os matricis mediātibus ue
nis. i. arteriis umbilici & matricis: & uirtus informatiua p
forat secundinam faciens sibi uiam mediante spiritu ꝑten

te & quærēte exitum & sic facit umbilicum. Dicit Hippo. ꝙ calidum agens in humidum erumpit spiritum & facit sibi uiam sicut apparet in frondibus quando uruntur & in lignis subuiridibus quæ faciendo spiritum faciūt sibi uiam & sonum præbēt/ & ita facit castanea & legumina omnia & ego dabo aliud exemplum & dico ꝙ spiritus qui est in spermate quærendo exitū facit sibi uiam .i. umbilicum uersus superficiem intrinsecam matricis eo modo quo homines uitra concaua facientes cum suo spiritu illa extendunt atq; perforant. Et subdit Hippocr. ꝙ omnia quæ calefiunt emittunt spiritum .s. calidum/ & alium frigidum secundum hoc .i. loco illius attrahunt/ & ita etiam facit sperma dum calefit: emittit enim a se spiritum calefactum per umbilicum/ & loco illius attrahit spiritum frigidum a matre ueniente ab aere circundante eam. & isto modo teste Hippocr. omne calidum frigido nutritur moderato/ parua tamen euentatione & attractione aeris & sanguinis indiget sperma a principio: teste eodem: minima tamen & forte nulla indiget tunc .s. in primis sex diebus attractione sanguinis: quia in spermate est sufficiens humiditas nutrire quod nutriendum est: maxime per breue tempus: teste Arist. ubi supra succendēte deinde tempore indiget nutrimento aliquo & tunc sperma incipit attrahere ad se sanguinem mēstruum puriorem sibi necessarium a uenis matricis: & secundina tūc suspenditur matrici per cotilidones pro attractione nutrimenti: & ante hoc tempus secundina non est dura: teste Galeno primo de spermate capitulo. v. & ideo dicit Auicenna cum autem induratur tunc fit cibatio per illud quod generatur in poris eius ex meatibus manifestis uenosis. Nota tamen lector ꝙ stante secundina adhuc molli ꝙ per eam transit nutrimentum ad fœtum: teste Galeno ubi supra: & matrici suspenditur: ita per arterias p quas euentatur & trahitur spiritus sicut per uenas: & secūdina in sexta die est alligata matrici. Illa tamen ligamenta sunt tunc debilia. sed continuæ efficiuntur maiora: consequenter & fortiora quousq; fœtus sit totaliter formatus. Et cum appropinquatur tēpus partus talia ligamenta efficiunt debilia: qa iā fœtus appropinquat maturatiōi ut dicūt aliqui ad instar fructuum/ sunt tamen aliqui qui dicūt

talia ligamenta esse debilia propter magnitudinem & pō/dus: & istæ sunt causæ propter quid circa principium & finem impraegnationis est periculum de abortu. Et ideo dicit Hippo. si prægnantes purgari contingat a quarto usq; ad sextum purgentur: quia in talibus temporibus mediis ligamenta sunt fortia. Et si bene farmacum datum agitet humores non propter hoc est tantum periculum de abortu sicut in temporibus extremis impraegnationis. Dicit tamen Hippo. si purgari contingat. i. si necesse est/ quia si nō urget necessitas prægnantes non debent purgari: tamen etiam si est necesse ꝙ purgentur prudenter operantes nō dant pharmacias multum a remotis trahentes neq; multū agitantes nec uentosantes: quia uentositas est causa abortus/ & quamuis cassia sit in numero medicinarum nō multum agitantium nec multum a remotis trahentium propter hoc non obstat ꝙ non sit timorosa impraegnantibus quia est uentosa: quam tamen uentositatem aliqui corrigunt cum cinamomo & cum anisis uel cum aliis uentositatem prohibentibus: & datur cassia pro minori uentositate generanda statim ante primum cibum assumendum in prandio: quia cibus supra assumptus remouet uentositatē in quo tamen cibo debent esse aliqua aromata uentositatē resoluentia: plus uel minus secundum ꝙ aliqua febris uel aliqua alia ægritudo calida illa prohibet. Tutius tamen est dare mannam & tamarindos quam cassiam. Ego tamen dedi interdum cassiam necessitate coactus correctam ut supra/ & uidi dari ab aliis medicis peritis & bene successit: tamen quia interdum uidi aliquos malos successus cum timiditate ego darem: nec darem nisi coactus & facta protestatione. In prægnantibus etiam cōceditur reubarbarum & mirabolani citrini. Istæ tamen medicinæ aliqualiter trahunt a longo non tamen multum: sed quia habent uirtutē stipticam confortatiuam membrorum in necessitate dantur: & bene operantur: periti tamen medici dant reubarbarum in substantia & non multum maturum: & interdū dāt in infusione cum forti expressione: quia reubarbarum a sua forma non solum educit sed confortat: tamen mirabolani possunt dari tutius in infusione quam reubar. quia mirabolani sunt magis stiptici. Aliqui tamē miscent semp

aliquid de mirabolanis cum reubarbaro in infusiõibus maxime in prægnante:& in diuitibus dant solum reubarbarum.In pauperibus uero debent dari soli mirabolani infusi sine reubarbaro propter commoditatem humanam: & cum pulpa prunorum & tamarindorum & similium facere potionem:& hæc dicta sint iuuenibus practicantibus. Sed unde digressus sum redeo. Nota lector ꝙ aliqui putãt ꝙ in primis sex diebus in generatione fœtus spermata nõ habeant aliquid in se nisi spumificationem & pániculum inuoluentem iuxta illud carmen.sex in lacte dies: & dicũt hoc fuisse de mente Auicennæ quando dicit & spaciũ quidem spumæ est sex dierum aut septem.Credo tamen ego ꝙ in primis sex diebus maxime in ultimis eorũ sint in spermate ampulle:& etiam uia umbilicalis:tamen est insensibilis per quam euentatur sperma mediantibus porositatibus secundinæ & arteriis matricis:nec aliter potest esse qa extingueretur spiritus genitiuus sicut extinguitur candela non potẽs respirare.Et etiam sicut mortificatur animal quod suffocatur propter non posse respirare. Et credo ꝙ Auicẽ.intellexerit ampullas esse in spermate in primis sex diebus quia dicit & in his primis diebus format informatiua in embrione non petendo aliquid.s.nutrimenti ex matricæ:& post illud appetit scilicet post illos sex uel. vii. dies appetit scilicet nutrimentũ:& hoc nutrimentum iudicio meo natura non appetit nisi ut det augmentum membris spermaticis iam inceptis pro parte quæ sunt membra principalia in ampullis iam incepta:& credo ꝙ formet eorum carnẽ ex nutrimento prius attracto quod est sanguis purior qui sit in matre.Hippocr.tamen uidetur uelle ꝙ in primis sex diebus in spermate intra panniculum sit materia sanguinea:quando dicit ꝙ uidit exire a corpore matricis in sexta die propter saltum materiã similem cortici exteriori oui crudi:in medio cuius erat quoddam humidum rotundum rubeum:& in panniculo uidebantur existere fila alba & grossa cum sanguine grosso & rubeo:& circa pãniculum exterius uestigia:in medio autem panniculi distabat subtile quod uidebatur sibi esse umbilicus.Ex isto textu colligitur ꝙ ampullæ & umbilicus generanť in primis sex diebus:& de isto textu ego sto ambiguus:quia si in pri

mis sex diebus esset materia sanguinea cum spermate mi-
xta possemus tenere opinionem Arist. esse ueră.s. ꝙ fœtus
formaretur etiam a principio de sanguine mẽstruo quod
est rubeum de mente Arist. primo de generatiõe capi. xix.
& non tendens ad albedinẽ ut putãt aliqui sicut supra pa-
tuit qui dicunt ꝙ excremẽtum fæminæ est rubeũ: quia nõ
est coctum eo modo quo sperma masculi multum coeun-
tis: est etiam rubeũ quia non potest concoqui propter par
uam moram quam facit i mẽbris : ad quod ego credo esse
dicendum, & infallibiliter ita tẽendũ est ꝙ textus Hippoc.
prædictus est corruptus: quia Hippo. contradiceret sibi ip
si quãdo uult ꝙ fœtus formetur ex ambobus spermatibus
& cõtradiceret sensui & rationi: quia in primis sex diebus
nondum natura attraxit aliquid sanguinis ad intra panni-
culum secundinam, quia non indiguit nutrimento ut re-
fert Auic. sed in panniculo isto sunt tantum spermata spu-
mificata & ampullata alba. Iste etiam textus Hippo. est cõ-
trarius textui allegato supra per Galenum in libro de sper-
mate, quando dicit Hippo. uocare conceptum sex dierum
germen quod germen non est aliud nisi spermatica mate-
ria, & ob id Hali. ut supra patuit uocabat conceptũ sex die-
rum spermaticum, sunt tamen multi qui habent textum
græcum concordantem cum ista sententia. Et ob id dicũt
aliqui ꝙ textus non est corruptus: ratio tamen eorum est
futilis & uacua: quia textus græcus est etiã corruptus: qa
contradicit sensui: & contradicit mẽti Hippo. & est ita pos-
sibile ꝙ textus græcus Hipoc. sit corruptus sicut sunt cor-
rupti multi textus nostri latini ꝑpter scriptores & propter
alias causas. Est bene uerum ꝙ ille panniculus secundina
dictus in parte uersus matricem est rubeus: quia aliqd ru-
bedinis accipit a capitibus uenarũ matricis, & etiam a ca-
pitibus arteriarum, & credo ꝙ Hippo. sententia sit dicere
id quod dicit sensus. s. ꝙ illa rubedo sit exterior & non in-
terior: elapsis uero sex uel septem diebus natura incipit at
trahere aliquid sanguinis ad intra ampullã hepatis : & ab
hepate ad cor, & ad totum corpus fœtus transmittit eum
per uenam chilim & per uenã portæ : sicut ad splenem &
ad alia membra quæ nutriuntur a ramis uenæ portæ, nec
ille sanguis attractus ad intra sperma reperitur dispersus

hinc inde per massam spermaticam: quia putresceret sed est tantum ubi debet generari caro membrorum principalium: & deinde ubi iam sunt insensibiliter formatæ uenæ & arteriæ/ & sic paulatine natura auget fœtum per sanguinem attractum sicut augentur arbores a nutrimento attracto a terra: & elapsis sex diebus uel septem quando natura incipit attrahere sanguinem quāuis paucum a principio: quia non indiget multo/ tunc uirtus informatiua in sequētibus tribus diebus/ aut per diem unam minus ante/ aut per diem unam plus post.s.usq; ad.x.uel.xi.dies incipit lineare mēbra. Deinde post sex dies alios.s.i.xv.die uel in .xvii. a die conceptionis incipiendo penetrat sanguis in toto & fit illud unde creatur. Istam litteram totam ponit Auicen. in de generatione embrionis incipiendo supra ubi dicitur & transactis primis sex diebus/ sed ista ultima littera quæ dicit: & fit illud unde creatur: ab aliquibus exponitur sic ꝙ in sex diebus post.ix.uel post.xi.fit hepar totaliter formatum/ quia inde.i.ex hepate creatur sanguis. Aliqui alii dicunt ꝙ fit cor quia sanguis secundum eos creatur in corde. Aliqui uero alii dicūt ꝙ fit illud membrum in embrione quod creatur inde.s.ex sāguine/ & istud membrum est caro. Et ego credo istam expositionem ultimam esse uerā scilicet ꝙ membra carniformia incipiant formari confuse tamen.s. in istis sex diebus post dies.ix.uel post dies.xi. experientia tamen in hoc est magistra cui credendū est/ tñ hæc experiētia est difficillima: qa teste Ari.vii. de hist.c.ii. Nil certi de tēpore impgnationis habet nec illud affirmari licet. Est ēt difficillima hæc expientia: qa nos nō uidemus fœtus abortiuos nisi rarissimæ & cū difficultate pp ꝯsuetudinē mulierū nostrarū q̄ uolūt ostēdere nisi cū difficultate & furti. Et ego hoc cupiēs uidere cū difficultate uidi tandē mediante pecunia obstetricibus in secreto data. Et subdit Auic. ubi supra: ꝙ.xii.diebus post.xv.uel post.xvi.aut post xvii.dies.humiditas.i.sanguis fit caro/ & iā discernunt frustra carnis: & discerunt tria mēbra principalia manifestæ: & iam seperantur alia a cōtactu aliorum/ & extenditur humiditas nuchæ. Et dicit Auicen.ꝙ qn̄q; post ponit hoc aut antecedit duobus aut tribus diebus: & conceptus iudicio meo in istis diebus dicitur fœtus/ & q̄uis dicat Auicēna ꝙ

tria membra discernantur manifestæ propter hoc nõ sunt articulata totaliter: quia non sunt adhuc separata ab humeris: teste eodem. Deinde subdit Auicẽ. ꝙ post tempus prædictum per .ix. dies sequentes separatur caput ab humeris & extremitates a lateribus & uentre: ut discernat sensus in qbusdã eorũ: & occultetur in qbusdã eorũ: & iudicio meo ĩ hoc tẽpore põt dici embrio: ita ut sẽtiat post illud quattuor diebus cõplectis .xl. diebus. & post ponitur usq; ad .xlv. dies. & minus in hoc est .xxxv. dies. & tũc iudicio meo cõceptus potest dici infans: quia iam sentit & potest moueri non tamen mouetur adhuc. & Aristo. vii. de hist. cap. iii. dicit ꝙ mouetur in .xl. diebus. Et credendum est ꝙ li moueri ab Arist. intelligatur pro potentia ad motum non autẽ pro actu: quia quãtũcũq; homo mas siue fæmina sit animatus in .xl. diebus uel circa: & ꝙ habeat potentiam ad motum tamen non mouetur quia est debilis ualde. sed mouet̃ tardius ut infra dicemus de mente Auic. & medicorũ: & hoc ultimum tempus est illud solum in quo cõceptus uiuit uita sensitiua: per cætera autem tria tempora conceptus uiuit uita plantarũ. s. uegetatiua: teste Hali. ubi supra. Aduerte lector ꝙ suprascripta littera Auic. diuersimode exponit̃ ab auctoribus maxime ista ultima quæ dicit ꝙ separatur caput ab humeris & extremitates a lateribus & a uẽtre ut discernat sensus. s. ea membra in quibusdam eorum. s. fœtuum & occultetur in quibusdam eorum taliter ꝙ nõ possint uideri talia membra in quibusdam fœtibus. Et dicunt expositores & bene: ꝙ prædicta membra sensu uisus discernuntur in aliquibus fœtibus. & in aliquibus non. In ĩferiori uero littera quæ dicit ita ut sentiat post illud quattuor diebus complectis .xl. diebus, discordant auctores ex ponendo eam. Et Iacobus de partibus dicit super illa littera ita ut sentiat. i. ut discernat ea sensus. & iudicio meo male exponit: quia debet dicere ut sentiat. i. ut fœtus habeat sensum: quia in .xl. diebus fœtus habet uirtutem sensitiuã: & etiam in .xxxv: & in .xlv. ut dicit Auic. in littera: & etiam citius, ut patet per Hippo. & istam ultimam expõnem dat Thom. de Garbo in de generatione embrionis & bene: cũ autem in prædictis diebus conceptus sentiat omnino est dicendum ipsum tunc habere animã: ex quo infertur ꝙ in

primis

primis sex diebus conceptionis spermata stant sub forma lactis siue spermatis spumificati in quo sunt ampullæ triũ membrorum principalium:& etiam ĩ eo est uia umbilicalis licet confusa ut euentetur spiritus genitiuus ne suffocetur:sed post sex primos dies:uel post.vii.ut inquit Auic. p tres dies sequentes est inceptio linearum & punctorum.i. foraminum & uiarũ ut inquit Thomas de Garbo: sed ego dico ꝙ per lineas possumus intelligere naturam incipere lineare membra sicut pictor primo lineat suas figuras deinde replet illa spacia linearum.Et ita intellexit Aristo.secũdo de partibns capitulo quarto.Et post prædictos dies sequentibus aliis sex diebus cõceptus trahit ad se sanguinẽ: & natura incipit facere membra carniformia:& in.xii.aliis diebus sequentibus discernitur caro. Nouem deinde aliis diebus sequentibus separatur caput ab humeris & extremitates.s.manus & pedes separantur a lateribus & a uentre.In aliquibus tamen optime hæc discernuntur:& in aliquibus non.Et ideo dicebat Auic.ut discernat sensus in quibusdam eorum & in quibusdã occultetur eoꝶ: quattuor deinde diebus sequentibus prædictis nouẽ: cõceptus sentit.Nota tamen lector ꝙ prædictis diebus de mente Auic. subtrahuntur quandoꝗ aliqui dies & quandoꝗ adduntᷓ. isto modo:ut dicit Iacobus de partibus.s. ꝙ in primis sex uel.vii.diebus spumificatur/& tribus sequentibus qui faciunt uel nouem uel.xi.fit lineatio membrorum.Deinde in sex aliis diebus sequẽtibus quibus interdũ antecedit opus naturæ per unum diem uel per duos fit penetratio sanguinis in toto.Et hæc operatio erit a die conceptionis usꝗ ad xiii.dies uel a.xiiii.uel a.xv.uel a.xvi.uel a.xvii. quia dicit Iacobus ꝙ interdum natura post ponit hoc opus p unum uel per duos dies:& post prædictos dies per.xii.fit caro. & tales dies erunt uel.xxvii.uel.xxviii.uel.xix.potest tamen natura hoc operari uel ante uel post hos dies per duos uel per tres:ut inquit Auic.qui dies possent esse secundum cõputum prædictum.xxxi.&.xxxii.sunt tamẽ ut plurimum. xxvii.Deinde post nouem dies sequentes omnes prædictos/reliqua sunt figurata:& in quattuor sequentibus diebus conceptus sentit: qui dies sunt cõmuniter.xl. si nulla dies post uel ante ponatur.Dicamus igitur non post ponẽ

do nec anteponendo diem ꝙ in primis sex diebus sperma ta spumificantur: in tribus uero sequētibus fit lineatio/ & i sex aliis sequentibus fit attractio sanguinis pro carne generanda: & in.xii.aliis sequentibus fit caro: & discernunt tria principalia membra. In nouem uero aliis corpus est figuratum: & in quattuor sequentibus omnes istos dies conceptus sentit. Anima igitur infunditur in corpore in quadraginta diebus cōmuniter: quia primo sunt sex dies. Deinde tres: deinde sex: deinde.xii.deinde nouem: & deinde quattuor. Et totus hic numerus facit.xl. dies. Et istū computū credo esse Arist. & sic in.xl.diebus corpus humanū est animatum: tamen secundum computum prædictum Auicē. quia interdum postponuntur aliqui dies & interdum anteponūtur in operationibus prædictis: dicitur ꝙ anima infunditur i hoie a.xl.diebus usq; ad.xlv.uel.xlvi. & a.xxxv. usq; ad.xl.& usq; ad.xlv.uel.xlvi.secundum aliquos: ita ꝙ minus tempus in quo conceptus sentit secundum Auicē.

Quo tēpore infundat ani ma corpori.

est.xxxv.dies.& plus tempus est .xlv. Sic ergo anima ifunditur corpori a.xxxv.usq; ad.xlv.uel.xlvi.Hippo.tamen tenet ꝙ mas possit perfici in.xxx. diebus ad minimū tēpus & fæmina ad minimum tempus in.xlii. quia dicit ꝙ uidit mares abortiuos per parum temporis ante.xxx.diem inarticulatos: & fæminas inarticulatas ante.xlii.articulatas uero & articulatos uidit post prædictū tempus. Quapropter concludit marem non perfici citius.xxx.die: & fæminā nō perfici citius.xlii.die. Apparet igitur ꝙ per .xii.dies ante ut in pluribus secūdum Hippoc.mas citius perficiatur fæmina: & istud etiam minimum tempus perficiendi marē: ponit Auic.in.xxx.die: & in fæmina in.xl.die. Dicit tamen hoc auctoritate aliena: & istud esse uerum probat Forliuiē sis super Aui.de generatione embrionis isto modo/ dicit si summamus minimos terminos: ꝙ formatio fœtus cōplebitur in.xxx diebus: quia primo habemus sex: deinde.iii. qui interdum abreuiantur: quia interdum natura operatur ante per unum diem: & ita erunt in totum octo dies. Deinde sequuntur alii sex. Et interdum anteponitur operatio p duos dies: & sic non restant nisi quattuor: qui omnes in totum sūt.xii. Deinde sequitur quarta operatio quæ est .xii. dierum: quæ interdum anticipat per.iii.dies: & tūc restāt

tantũmodo nouẽ:qui nouẽ additi primis.xii. faciunt.xxi. Deinde ſequitur alia operatio nouem dierum non additis ultimis.iiii.ſecundum ipſum:& ſic ſunt.xxx.dies.

¶ Iſta expoſitio mihi non placet:quia neſcio ubi uelit po/nere quattuor ultimos dies:ſed credo ꝙ Auicẽ. adduxerit illud pro auctoritate aliena.Iſta tamen omnia meo iudicio ſunt occulta ſenſibus noſtris.Et credo ꝙ aliquis maſculus citius perficiatur alio:& aliqua fæmina alia:& forte aliqua fæmina citius aliquo maſculo:propter cõplexiones diuer/ſas/& propter regiões & ſimilia. Et credo omnia talia eſſe credẽda magis Hippo.q̃ alteri tanq̃ experto & etiam aliis expertis in abortibus:multa etiã alia dicit Forliuienſis ma xime ſi ſumantur maximi termini formationis:& etiam ſi ſumantur termini medii quæ omnia ſunt ingenioſa ꝙ la/borioſa:tedioſa tamen magis quæ potes nidere a Iacobo. Ariſt.tamen.vii.de hiſto.c.iii.dicit mares ut plurimum cir ca.xl.diem moueri:fæminam uero in.xc. Et cauſam puto eſſe quia citius infũditur anima in marem q̃ in fæminam: quia citius completur mas in utero q̃ in in fæmina iudicio omnium:oppoſitum tamen reperitur extra uterum: teſte Ariſt.dicit tamen tanq̃ cautus ꝙ in his nil certi affirmari li cet:quia ut ipſe dicit ibidem.c.iiii.latet conceptionis initi um:quia ut ipſe refert ſæpe accidit ꝙ in aliquibus mulieri bus inflatur uterus poſtq̃ inflationem ipſe coeunt & con/cipiunt.Et tamen ipſe credunt cõceptionis initium fuiſſe ante illum coitum:quia inflatus erat earum uterus:& pro/pter hoc in conceptionibus genus humanũ in ancipiti eſt: quia ut ipſe ibidem iquit cætera animalia ſingulari ac ſim plici modo partum ſuum perficiunt:quia omnibus anima libus excepto homine ſtatutum eſt unum tempus parien di:homini uero multiplex tempus datum eſt.Et ideo ho/mo ſeptimo mẽſe octauo & nono parere poteſt:&.x.&.xi. latent tamen conceptus.Nota tamẽ lector ꝙ non ſemper latet cxceptionis initium:quia poteſt eſſe aliqua mulier q̃ tantum ſemel coeat cum aliquo & ꝙ in illo coitu impræ/gnetur & ſic non poteſt latere conceptionis initium & cre do ꝙ Hippo.& alii qui dicũt mulierem parere in ſeptimo & in aliis temporibus dicant de illis mulieribus in quibus per multa media poſſunt eſſe certi de initio conceptionis:

ueritas est ꝙ in multis latet conceptionis initium: quia ut plurimum mulieres coeunt freqnenter & nesciũt iudicio meo ĩ quo coitu fuerint impraegnatae: & ideo Astronomi capiunt radicem nati a partu matricis. Et Arist. dicit ꝙ ante septimum mensem partus non est uitalis: in septimo tamen uiuit sed est debilis: & interdum eis meatus aurium & narium insissi sunt. sed accrescenti infante articulãtur & demum suam formam recipiunt: & isti nati in septimo mẽse uiuere possunt: qui uero in octauo nascuntur magna ex parte pereunt: & non solum pereunt foetus octo mensium sed etiam matres eos parienres. Et dicit Aristo. ꝙ si aliquis uiuat: existimatur ꝙ non sit natus in octauo mense: tamen secundum eum etiam in octauo mense possunt uiuere & maxime in aegipto: & in locis ubi mulieres fertiliores sunt sed in locis graeciae multi intereunt. Nota lector ꝙ Dinus super Hippo. de natura foetus conatur concordare Hippo. & Auic. cum Arist. quando dicunt foetum foemininum formari in. xl. uel in. xlv. Arist. uero dicit in. xc. tamen non placet mihi talis concordantia: quia aliter fuit intẽtio Hippo. & aliter Arist. & Auic. Nota etiam lector ꝙ littera Arist. supra adducta septimo de hist. ca. iii. uidetur esse puersa quãdo dicit mulierem non moueri ante nonagesimum diem: marẽ uero in. xl. die assetit moueri: quia differentia animãtium quae reperiť posita ab auctoribus de faemina ad marem non est nisi de. x. uel. xii. diebus: & maxime ab Hippo. & ab Auic. & super hoc passu Forliui. in expositione Auic. de generatione embrionis quaerens saluare Aristo. dicit ꝙ ipse Aristo. nunq̃ cogitauit dicere ꝙ faemina non esset formata ante dies. xc. sed dicit ꝙ uoluit intelligere faeminam propter humiditatem sue complexiõis esse fluidam & masculum constantem durũ non fluentem: adeo ꝙ si mas ponatur in aqua frigida ꝙ in in. xl. diebus sua membra apparent distincta. Si uero in eadem ponatur mulier sua mẽbra non apparebunt sic in. xl. diebus: quia sunt mollia sed apparebunt distincta in. xc. uel in. lxxx. Et dicit ꝙ haec fuit uera mẽs Arist. qui ponit ad litteram ꝙ mas positus in aqua frigida apparet formatus in q̃titate formicae maiusculae in xl. diebus: faemina uero non: & idẽ dicit Auic. & dicit Iacobus ꝙ faemina nõ apparet formata nisi adepta fuerit q̃ttũ

mensem.s.principium quarti mensis:intra tertiũ uero mẽ sem non apparet distincta:ista expositio omnino est inge- niosa:& forte ꝙ adhæret menti Arist. Nostri tamẽ Moder ni pluries immaginantur kimeras sicut forte Iacobus hic: quia Hippoc.fatetur fœminam nõ esse formatam ante .xl. diem:& etiam Auic.nec etiam mas ante.xxx.nec etiã mẽ- bra fœminina sunt ita fluuida sicut tenet Forliuiẽsis:ut pa- tet experientia: & in tali tempore Beatus Augustinus in epistola ad Beatum Hieronymũ:ut refert diuus Thomas ĩ in tertio senten.distin.iii.quæstione.v.in secundo quæsito sub titulo utrum conceptio corporis Christi fuerit subito uel successiue discordat ab Arist.& ab Hippoc.quia uult ꝙ mas compleatur in.xlvi.diebus:qui sic distinguuntur: se- men primis sex diebus quasi lactis habet similitudinẽ no- uem diebus uertitur in sanguinem:deinde duodecim die- bus solidatur.xviii.diebus formatur & usq; ad perfectum membrorum lineamenta:& hinc iam reliquo tẽpore usq; ad tempus partus magnitudinem augetur. Vnde uersus.

Sex in lacte dies ter sunt in sangnine terni.
Bisseni carnem ter seni membra figurant.

Idem dicit Nicolus auctoritate Augustini: & ibidem Bea- tus Thomas dicit ꝙ conceptio.i.formatio Christi fuit subi ta & non similis conceptioni seu formatiõi puræ humanæ quia facta est uirtute diuina quæ infinita est:sed uirtutis in finite est subito effectum suum producere: ergo formatio Christi subitanea fuit:& non solum Augustinus sed multi etiam alii super hoc ponunt diuersitatem in tempore for- mationis:sed in hoc præ cæteris Hippocr. est credendum tanq̃ magis experto de formatiõe & de aiatione: & nõ est credendum Augustino qui mouetur auctoritate aliena tã quam in expertus.

¶ Vtrum autẽ anima generetur ab angelo uel adeo Theo logicum est.Nota tñ ꝙ ego credo ur littera Arist.prædicta sit corrupta quia in eodem capitulo est una littera quæ nõ potest stare cum ueritate:& ista est.s.quando dicit ꝙ pur- gationes.i.menstrua uenientia cum iam concepit mulier: quæ ueniunt ut alibi dixi pro signo conceptionis: accedũt ad tempus quoddam.s.xxx.dierũ:maxime si concepta est fœmina:&.xl.si mas.& subdit ꝙ a partu etiam purgatiões

eodem dierꝝ numero consequi uolunt. In ista littera Arist. uidetur esse contrarius rationi: quia teste Hippo. purgationes matris parientis femellam sunt lõgiores: & ratio est ut ipse dicit: quia mulier prægnans de fæminino partu habet plures humiditates & plures superfluitates q̃ prægnãs de masculino: & ideo post partum fæmineum debẽt esse purgationes longiores: & sic est in experientia: propter etiam maiorem & indigestionem materiam dicit Hippoc. ꝙ fæmineus conceptus tardius coagulatur: ex hoc igitur concludo textum Aristo. esse corruptum. Hæc uolui dixisse iuuenibus qui interdum non ruminant nisi superficiem litterarum auctorum non autem sententiam.

¶ Post quam uidimus tempus in quo complectus & animatus est fœtus, & post quam diximus opiniones an generetur ex spermatibus & sanguine mẽstruo simul: an generetur ex menstruo solo: nunc dignum est ad uberiorem anatomiæ fœtus cognitionem: ut in particulari magis de fœtu & de panniculis eum inuoluẽtibus dicamus: & hæc ut plurimum dicentur de mente Hippo. G. & Auic: & primo dicemus generationem pãniculorum prius de eis determinantes tanq̃ de loco q̃ de fœtu tãq̃ de locato: eo maxime quia aliqui ex prædictis panniculis complectiue prius formantur q̃ fœtus: his uisis uidebitur ꝙ membrum prius generatur: deinde uidebimus quid sit umbilicus & an puer mingat per umbilicum an per alium locum: & dicemus situm fœtus in matrice: & quomodo. i. in quo situ exeat a matrice: & quo tempore uere moueatur: & quo tẽpore fiat partus naturalis: & in quo tempore natus ueniens ĩ lucem possit uiuere: & dicemus unde procedat assimilatio & aliquid de notis repertis interdum in fœtu: & an spermata concurrant actiuæ & passiuæ simul uel alterum eoꝝ & an sperma decidatur a toto uel a parte: & an spma sit animatum: & dicemus aliquid de superfœtatione: & aliquid de monstris: multa tamẽ remittendo ad alios auctores qui super hac materia diffusæ tractaruntur.

AD maiorem igitur declarationem pãniculorum fœtum inuoluentium: est notandum ꝙ tales panniculi sunt tres: & inter alios primus panniculus qui occurrit sensui si fiat anatomia prægnantis est unus pannicu

lus maior omnibus aliis: quia circũdat alios/ & hic panni/
culus dicitur secundina a latinis/ & a grecis corion: & etiã
histrea/ & hic pãniculus circumfit spermati ut supra dictũ
est a uirtute informatiua/ adiuuante secundum aliquos ca
liditate naturali matricis. Ari. tamen secundo de generatio
ne. c. iiii. dicit ꝙ secundina fit a calido uel a frigido dicẽdo
calescentis frigescentis ue rei extrema sicescere necesse est
& ibidem loquitur de secundina: & est ista secundina pel/
licularis sicut sunt omnes alii panniculi: & adhæret matri/
ci undequaq; ad intra: partim adhærentia cõtinua: & par
tim adhærentia contigua: & si sint duo fœtus illa adhæren
tia est maiori parti matricis cõtinua q̃ in uno fœtu: siue fœ
tus sint alligati in uno sinu siue in duobus/ tamen si essent
multi fœtus numero in una secundina illa secũdina potest
esse continua matrici fere per totum: sed si sit unus fœtus
solus matrix non est continuata cum secundina nisi secun
dum quartam uel tertiam partem sui corporis/ & hoc pa/
tet ad sensum/ & ista secundina in parte in qua est cõtinua
cum matrice mediantibus uenis umbilicalibus cum uenis
matricis est neruea/ sed inter illam partem nerueam quæ a
principio conceptionis formatur & inter intrinsecam tu/
nicam matricis generatur notabilis q̃titas carnis: quæ nõ
est proprie caro sicut caro mẽbrorum nostri corporis/ sed
est quasi/ immo est sanguis coagulatus: & ex ista cornosita
te secundum aliquos comprehenditur ꝙ a sanguine men
struo solo non generantur nec nerui nec etiam aliqua alia
ex illis mẽbris quæ dicuntur spermatica: quia reuera q̃uis
dicatur a medicis ꝙ caro generetur ex sanguine non pro/
pter hoc ex sanguine generat̃ caro musculosa nec alia spe/
ties carnis composite/ sed tãtum ex sanguine generatur ca
ro simplex quæ replet spacia musculorum & aliorum mẽ/
brornm/ & talis caro non est nisi sanguis coagulatus trans
mutatus in secundas humiditates & in carnositatem/ & si
illæ sanguis misceatur alicui parti materiæ spermatice po
test augere membra spermatica dum corpus est in augmẽ
to: & causa talis carnositatis in secundina est ꝙ ille san/
guis a quo nutritur fœtus ibidem inter ueram secundinã
& matricem a calore naturali coagulatur/ exiens a porosi/
tatibus ramorum uenarum umbilicalium quæ sunt mul/

te numero ubi adhæret matrici, & ideo ibi apparet q̄ secū/
dina sit carnosa quæ tamen caro non est de uera essentia se
cundinæ/ quia secundina est unus panniculus albus: sicut
alii panniculi/ solus & non duplicatur: sicut dicit Dinus su
per Hippo. de natura fœtus/ totalem habens formam qua
lem habet concauitas matricis intrinseca: q̄ forma est sphe
rica: & mediante ista carnositate secundina est fortius alli/
gata matrici q̄ non esset si non esset ita carnosa/ quæ carno
sitas est tanq̄ glutē & cola quæ ibi cōdensatur a calore ma
tricis & a uirtute informatiua propter prædictum iuuamē
tum: & etiam hæc caro est tanquam stragulum embrioni:
& embrio adhæret cum suo tergo seu dorso huic carnosita
ti/ quæ sua caliditate confortat calorem pueri ut melior fi/
at digestio in membris pueri/ quia uena chilis pueri quæ
est in dorso eius: in qua est maior pars nutrimenti infantis
siue fœtus confortatur a calore talis carnis & non est uerū
q̄ fœtus habeat uētrem suum uersus dorsum matris ut di
cunt aliqui ad hoc. s. ut confortetur digestiua fœtus: quia
fœtus non habet aliquid digerere cum suo stomacho & su
is intestinis: sed digestio eius fit in membris in quibus trās
mutatur sanguis matris transeundo ad membra: & ideo sa
sagax natura posuit dorsum fœtus uersus partem intrinse/
cam dorsi matris: uersus q̄ ut plurimum est ista carnositas
secundinæ adhærēs: ut suo calore uenæ chilis melius con
coquat sanguinē: ueritas est q̄ calor naturalis fœtus plus
hoc operatur quam ista caliditas partis carnosæ secūdinæ:
& q̄ calor matris tamen melius concoquitur nutrimentū
fœtus mediante ista carne & mediante calore matris q̄ nō
faceret: & ideo propter diuersos fines natura creauit istam
carnositatē inter secundinam & matricē: hæc tamen pars
carnosa a multis habetur pro secundina uera/ & multi pu/
tant q̄ sola hæc pars carnosa sit secundina & hoc est quia
ipsi ignorant anatomiam/ & quia secundina in illa parte i
qua non uidetur aliqua caro adhærens ei est sola neruea q̄
postq̄ fœtus exiuit ab ea obliquatur & iuoluitur aliquibus
inuolutionibus/ multi ignorantes anatomiam credunt q̄
illa pars neruea sit Elancoidea: quia dicunt q̄ Elancoidea
non est nisi ab umbilico inferius & decipiuntur: quia ista
pars neruea est de uera secundina. Et ille panniculus qui
dicitur

dicitur Elancoydea est immediate intra secũdinam prædi ctam: & iste panniculus secundina dictus qui uere est simi lis membranis nerueis est multũ subtilis/ & ei adheret Elã coydea in parte intrinseca quæ est subtilior secũdina ut in fra dicetur: & iste panniculus secundina augetur secundũ augumentum fœtus & nutritur de sanguine matris & hẽt uenas subtilissimas per ipsum diuisas sensibiles p quas au rit nutrimentum: & istas uenas interdum ego uidi notabi les & interdum non potui uidere/ & uident etiam in secũ dina canina & porcina sicut in humana. Et substantia secũ dinæ est panniculus cuius color est albus declinat tamen ad rubeum maxime in parte extrinseca quia sic coloratur a uenis matricis/ & figura eius est rotunda ambiens unde quaq; Elãcoydeam: iuuamenta cuius sunt ista. s. dũ spumi ficatur sperma ipsa retinet spiritum genitiuum ne resoluat tur/ quia dum spumificatur statim icipit generari ista secũ dina: alia est utilitas eius. s. ꝙ p porositates eius ubi alligat cotilidonibus mediantibus uenis & arteriis euentatur ani mal & fit attractio nutrimẽti ad fœtum: alie utilitates eius sunt supra narate sufficiẽter maxime utilitates illius carno sitatis quæ a multis creditur ꝙ sit secundina & tamen non est/ nec etiã est pars secũdinæ nisi eo modo quo diximus supra: & hæc sufficiant de primo panniculo.

Post istum panniculum est alter panniculus qui dicit Elancoydeũ seu Elancoydea uel Elãcoydes & biles & ascari/ & scecca/ & ab aliquibus dicitur angustus & strictus: & ab Aui. dicitur etiam inuolutus: quoniam est similis inuolutionibus: & in rei ueritate non est inuolutus nisi eo modo quo secundina: & dicant quid uelint omnes qui dicunt eum esse inuolutum: & etiam ab Aui. hic panni culus nono de animalibus. c. x. dicitur membrana circũuo luta: & iste pãniculus est subtilior secũdina quãuis uterq; sit subtilis/ & immediate adheret secũdinæ in parte intrin seca/ & hæc adherẽtia in aliqua parte est cõtigua/ & in illa parte i qua umbilicus pforat cũ suis ramis istã Elãcyodeã adheret secundine adherentia ꝯtinua/ &. G. pri. de spmate c. vii. dicit ꝙ secundina generatur ex spermate femine/ & dicit ꝙ Elãcoydea generatur quãdo generatur secũdina: & ambe iste membrane secundũ eum generantur ex sper/

mate femine: quia est sperma subtile/ & tale sperma est magis aptum extensioni quam sperma grossum ꝙ est masculinum: & dicunt aliqui ꝙ omnes membrane corporis generantur a spermate subtili: quia est aptum extensioni: & dicunt ꝙ membra spermatica solida grossa generantur ex grosso spermate & tale sperma est masculinum. G. tamen xiiii. de util. c. xi. secundum aliquos dicit ꝙ membrane generantur ex spermate masculino: ego tamen non intelligo sic illum textum: sed iudicio meo. G. dicit ꝙ Elácoydea generatur ex spermate femine: & dicit se dixisse illud in libro de spermate & ita dixit & aliqui dicunt ꝙ illa littera. G. in libro de util. in qua dicitur ꝙ membrane generant̃ ex spermatæ masculi est corrupta propter ratióes quæ sunt supra dictæ. s. ꝙ mēbranæ generātur a spermate subtili: & ideo debent generari ex spermate femine. Aui. tamen nono de animalibus. c. vii. uidetur esse multum contrarius. G. qui uult ꝙ a quacũq; materia & maxime a sanguine menstruo possint fieri omnia membra / & tenet ꝙ uirtus iformatiua sit illa quæ det differētias membrorum propter fines intētos a natura / & ita dicit secundinam fieri a uirtute informatiua non autem a calore matricis assante / utraq; tamē opínio est persuasibilis / substantia huius Elácoydæ est pániculáris subtilissima dura tamē / color eius ē albus / figura eius est rotunda / unde quaq; superius & inferius ambiens fœtũ G. tñ primo de spermate. c. vii. dicit ꝙ membrana Elácoydea est non multum longa nec lata: sed dicit ꝙ necessario est stricto & breuis qa generatur ex spermate femine ꝙ ē paucum / & dicit ꝙ non transit lineas matricum & per lineas aliqui intelligunt cornua matricis: & istāmet sententiā quam dicit. G. totus cetus medicorum tenet esse ueram. s. ꝙ pannicuius Elácoydea sit strictus & breuis: & Dinus inter alios quem secuti sunt multi super libro de generatióe fœtus dicit ꝙ hic panniculus solum comprehēdit fœtum ab umbilico inferius: & omnes prædicti sunt simul cũ. G. contra sensum / quia Elácoydea continet in se totum fœtũ & circũdat eum a superioribus: & ab inferioribus / & a lateribus / & ante & retro / & ultra fœtum etiam continet magnam quãtitatē aquositatis urinalis pueri / & est latus ualde / & nescio saluare. G. n. dicēdo ꝙ sua littera est corrupta:

quia puto.G.uidisse anatomias humanas cum Elancoidea integra/ possibile est etiam ꝙ nō/ & ꝙ tantū uiderit secūdi/ nam & Elancoydeam extra matricem laceratam a fœtu in exitu/ & ꝙ fuerit deceptus sicut sunt decepti illi de quibus preteriit sermo dum de secundina tractauit:tamen pro re/ uerentia tanti uiri credo ꝙ sua littera sit corupta / & si fiat anatomia matricis prægnantis oīa a me antedicta reperiē tur uerissima / & per me dicta sunt cum uero sensu: & hoc pluries uidi & multis scolaribus mōstraui/ & hodie scilicet M.D.XX.die.xvii. Mai/ mōstraui ad sensum omnia predi cta per me esse uerissima in domo propria multis doctori/ bus & scolaribus fide dignis in una anatomia mulieris p̄/ gnantis quæ mortua erat non potens parere & erat præ/ gnans nouem mensium. Vtilitas huius panniculi est tueri secundinā a corrosione urine teste Aui.&.G.in lib.de util. & hæc Elācoydea iudicio meo est durior secundina / & ni si esset Elācoydea urina corroderet uenas secundinæ/ & ēt continet urinam in se ista Elācoydea propter hoc iuuamē tum.s.ꝙ facilitat partum iuuando eum lubricando/ ut faci lius exeat.

Post prædictos panniculos est unus alter panniculus qui circūdat imediate fœtum/ qui ab Auic. nono de animalibus.c.x.dicitur ascham/ & ab aliquibus dicit̄ armatura pueri/ & dicit̄ etiam aurelia/ & abeas:seu abgas: uel abigas/ & sella/ & alicas/ & auicius/ & ab aliquibus ani/ mus. Corrupte tamē/ quia debet dicere animium: siue am nios/ uel amnion secundum aliquos græcos. Substātia hu ius panniculi est sicut aliorum panniculorum:& iste pāni/ culus secundum Aui.est subtilior ceteris.G.tamen primo de spermate dicit ꝙ hic panniculus est grossior secundina & ista sunt uerba.G. Mox autē ei q defluit a fœtu uapori q proportionalis est sudori perfectorum animalium necessa rium fieri aliquā membranam sicut urine est Elancoydeat poro etiam facta est illa quæ amnios uocatur / & totum in circuitu comprehēdens fœtum. Elācoydes.n.q̄uis amnio prius facta fuisset:facere tale seruitium non existimauit na tura iustum simul quidem/ quoniam subtilis & debilis est ex serosiori facta spermate:decebat autem debētē embrio/ nem cōtinere membranam grossitiem habere fortem uel

notabilem ceu non solius sudoris uas ei debens esse/ sed & futurorum colorū motionibus resistere/ una alia littera dicit: sed & futuris motionibus resistere. Et subdit membranam suscepturam uaporosas effluxiones amplam & grossam in prima acceptiōe spermatis natura extrinsecus ei extendit uaporare debentem propter caliditatem: aliarū uero membranarum in primis diebus nullam necessariā habuit generationē/ ex prædicto textu colligitur ꝙ armatura pueri est grossior Elācoydea: tamen hic panniculus est etiam subtilissimus & est immediate adherēs cuti fœtus / qui postq̄ natus est infans cadit paulatine ab eo / & assimilatur illi cuti quæ excoriatur in hominibus a sole uel in desudationibus. Colligitur etiam ꝙ talis panniculus generatur i primis diebus conceptionis: quāuis Elancoydes prius generetur eo/ qui pāniculus Elācoydes generatur in primis diebus simul cum secūdina ut patet per. G. ubi supra istis uerbis/ secundina quidem/ primo extrinsecus ei circūponens/ simul autem ei Elancoydes faciēs membranā cooperante ut dictum est in generatione secūdinæ suscepturam debentis plasmari animalis urinam: necesse. n. est & ei ꝙ fœtatur animali superfluitates fieri tot & tales quot & quales sunt his qui soluti sunt a matrice: sed urina quidem & egestio fit plasmatis & articulatis iam particulis &c. Nota tñ lector ꝙ iste panniculus amnios uŕ grossior quia uapor seu humiditas sudoralis adheret ei in parte uersus Elācoydes quæ humiditas est uiscosa & adheret huic pāniculo & multi credunt ꝙ hæc humiditas quæ est cenosa uiscosa simul cum panniculo sit panniculus: sed est distincta a pāniculo realiter cum difficultate tamen potest remoueri a pāniculo: nec credo ꝙ unquā hæc cenositas totaŕr remoueat a fœtu: quāuis obstitrices seu aliquæ aliæ mulieres tentēt mundare puerum a tali sorde sudorali cenosa quā primū est natus infans cum aqua calida salsa & cum pānis lineis leuiter confricando: & credo ꝙ Aui. considerauit istam limositatem adherentem huic pāniculo: & ideo dixit ꝙ hic panniculus est subtilior ceteris / & forte ꝙ nō male cogitauit/ tamen Elancoydes est panniculus subtilissimus: & credo ꝙ sit pauca differentia in grossitie inter Elācoydeam & istū pāniculū amnios/ & forte quando. G. dixit istū panni/

culum esse grossum ꝙ intellexit ꝙ cum isto pāniculo esset illa limositas sudoralis quæ præbet idem inuamentum ꝙ præbet iste panniculus amnios dictus in tuendo fœtum a fortioribus motionibus & ab acuitate urine / tamen quia hæc non sunt multum utilia medicis super his non est po/nenda multa cura/ color prædicti panniculi est albus: figu/ra est similis corpori quem circūdat/ & ita est eius quanti/tas sicut est quātitas infantis: iuuamenta eius sunt tacta su/perius. Et. G. ubi supra dicit ꝙ ultra has tres mēbranas ex spermate genitas natura generat etiam alias. s. unam circa cor/ & unam circa hepar/ & unam circa toracem quæ est pleura/ & unam circa uentrē quæ est peritoneon .i. siphac & duas circa cerebrum: & totam cutim animalis eum in/uoluētem/ & has mēbranas natura generat uniuerso sper/mate: maxime ex parte subtili uiscosa/ ex pte uero terestri generat ossa teste eodem/ ueritas est ꝙ. G. dicit ꝙ sperma nō est sufficiens materia omnium prædictorum: sed tēpo/re procedente fœtus. s. postquā oportet cor ab hepate sepa rari & indui/ & ita alia membra/ & dicit ꝙ sperma augetur & augumentatur. s. ex sanguine menstruo quia aliter non potest augeri: & ita generantur membrane prædicte a ma teria mixta & ossa ex grosso spermate/ & quia natura nūq̄ fuit ociosa/ dicit ꝙ ipsa generat etiam carnes/ & eas circū/plantat ossibus/ & simul ꝙ pinguissimum ex eis mulgens terrestria quidē illa. s. ossa & cruda & omnino non unctuo sa fecit/ & de eo ꝙ trahebat ex ipsis uiscosum in finibus ossi um colligationes. i. ligamenta & cartilagines operata est: secundum lōgitudinem uero. s. ossium in toto circuitu mē branas subtiles circūposuit. s. panniculos inuoluentes eos qui nominantur perinostias alias periostias/ in quibus sup implātauit carnes: & subdit ꝙ natura usa fuit ad creationē ossium caliditate assante & exsiccāte ipse: & dicit ꝙ carnes sunt implantate ossibus antequā ipsa carnes tegerent mē/branis/ & dicit ꝙ natura extendit carnibus aperiostiis mē branis tenuia operimenta/ & dicit ꝙ natura disseminauit neruum ad singulam carniū. s. musculorum: ex quo fecit inas siue inulos. i. uilos subtiliores araneis. alias uero inas etiam subtiles ex colligationibus. i. ex ligamentis ducēs & coniungens omnibus ipsis carnes congregauit. i. ꝙ inter

Nota.

uilos nerueos & ligamentales posuit carnes q̄ faciunt musculos: quia subdit rursus in idem utrarūq; inularum genera totum quidem organum in quo ingeniata est musculū efficiens. id uero ꝙ ex inularum conuentu. s. ex inulis nerueis & ligamentalibus quando simul conueniunt fecit tenontem. i. cordam. Colligationum itaq; ut dictum est partem nō modicam ad musculos posuit. Neruorum autem non ad hos. s. musculos solum sed ad uniuersa instrumenta similiter fecit distributionem/ & subdit. Est autem & aliud quoddam genus inularum in uentre & in intestinis: & ambabus uesicis/ & matrice/ & in corde totum generationem habens ex spermate quibus adunatum est uelut plicationi alicui uisceris corpus. Et capite. viii. eiusdem iquit omnia quæcūq; carnea sunt spetie ex sanguine facta sunt: membranosa autem uniuersa ex spermate tēsa sūnt/ & propterea quæ sunt ex sanguine si corrumpantur generantur rursus faciliter ceu materiam generationis habentia: quæcunq; uero ex spermate uel non omnino uel raro generantur iterum/ quāuis causa efficiens sit & imperfectis: non. n. dereliquit natura animal nec oblita est uirtutum innatarū quas habebat/ & quas nō aquisiuit ab aliquo: sed ex spmate habebat & impossibile est amittere ipsas. Cum igitur si incideret quis a corpore nostro pinguedinem aut carnem generaretur iterum in loco deperdite aut pinguedo aut caro/ arteria uero uel uena uel membrana/ uel colligatio/ uel tenon alias tenanton: semel deperdita non regenerantur iterum/ & quod mirabilius est cur quādo denudatum fuerit horum aliquod & indiget tegi/ & ad cicatricem duci caro quidem super innascitur unicuiq; prædictorum: simile uero ipsi denudato nullo modo super innascitur neq; si potētia pharmaca afferantur/ quoniā carnis materia nequaq̄ illorum est generatiua/ sed quid putas/ tunica/ arteria/ & nerui corpus dispensantem/ ipsa uirtutem non habent talis substantiæ factiuam qualem habebant/ sed si aliquid aliud inest natura facere sibi similia/ qualiter autem aliter nutrietur corpus nō permanente ei tali uirtute semp/ omnino nāq; defluit quid substantie uniuscuiusq; propterea indiget eo ꝙ debet nutrire: simile autem oportet esse qđ apponitur de nutrimento ei ꝙ diaforatur/ & subdit/ certe

etiam hoc Ari. dilectissime rememorari te faciam tuoꝝ sermonum: duorum enim alterum necessarium est esse: nel ĩ cibis uniuscuiusq; corporis ꝙ nutritur fieri partes: deinde similibus ad similia accedentibus fieri nutritionem: uel altero cibo: sed primum dogma redarguisti tum ipse ceu nõ uerum. Alterum uero ꝙ colit alterationem acceptasti, nõ tamen similiter ex quocunq; ad quocũq; transmutationes fieri licet dicere: ad id. n. ꝙ est propinqus nature facilior ẽ transmutatio, & propter hoc sanguini facilius est fieri carnem: difficile uero membranam, & neruum, & arteriam. Primo igitur attrahit eorum quæ debent nutriri unũqdq; proprium ex sanguine humorem: sicut Hippoc. sentiebat: a nobis autem determinatum est hoc ipsum, & quoniam quidem quædam grossiori indigent sanguine, quædã frigidiori, quædam calidiori, quædam phlegmatiori, quædã melancolitiori, & quædã sinceriori & diligentiori, & quædam serosiori, & quædam perfecte ellaborato, ĩ quibusdã uero non obest si non tale fuerit ꝙ debet nutrire, post autẽ eam quæ ad unũquodq; particulã attractionem huiusmodi humoris qđ quidem attractum est ad multas partes resolutum uaporiformiter apponitur eis quæ attraxerunt ĩ plurimo tempore: monstratum. n. fuit & hoc, unit autem & assimilat sibi ipsi in diuturna permanẽtia pars, alias particula quæ attraxit: non igitur est putandum fieri quidem a principio unãquãq; primarũ animalis particulaꝝ ex spermate. aliud uero esse eis ultimum & familiarissimum nutrimentum. Ex prædicto textu multa colliguntur notatu digna. s. quod caro & pinguedo generantur ex sanguine: & ꝙ ex uniuerso spermate generãtur membranæ, & ossa, & ligamenta, uenæ & arteriæ, corde siue tenontes, & nerui, & cartilagines, & ossa: sed ex grossiori parte ossa: & ꝙ ossa fiunt a calore assante & exsicante, & colligitur qualiter caro generatur priusq̃ aliquæ mẽbranæ: & colligitur qualiter panniculi circa cor, & hepar: & cerebrum generantur quando ab inuicem incipiunt separari, sunt tamen aliqui qui dicunt ꝙ a principio ille tres ampulle quæ sunt in spmate sunt panniculi tria membra principalia inuoluentes & harum opinionum utrãq; est imaginabilis: & in dicto textu etiam colligitur qualiter uili membrorũ intrinsecorũ

generantur/ & aqua materia. Et colligitur qualiter sperma augetur a sanguine menstruo/ si tales partes spermatice ui scose debēt generari & nutriri/ ex quo potest inferri ꝙ pā/ niculi/ & arterie/ & membra spermatica media.s.non mul/ tum dura/sūt genita a materia mixta, & ideo recte dicebat Aui.quarta quarti capitulo primo/ dicēdo ꝙ uenæ & arte/ riæ incarnantur plus.i.melius quā ossa/ & minus quā caro quia ipsa facillime regeneratur/ & difficillime uel nunquā consolidantur & regenerantur ossa nisi per contactum.s.p porum sarcoidem / siue orosbot/ uel gumi aliquo uiscoso: ex quo nutriuntur ossa. Exceptis tamen pueris in quibus adhuc remansit materia ossium/ & hoc patet experientia: quia uidemus ossa bregmatis generari/ & etiam perfici cō missuras se inuicem contangentes in processu tēporis / & hoc non est nisi per regenerationem & augumentum ossi/ um/ & ego etiam uidi pluries pueros habere ossa pedum & coxarum non cōpleta/ quæ succedente ætate aquisiue/ runt completam plasmationem. aliqui tamen dicunt qđ ossa non regenerantur extra uentrem matris: sed dicūt ꝙ augumentantur: uidetur etiam. G. ubi supra. c. viii. uelle ꝙ raro uel nunquā membra ex spermate genita regenerent̄ ad ꝙ dicunt aliqui ꝙ est uerum / tamen aliqua membra sp matica consolidantur: prout refert Aui. ubi supra per ratio nem & per experientiam uisam a. G. qui uidit arterias con solidari. Colligitur etiam ex prædicto textu ꝙ panniculus iste primus inuoluens fœtum qui dicitur armatura pueri generat̄ in prima acceptione spermatis/ & in hoc loco sūt aliqui redarguentes. G. dicētes ꝙ non est uerum ꝙ in pri/ mis diebus generetur hic panniculus/ quia dicunt ꝙ prius generātur membra intrinseca quā extrinseca: & ꝙ per. G. dicitur ꝙ prius generantur ossa quam caro / & post carnē panniculi eam inuoluentes/ & post istos panniculos dicūt cutim generari. Et eodem tempore quo generatur cutis uel parum post dicunt istum primum panniculum gene/ rari/ quia dicunt ꝙ antequā fœtus sit factus infans. i. cōple tus: non emittit a se sudoralem uaporem: & ideo dicūt an/ te tale tempus naturam non habere indigentiam talis pā/ niculi propter sudorem: & dicunt de mente. G. ubi supra. c. vii. ꝙ puer non habet urinam neq; egestiones nisi iam

habeat

habeat membra articulata/ & propter hoc etiam dicũt istũ panniculum generari quando articulatus est infans: & cõtra istos aliqui instant: dicentes ꝙ sicut natura fecit Elãcoydes in primis diebus. ita est possibile ꝙ natura fecerit istũ primum panniculum: & aliqui dicũt ꝙ melius natura potuit facere Elancoydes quã istum panniculum: quia Elancoydes substentatur a secũdina & adheret ei: & ambo substentantur a matrice: quia ei adherent mediantibus cotilidonibus: iste uero panniculus amnios secundum istos nõ habet aliquã substentationem: ideo dicunt prius membra eũ substentantẽ debere formari antequã generetur hic pãniculus primus: qui postea adheret cuti membrorum: qd quid sit de hoc utrũq est possibile: tamẽ ego teneo ꝙ prius generentur membra quã iste pãniculus. Sed obiciet aliqs quomodo potest nutriri infans usq ad completã plasmationem eius quin rescecetur ab eo aliqua superfluitas urinalis: & forte aliquis uapor sudoralis maxime cum nutriat sanguine & in sanguine est aquositas quæ est tãq̃ uehiculum nutrimenti. Ad hoc ego responderem ꝙ possibile est ꝙ fœtus nutriatur etiam usq ad augumentum & ꝙ nõ rescecetur aliqua aquositas nec aliquis sudor: quia natura in illo principio mittit ad fœtum sanguinem depuratum ab omni superfluitate colerica & urinali: quia fœtus tunc nõ habet uasa pro colera. s. kystim fellis: nec habet uasa cõpleta per quæ possit eicere urinã. s. renes / poros uritides: & uesicam: & in illo principio materia grossior potest penetrare ad membra fœtus / quã postq̃ membra sunt formata & condẽsata: & in tali tempore principii fœtus etiam indiget pauco sanguine: cum quo etiã si esset aquositas esset ualde pauca: quæ posset stare in uena chili & in emulgentibus & in uesica iam plasmari incepta: & forte ꝙ calor matricis & spiritus genitiuus resoluit illud paucum aqueum. Et sic credo textum. G. esse uerum quãdo dicit ꝙ urina & egestio non fit nisi plasmatis iam particulis: sed multi possent admirari de isto textu. G. qui dicit ꝙ fit egestio i fœtu plasmatis iam particulis: quia dicunt ꝙ fœtus non habet egestiones & feces nisi postquã accepit lac pro nutrimẽto a quo fiunt egestiones in stomacho & in intestinis: & ꝙ antequã capitat lac non habet egestiones: quia non nutritur

nisi a sanguine tendente ad hepar: qui quidem sanguis nō habet nisi superfluitates suas. s. coleram: phlegma: melacoliam: & aquositatem urinalem: & ex istis superfluitatibus dicunt non fieri egestiones in stomacho nec in intestinis. Et ad istos ego respōdeo & bene: & dico fœtus habere egestiones aliquas in stomacho & in intestinis quā primū sūt plasmati: quáuis non capiant cibum uel nutrimentum aliquod per uiam stomachi: & in hoc est testis experiētia: ueritas ē ꝙ a principio postquā formatus est fœtus tales egestiones sunt pauce: sed cootinue augentur & aquirunt formam egestionum. Et ego uidi in Elancoydea humana & porcina egestiones emissas per anum fœtus qualiter autē fiant tales egestiones & unde ueniat earum materia dicā. Et dico ꝙ a capite infantis per palatum ad stomachum descendit illa superfluitas phlegmatica ex qua fiant mucositates narium: quæ superfluitas est superfluitas illius nutrimenti ex quo nutritur cerebrum: ꝙ nutrimentum est phlegmaticum: & eius superfluitas est multa: & ideo continue nos uidemus mucositates exire a naribus & a palato quæ sunt in aliquibus multe & in aliquibus pauce: & hoc secūdum complexiones cerebri. & ideo aliqui infantes habent stomachum ualde plenum phlegmate, & aliqui nō ita plenum, & aliqui etiam habēt multas egestiones in intestinis & aliqui non tantas: quia iste superfluitates phlegmaticæ descendunt a stomacho ad intestina & a calore infantis aliqualiter ingrossantur magis quā sint quando descendunt & in intestinis uadit colera a kysti fellis per porum tendentem ad duodenum: quæ colorat illud phlegma in uiridem uel in citrinū colorem: & sic sunt in isantibus egestiōes & credo ꝙ natura mittat illas supfluitates cerebrales ad stomachum & ad intestina ut talia membra non sint ociosa a principio. Ad hoc ut ueniente tēpore partus in quo fœtus debet sugere nutrimentum per os talia membra sint assueta ad digerendum & ad alias operationes persiciendas: & hæc uolo sufficere de generatione panniculorū fœtus quibus addidi digressiones prætactas iudicio meo notatu dignas: quæ autem sint membra quæ prius generentur potest pro parte colligi a. G. in primo de spermate. c. v. §. primo: quia secundum sua uerba primo generatur cor & ita

tenet Ari.& Aui. in canonibus: & in libro de animalibus: secundum est hepar: tertium est cerebrum: & statim post ista tria membra principalia generantur membra eis seruientia: & primo rationabiliter debet generari membra seruientia cordi: secundo hepati: tertio cerebro: & sic illa mēbra quæ sunt magis necessaria nutritioni sunt primo genita præppsitis semper arteriis: deinde generantur alia mēbra intrinseca, & ultimo loco generantur membra exteriora, sicut sunt extremitates puta manus & pedes: tamen pedes prout ego uidi sicut supra patuit ultimo loco generantur: & de mēbris extremis ultimo loco generant̄ ungues: teste Hip. in de natura infantis: quia ſm aliquos generātur ex neruis & ex uenis & ex ossibus digitorum. ¶ ex extremitatibus prædictorum membrorum quare ungues sunt in extremis digitorum: ungues tamen non nascūtur si mater multo usa fuerit sale: teste Ari. vii. de histo. c. iiii. idem dicit Aui. ix. de animalibus dicendo ꝙ sal nō sinit nasci ungues propter suum acumen: & ut dicunt aliqui sal cōsumit materiā unguiū & forte ꝙ facit hoc sua acuitate & forte secūdum aliquos ꝙ facit hoc aliqua proprietate: quia sal sua acutie magis est aptus ledere carnem infantis quam ungues, & dicunt aliqui ꝙ postremo etiam generantur pili: tamen de generatione pilorum & etiam unguiū uolo ꝙ habeatur recursus alibi: & inter alios uolo ꝙ habeatur recursus ad Ari. iii. de histo. c. xi. & ad Aui. in. iii. de animalibus, & in canonibus: & inter alios Modernos. Ad Dinum super Hippo. de natura fœtus ubi uidebitur ꝙ alia est pilorum generatio ī uiuo, alia in mortuo: & alia notatu dignā de pilis q̄ de unguibus, nos ēt ista aliq̄ dicemus de istis.

¶ Visa generatione panniculorum fœtum inuoluentium & uisis eorum nominibus uidendum est ꝙ membrorum principalium prius generatur quamuis de hoc aliquid dictum sit superius: & in rei ueritate ista sunt difficillima mōstrari: ad sensum tamen referam unam opinionem Hippo. in certo libro qui apud nos nondum habetur, quæ etiam recitatur ab Aui. xx. prima tertii de generatione embriōis quæ est bipartita: nam Hippo. primo dicit ꝙ primum mēbrum ꝙ generatur est cerebrum. & hoc probat per experientiam uisam in pullis respiciendo oua de die in diem, &

de hora in horam: istam tamen opinionem reprobat Aui. ubi supra: & etiam multi Moderni. G. autem in primo de spermate capitulo quinto secundum ordinem littere: primo ponit generationem cordis: secundo generationē hepatis: tertio generationem cerebri: in ista etiam opinione bipartita Hippo. reperitur ꝙ ipse uoluit nō experientia iudicio meo/ sed ratione aliqua ꝙ hepar esset primum membrum ꝙ generaretur. Et Auic. istum sermonem Hippo. bipartitum dicit esse corruptum ex uia experimenti: & dicit si creatur illud prius cuius operatio præmittenda est: tunc est credendum ꝙ non nutritur membrum animalis i quo non est substentatio uite cū calore naturali. Cum ergo ita sit necesse est: ut primo creetur membrum a quo procedit calor naturalis & spiritus uitalis ante creationē nutrientis ipsum: & iste est cor secundum Auic. tamen quia ista non spectant ad anatomiam: eis finem impono & remitto legētes ad Conciliatorem/ ad Forliuiēsem/ & ad Dinum/ & ad Thomam de Garbo: & ad Gentilem: & ad omnes alios auctores qui diffuse tractarunt de hac materia cū suis dubiis: & Zerbus inter alios multa dicit super hoc qui in rei ueritate est maximus aggregator anatomiæ: & laude dignus quāuis sepissime deuiet a ueritate. Nota tamē lector ꝙ sūt aliqui qui dicunt omnia membra generari mediante uirtute cordis fœtus: & aliqui dicunt ꝙ non: sed dicūt omnia membra generari a uirtute informatiua mediante spiritu genitiuo existente in spermate: & de isto dubio optime loquitur Dinus de Garbo in libro de natura fœtus Hipp. §. & aqua hausta hieme a terra calida existente. Cōfestim. n. calida est & c. & ibidem dicit ꝙ spiritus decisus a patre generat primo cor: deinde cor generat alia membra & hoc ꝓbat auctoritate & ratione: tamen in fine concludit oppositū optimis rationibus quas prætermitto breuitatis causa.

¶ Visis prædictis de umbilico sicut supra promissimus in pluribus locis est dicendum: & est sciendum ꝙ umbilicus non est aliud secundum Ari. secundo de generatiōe. c. iiii. nisi uena quæ est in aliquibus animalibus simplex & in aliquibus multiplex: quam uenam putamē cuticulare ambit ꝙ umbilicus uocatur: quoniā uenarum imbecilitas tutellam operimentumqꝫ desiderat: uenæ autem quasi radi-

ces contingunt ad uterum per quas alimentum haurit fœtus:eius enim gratia animal in utero manet:uera tamen essentia umbilici non est nisi uena/ & per uenam Ari.hic etiã intelligit arteriam/ cutis eũ est circa eum ut sit tutũ a nocumentis extrinsecis:& dicitur umbilicus ab umbone q̃ ẽ pars media clipei:& ita umbilicus est pars media uentris inferioris:& hæc pars a græcis uocatur acrophalin: & illa pars supradicta putamẽ cuticulare a græcis uocatur Crea & a latinis uetula quia est corrugata: substãtia cuius est arterialis & uenalis/ & est in homine ut etiam supra dixi una uena & duæ arteriæ qñ iste umbilicus recedit a fœtu usq; ad secundinam:& in secũdina habet multos ramos terminatos ad cotilidones matricis ut supra diximus:& hic umbilicus oritur a fœtu & non a matrice ut uolũt quidam: & hoc probatur quia a principio ista uia uenarum.s.umbilici efficitur in spermate dum fiunt ampulle & dum fit spumificatio in spermate/ & ista uia est illa mediante qua euẽtatur spiritus genitiuus/ quæ uia postea dum fœtus idiget nutrimento supplet pro eo mediantibus suis uenis & supplet pro euentatione cordis/ & ꝙ oriatur a fœtu patet per Ari.ubi supra quando dicit uenæ autem quasi radices contingunt ad uterum:ecce in isto textu ꝙ umbilicus uadit a fœtu ad matricem sicut radices orte ab arbore uadunt ad terram pro nutrimento hauriendo:colligatꝰ umbilicus matrici per cotilidones & fœtui per unam uenam quæ ingreditur concauum hepatis & non gibum: ut uoluit Auicen. & Mundinus/ & multi alii & sic est ad sensum: & idem ꝙ ego dico & ꝙ dicit sensus:dicit.G.xv.de uti.c.iiii. istis uerbis/ propter quid autem uena nõ ad gibum hepatis sed ad scima.i.ad concauum peruenit quoniam colere uas ibi locatum est & melius erat purgari sanguinem antequã per totum corpus distribueretur:sũt tamen multi qui non credunt huic textui:sed magis credunt Aui.tãquã proterui & ueritatem negantes:ueritas est ꝙ in isto textu parum ifra. G.dicit ꝙ in umbilico sunt duæ uenæ:& ego non uidi nisi unam quando diligentissime anatomizaui: sed interdum ego credebam duas uenas esse in umbilico de quibus duabus credebam ꝙ ad intra uentrem pueri efficeretur una sola quæ uadit ad hepar:quia credebam.G.ubi supra/ tamẽ

ego non inueni nisi unam uenam in umbilico & duas arte rias: & si aliter ego scripsissem: alibi hæc sit uera ueritas iu/ dicio meo sensuali / quia sic reperi dum hæc scriberem: & ego sum exilis qui non contentor de uisis ĩ præterito: sed cum diligẽtia maiori de omnibus membris dum hæc scri psi uolui uidere particularem anatomiam ut satisfaciã deo primum & mihi & posteris. Et ita dico si aliter de istis ue/ nis & arteriis umbilicalibus: & de certo poro qui dicit̃ ura cus seu uracum. Alibi scripsi quã in isto loco/uolo ꝙ hic tã tum adhibeatur fides: quia nunquã cum tali diligentia tẽ/ taui uidere per quam uiam mingit puer in Elancoydea si cut nunc feci. Et dico ꝙ iudicio meo infans emittit aquosi tatem urinalem maxime circa ultimos mẽses per uirgam & non per umbilicum ut dicit Aui.xiiii. tertii: & alibi & ut dicit Rasis septimo continentis in pluribus locis auctori/ tate. G. & aliorum: & ut dicit. G.xv. de uti. c. v. & istos secu ti, sunt multi/ueritas est ꝙ dico dubitatiue tamẽ/ per expe rientiam diligentem a me factam ꝙ mingit per uirgam uidi tamen aliquam experientiam in contrarium. s. ꝙ min git per umbilicum ut infra narrabo: sunt tamen multi qui sunt imaginati ꝙ mingat aliũde quam per umbilicum & quã per uirgam: & ex istis fuit unus Mundinus meus qui dicit secundum aliquos infantes nõ natos mingere per su men. i. per certas uenas infra umbilicum existentes: ego ta men credo ꝙ aliter intellexerit Mundinus sicut supra dixi in anatomia mirach: multi etiam alii sunt imaginati alias uias quæ omnes sũt falsæ exceptis illis duabus supra dictis s. uel ꝙ mingit per uirgam in ultimis mẽsibus: & in primis mingit per umbilicum uel ꝙ semper mingit dũ ẽ in utero per umbilicum. Et ꝙ mouet me ad dicẽdum hoc/ est istud s. ꝙ ego uidi in anatomia fœtuum canis a fundo uesicæ fo/ ramen tendere ad umbilicum: & tale foramen uadit per to tum umbilicum usqꝫ ad Elancoydeam quæ tantum distat a uesica fœtus quanta ẽ longitudo umbilici/ & quãta est la titudo eius & secũdinæ: qui duo pãniculi sunt alligati ma/ trici. Et ego uolui uidere istud per experiẽtiam istam. s. ꝙ ego accepi siringam aqua plenam & ipsam imposui in ꝑ/ dicta uesica & impellẽdo aquã uidi illam tendere per cen trum umbilici secundum longitudinem eius usqꝫ ad Elan

coydeam/ & ibi illa aqua exibat a porositatibus Elãcoydee
ubi terminatur umbilicus uersus eam & uersus secundinã
& certe ista uia est manifesta in umbilico canis de per se/ q̃
uiam aliqui uocant uracum & infusorium. & . G. ubi supra
uocat iuncum & uracum: & dicit eam esse in medio duarũ
arteriarum & duarum uenarum: iudicio tamen meo non
est nisi una uena & duæ arteriæ/ & uisa ista expientia. s. ꝙ a
fundo uesicæ uadit porus uracum siue iũcus dictus ad um
bilicum: & per umbilicum uadit usq; ad Elancoydeam di/
co urinam in primis mensibus a fœtu emitti per umbilicũ
quia ego anatomizaui plures canes qui tamen erãt parui
& paucorum mensium & sic reperi in omnibus: sed quia
ego anatomizaui humanos fœtus prope partum existen/
tes & non inueni istam uiam. s. uracum in fundo uesicæ p
foratum tendentem ad umbilicum dico ꝙ in ultimis men
sibus natura iam clausit uracum & fecit fundum uesicæ so
lidum sine aliquo uestigio foraminis: & ꝙ tunc iufans min
git per uirgam & non per umbilicum. & ego feci istam ex
perientiam. s. ꝙ ego accepi iufantem nouẽ mensium non/
dum natum/ & manibus compresi regionem uesicæ uolẽ
do uidere an urina a uesica tenderet ad Elancydeam/ sicut
dicit. G. loco ubi supra/ qui dicit si compresseris uesicã ui/
debis Elancoydeam repleri: & etiam dicit si compresseris
rursus ipsam Elancoydeam implebis uesicam/ & facta tali
compressione non uidi aliquam urinam a uesica tendere
ad umbilicum/ tunc cogitaui ꝙ forte non erat urina in uesi
ca infantis/ & accepi siringam & per uirgam isfantis impo/
sui in uesica aquam in notabili quantitate/ deinde cõpressi
pectinem/ & statim aqua exiuit per uirgam hoc uidens ite
rum maiorem quantitatem aquæ imposui in uesica etiam
per uirgam: deinde ligaui uirgam cum filo ne aqua exiret
inde/ & etiam cum digitis tenebam uirgam strictam & de
inde compressi pectinẽ qui erat ualde tumefactus propter
aquam in uesica missam & nunquam potui uidere quãtũ/
cunq; fortiter comprimerem uesicam aliquã partẽ aquæ
tendere ad umbilicum/ hoc uiso aperui uentrem cum raso
rio absq; lesione uesicæ & umbilici & cum digitis fortiter
compressi uesicam uersus umbilicum ut uiderem oculata
fide si aqua aliqua tenderet a uesica per uracum ad umbili

cum & nũquam potui facere ꝙ aliqua pars aquæ euacua-
retur a uesica & tunc ego euacuaui uesicam eam compri-
mendo soluẽdo uirgam:deinde iterum ligaui uirgam eua
cuata uesica, & tunc ego accepi renes infantis & perforaui
unum ex eis & in illo intromissi siringaã & mediante poro
uritide in rene repetto iterum cum aqua repleui uesicam
dubitans ꝙ forte per partem exteriorem uesicæ urina ten
deret per aliquas pelliculas ad umbilicum, & i ueritate co
gnoui ꝙ aqua & urina non habet ingressum aliquẽ ad um
bilicum per partem exteriorem uesicæ:immo urina uadit
per poros uritides ad uesicam:quia repleta fuit subito uesi
ca per porum illum:& postq̃ fuit repleta iterũ conabar im
polere aquam ut uiderem si alia esset uia ad umbilicum q̃
uia quæ dicitur a. G.quæ est in fundo uesicæ secundum ip
sum ubi supra:& non potens uidere istam uiam extra uesi
cam nec in fundo uesicæ per istam experientiã statim ego
aperui uesicam & quæsiui in fũdo uesicæ, & ad latera eius
& ubiq; per uesicam & nũquã inueni aliquem porum nec
aliquam uiam per quam possit urina exire a fœtu per uesi
cam nisi per uirgam:& ego tentaui hæc cum stillis argen-
teis subtilissimis, dico bene ꝙ fundum uesicæ erat densius
quã alia pars eius. Ex ista experientia diligentissime a me
facta concludo ꝙ in ultimis mensibus uesica est consolida-
ta, & non habet aliud foramen nisi poros uritides: & collũ
eius terminatum ad uirgam per quem nos emittimus uri
nam:nec credo Aui.in hoc.xiiii.tertii:quando dicit ꝙ infã
tes dum sunt in uentre mingunt ex sumine.i.ex umbilico
qui dicit, & orti antequã ligẽtur.i.antequã ligetur eis um
bilicus mingunt etiam ex sumine.i.ex umbilico:quia non
est uerum per experiẽtiam a me uisam ut supra patuit: ma
xime in ultimis mensibus, qa forte in primis mẽsibus pos
sunt mingere per umbilicum, & dico forte qa non affirmo
hoc esse, uerum etiam in primis mẽsibus, & miror de Aui-
cenna qui dicat ꝙ orti antequam ligent̃ mingũt ex umbi-
lico:quia ego fui ualde diligens inquisitor ab obstriticibus
in inquirẽdo an infantes antequam ligetur eis umbilicus
mingant per illam uiam : & dicunt obstitrices ꝙ non imo
dicunt ꝙ ligant umbilicum in loco sibi debito deinde inci
dunt nmbilicum & ꝙ propter ligaturã primo factã nullus
potest

potest hoc affirmare:sed ego diligentius quærens rogaui multas ex eis ut prius inciderent umbilicum/deinde ꝙ cōprimerēt uesicæ locum/ & sic uiderēt quid inde sequeret & iste diligenter hoc fecerunt & asseruere unam & eandē sententiam.s.ꝙ nō exibat urina nec sanguis aquosus imo sanguis purus & clarus/ & ꝙ puer moreret si sinerent sanguinē exire. Et ego uidi alias unā Asinā pariētem in uia/ & unus cui spectabat hoc negotium icidit umbilicum pullo Asinino nouiter nato/ & exiuit ab eo per umbilicum tātus sanguis ꝙ uita decessit:& unus fide dignus retulit mihi se uidisse idem de uno Equo nouiter nato. Et Ari.vii.de hist. c.x.dicit ꝙ si ligatura umbilici soluatur ante consolidationem fœtus sanguine effuso moritur/ & dicit ꝙ sæpe uisus est puer quasi mortuus priuus q̃ deligaret umbilicus: qa sanguis in umbilicum & extra effluebat:sed obstetrices factæ peritiores reprimunt intro de umbilico sanguinē quo facto statim infans qui modo exanguis deficiebat recreat uiteq; restituitur:ex quo infertur ꝙ uerba Aui. possunt eē mendosa:& ego etiam miror de.G.qui dicat si comprimatur uesica ꝙ replebitur Elancoydea:quia uesica fœtus habet paucam urinā ex qua ad sensum nō potest uideri eius ingressus in Elancoydeam/tum quia urina est pauca/tum quia pori illi urachi ad Elancoydeam non apparent ad sensum stante Elancoydea integra:& etiam miror de.G. qui dicat si compresseris Elancoydeam uidebis uesicam repleri:quia non potest comprimi Elancoydea taliter ꝙ ab Elācoydea urina uadat ad uesicam:& dico ꝙ ista sūt imaginabilia nō autē agibilia/ & parcat mihi uerbositas græca.G. ex prædictis igitur experiētiis dico ꝙ possibile est ꝙ in primis mēsibus reperiatur uracum apertum in fundo uesicæ in ultimis uero est clausum ut prædixi:& etiā miror de.G. qui allegato capitulo dicit ꝙ infans non mingit per uirgā: quia musculus siue musculi uirgæ prohibet exitum urinæ quia dicit ꝙ musculi prohibent exitum urinæ antequā iubeat ratio ex quo infertur ꝙ.G.uult ꝙ musculi uirgæ non sinat urinam exire per collum uesicæ antequā iubeat rō.i. uoluntas & nescio quid sibi uelit.G.in hoc/quia uoluntas est in infante antequā ueniat in lucem:& qnā primum formatus & animatus est infans habet uoluntatem: quia ha-

bet sensum & uoluntas in infante tūc mouetur a sensu nō autem ab intellectu / & quā primum infans sentit sua uolū tas mouetur a sensu maxime impotentia nō autem in actu quia a principio quando fœtus est animatus non mouet: quia est ualde debilis: sed cum augetur fœtus trāsit illa po/ tētia in actum: quia iam efficitur fortis & sic in ultimis mē/ sibus: quia fœtus est fortis musculi uirgæ stimulati ab acui tate & a multitudine urinæ mouentur motu uolūtario: & isto modo mingit fœtus in Elancoydea in ultimis mensi/ bus: quia est fortificatus / & obstitrices & nutrices dicūt se uidisse multos infantes maxime natos statim mingere / & forte natura quæ nunquā fuit ociosa in primis mēsibus te/ net uracum apertum in fundo uesicæ usq; quo in fœtu sit potentia mingendi per uirgam: & tunc de materia panni/ culorum claudit fundum uesicæ: & ista omnia uidentur in diligenti anatomia: & ꝙ maius est ego uidi feces emissas p anum fœtus in Elancoydeā: quia sua acuitate stimularunt musculos recti: & sic uoluntarie infantes mingunt & ege/ rūt dum sunt i utero / quomodo autem possint esse feces i infantibus patuit supra. Est bene uerum ꝙ in ultimis men sibus in fundo uesicæ pueri est certa pellicula quæ iudicio meo erat perforata in primis mensibus / & erat uracū quæ in ultimis mensibus est condensata / & tendit a fundo uesi/ cæ usq; ad umbilicum inter duas arterias: & ibidem est fir/ missime alligata & præbet hoc iuuamētum uesicæ. s. ꝙ su/ spendit fundum eius ad superiora / ex quo sequitur hoc iu uamentum. s. ꝙ uesica stat recta propter quam rectitudi/ nem pori uritides diagonaliter intrant melius in uesicas quia si uesica cum suo fundo non esset ad superiora elleua ta cum aliquali difficultate per poros uritides ingrederet urina in eam: & ideo ingeniosa natura uno tempore utit isto membro pro ligamento seu suspensorio & alio ꝑ effu sorio / ꝙ effusorium ut predixi ascendit per uētrem fœtus inter duas arterias usq; ad umbilicum & urinam fœtus ex/ tra riuat in primis mensibus ut prædixi: cum dubio tamen quæ autem & quantæ sint istæ arteriæ & etiā uenæ: & ubi terminentur in umbilico quāuis alibi de hoc dixerim dicā & dico ꝙ umbilicales uenæ & arteriæ uersus matricē ha/ bent multos ramos / teste sensu / & teste. G. ubi supra. c. iiii.

quorum rami uenarum terminantur ad unum ramū:& rami arteriarum terminantur ad duos in medio quorum est uracum prædictum:ut patet per.G.xv.de utili.c.v.tamen G.dicit ꝙ in uno quoqꝫ orificio uasorum.i. uenarum peruenientium intus matricem per quæ & menstruum ad eā ferebatur generatur tempore impрægnatiōis aliud uas/ arteria quidem ī orificio arteriæ/uenæ uero in eo ꝙ uenæ ut sint æqualia numero ea quæ generantur in orificiis quæ intra matricem terminantur:& subdit paruum autem est uasorum singulum ubi primo explantatur a matricæ sicut a radice arboris termini q ad terram procedunt/procedentia uero modicum in idem adinuicem ueniunt & ex duobus quorūlibet fit unum:deinde rursus eorum singulum permiscetur alio Homogeneorum & similiter unum : & hoc non cessat fiens quousqꝫ ad duo magna colligātur omnia illa parua quæ sicut stipites quidam implantantur fœtui per secūdinam quæ est secundū umbilicum / quattuor igitur sunt uniuersa uasa duæ quidem arteriæ duæ autem uenæ nullis Eterogeneorum adinuicem conuenientibus: sed super uenis quidem uenis/arteriis autem arteriis accidentibus.Nota lector ꝙ ego non conuenio cum.G.in hoc s.ꝙ umbilicus alligetur omnibus uenis matricis : est bene uerum ꝙ alligatur multis:& hoc apparet ad sensum si fiat anatomia prægnantis/nec conuenio cum eo ꝙ semper in umbilico sint duæ uenæ sicut sūt duæ arterie / imo ut ego alias dixi est in umbiiico una sola uena : nec ego uidi duas uenas sicut uidi duas arterias:potest tamen esse ꝙ.G.uiderit duas uenas in umbilico & ꝙ ego non uideri nisi unam: quia in rei ueritate numerns uenarum reperitur diuersus: quia ego uidi plura corpora habere multos ramos uenarū quos non uidi in multis aliis corporibus/ & natura in umbilico đ multis uenis fecit unā iudicio meo ut illa una esset fortior propter motus fœtus in matrice/fecit autē de multis arteriis duas : quia arteriæ sunt fortiores uenis propter duas suas tunicas/& fecit etiam arterias esse duas propter duo/primo quia arteriæ ad intra uentrem infantis ingrediuntur arteriam ahorti ī loco alcatim ubi talis arteria est bifurcata/ & una dictarum arteriarum umbilicalium ingreditur in arteria ahorti dextra bifurcata prædicta/ & alia in si/

nistra & aliqui uocant istas arterias umbilicales intra cor/
pus arterias sempiternas:tamen Aui. uocat arterias sempi
ternas illas existẽtes bifurcatas in regione alcatim:sed Ari.
tertio de histo.c.iiii.circa regionem renum uocat uenam
maiorem perpetuam uenam & etiam ahortam: super isto
tamen nomine est pauca utilitas medicis. Et. G. ubi supra
capitulo quarto dicit ꝙ natura debebat mittere istas arte/
rias ad sinistrum uentriculum cordis:sed propter longitu/
dinem siue distantiam umbilici ad cor misit eas per breuio
rem distantiam ad arterias prædictas ĩ dorso : quia dicit ꝙ
erat periculum aliqđ in dictis arteriis si misisset ad cor pro
pter longitudinem uie:quia in rei ueritate corpus lõgum
est debilius & aptius pati rupturam data paritate ĩ ceteris:
fecit etiam natura duas arterias ingredi uentrem fœtus ut
inter eas urachum seu urachiũ ascẽderet a fũdo uesicæ ad
umbilicum eis alligatnm/ ut esset magis tutum a nocumẽ
tis rupture/uena autem umbilicalis siue sit una in umbili/
co siue duæ/extra umbilicum in uẽtre infantis est sola una
& hoc concedit.G.ubi supra/ & talis uena teste sensu & te/
ste.G.fortibus membranis uestita & cooperta simul adia/
centibus corporibus colligata tendit ad scima hepatis / &
& sic per istam uenam fœtus haurit nutrimentum a matre
&/per arterias prædictas umbilicales ingredientes arteriã
ahorti in regione lumbari haurit spiritum uitalem ab arte
riis matris/ & inde enentatur/ & ista sunt iuuamenta umbi
lici quando fœtus est ĩ matricæ/ & umbilicus aliquibus fœ
tibus est longus taliter ꝙ inuoluitur bis circa collum infan
tis secundum ꝙ dicunt aliquæ obstitrices:sed ut in pluri/
bus est tante longitudinis ꝙ tantum semel inuoluitur & ĩ
aliquibus fœtibus umbilicus est ualde breuis:& ista inuo/
lutio non est signum suspensionis nati sicut aliqui putant:
& hoc est a multis fidelibus obstitricibus ꝓ ueritate mihi
relatum:sed hoc est naturale ut in pluribus.s. ꝙ umbilicus
est inuolutus circa collum infantis dum est in utero & ego
anatomizando matricem prægnãtem semper inueni um/
bilicum inuolutum collo:& ista inuolutio est facta a natu/
ra ne quando fœtus mouetur per uẽtrem matris ledat um
bilicum aliquo modo:quæ inuolutio est solum propter lõ
gitudinem umbilici:& longitudo umbilici est ut fœtus ha

beat penes se maiorem quantitatem sanguinis/ & spiritus in suis magnis uenis/quæ uenæ sunt maiores in umbilico quam in secundina: & forte ꝙ natura fecit umbilicum longum ut mediante tali longitudine sanguis in eo existēs alteraretur ad aliquam maiorem aptitudinem ut possit nutrire infantem. Nota tamen lector ꝙ istæ uenæ & arteriæ simul cum uraco in umbilico non procedunt directe sicut faciunt in uentræ fœtus: sed sunt simul contorte sicut sunt fila facientia cordam artificialem factam ex filo grosso canapino/ & propter talem tortuositatem apparet quod in umbilico infantis quando uenit in lucem sint certi nodi: qui nodi sunt ibi propter sanguinem multum existentem i uenis seu uena & arteriis prædictis qui sanguis sua corpulentia & spirituositate eleuat uenas & arterias taliter ꝙ appareant nodi aliqui in umbilico/ & multus sanguis & spiritus necessario est in isto umbilico ad hoc ut fœtus habeat propinqum nutrimentum sibi: quia continue trahit illum & ad hoc natura fuit multum diligēs: & ideo si incidatur umbilicus exit multus sanguis tam a parte incisa uersus secundinam quam a parte uersus fœtum: sed si nō ligaretur umbilicus uersus fœtum exiret tātus sanguis a fœtu ꝙ periret: sicut ego uidi perire unum Asinum de quo mentionem feci supra. Et isti nodi secundum uulgum indicāt numerum filiorum quos debet parere mulier: & dicunt uulgares ꝙ si inspiciantur nodi primo geniti: tot dicūt matrē parituram quot nodos habuerit umbilicus eius/ ꝙ si nullū uiderint/ nullum deinde dicunt eam parere: & sicut respiciunt nodos primo geniti: ita respiciunt nodos secundi geniti: & sic cōsequenter aliorum genitorum/ hoc idem recitat Zerbus & etiam multi alii: sed ipse non habet hoc pro re uulgari. sed dicit ꝙ hoc recitatur per Albumasar in primo introductorii: ego tamē quæsiui hoc a multis peritissimis & antiquis obstitricibus & ipse dicunt hoc esse purum mēdatium: & ita ego credo/ quia omnis umbilicus habet illā inuoluitionem & totuositatem uenarum & arteriarum a qua fiunt nodi prædicti. Est bene uerum ꝙ si fœtus ueniat in lucem debilis ꝙ non apparent in suo umbilico nodi: qa non habuit tantum nutrimentum ꝙ fuerit sufficiens ellere tales uenas & arterias tortuosas & consequenter fecere

nodos:sed quia interdum potest contingere q̄ fœtus sit ta
lis.s.q̄ non habuerit tantum de nutrimento q̄ fuerit ap/
tum elleuare uenas & arterias prædictas & facere nodos p̄
pter aliquam malam dispositionem matricis/ex qua inde
sequitur q̄ mulier postea non amplius concipit/ uel si con
cipit non ducit fœtus in lucem:& nō uisis nodis aliquibus
in tali umbilico/uidentes deinde q̄ mulier amplius nō pa
rit dicunt priuationem nodorū in umbilico prædicto fuis/
se signum uerū q̄ illa mulier amplius non debebat parere
& ex isto signo uulgares decipiuntur qui non considerant
causam & effectum prædictū rationabiliter / sed ut prædi/
xi/ & uulgares/ & Albumasar iudicio meo decipiuntur sal/
uo semper saniori consilio. Passiones quas potest pati um/
bilicus q remanet in fœtu sunt omnium modorum: & in/
ter alias patitur rupturam in qua exeunt intestina / & zir/
bus/ & uentositas/ & aqua ab idropico resudat per eum ad
extra uentrem:& dum ego essem puer uidi in uno aposte
mate rupto in umbilico materiam gipseam:& hæc suffici/
ant de umbilico.

¶ Viso umbilico sicut promissimus uidendus est situs fœ/
tus in matrice:& etiam qualiter exit in partu naturali. Et
mihi primo occurrit auctoritas Hippo. de natura infantis
qui dicit puer autem in matricibus existens manus habet
apud mentum/ & caput prope pedes & non est uere iudi/
care neq̄ uidebis in matricibus puerum utrum caput ha/
beat superius aut inferius/ ex isto textu non comprehendi
tur nisi q̄ caput infantis non est/neq̄ superius/neq̄ inferi/
us licet multi expositores super hæc multa dicāt : sed Aui.
de generatione embrionis:& in libris de animalibus dicit
& fœtus quidem ante motum suum est substentatus cum
facie sua super pedes suos plātis manuum super positis ge
nibus suis/ & naso ipsius inter ambo genua/ & oculis super
ea ambo:& colligit ea ambo ad anteriorem partem sui / &
est positum collum eius & facies ipsius ad dorsum matris
eius defendendo cor/alia littera dicit corpus idem per alia
uerba dicitur ab Ari. septimo de hist.c.viii. & ex isto textu
Auic.& Arist.colligitur qualiter fœtus in situ suo est ten/
dens ad formam rotundam nec colligitur ut quidam uo/
lunt q̄ caput sit inferius imo ego dico q̄ caput est uersus

superius matricis: quãuis per inclinationẽ capitis / uertex capitis tendat aliqualiter uersus iferius: & in isto textu colligitur ꝙ fœtus habet faciem suam & collũ ad dorsum matris. Et ego super isto ultimo textu dicam aliqua: & primo dico ꝙ Dinus super libro Hipp. de natura infantis exponit istum textum Aui. super quo textu / nec Thomas đ Garbo nec Forliuiensis / nec Dinus Florentinus quando exponit capitulum Auic. de generatione embrionis aliquid dicũt: & expositio Dini i isto textu est ista. s. ꝙ infans tenet caput super pedes. i. uersus pedes: & dicit ꝙ facies & anteriora infantis sunt uersus dorsum matris & dorsum infantis est uersus anterius matris: & ibidem dicit Dinus ꝙ caput est uersus inferiora: quia est grossum ualde ut propter põdus facilius fœtus exeat: & ego aliter intelligo textum Aui. nec mihi placet ista expositio Dini si Dini est: quia sunt aliqui qui tenent ꝙ ista expositio fuerit cuiusdam discipuli Dini quam expositionem ego habeo in pergameno manu scriptam attributam uni suo discipulo: aliqui tamen dicunt ꝙ hic fuit quidam alter Dinus sed nõ de Garbo. Et ego dico ꝙ Auic. dicit ꝙ uere fœtus habet caput super pedes cũ habeat oculos super manus: & manus habeat super genua q̃ sunt partes pedum magnorum: & sic intellexit Auic. quia non est uerum ꝙ caput infantis sit uersus pedes paruos eius prout ego uidi ad sensum ĩmo pedes parui infantis sunt prope anum infantis: & dico ꝙ aliqualiter caput est uersus superius matris quãuis sit quasi in medio illius globi quẽ facit infans inclinãdo caput & elleuando genua uersus medium / per quam inclinationem capitis & elleuationem genuum cum appositione manuum super genua fit infans unns globus ad rotunditatem tendens. Et expono illam partem textus in qua dicitur ꝙ infans est positus cum collo & facie ad dorsum matris defendendo cor uel corpus isto modo. s. ꝙ dum infans habet nasum inter gunna necessario habet faciem uersus dorsum matris simul & dorsum suum: nec Aui. dicit ꝙ fœtus habeat dorsum suum uersus anterius sicut dicit auctor prædictus: & quia littera Auicẽ. potest saluari cum uero sensu ego exposui eam concordantem cum sensu: quia uerus situs fœtus in matricæ & in secundiua & in Elancoydea est ꝯglobatus sicut ego dixi su/

perius & habet faciem uersus propriũ pectus & cõsequen
ter uersus dorsum matris: & habet etiam dorsum suũ uer-
sus dorsum matris & uersus partem carneam secũdinæ ut
tueatur cor uel corpus a caliditate secundinæ & a calidita-
te dorsi matris mediante uena chili & arteria ahorti/ & fœ-
tus habet ante partum caput uersus superius matris. Cũ
uero uenit hora partus quæ est teste Hipp. quando fœtus
caret nutrimento ꝙ nutrimentum est sanguis dulcis & lac
matris uadens per uenas totius corporis matricis & a ma-
millis ad matricem/ & a matricæ ad fœtum per umbilicũ:
cum autem fœtus sit magnificatus ampliori indigens nu-
trimento quam habeat a matre tũc est hora partus.s. ꝙ fœ
tus indigens nutrimento mouetur impetuose manibus &
pedibus & illo motu rumpuntur panniculi & aliquæ ue-
næ secundinæ cum iam est prope horam partus/ & aliqua
liter aperitur matrix/ ex quo ingreditur aliquid aeris ad in
tra matricem/quem sentiens infans mouetur uersus eum
cum capite ut euentetur per pulmonem & tunc mouet ca
put ad inferiora & præcipitat se cum capite uersus os ma-
tricis/ & illud aperit quia ruptis panniculis a fœtu/matrix
leditur & non habet potentiam retinendi fœtũ: teste Hip.
& sic fœtus naturaliter exit cum capite inclinato/ ꝙ quidẽ
caput in legitimo partu primo exit: & sua ponderositas &
magnitudo est facilitans partum: teste Ari. quarto de ge-
neratione animaliũ.c.ix. quia re uera caput infantis est ma
ius quã aliud membrum & non solum caput est magnum
sed etiam omnia mẽbra superiora ab umbilico/ teste Hip.
quia sunt primo formata & completa: teste sensu: & teste
Aui. primo d animalibus qui dicit membra superiora esse
primo plasmata/ & ob suam ponderositatem dicit ꝙ pueri
uadunt cum manibus ad terram/ & paulatine elleuãtur si
cut crescunt & augumentantur membra inferiora/quæ in
terdum contorquentur & obliquantur ꝑpter pondus mẽ
brorum superiorum: quia ĩ aliquibus natura tardæ augu-
mentat membra inferiora: sed augumentat superiora/ hoc
tamen est propter errorem naturæ: & ideo multi reperiun
tur qui habent crura tortuosa propter prædictam causam
scilicet ꝙ pondus membrorum superiorum non pos-
sunt substinere crura: & ideo plicantur & contorquuntur
crura

crura & etiam coxe: & quia infans dum erat in matrice ha
bebat dorsum uersus dorsum matris in motu illo præcipi/
tando se a superiorioribus ad inferiora caput inclinãdo ne
cessario tũc in partu facies est uere uersus dorsum matris:
& sic in partu naturali semper fœtus habet os & nasum in
primo egressu a matrice ad anum matris siue sit mas si/
ue femina: sunt tamen aliqui qui dicunt ꝙ masculus nasci
tur supinus: & femina econtrario modo: & dicũt ꝙ si mas
moriatur in aqua seu aliter mortuus proiciatur i aqua stat
cum ore uersus cẽtrum aquæ: & ita pronus uertit dorsum
ad cœlum: & femina mortua stat in aqua modo contrario
tamen super hæc ego non uidi experientiam: dico bene ꝙ
siue sit mas siue femina ꝙ oritur cum facie uersus culum
matris: & hoc etiam dicũt experte obstitrices/ & iste egres/
sus tali modo indicat miseriam humanam in demonstran/
do ꝙ nos non sumus digni nisi fece & stercoribus: quãuis
pauci hoc cognoscant/ & tandem sumus cibus uermibus.
Et propter hoc infans emittit primo gemitum ut uolunt
quidam in signum ꝙ ad hoc terrenum iter tãquã in exiliũ
ifeliciter accedat / & ob id apud getas traciæ populos nati
nuperrime deflebantur: & econtra funera ueluti sacra lusu
& cantu celebrababant. Dicunt tamen aliqui ꝙ nuperri/
me natus plorat: quia sentit lesionem aliquam dum exit
per contactum aliquem uiolẽtum: uel propter aerem ad
quem accedit quem non ita subito potest tollerare quin ꝑ
cipiat aliquam lesionem: & ideo plorat sicut faciũt omnes
alii pueri quando leduntur ab aliqua re: & dicunt ꝙ non
semper in exitu nec post exitum per breue tempus qui/
libet fœtus plorat: sed ille solus plorat q̃ est sensibilior aliis
& qui minus cum diligẽtia tractatur propter diuersas cau
sas: & dicunt isti ꝙ infans siue fœtus in matrice manẽs nõ
plorat: quia est penitus ab accidentibus anime alienus: &
isti fundant se in dictis Aui. prima primi de uirtutibus ani/
malibus: ubi uult ꝙ accidentia anime. s. Ira/ Timor/ Tristi/
tia/ Gaudium & similia: quorum principium est sensus/ &
extimatio & uirtutes cõprehendentes nõ sint nisi ubi sint
sua principia: sed certũ est ꝙ fœtus nõ exercet huiusmodi
actiones: quare nec ipsarum patitur accidenria: quamuis
dicant aliqui ꝙ fœtus plorat in utero matris: quod quidẽ

eſt impoſſibile:cum ad plantũ etiam concurrat uox:& uox
non fit niſi mediante aere expulſo a pulmone:& fœtus tũc
non ſpirat nec reſpirat per pulmonem:ergo nõ poteſt fœ/
tus habere gemitum ĩ utero:eſt bene uerum ꝙ aliquæ mu
lieres ignare & maior pars eſt ſic:credunt ꝙ fœtus faciant
gemitum in utero: quia ſentiunt aliquos rugitus in uẽtre
tempore impregnationis qui ſunt in inteſtinis: & tunc ip
ſe credunt ꝙ ſit ploratus fœtus:quod tamen eſt impoſſibi
le:& multi dicunt ꝙ cõmuniter nati non plorant niſi poſt
quattuor dies:quia tunc ſuus ſenſus incipit uiuificari ma/
gis:& ſi tangantur ſentiunt & tunc plorant:ſunt tamẽ mul
ti qui plorant in exitu:& hoc eſt quia illi ſunt ſenſibiliores
& quia in exitu aliquem patiuntur dolorem & dicunt etiã
ꝙ puer nõ habet riſum niſi percipiat aliquam delitiam : &
ſic eſt credendum/delitia autem prouocans riſum puero
nouiter nato eſt inſomno ut dicitur ab aliquibus:quæ deli
tia percipitur ex alimento moto circa partes cordis & dia/
phragmatis:ſunt aliqui etiam qui dubitant utrum fœtus
dormiat:& Albertus uidetur uelle ꝙ non dormiat uero ſõ
no:ſunt deinde alii q dubitant an embrio prius uigilet uel
dormiat/& eſt Ari.quinto de generatione animalium ca/
pitulo primo:& tandem ſecundum Nicolum auctoritate
aliena:Ari.tenet ꝙ animal a principio creationis neqꝫ uigi
lat neqꝫ dormit.Iudicio tamẽ meo Ari.dicit ꝙ animal uigi
lat a principio:quia dicit ꝙ potiſſime uiuitur uigilia ꝓpter
ſenſum:& ſenſum animal habere neceſſe eſt: & dicit ꝙ eſt
animal cum primum ſentit:uerũ eſt ꝙ dicit ꝙ primo dor/
mit quã [illegible] nõ uero ſomno:ſed ſomnus ille qui eſt an/
te uigilia [illegible] qualis plantarum:cum per id tempus.ſ.an
tequã ſentia[illegible] animal uiuat uita plante:& ſubdit ꝙ plantis
ineſſe ſomnum eſt impoſſibile: igitur non dormiũt anteꝗ̃
ſentiant:ſed ſi ſenſus ſtat per uigiliam:ergo prius uigilant
pueri quam dormiant:& poſtꝗ̃ ſentiunt eſt credendum ꝙ
uigilent:& etiam ꝙ dormiant:& ita tenet Ariſt.Gentilis ẽt
tenet ꝙ prius uere uigilent quã dormiant dicendo ꝙ uigi
lia uera eſt habitus:ſomnus uero eſt priuatio:ſed uerus ha
bitus antecedit ueram priuationem:ergo prius uigilãt/ꝙ
autem uigilẽt patet quia mouẽtur per uterum:& ſicut di/
cit Ari.patet etiam in diſectiõibus ꝙ uigilẽt quia ſi extra/

hantur a uentre matris ante tempus partus mouentur/pa
tet etiam ꝙ uigilent in prole ouipari generis:nam si rum/
pantur oua uidebuntur pulli & aliæ aues uigilare & mo/
ueri:& ibidem Ari.dicit ꝙ pueri non rident dum uigiliāt:
sed cum dormiunt rident/& interdum etiam lachrymant
& septimo de histo.c.x.intraductiōe Theodori/dicit ꝙ in
fantes in primis.xl.diebus non riddent cum uigilant neq;
lachrymantur/sed noctu & per quietem.i. somnū utrūq;
interdum faciunt:nec sentiunt cum scalpūtur/ & plurimā
partem huius temporis dormiunt:post hoc ad uigilandū
immutantur/somniant etiam/sed non possunt meminisse
imaginum/Aui.etiam in de generatione embrionis / dicit
ꝙ pueri rident post.xl.dies:dicit tamen cum nascūtur nō/
dum comprehensi sunt in eo somnus & expergesacio/ &
uidetur ꝙ contradicat Ari.aliqui tamen dicunt ꝙ in utero
non uere uigilant nec uere dormiunt.Et Thomas de Gar/
bo dicit ꝙ quāuis Ari.& Aui.dicant pueros habere risum
post.xl.dies ꝑpter hoc non est ille suus terminus punctua
lis præcisus.sed ille terminus habet latitudinem/ex multis
diuersitatibus possibilibus cōtingere:ꝑdicta omnia de ana
tomia ego scripsi pro summa ueritate:quia qui uidit testi/
monium perhibet de uiso.& dicant quid uelint alii expo/
nentes Hippoc.& Auicē.cum suis nugis quæ sunt infinite
quas si uellem corripere non sufficerent mihi multi anni
ad scribendum.

¶ Visis prædictis ut promissimus est uidendum quo tem
pore uere moueatur fœtus:& quo tempore fiat partus: &
est uidendum in quo tempore possit uiuere fœtus si ueni/
at in lucem:& in rei ueritate ex cardinibus medicinæ non
est aliquis qui melius ponat hæc tempora quam Aui. qui
tamen non determinat absolute hoc tempus nisi auctorita
te aliena dicendo ꝙ possibile est formationem fœtus repe
tire modo in termino punctuali.xxx.dierum modo in ter
mino.xxxv.modo in.xl.modo in.xlv. & iterdum citius &
forte tardius/quando dicit & antecedit diebus aliquot / &
quandoq; postponitur:& super hoc non multum me extē
dam/quia littera ipsius est satis clara:quā iudicio meo luci
de exponit Iacobus de partibus/& ego aliqua dicerem su/
per hoc sed super sedeo: quia Forliuiensis & Thomas de

Garbo/ & Dinus iunior/ & etiam Dinus de Garbo/ & Ni/
colus/ & Gentilis/ & multi alii diuersimode interpretãtur
Aui.ad quos uolo super hoc breuitatis gr̃a ꝙ habeatur re/
cursus/unum tantum dico ꝙ formatio fœtuũ nõ est equa/
lis/primo propter sexum quia femina teste Ari.vii. đ hist.
c.iii.in utero tardius formatur quam mas/ sed extra uterũ
citius & ætate accrescit & floret & senectute macerat/ ma
xime quæ plures parit / formatio etiam nõ est equalis pro
pter complexionem fetuũ & parẽtum/ & propter regionẽ
& propter multa alia/consequent̃ dico ꝙ motus fœtuum
nõ est æqualis/neq; etiam partus:quia unum sequit̃ aliud
in prædicta mensuratione temporis per Auic. auctoritate
aliena:qui dicit ꝙ cum superuenit formationi embrionis
duplum eius i quo formatur mouetur: & cum superuenit
motui duplum eius in quo mouetur nascitur:ita ut sit spa
tii quod est a prima inceptione cõceptionis usq; ad motũ
triplum/& subiũgit & dicit ꝙ tempus equale mediũ.s.die
rum prædictorum ad formationem est.xxxv.dierũ:& mo/
uetur in.lxx.diebus/& nascitur in.ccx.diebus/ & illud est
septem menses:& antecedit diebus aliquot / & quandoq;
postponitur/quoniam fortasse cadit i.xxxv.diebus raritas
& multiplicat̃ in duplatione/ & quãdo est illud ꝙ est plus
est.xlv.dierum & mouetur in nonaginta diebus & nascit̃
in ducentis septuaginta/ & illud est nouem menses:& quã
doq; cadit in hoc iterum diuersitas in diebus sicut dictum
est/ista litera aliquibus uidetur itricata quia dicit ꝙ forma
tus in.xxxv.diebus mouetur in septuaginta & nascitur in
ccx.diebus & formatus in.xlv.mouetur in nonanginta &
nascitur in.cclxx.diebus qui sunt nouem menses/ istam lit
teram optime exponit Iacobus de partibus/qui dicit si fœ
tus formatur in .xxxv. diebus mouetur in septuaginta .s.
post illos.xxxv.quod tempus est.cv.dierũ / & ita si forma/
tur in.xlv.diebus mouetur.xc.s.post.xlv.dies ꝙ tempus ẽ
cxxxv.dierum:& hæc expositio uadit ad mentem Auic.q
dicit spatium ꝙ debet esse a prima cõceptione usq; ad mo
tum est triplum/& dicit ꝙ cum superuenit motui duplũ
eius in quo mouetur nascitur:& ita dicit Iadobus .s. si solũ
duplicetur tempns motus quia non debet addi duplũ tẽ/
poris motus ad horam partus:quia non haberet ueritatẽ:

& ideo a Lanfranco chirurgico super formatione & super motu & super ortu sunt posita ista carmina.

Cum recipit matrix generando spermata patris
Sex in lacte dies stat/tribus linea punctus.
Incipit/& sanguis sex/post in spermate transit.
Humiditas/caro fit sequentibus in duodenis.
Nucaqꝫ longatur/tria membra regalia constant.
In reliquis nouem extremis latera distant.
Humerus & ceruix uenter quattuorqꝫ sequentes.
Perficiunt totum/dant motum/deniqꝫ quinqꝫ.
Duplica/siqꝫ dies dat nonagesima motum.
Si quæris ortum tunc tempus triplica totum.

Tamen ut supra dixi de isto ad prænominatos auctores fi at recursus tam de formatione quã ꝺ motu & quã ꝺe ortu & inter alios uideatur Dinus de Garbo super Hippo. de natura fœtus qui ponit diuersitatem motus femine & masculi differentem a motu posito ab Auic. de mente Hippo. §. quãdo utiqꝫ extrema corporis pueri ramificantur extra & ungues & capilli &c. Dicit præterea Aui. in presenti textu unum notatu dignum. s. ꝙ mulieri prægnanti accidit leuitas. i. alleuiatio multorum accidentium quando fœtus habet motum sensus/ & ratio hæc est quia iam fœtus est ĩ notabili magnitudine & trahit sanguinem menstruum ad se a quo causabantur aliqua accidentia mulieri : & ideo recte inquit Iacobus de partibus super isto textu quando dicit cum fœtus incipit moueri motu sensuali se subleuat motiuis spiritibꝰ / & in matrice cessãt corrupti appetitus & nausea & uomitus.

¶ Viso tempore ueri motus & tempore partus. Videndũ est quo tempore fœtus siue infans ueniens in lucem possit uiuere: quia fœtus uenit in lucem de mẽte auctorum in sexto mense/ & in septimo/ & in octauo/ & in nono/ & in. x. & in. xi. & etiam ultra secundum aliquos: nam Arist. vii. de histo. uidetur concedere: implicite tamen ꝙ ultra. xi. mensem fiat partus / istis uerbis simili mõ & q diuturniores ꝗ undecimo mense nasci uidenť latere putantur: tamẽ Aui: nono de animalibus capitulo decimo dicit ꝙ nna mulier peperit post. xiiii. mensem unum puerum : & inceperunt nasci dẽtes & bene uixit: & dicit ꝙ unus puer ẽ natus ĩ. vi.

mense & uixit/dicit tamen hoc relatu aliorum. Nota tamē lector ꝙ Hippo.tenet ꝙ ultra decimū mensem non sit partus humanus:quia ultra tale tempus non habet nutrimentum:& mulier ultra tempus naturale partus ꝙ est nouem mensium ex abundanti nutrimēto halit fœtum usqꝫ ad.x. sed ferre & alia animalia habent paucum nutrimentum respectu mulieris:& ideo non ferunt fœtus ultra tempus sibi designatum a natura/ & quāuis aliqui dicant ꝙ ultra decimum femina pariat forte quod non est credendū: qa in muliere latet conceptionis initium : multa tamen sunt possibilia in natura:& ibidem Ari.parum supra dicit ꝙ interdum nascuntur infantes in quarto & in octauo mense: dicit tamen ꝙ moriuntur/ & dicit etiam ꝙ eorum matres magna ex parte intereunt/& dicit ꝙ non solum intereunt matres nati in quarto mense/sed etiam subdit itaqꝫ fit non solum mense octauo nati non uiuant:sed etiam ipsis emortuis periculum quæ pariunt subeant:ista littera ultima iudicio meo est superflua & secundum computum aliquem repertum in Aui.mulier potest parere in sexto mense/maxime si fœtus formatur in.xxx.diebus/ ut uoluit Hippocr. Dicit tamen Ari.ubi supra ꝙ fœtus qui maturius quam septimo mense prodeat nullo pacto uitalis est/& dicit qui septimo uitalis hic quidem primus exit/sed magna ex parte infirmior quāobrem cunabilis ex lana eum inuoluūt & fasciis alligantur:ex isto textu colligitur ꝙ fœtus fortes tempore Ari.non ponebantur in fasciis & in lana sicut nostro tempore/ & ibidem Ari.dicit ꝙ in septimo/& in octauo/& in nono/& in decimo/& in undecimo/ & etiā ultra nascuntur infantes qui uiuunt:dicit tamem ꝙ in octauo mēse nati possunt uiuere in egypto & etiam i aliquibus aliis locis ubi mulieres fertiliores sunt/sed in locis græcie multi intereunt nec nisi per pauci seruantur:unde fit ut siquis seruetur non octauo mense natus existimetur:dicit tamen Iacobus de partibus ꝙ in primo & secundo climate natus in octauo mense nullo modo uiuit/tamen contra Iacobū est Aristo. quia secundum clima est circa egyptum/& ibi nati in octauo uiuunt:Auic.etiam.xxi.tertii/ tractatu secundo: capitulo primo de tempore pariendi dicit & scias ꝙ mensis septimus est mēsis primus in quo parit ipsum: dicit ta-

men ꝙ in tali tempore si fiat bonus partus ꝙ fœtus est for
tis in creatione & in complexione/cuius creatio fuit uelox
& cuius motus festinauit/ & cuius petitio ad exitū fuit ue/
lox: & dicit ꝙ ut plurimum natus ante hoc tempus morit̃
quoniam tolerat motus uehementes in debilitate creatio
nis/ quia dicit ꝙ quāuis sit in radice fortis/est tamen proxi
mi spatii cum creatione. De nato in octauo mēse dicit fere
idem ꝙ dicit Ari. dicit tamē Aui. aliqua notatu digna quæ
non tanguntur ab Ari. & primo dicit ꝙ fœtus nascitur in
octauo mense / quia est retardatus in creatione. s. respectu
naturaliter nascentis in septimo/ & dicit ꝙ qui nascitur in
octauo non est fortis in radice : & etiam dicit ꝙ non uiuit
quia aduenit ei motus separationis in principio temporis
complemēti: quāuis sit fortis in radice uirtus eius sicut na/
ti in septimo/in hac littera ultra alias sententias colligitur
ꝙ principium complementi fœtus est in octauo mense su
per quo potest dubitari: & dici ergo nūquā natus in septi/
mo erit completus ꝙ est falsum/ ad hoc respondetur & di/
cit̃ ꝙ qui nascitur naturaliter i nono incipit compleri per/
fecte in octauo/ quia q̃uis dicatur superius p multos ꝙ fœ/
tus sit formatus in. xxx. uel. xxxv. uel in. xl. diebus/ uel pa℞
ultra propter hoc non habet perfectum complementum
sicut habet natus in septimo mense si cito formetur/ & na/
tus in nono si tardius formetur: & ideo dicit Auic. ꝙ natus
in octauo habet principium complementi. Nota lector ꝙ
in istomet. c. Auic. dicit ꝙ natus in octauo mēse moritur p
pter debilitatem/ quia si moueatur i septimo ad exitum &
ꝙ non exeat est signum ꝙ est debilis/ & si contingat eū exi
re in octauo propter debilitatem moritur/ & dicit Aui. ibi
dem/ & etiam. ix. de animalibus. c. x. & cum eo tenent mul
ti in hoc ꝙ interdum fœtus est cōpletus in septimo & mo/
uetur ad exitum: tamen quia est debilis non exit/ & morat̃
in matrice interdum usq; ad nonum mensem in qua mora
aquirit uires & fortitudinē/ & tunc si fœtus motus in septi
mo ueniat in lucem in nono potest uiuere & uiuit : tamen
si exeat antequā sit fortificatus hoc est si exeat i octauo mo
ritur: quia adhuc non aquisiuit per moram sufficientes ui/
res pro uita. Auic. etiā ubi supra dicit aliqua notatu digna
& super hoc uolo ꝙ habeatur recursus ad suum sidum ex/

positorem Iacobū de partibus/sed de natis in nono mense & in septimo/ & in decimo uide Auic. & suos expositores super hoc passu/ & inter alios uide Dinum/ & etiā Thomā de Garbo qui auctoritate Aui.ix.de animalibus dicūt partum esse quādam crisim: & dicunt ꝙ partus octo & sex mēsium non est naturalis/quia talis numerus non est criticus ad bonum & causa est: quia non concurrunt cause uniuersales & particulares bone: & multa alia dicunt/ & dicūt auctoritate Aui.ꝙ partus fit in undecimo mense: & nō est uerum ꝙ Aui.dicat illud in capitulo allegato per Thomā. Thomas tamen ibidem habet refugium ad astra dicendo ꝙ fœtus non uiuit in octauo:quia Saturnus dominatur in primo mense/Iuppiter in secundo/Mars in tertio/Sol in quarto/Venus in quinto/Mercurius in sexto/Luna in septimo/ & dicit ꝙ tunc fœtus est completus & perfectus in septimo:quia quilibet planeta habuit dominium integrū super fœtu/ & dicit ꝙ si post complementum suum fœtus matricem egrediens habeat bonū planeta:tunc talis egressio est bona: & si econtra econtrario fit/ & ideo si natus ueniat in lucem in octauo mense:quia iterum reuertitur cursus singulorum planetarum super fœtum per unum mensem etiam pro quālibet sicut prius/ & in octauo per bonū computum iterū dominatur Saturnus qui est planeta frigidus & siccus p ambas qualitates ꝯtrarius uitæ humanæ iō necessario moritur: quia Saturnus est planeta mortis quando uero sit partus in bono planeta/ sicut etiam dicūt multi alii homo uiuit. Et ꝙ Saturnus dominetur in primo mense Thomas ꝓbat sic dicendo.s.ꝙ in primo mense generātur membra Saturno similia.s.membra spermatica ut ossa/uenæ/nerui &c.q̄ sunt ex sicca materia:in secūdo mēnse generanaur membra carniformia calida & humida de natura Iouis/in tertio dicit ꝙ uidentur in fœtu motus qui sunt de natura Martis/in quarto operationes Solis.s.augumentum fœtus/ & sic in aliis mēsibus datur similitudo ad planetas: istam tamen ultimam sententiam Thomæ ego non approbo/ quia fœtus habet carnem in primo mense & etiam augumentum:sed Astronomi absq; aliqua ratiōe dicunt omnino primum mēsem attribui Saturno: & secūdum Ioui & consequenter usq; ad septimum dādo unum

mensem

mensem pro planeta/ & in octauo iterum reuertuntur ad Saturnum: sunt tamen aliqui Astronomi qui negãt Saturnum totaliter dominari in primo mense ipsi fœtui/ imo dicunt omnia sidera dominari/ & hoc uidetur uoluisse/ Ptolomeus tertio quatripartiti capitulo primo in casu spermatis/ & in exitu infantis/ quando dixit ꝙ figura stellarum hora casus spermatis operatur: dicit.n. quoniã ad esse hominum temporale principium habetur: est autem hoc principium naturaliter cum sperma cadit. Impotentia uero & accidentaliter cum infans hora partus egreditur. Cõuenit his qui horam casus spermatis fortuitu uel obseruando deprehenderunt/ ut cum corporis & animæ qualitates proprias scire uoluerit suas ad hoc inuestigationes ex hoc ꝙ figura stellarum hac hora propriæ .i. hora casus spermatis operatur accipiant: idem dicit Hali. loco prædicto: istæ tamen opiniones Astronomicæ mihi non placent: quia nullibi octimensis uiueret/ cuius oppositnm recitat Arist. sed magis ego credo rationibus medicinalib⁹ recitatis ab Aui. ubi supra/ & dicat quid uelit Thomas & alii ĩ fauorẽ astrorum/ qui dicũt ꝙ in decimo mense & in undecimo potest nasi infans & uiuere uirtute astrorum principaliter: quam uirtutem ego non nego quia astra & homo generant hominem & illum conseruant & interimũt de facto. Nota tamen lector ꝙ multi pueri quocunq; tempore nati cito pereunt/ maxime ex conuulsiõe qui si transeant septimũ diẽ ĩn eis est spes uite: & ideo. vii. de histor. c. xii. dicebat multi ante septimum diem intereunt: unde fit ut nomina septimo die imponantur tãquã saluti iã pueri magis credamus plenilunio etiam infestantur hoc nullo periculosius & si a scapulis conuulsio oriatur in angusto spes est.

¶ Vltra prædicta est dicendum aliquid de assimilatione & simul dicet utrũ sperma maris cõcurrat actiuæ & passiuæ simul/ uel actiuæ tãtum/ & utrũ sperma fæmine concurrat ad generationem passiuæ tãtũ/ uel passiuæ & actiuæ simul Et ad dilucidationem talis dubii ero breuis: quia hæc alibi copiosissime tradita sunt/ & tamẽ adhuc sub iudice lis est. Et primo dico ꝙ a. G. ii. de spermate. c. ii. §. iii. reperiuntur tres modi assimilationis quorũ primus est secundũ tocius substanciæ spetiem/ ut quãdo Homo ex Homine/ & Leo

ex Leone/ & Equs ex Equo generatur; & ad hanc formã
plus concurrit mater. Secundus modus assimilationis est
secundum eandem spetiem: ut assimilatio uel dissimilatio
hominis ad hominem: & ad hanc secundum ipsũ concur/
rit sperma prædominãs: & ideo dicit ibidem. G. ꝙ ista for/
ma est secundum totum motum qui est ex spermate: est
& tertia assimilatio quæ est masculi ad masculum/ & femi
næ ad feminam: & ad hanc formam concurrit crassis sper/
matis masculi & feminæ: & de istis duobus modis assimila
tionis hic traditur. Et de ista ultima dicit Aui. xxi. tertii tra
ctau primo. c. xi. ꝙ causa masculinitatis est sperma uiri: &
caliditas eius: & abundantia ipsius: & conuenientia coitus
in hora mundificationis eius: & prouocatio spermatis ex
dextro. s. latere uel rene: quia ren dexter ẽ calidior & altior
& propinquior hepati: & similiter quando cadit in dextro
matricis: & similiter sperma mulieris in proprietatibus su
is: & in parte sua. Nota lector ꝙ sunt aliqui qui dicunt ex
isto ultimo textu compræhẽdi posse ꝙ femina emitit sper/
ma: & etiam dicunt ꝙ Auic. uidetur uelle ꝙ sperma maris
concurrat actiuæ: ad quod aliqui dicunt ꝙ per sperma mu
liebre Aui. intelligit sanguinem menstruum ut patet per
eum in libro de animalibus superius allegato: ꝙ autem
Aui. dicat ꝙ sperma matris concurrat actiuæ per istum te/
xtum negant: quãuis sperma feminæ sit una ex causis ma/
sculinitatis: quia dicunt pro quanto sperma feminæ habet
conditiones prædictas est magis aptum pati formam mas
culinam quam femininam/ & dicunt ꝙ nõ est proprie cau
sa nisi causa materialis. Aui. tamen nono de animalibus. c.
viii. per longa uerba: dicit ꝙ pars dextra matricis ex sua ca
liditate & bona dispositiõe potest facere mares: dicit tamẽ
ꝙ prædictæ causæ simul cõcurrunt ad masculinitatem: &
est etiam credendum ꝙ cõcurrant ad femineitatem oppo
sitæ causæ: & . c. x. etiam eiusdem dicit & forte causa mascu
linitatis non erit complexio patris sed ex aliquo modo ex
matrice: uel complexione matricis: uel aliquo accidẽti ex/
traneo in spermate: dicit etiam libro. xviii. de animalibus
ꝙ masculus fit per uirtutem spermatis maris: licet non assi
miletur patri: & dicit ꝙ masculinitas sequitur calorem cõ/
plexionis spermatis: quoniam puer & senex propter dimi

nutum suum calorem faciant feminas/& medii inter istos faciunt masculos ut in pluribus/& ibidem dicit ꝙ uentus Septentrionalis facit feminas quia isrigidat matricem/ & Meridionalis masculos/& ad hoc aduertunt pastores/ req ritur tamen ꝙ sperma sit non multum calidum: quia tale sperma habentes nõ generant: sed est possibile ꝙ reperia tur mulier frigida taliter ꝙ temperet sperma maris/& tũc fiet generatio:& ideo Arist.vii.de hist.c.vi.dicebat: euenit sane multis mulieribus & uiris qui inter se nequeunt pro creare:sed cum aliis cõiuncti procreant:& subdit ꝙ quidã coniuncti:feminam tantumue marem procreant: seiuncti autẽ econtra:ætatis etiam ratione i mutantur:ut iuuenes i ter se feminas/seniores facti mares:& econtra: accidit etiã ꝙ iuuenes nihil procreent:sed seniores incipiant:aut ecõ/ tra/sunt & uiri qui non nisi feminam procreent: & mulie/ res quæ non nisi marem:& econtra:ut de Hercule fabulãt qui inter.lxxii.liberos unicam feminam genuit:& ibidem habẽtur aliqua de quibus inferius fiet sermo: quarto etiã de generatione animalium capitulo primo Arist. dicit de masculinitate & femineitate multa notatu digna: ubi po/ nit opinionẽ Empedoclis/& Anaxagore/& Democriti ab/ deritis/& Leophanis/& multorum aliorum/& ibidem di/ cit interdum mares geminos in sinistra & econtra genera ri:& reprobat opiniones prædictorum auctorum: & tãdẽ dicit calorem esse causam masculinitatis & ecõtra:calor ta men nimius est causa sterilitatis:& ut aliqui dicunt genus mulorum totaliter est sterile/tamen hoc est uerissimum ꝙ Romæ tempore Leonis.X.una mula peperit aliam mulã. Et subdit etiam Aui.ꝙ regio & tempus & uentus ad frigi ditatem declinantia:& ætas sine senectute & pueritia sunt cõcause masculinitatis:sed dicit Auic.nono de animalibus capitulo ultimo ꝙ aliquando homo in sui iuuentute facit feminas & cum peruenit ad sui complementum facit ma/ sculos/etiam dicit ꝙ quædam mulieres semper faciũt ma/ sculos & quædam semper faciunt feminas/& dicit secũdũ quosdã ꝙ quidã habuit.lxxv.filios: sed debet dicere.lxxii. inter quos erat una sola femina/& dicit ibidem ꝙ illa mu/ lier quæ non imprægnatur nisi per iuuamentum medici/ narum facit frequentius filias:idem dicit Arist.vii. de hist.

capitulo.vi.& dicit ꝙ sunt aliqui homines qui generãt dũ
sunt parui / & nõ generant post.xl.uel.lx.annos & dicit ꝙ
causa in hoc est complexio calida & sicca / tamen supra di
ctum est ꝙ melancolici cito generant secundum aliquos
quia cito finitur eorum uita tamen hoc dictum Aui.est eti
am acceptabile licet sint quidam qui dicunt ꝙ complexio
calida & humida citius possit coitum ꝗ̃ alia / ꝗ̃ opinio ẽt est
acceptãda : sed hæc oĩno diuersimode habẽt ueritatem ut
patet doctis.Et Hippo.in libro de natura fœtus dicit ꝙ sp/
ma forte.i.calidũ & spirituosum facit mares : & ideo dicit
si ĩ uno coitu fœtetur unus mas & una femina . Mas gene
ratᷣ ex grosso & forti spermate / femina uero ex debili.i.pa/
rum calido / & imposibile est secundum eũ ꝙ sperma sem/
per sit totum forte:ideo contingit interdum generari ma/
sculum & feminam:& una causa gemellorum & pluralita
tis fœtuum secundum eum ẽ diuersitas eiectionis sperma/
tis ĩ matrice.Et Auicẽ.xxi.tertii:ubi supra dicit auctoritate
aliena ꝙ si currit sperma a dextro testiculo uiri : ad dextrũ
eius.s.matricis masculinat / & si currit sperma a testiculo si
nistro in latus destrum.s.matricis erit femina masculina &
si currat sperma ex dextro testiculo in sinum sinistrum ma
tricis fiet masculus femineus:& subdit etiam aliorum au/
ctoritate quos uocat prudentes / ꝙ si mulier imprægnetur
a prima hora ablutionis.s.menstruorum.i.postquã est mũ
data a menstruis mensalibus tunc usq; ad quinq; dies con/
cipiet masculum:si uero a quinto die ablutionis concipiat
fiet femina / & dicit ꝙ faciet masculum si concipiet ab octa
uo usq; ad undecimum:& dicit ꝙ si post hoc tempus con/
cipiat facit Ermophroditum / & istam opinionem non re/
nuit nec approbat : sed tantum eam recitat : dicit tamen
Iacobus de partibus si uerus esset sermo istorum ꝙ reperi
rentur plures Ermophroditi quãreperiantᷣ / & Ermophro
ditus non est aliud nisi fœtus habẽs utrũq; sexũ uel utroq;
carens extrinsecus:tamen & subdit Auic.ꝙ sanguis præ/
gnantis ex masculo est calidior plurimum quam sanguis
prægnantis ex femina:& capitulo.xiiii.&.xv.Aui. ubi su/
pra dat signa alhani.i.uiri faciẽtis masculos qui est uir for/
tis æqualis carnis in duritie & mollitie multi spmatis grof
si & calidi magnorum testiculorum manifestarum uenarũ

& multi desiderii quem nõ debilitat coitus & ex cuius dextro eicitur sperma. Et ibidẽ etiam dat signa mulieris masculinantis / dicens ꝙ mulier masculinans est æqualis coloris & forme non grauis corporis non mollis cuius menstrua nõ sunt subtilia cruda neqꝫ pauca aquosa nec adusta ualde & cuius os matricis est uulue oppositum: & cuius digestio est bona / & cuius uenæ sunt apparentes procedentes ad exteriora & cuius sensus & motus sũt sicut oportet: & cuius uenter non est constrictus nec fluidus assidue / & cuius oculi sunt fusci absqꝫ sub albedine / & est gaudẽtis naturæ & letæ animæ / & cum in primis coeunt sunt uelocis imprægnationis propter fortem calorem earũ: & propter paruitatem adipis / & humiditatis matricum earum: & ille quibus cito ueniunt menstrua faciũt masculos / & dicit ꝙ spatium breue ꝙ est inter mundificationem & mundificationẽ est usqꝫ ad. xxii. dies / & non usqꝫ ad. xl. & tales mulieres quarum spatium inter menstrua est breue sunt generãtes masculos / & sunt aliqui qui dicunt ꝙ secũdum naturã breuius spatium temporis ꝙ est inter menstrua est spatiũ xxii. dierum & longius est. xl. dierum: dicunt tamen ꝙ spatium breuis est. xxi. diei tantum inclusiue & exclusiue / dicunt ꝙ est. xxii. dierum: quia dicunt ꝙ mẽstrua ueniunt ꝑ motum creticum / & . xxi. dies est critica in qua die. xxi. dicunt naturam a toto expellere menstrua ad matricem: deinde post. xxi. s. in. xxii. expelluntur extra matricem / & durat talis expulsio naturaliter per quattuor & per quinqꝫ dies temporibus nostris / & etiam ultra: & ita etiam dicunt diem. xl. esse criticum: & ideo dicunt Auicennam naturaliter intelligere prædictos duos terminos esse eductiuos menstruorum: & dicunt aliqui ꝙ mẽstrua aliis temporibus uenientia sunt sintomatica / tamen si consideretur diuersitas materiæ in quãto & ĩ quali & fortitudo & debilitas indiuidui / & motus celi cum aliis cõsideratis in crisibus / secundũ aliquos menstrua erunt etiam naturalia inter ista tempora & maxime si ueniant in diebus creticis cadentibus a. xxii: die usqꝫ ad. xl. si uero ueniant in aliis diebus q̃ indie nõ critica dicunt ꝙ motus menstruorum est sintomaticus: tamẽ super hoc essent multa dicenda maxime si menstrua concedantur uenire per motum criticum & opus esset ꝙ ille qui

super hoc uellet determinare haberet ueram sciētiam die/
rum criticorum/quam non habēt medici nostri temporis
nisi forte per pauci/ & hæc sufficiant de masculinitate & fe
mineitate.

¶ Visis aliquibus de assimilatione masculi ad masculum:
& femine ad feminam ad quā ut plurimum concurrit cras
sis spermatis: & crassis matricis ut prædictum est/ deueniē
dum est ad assimilat onē secūdi modi traditi a .G. quæ est
secundum eandem spetiem ut assimilatio hominis ad ho/
minem: quæ forma secundum. G. est secundum totū mo/
tum q est ex spmate: & hæc forma seu assimilatio ab Auic.
& a multis aliis dicitur assimilatio indiuidualis: quæ inter/
dum est ad patrem: & interdum ad matrem: & interdū ad
auum: & interdum ad proauum: & interdum ad atauum:
& interdum ad aliquos alios affines: & interdū ad aliquos
extraneos: & tamen nullus istorum habuit rem ueneream
cum matre nati: ex quo potest comprehendi ꝙ semper ge
nitus non assimilatur generāti nisi aliquo modo: ista tamē
est quæstio alibi declarata/ & inter alios de ista assimilatio/
ne & de omni modo assimilationis optime loquitur meus
solertissimus Dinus de Garbo super Hip. de natura fœtus i
quæstione utrum genitus debeat similari generāti ad quē
uolo ꝙ habeatur recursus: qa generatio habet plures mo/
dos quos uelle enarrare esset ualde lōgum & tediosum: &
ideo ubi supra alibi hæc quærantur: & istam assimilationē
sine assignatione alicuius causæ tangit Ari. vii. de hist. c. vi.
dicendo ꝙ claudi ex claudis & ceci ex cecis generantur: &
dicit ꝙ iam tertia prole post regenerata sunt signa sibi he/
reditaria/ ut ueruce/ neui/ & cicatrices/ aut aliqd aliud eius
dem generis & dicit ꝙ fuit quidam qui habebat notam in
brachio qui generauit filium/ qui tamē non habebat eam
sed nepos. i. filius filii: postea habebat unam similem notā
qualem habebat auus: sed raro hæc eueniūt/ & dicit ꝙ nul
la res obstat quin integri ex mancis ginantur: & dicit ꝙ sæ
pissime ita agitur: & dicit ꝙ aliqui sunt similes parentibus
aut auis aut suis maioribus: & dicit ꝙ multi nhil similitudi
nis referunt: & dicit ꝙ in Scicilia femina quædam cōmisit
adulterium cum Ethiope: & peperit filiam albam quæ fi/
lia postea concepit natum similem Ethiopi: & dicit ꝙ ma/

gna ex parte femine sunt similes matri/ & mares patri: & i terdum fit ecõtrario modo: & dicit fœtus interdum habe/ re simillima membra quæ habet pater uel mater: & dicit ꝙ gemini simul nati sunt dissimiles interdum sed plurimi magna ex parte similes sunt/ de ista etiã assimilatione Aui. xviii.de animalibus dicit multa notatu digna/ & aliquid di cit nono eiusdem.c.x.&.c.vii.uide ibi.Et ego uidi in Ma/ gnifico Comite Hercule de Bẽtiuolis de Bononia certam notam asperam sub oculo dextro quã habebat: & pater su us/ & etiã sui fratres quæ semper efficiebãtur rubee & do/ lorose quando mouebatur tempus ad pluuiã / & ista nota est hereditaria eis prout refert ꝑdictus Comes fide dignus qui adhuc uiuit/ & in ista nota est proprietas indiuidualis: licet Aui.aliter sentiat.Et de ista assimilatione maxime filii ad patrem aliqui dicunt quod si sperma patris habeat ui/ ctoriam in uia Ari.super menstruo mulieris/ uel in uia.G. super spermate matris tunc generabitur fœtus non solum similis patri in substantialibus:sed & in omnibus acciden/ tibus quæ habeant dependentiam ex principiis generatio nis/exquisitis & exceptuatis accidentibus anime aquisitis per doctrinam & per cõsuetudinem/ sicut sunt uitia & uir/ tutes & exceptis ægritudinibus in paruo tempore aquisi/ tis & huiusmodi: & dicit etiam Auic.xviii.de animalibus: quod non cadit assimilatio in proprietatibus indiuiduali/ bus.Nota tamẽ lector sicut dicit Dinus ubi supra ꝙ de mẽ te Arist.quarto de generatione animalium in traductione nona:qui est liber.xviii.eiusdem de animalibus in tradu/ ctione antiqua.Colligitur ꝙ ista tria dicta non referunt.s. dicere ꝙ sperma decisum a patre generet fœtum & faciat tales motus in menstruo mulieris uel in spermate secũdũ aliquos/uel ꝙ motus cuiuslibet membri patris faciat hoc uel motor primus.s.cor generatum faciat hæc: quia nõ re fert siue talis actio tribuatur spermati deciso a patre in quo est uirtus patris:siue attribuatur cordi a quo est principal'r tota uirtus profluens:in uia Arist.tamen quia aliqui tenẽt aliter si attribuatur motui cuiuslibet membri: quia cor continet omnia membra in uirtute secundum Dinum: si ergo spma maris est omnia mẽbra patris uirtualiter opor/ tet ꝙ in isto spermate sit uirtualiter quicquid reperitur in

omnibus membris patris, sed reperitur ꝙ in membris pa-
tris est animal. s. homo & talis homo. s. sortes qui ē mascu-
lus, & talis quātitatis, & talis complexiōis, & talis coloris
s. albus uel alterius coloris & est iracundus uel mansuetus
& in geniosus sanus uel infirmus ægritudine in longo tē-
pore aquisita & huiusmodi: cum ergo pater sit huiusmodi
oportet sperma eius esse tale in uirtute: & quia est sicut ꝓ-
les emancipata a patre: ideo omnes isti motus sunt possibi
les a spermate induci. Et tunc uel sperma patris est omni-
no & simpliciter forte super menstruo matris: uel simplici
ter debile, uel nec simpliciter debile, nec simpliciter forte.
Si sit simpliciter forte & ꝙ generet hominē generabit fili-
um similem omnino patri quo ad omnes motus qui sunt
in potentia in ipso, quæ similitudo ad patrem erit in eo ꝙ
est animal & homo & talis homo fortis uel debilis sanus
uel eger & masculus & tante quātitatis & talis complexio
nis & talium accidentium animæ: maxime ex accidētibus
animæ appetitiue: quia appetitus magis insequitur dispo-
sitionem corporis ꝗ̄ uirtutē aprehensiuā: si autē sperma ui
ri sit debilis uirtutis tunc fœtus trahetur ad motum contra
rium quia similabitur matri quæ est principium contrari-
um masculo, dicit tamen ibidē Dinus ꝙ mater præbet ma
teriam: & ideo dicit filios ut plurimum matrizare. Ego ta-
men non sum concors cum eo in hoc: sed magis teneo cū
G. s. ꝙ sperma uiri cōcurrat etiam passiuæ, & subdit Dinus
ꝙ pro quāto filius suscipit materiam a matre si sperma ma
ris non sit simpliciter forte super menstruo ꝙ tunc genera
bitur femina matri similis in omnibus ante dictis in assimi
latione ante dicta filii ad patrem quando sperma patris est
simpliciter forte. Dicit etiam si sperma uiri non sit simplici
ter forte, nec simpliciter debile: quia possibile est ꝙ sit for-
te in uno motu, & debile i alio puta ꝙ sit forte i productio
ne masculi: & debile in motibus aliis, puta in generando
effigiem similem: & in generando quātitatem & alia præ-
dicta tunc similabitur patri solum in sexu & matri in quā-
titate in moribus & in aliis predictis. Item sperma patris
potest esse debile in productione masculi & forte in aliis:
& tunc matrizabit in sexu, & patrizabit in aliis ante dictis.
Subdit etiam Dinus quia uirtus progenitorū in spermate
reseruata

reseruata de mente Ari. ideo contingit ꝙ interdum uirtus in spermate erit fortior quãtum ad motum progenitorum ut aui/ proaui/ uel ataui/ quam patris: & tunc assimilabitur eis & nõ patri nec matri. & similiter si sperma maris sit debile in ista uirtute progenitorũ in eo reseruata: poterit esse aptitudo in menstruo mulieris ad recipiendum magis formam aui uel aue matris/ uel proaui uel ꝑaue: uel ataui uel ataue matris: & tunc magis similabitur eis quam matri/ & quam patri: & hoc est possibile secundum Dinum/ quia in uirtute cordis est magis reseruatus talis motus quam alius ita ꝙ est fortis in hoc & debilis in aliis/ uel ratione mẽstrui matris magis apti recipere dispositiones progenitorum q̃ patris & matris: uel ratione condictionum circũstãtium ut ciborum & potuum: quia generant tale sperma uel menstruum ꝙ est magis dispositum ad hoc quã ad aliud/ uel ratione aeris uel ratione influẽtiæ celestis/ ita ꝙ usq; ad quartam generationem potest retineri uirtus in spermate & in mẽstruo ab inde uero anichilatur. Et propter hoc forte sũt moti legiste ad ponẽdum legem illam ꝙ usq; ad quartam generationem non possit contrahi matrimonium: subdit tamen Dinus ꝙ filius magis habet potentiam ad assimilationem propinquorum procreatorum quam remotorum ita ꝙ primo patri debet assimilari & si non/ saltẽ matri: dei de auo/ deinde proauo/ deinde atauo patris: & si nõ assimilatur istis/ aut aue/ aut proaue/ aut ataue patris assimilabiť. Et si non istis aut auo uel aue/ uel proauo uel ꝑaue/ uel atauo uel ataue matris assimilabitur/ uel assimilari potest ꝑ potentiam prædictam in spermate seruatam: sunt tamẽ multi qui tenent & forte non male ꝙ illa uirtus quæ est in ſp mate patris sit etiam i spermate femine ad prædicta qui tenent opinionem. G. cui etiam ego adhereo/ & dicũt ꝙ ultra menstruum sperma femine habet illum motum de ista assimilatione quam habet sperma maris/ ueritas est ꝙ est maior uirtus in spermate patris quam matris: quia habet plures spiritus: & ideo est plus actiuum. Et subdit Dinus ꝙ si motus masculinitatis uincat: tunc erit uincens ut plurimum in aliis motibus/ ita ꝙ fœtus assimilabitur patri i sexu & in oĩbus aliis: si uero uincat motus femineitatis/ tunc fœtus assimilabitur matri in sexu/ & etiã in omnibus aliis: Nota.

quia dicit ꝙ motus sexus est fortior omnibus aliis/tamen stat ut supra dictum est ꝙ in uno fœtu motus sexus uincat & motus aliarum condictionum sint debiles: et ideo acci/dit uarietas prætacta. Et ex prætactis ut inquit Dinus com prehēditur qualiter sunt aliquæ ægritudines hereditarie quæ tamen ægritudines hereditarie non depēdēt ab ægri tudine aquisita in breui tempore/sed in lōgo isto modo.s. ꝙ alicui propter inordinatum malū regimen in sex rebus non naturalibus accidet aliqua dispositio longa/ ex qua ꝓ pter debilitatem aquisitam in eius membris accidet ꝙ si il le procreet filios illi habebunt eandem ægritudinem in ali quo tempore suæ uitæ quæ ægritudo secundum aliquos potest seruari usq; ad quartā generationē sicut assimilatio: & potest esse ꝙ filius non habeat talem ægritudinem sed filii filii/ & ita contingit de ægritudine hereditaria sicut de assimilatione: quia est eadē uirtus in spermate faciēs ægri/tudinem quæ est faciens assimilationem: tamen ut in plu/ribus filii patrizant uel matrizant in ægritudine heredita/ria quāuis possit esse aliter/ quæ autē sit causa propter qd ægritudo hereditaria ueniat aliquibus modo tarde modo cito alibi quæratur/tamen cōmuniter dicitur ꝙ a multitu dine materie & a debilitate membrorū acceleratur aduen tus talis ægritudinis/ & malū regimen sex rerū nō natura lium est potissima causa accelerationis talium ægritudinū & inter alias causas uirtus siderum secūdum Astronomos accelerat & tardat tales ægritudines/ & ægritudines here ditarie sūt multe.s. lepra/ptisis/artetica & aliæ multæ a me dicis relate quæ quia non sunt præsentis negotii in ꝓsenti non recitātur. Vltra prædicta subdit Dinus ꝙ fœtus sæpis/sime non assimilatur nec patri nec matri nec alicui proge/nitorum: & dicit auctoritate Ari.viii.de animalibus qui li/ber in traductione noua Theodori est septimus de hist. ꝙ fœtus nulli parentum assimilans est ualde extraneū & ca/suale & fortuitum non enim est secundum naturam: inter pretatio tamen noua habet alia uerba quæ potest uidere quilibet. Et dicit Dinus ꝙ causa propter quid fœtus non assimilatur parentibus neq; alicui progenitorum potest eē duplex/ una est ex parte imaginationis: quia ut ipse & etiā alii multi referunt auctoritate Aui. nono de animalibus &

etiam auctoritate aliorum fuit una quæ peperit filium nigrum: quia uidit quandam picturam in camera dum haberet rem cum uiro/ & ex pictura fuit imaginata taliter ꝙ deinde peperit filium nigrum/ & tamen mater & pater erant albi. Et Albertus uidit Gallinam quæ generauit pullos habentes rostrum similem rostro accipitri: quia cubando seu coeũdo cum Gallo uidit accipitrem seu/ imaginata fuit cũ forti imaginatione tãquã inimicum. Et ultra Dinum multi periti in hoc dicunt imaginatiuã concurrere ad assimilationem: unde in Genesis. c. xxx. recitat de Iacob. ꝙ dũ cuperet habere arietes & oues diuersicolores ꝙ ipse accepit uirgas populeas/ & amigdalinas/ & ex platanis uirides/ & ex parte decorticauit eas/ & propter hoc color uirgarũ est/ fectus est uarius/ posuitq; eas in canalibus ubi effundebat aquã: ut cum uenissent greges ad bibendũ ante oculos haberent uirgas prædictas: ut in earum cõtemplatione in calore coitus conciperent parerentq; maculosa & uario colore dispersa: temporibus etiam nostris pastores periti id agunt & illum colorem quem uolunt in nascentibus ante oculos ouium ponunt/ & multa similia exempla ponũtur ab auctoribus/ & ꝙ etiam imaginatiua multum cõferat ad formam indiuidualem probatur: quia mulieres prægnantes si imaginãtur forti imaginatione aliquem fructum uel aliam rem cõmestibilem quam appetũt/ siue appetitus eorum sit corpus siue sanus/ & siue imaginatiua sua moueat ab intellectu siue a sensu/ & quod tãgant corpus suũ in aliq̃ parte: tunc a tali imaginatiua matris itroducitur forma talis rei appetite in membris fœtus/ oportet tamen ꝙ imaginatiua sit fortis & fixa aliter non operatur: & Albertus in libro ð mineralibus dicit ꝙ illa imaginatiua quæ est effectuum operatrix est mota a celo/ & dicit ꝙ celum est illud ꝙ facit illum effectum & non imaginatiua/ sed dicit ꝙ dum celum habet aliquem effectum producere tunc etiam celũ mouet imaginatiuam/ aut mediãte sensu aut intellectu/ & sic quid quid est causa causę est causa causati: & isto modo secundum eum imaginatiua producit aliquem effectum: & ita ab imaginatiua fit forma in fœtu uniuersalis & particularis/ requiritur tamẽ iudicio meo ꝙ materia sit apta suscipere tales formas/ quia ut ipse Albertus dicit in lapidi/

bus quorum materia est terrestris & grossa nō fiunt imagi nes propter ineptitudinem materiæ. Et Nicolus sexto ser/ mone. c. xxiii. in fine dicit auctoritate aliena ꝙ ex imagina tione/uisu/uel auditu/alicuius rei cōmestibilis/ generatur aliquando in concipiente appetitus fortis illius rei/qui ap petitus habuit principium in fantasia sua/ & terminatur in fœtum: & est causa cōmotionis fœtus: & accepto illo cibo cessat cōmotio/ & a matre & a fœtu/ & non accidit cōmo/ tio illa in fœtu/quia fœtus appetat illam rem & faciat ma/ trem appetere illā/sicut mulieres & alii multi sæpe dicunt. Et non cessat a fœtu cōmotio sumpto illo cibo/ quia sit sa/ tisfactio facta appetitui eius / sed qa matri sue satisfactio fa cta est/unde cessat ab ea cōmotio/qua cessante a matre ces sat & a fœtu: si uero in tali forti appetitu mulier nō habue/ rit illam rem/remanet nota seu uestigium illius rei in fœtu in illa parte in qua mulier tunc se tangit/ & causa huius est terminatio illius appetitus in fœtu/eo ꝙ tunc multum de spiritu qui facit pro perfectione fœtus uenit a matre ad fœ tum/ & ex motu istius spiritus ex determinata materia fit illud uestigium: quia materia/ut dicunt quidā est mala/ & fit hoc sicut accidit ꝙ terra aliquando propter suam mali/ tiam conuertit granum in lolium &c. Super hoc tamen ui de etiam Forliuiensem tertio techni questione. xi. cuius ti/ tulus est utrum accidentia animi debite administrata sint sanitatis ꝯseruatiua/in debite uero remotiua sicut aliæ res non naturales/ & ibidē sunt aliqua notatu digna: uide eti/ am Vgonem bentium tertio eiusdem cōmento. xv. §. & ex anime passionibus/ubi per multa præsuposita ab eo eli citur generatio talium stigmatum seu uestigiorum uel no/ tarum multi etiam alii dicunt super hac materia/sed hæc sufficiunt. Sed aliqui maturius considerantes quærunt q̄/ re magis tale uestigium apparet in fœtu in loco illo in quo mater tetigit sibi membra propria & nō alibi: & ad hoc di/ cunt aliqui ꝙ pro quāto fœtus est quasi pars matris dum est in utero/tunc quia fœtus est mollis & in completus in ea parte in qua se tangit mater magis fit uestigium i fœtu in illa parte quam alibi/ & non fiet uestigium in matre pro pter soliditatem membrorum: & aliqui alii dicunt dnm celum introducit illud uestigium in fœtu mediante uirtu/

te informatiua quæ pro parte est a celo/mouet imaginati/uam matris/& etiam est causa motus manus matris ad tá/gendum se in loco illo in quo fit uestigium in fœtu/& ista ratio mihi placet/sunt tamen aliqui alii qui dicunt ꝙ quá/uis mater tangat interdum se in aliqua parte sui corporis ꝙ propter illum tactum non fit nota in eadem parte in fœtu:sed celum inducens tales notas inducit ubi magis diri/giť illa materia ab eo mediátibus aspectibus eius supra corpus humanum in una uel in alia parte zodiaci locatis: & hoc etiam ego credo/multa alia de hoc dicũtur: sed hæc ꝑ nunc sufficiant. Et sub ista ratione Dinus dicit ꝙ sunt aliq filii qui assimilantur marito / & tamen sunt bastardi: quia dicit ꝙ dum mulier coit cum aliquo alio quam cum marito imaginatur maritum forti imaginatione timens de eo ne eam inueniat in culpa/uel alia de causa:& tũc ex illa forti imaginatione magis assimilabitur filius suo marito quã suo,uero patri/& stat ꝙ bastardus assimiletur magis marito talis mulieris quam proprius filius talis mariti & talis mulieris propter causas aliquas. Et idẽ dicit Dinus ꝙ multi decipiuntur in hoc.s.quando uident aliquem puerum sibi assimilari/& dicunt propter assimilationem talem eos esse sibi necessario filios / ꝙ nõ est uerum per rationem assignatam. Et ideo ex prædictis apparet ꝙ imaginatio a parẽtibus tam a mare quam a femina secundum aliquos alios ultra Dinum est causa assimilationis ad parẽtes/& per consequens ꝙ imaginatio ad parentes est causa assimilationis fœtus ad eos. Alia causa ut dicit Dinus potest esse hæc.s. ꝙ quáuis mulier imaginetur parentes tamen tãta erit inobe/dientia & resistentia & contrarietas in menstruo mulieris uel in spermate mulieris secundum aliquos ultra Dinum ꝙ nõ erit aptum recipere dispositiones similes parentib᷑: sed solum erit similitudo quãtum ad substantialia/quia generabit saltem hominem/uerum est ꝙ hæc generatio est casualis & præternaturam quãtum ad talem dissimilitudi/nem ut prætactum est de mente Ari.ubi supra : sunt tamẽ aliqui qui dicunt ꝙ ista dissimilitudo dependet a celo ꝙ q dem celum ĩformat hæc inferiora / & inter alios hoc tenet Albertus in libro de mineralibus ubi quærit propter quid sunt imagines in lapidibus & dicit causam imaginũ & for/

marũ esse celum, & de hoc latius dicemus infra ubi aliqd dicemus de monstris.

¶ Visis prædictis est uidendum an spermata cócurrát actiuæ & passiuæ uel altero eorum. Et primo de mente Arist. i primo de generatione animalium capitulo secundo colligitur q sperma uiri concurrit puræ actiuæ istis uerbis: generationis. n. principia ut retulimus illum potissimum qs statuerit marem & feminam. Maré ut q motus generationis originem teneat, femineum ut q materia & ibidem capitulo. xx. dicit q mas est mouens femina autem patiés dicendo q materia generationis est menstruũ, & q mas agit in menstruum sicut faber lignarius agit in lignum, & dicit q semen maris non est pro aliqua parte fœtus sicut nec a fabro quicquã secedit ad lignorum materiam, neq pars ulla artis fabrillis in eo q efficitur est: sed forma & speties ab illo per motum in materia existit, atq anima in qua forma & sciétia est mouet manus aut aliud membrum motu certe qualitatis uel diuerso a quibus efficitur diuersum uel eodem aliquibus idem, manus autem instrumétaq materiã mouent: ita natura etiam maris semen emittentis utit eo semine quasi instrumento & actu habente motũ ut in operibus artium instrumenta mouentur: in illis. n. quodámodo motio artis est quæ igitur semen. i. sperma emittút hoc modo ad generationem conferunt: secundo etiam de generatióe capitulo quarto dicit q animal est corpus animatum ad q instituẽdum femina semper materiam præbet: mas uero uim creandi. Et subdit q corpus ex femina est: anima ex mare substantia corporis alicuius anima est: & ió quæ non unigena coeunt q ea faciunt quorum tépus par & uteri gestatio proxima & corporis magnitudo non multo discrepás, hæc primos partus similes sibi ædunt cómuni generis utriusq quales ex uulpe & cane generátur, aut ex perdice & gallinaceo: sed tempore procedéte diuersi ex diuersis prouenientes demum forma femine instituti euadunt, quomodo semina peregrina ad postremum pro terre natura reduntur: hæc. n. materiam corpusq seminibus præstat. Et in rei ueritate ista dicta sunt fortia & multũ persuadent. Et cum Arist. tenent Auer. secũdo colliget, & multi Medici, & Philosophi, & Theologi, & iter alios Beatus

Thomas tertio sententiarum distinctione tertia questione quinta in primo quæsito tenet cum Ari. Scotus etiam tertio sententiarum distinctione quarta quæstione prima: dicit Beatum Augustinum .x. super Genesi capitulo quinto tenere opinionem Arist. dicendo si Beata uirgo fuisset actiua respectu corporis filii sui uideretur corpus illud formatum fuisse secundum rationem seminalem. Et Auic. nono de animalibus. c. vi. etiã aliqualiter uidetur assentire Arist. improbando. G. super hoc qui cõtradicit Arist. & dicit. G. olsecisse medietatem rerum & eum ignorasse philosophiã quia dixit super hac materia rationes erratas. Dinus tamẽ tuetur partes. G. super libro Hippocr. de natura infantis in quæstione illa in qua quærit utrum in spermate mulieris sit aliqua uirtus actiua &c. Contra opinionem prædictam tactam ab Ari. & a sequacibus eius confirmatam, est etiam opinio. G. quam sequitur maior pars medicorum. Nã. G. in secundo de spermate capitulo primo probat ꝙ sperma tam maris quam femine concurrunt in generatiõe actiuæ & passiuæ dans exemplum de Vulpe & Cane, & de Oue & de Hirco dicẽdo si uulpis cani misceatur id ꝙ generat. Si canis fuerit masculus habebit spetiẽ uulpis: si uero econtrario ad canis spetiem declinabit, ut fiat euidentius ꝙ quidem ex uulpi uulpis caniformis. Quod uero ex cane canis uulpiformis, & subdit & nimirum si ouem hircus imprægnauerit ouem imprægnari ait pilis duram, si uero ecõtrario capram mollibus pilis, ceu ad formam eiusꝙ generat neq; minimum conferrente matre. omnino. n. ex illo non permutatur forma in animalibus & in plantis: sed ex spermate habẽt omnia ex huiusmodi principium: in primo ẽt de spermate capitulo primo, dicit sperma maris igredi materialiter fœtum & contradicit Ari. qui dicit ꝙ sperma maris spirituatur & resoluitur postquã dederit formam fœtui & ibidem est contra Arist. cum multis rationibus quas uideat quilibet Dinus tamen de Garbo & multi alii tenent cum Ari. s. ꝙ sperma maris concurrat ut motus, menstruũ uero ut materia. Conciliator tamen super hoc dicit auctoritatẽ cuius adducit Augustinus Niphus Suessanꝰ ꝙ pars corpulenta spermatis trãsit in spiritum & efficitur pars cõstitutiua embrionis: & ad istũ sensum potest ut dicũt mul-

ti concurrere materialiter:istum tamen modum non intellexit.G.iudicio meo:sed intellexit membra spermatica generari ex parte crassa spermatis maris/quæ pars non conuertitur in spiritum sed in membra:& ita etiam tenet Forliuiensis.xxi.tertii quæstione quarta: etiam alii multi. Et Aui.nono de animalibus.c.vii.uidet super hoc tenere cũ Ari.tamẽ utraq; opinio est psuasibilis/sed ego magis adhereo opinioni.G.quia maior pars medicorum tenet cũ eo & omnino opinio.G.secũdũ aliquos ẽ magis sensibilis/ & opinionẽ.G.inter alios tenet Dinus Florentinus sup Aui. de generatione embrionis:cui ego in aliquibus multam adhibeo fidem:idẽ tenet etiã Iacobus Forliuiẽsis & multi alii Moderni:ueritas est q sicut Dinus pdictus & alii multi dicunt q sperma uiri est principalius agens:quã sperma feminę:& ita principaliter & primo in spermate maris est uirtus actiua/ secundario uero & secundum quid sperma mulieris habet uirtutẽ actiuã/ueritas est sicut dicit Dinus Florentinus qui cõposuit super.xxi.tertii de generatione embrionis/q tã in spermate maris quã femine sunt duplices partes quarum una est spirituosa & alia corpulenta:& illa quæ est spirituosa iudicio meo est tãtũ actiua / illa uero quæ est corpulenta est passiua/& ita comprehenditur qualiter mas est magis & principalius agens:& femina minus sed plus patiens / masculus.n.est plus agens in quantum suum sperma est magis spirituosum/femina uero est plus patiens/quia plus de materia præbet fœtui quam mas/ nã femina præbet suum sperma/ ex quo simul cum parte corpulenta spermatis maris generantur membra spermatica: præbet etiam sanguinem menstruum ex quo generantur mẽbra carniformia:& ex quo augẽtur mẽbra spermatica: nõ est igitur mirũ si ex maiori materia & ex minori spiritu femina plus materialiter concurrat:& minus actiuæ quam mas/& forte q ista ratio soluit dictum Aristotelis/quando dicit secũdo de generatione aialiũ.c.iiii.cum non unigena coeunt q ea faciũt quorũ tẽpus par & uteri gestatio proxima est & corporis magnitudo nõ multo discrepens / hæc primos partus similes sibi ædunt cõmuni generis utriusq; spetie quales ex uulpe & cane & ex perdice & gallinaceo/ sed tẽpore pcedente diuersi ex diuersis puenientes demũ

forma

forma semine īstituti euadūt/ quomodo semina peregrina ad postremū pro terre natura reddūtur/ in istis uerbis Ari. comprehenditur ꝙ terra ultra materiam dat etiam aliquā formā seminibus & productis ex seminibus/ & terra comparatur feminæ siue matri: ideo mater cōcurrit etiā aliqualiter actiuæ: quia nos uidemus i regionibus nostris ꝙ semina aliqua peregrina in quibus est uirtus actiua fortis amittunt illam propter uirtutem alterius terre/ sicut sunt semina certorum caulium solidorū/ caules capitales seu caputii sic a uulgaribus nominati/ quorum semina ad nos adalmatia ferrunť: & per unū annū sunt eiusdē spetiei cum dalmatiis/ & in secundo anno incipiunt amittere formam/ & in tertio plus tandem uirtute nostre terre siue loci amittūt suam formam primam: tamen ego credo ꝙ ad hoc multū concurrat celum/ tamen etiam credo ꝙ terra det aliquam formam sicut facit femina fœtui: & ideo semina amittunt propter uirtutem actiuam repertam in matre quæ est terra pristinam formam: & uidetur de facto ꝙ in terra sit maior uirtus actiua quā in semine/ dicunt tamen multi ꝙ ista assimilatio non procedit a principio actiuo quod habeat femina: sed est quia femina dans materiam passiuā menstrualem illa materia aliquando est in epta resistens agenti non potens totaliter uinci ab eo: & dicunt ꝙ propter istam diuersitatem & ineptitudinem materiæ/ ab eodem agente fiunt diuersæ formæ/ sicut ab uno & eodem igne accenso in cotio uel in lignis diuersimode dispositis puta uiridibus & siccis/ & etiam medio modo se habētibus operatur formā flāmæ diuersæ. Dinus tamen Florentinus super. xxi. tertii de generatione embrionis instat contra istam rationem: & dicit ꝙ prædicta non ualent/ quia esto ꝙ aliquādo propter resistentiam passi ad agens multe fiant similitudines non similes agenti/ tamen ut plurimum si agens est dominans ut plurimum effectus debet similari quasi i omnibus plus agenti quam patienti: cum ergo fit contrarius huius/ hoc non uidetur nisi per uirtutem actiuam quæ etiam est in femina & dicit ꝙ sæpissime assimilatur natus patri propter hoc: tamen interdum non uidetur assimilare patri: qa magis non est illius patris. s. mariti: sed alterius patris non noti ab omnibus/ quia uxor ponit cornua marito ut ipse di-

cit/ sicut sæpe fit Florentiæ & Bononiæ/ sed iudicio meo tota Italia est Bononia & Florẽtia & ubiq; ẽ Venus & Mars: Aui. etiam. xviii. de animalibus secundum aliquos uidetur ponere ꝙ in spermate utriusq; sit uirtus actiua/ hoc tamen dicit auctoritate aliena quam non improbat istis uerbis: & dixerunt in causis assimilationis quoniam si sperma patris fuerit uincẽs assimilabitur patri/ si uero sperma matris uincat matri: & si ambo fuerint æqualiter/ ꝙ est possibile neq; assimilabitur patri neq; matri/ & istud corrũpit generationem maris cum similitudine ad feminam/ & generationẽ femine cum similitudine ad marem/ & corrumpit similitudinem filii secundum partem quorumlibet/ in ista littera iudicio Auicen. non loquitur de assimilatione indiuiduali sed de assimilatione sexus/ & ibi tangit causã utriusq; sexus in fœtu qui dicitur Ermofoditus/ quia parum infra ibidem loquitur de assimilatione indiuiduali: ubi iudicio prædictorum ponit uirtutem actiuam in matre istis uerbis/ cum ergo similatio fuerit obediens secundum omnem partẽ erit operatum simile patri/ & si fuerit obediens materiæ assimilabitur matri/ ecce ꝙ ponit materiam facere assimilationẽ ad matrem/ ergo in materia est actiuitas data a matre: multi tamẽ dicunt & hanc opinionem inter alios tenet Dinus de Garbo ꝙ pro quanto materia patitur agit: quia pati est quodamodo agere/ quia ut ipse inquit omne patiens phisicum in patiendo quodãmodo agit/ & agẽs etiam quodãmodo repatitur/ dicit tamen ꝙ ista actio quæ est patiendo non est ad productionem fœtus: ego tamẽ teneo ꝙ mater uere habeat uirtutem actiuam diminutam/ tamẽ respectu maris credo etiam ꝙ obedientia materiæ agat ad formam & maris & femine/ & credo materiam fieri obedientem a celo & ita credo celum dare formam concurrente tamen uirtute patris & matris debilius quam celum/ & quamuis omnia prædicta & post dicenda super hoc sint persuasibilia/ tamen teneo cum. G. & suis sequacibus: quia maiores .i. sensibiliores habẽt rationes/ quam Ari. & sequaces eius habeãt/ tẽpore uero ꝓcedẽte/ quia femina multo plus materialiter quã actiuæ concurrit nati euadente forma femine/ quia maiorem formam dat mas quam femina. Nota tamen lector ꝙ notanter dixi sicut dicit secundus Dinus Flo

rentinus quia fuere duo Dini Florẽtini: unus fuit de Gar/
bo/alter ex altera familia ut referunt quidam/ & primus se
cundum aliquos composuit super Hippo.de natura infan
tis/alter uero super Aui.de generatione embrionis: & iste
ultimus allegat primum super Hip.tamen ego habeo illũ
librum Hip.de natura fœtus expositum/ ut inquit littera a
certo discipulo Dini nomen cuius ignoratur/ in quo sunt
illamet uerba formalia quæ sunt in Dino de Garbo & for/
te ꝙ est error in istis titulis:sint tamen quot uelint Dini &
quales uelint expositores:quia de hoc est parum curandũ
satis est uidere opiniones eorum ueritati consonas & in q
bus sint res notatu digne.¶Quod ẽt minus actiuæ cõcur
rat femina q̃ mas tenet Scotus ubi supra:& in quolibeto q̃
stione.xv.ad quas quæstiões uolo ꝙ habeatur recursus: &
iter alios Theologos optime dicit.S.Bonauẽtura in tertio
sententiarũ distinctione.iiii.in quæstionibus de ꝯceptione
christi in comparatione ad uirginẽ concipiẽtẽ/quæstione
prima/sub titulo utrum in illa conceptione aliquid uirgo
Maria fuerit spiritui sancto cooperata in aliquo/mediante
aliqua potẽtia/& in ista quæstione tenetur per aliquas au/
ctoritates & rationes ꝙ mulier concurrat actiuæ & etiam
passiuæ.Reuerendissimus etiam.D.Thomas de uio Gaie/
tanus.S.R.E.Tituli.S.Sixti præsbyter Cardinalis in cõ/
mentariis super secunda secundæ Sancti Thomæ quæstio
ne.cliiii.supra illam partẽ in qua tractatur de luxuriæ par/
tibus i duodecimo quæsito/acutissime disputat de hac ma
teria:& multa dicit notatu dignissima ad quam remito le/
gentes breuitatis gratia. Franciscus etiam de maronibus
in tertio sententiarum/ distinctione quarta/ quæstione
unica/i quarto articulo subtilissime disputãs/ tenet ꝙ sper
ma maris concurrat actiuæ & passiuæ/& ꝙ mater concur/
rat etiam actiuæ & passiuæ:& ibidem dicit ꝙ uirtus actiua
mulieris posset tantum & taliter intendi & augeri ꝙ cum
sole sine uiro posset concipere:ex quo est eiusdem rationis
cum principio actiuo uiri:quia si duo homines possunt tra
here nauem in tantum posset uirtus unius intendi ꝙ unus
sufficeret ad attrahendum.Nota tamẽ lector ꝙ non est ue/
rum ꝙ femina aliqua simpliciter femina sit calidior mare
nisi certo modo/& super hoc uide Dinum in libro de natu

ra fœtus in certa quæstiõe utrum femina sit fortior mascu
lo posita in.§.mouetur autem masculus quia est fortior fe
mina &c.G.tamẽ.xiiii.de util.c.vii.dicit ꝙ ad propagatio/
nem omnino femina indiget masculo:& sic est per experi
entiá semper uisum/ quia iudicio meo si femina esset tante
caliditatis ꝙ uirtus actiua in ea esset sufficiẽs ad generatio/
nem non esset femina sed masculus:quia suus calor impe/
lisset membra generatiõis extra sicut supra dictum est de
mente.G.in anatomia matricis/ & ideo Tursianus secũdo
techni.c.lii.quærẽs causam masculinitatis & femineitatis
per longa uerba dicit si principium mouens non domine/
tur propter indigentiá caliditatis non potest digerere neq;
producere i propriam spetiem ipsius: sed si uincatur neces
se est permutari in contratium/masculo autem femella est
contrarium/ & quoniam mas & femina habent differẽtias
in uirtute/habent etiam organum differens. Masculus au/
tem est potẽtia/causa/ & principium/femina uero ecõtra:
potentie autem & impotentie est esse digestiuum uel indi
gestiuum ultimi alimẽti/huius aut causa est particula quæ
est fons caloris/& talis est cor:necessarium est.n.corde cõ/
stituto masculi aut femine uestigium apparere.i. membra
generationis/quæ propter fortem calorem cordis uel toti
us & testiculorum sunt extra in mare:in femina uero pro/
pter diminutum calorem extra expellere non potentẽ sũt
intra/& ita constat ꝙ q̄libet femina est frigidior quocunq;
masculo in generatione/tamen rationes Francisci de ma/
ronibus sunt bone quas etiam adducunt multi alii: tamen
nunquá inuentum est ꝙ mulier ex se conceperit nisi molá
& ideo credendum est rationes predictas esse imaginabi/
les & in potentia quæ nunquá reducitur in actu.
¶Augustinus etiá Niphus Suessanus in disputationibus
octaui libri metaphisicæ in disputatione secunda sub titu/
lo utrum menstruum feminæ concurrat ad generationem
multa dicit notatu digna & cõtradicit certis ratiõibus Sco
ti/ & etiam.G.tamen dicit ꝙ potest poni concordantia in/
ter Ari.&.G.dicendo ꝙ in semine maris & femine sunt nõ
nulle qualitates elementarie ut calidum frigidum & id ge
nus/ & non nulla spiritales uim ælementi non subeũtes/ut
formatiua/assimilatiua & id genus:spiritales sunt ut artes:

elementarie sunt instrumenta ut patet.xii. metaphisicæ.c. xviii. propterea spirituales ille qualitates prime dicuntur: cetere instrumentarie siue secundæ. Et dicit ꝙ tunc. G. qñ dixit illa duo semina effectiue concurrere potuit intelligere illas qualitates elementarias instrumentarias ue. Nota lector ꝙ Augustinus Suessanus errat in hoc quia qualitates elementarie sunt etiam actiuæ: ná ut supra patuit Aui. dicit caliditatem elementariam in spermate generare masculos/ueritas est ꝙ cum ista qualitate elementari concurrit qualitas spiritalis prædicta ab Augustino/quando uero Ari. dixit semen uiri effectiue concurrere & illud mulieris materialiter/intellexit quo ad qualitates spiritales principales dicte/tamẽ in fine quæstionis tuetur Ari. satis bonis rationibus/uide ibi & hæc & alia multa breuitatis gratia.

¶ Vnam aliam concordantiam inter. G. & Ari. ponit Ioannes de tornamira in clarificatorio super nono Almansoris in.c. de sterilitate: & est ista.s. ꝙ dicit ꝙ possibile est ꝙ impraegnetur mulier absq; emissione spermatis & hoc confirmatur per aliquas mulieres dicentes se cõcepisse absq; aliqua emissione spermatis: quia sine delitia notabili cõcepere/dicit tamen ꝙ interdum concurrit sperma femine quia aliter non assimilaretur matri: sed interdum apparet oppositum/ergo interdum mater ꝯcurrit actiuæ: & sic dicit medicos esse concordes cum Ari. & sequatibus/quia dicit spma femine concurrere ad facilem conceptionẽ. Super hac tamen uolo ꝙ etiam habeatur recursus ad Tursianum secundo techni/& ad Conciliatorem differentia. xxxvi. & xxxvii. & ad alios medicinæ cardines a me supra adductos quia super hac re est/& erit lis sempiterna: cui ego nõ sum sufficiens imponere silentium. Nota tamen lector ꝙ Arist. & Galen. & horum sequaces possunt super his & super aliis multis decipi/nam teste Lactancio Firmiano ubi tractat de opificio circa hominem/ multa esse cõstat in corpore quorum uim rationemq; perspicere nemo nisi qui fecit potest & iõ multi multa cogitãt in unoquoq; forte falsa & aliter sunt/tam in homine quam i aliis rebus/ quãuis optimis rationibus talia cogitata sint munita & cõuinci difficillima: dicit tamen ꝙ ea quæ pertinent ad motus animi sũt obscuriora & altioris rationis tamen quid accidat singulis

neruis aut membris nullus scire potest nisi summus artifex cui soli opus suum notum est.

℄ Vltra prædicta est uidẽdum utrum a toto uel a parte decidatur sperma: & dico sicut dicit Ari. auctoritate quorũdã in primo de generatione animalium.c.xvii. ꝙ sperma decidatur a toto per quattuor ratiões. Prima/ quia i emissiõe spermatis est uehementia uoluptatis/ quæ nõ esset talis nisi ueniret ab omnibus membris. Secunda/ sperma uenit a toto quia ex manchis mancha procreantur: semẽ.n. ab ea quæ deest parte emitti non potest: unde autem non accesserit/ id ne procreetur accidit. Tertia/ est similitudo parentum: similes.n. gignuntur ut toto corpore toti sic particulatim singulis partibus / quod si causa est ut totũ simile sit ꝙ ex tali toto semẽ genitale prodierit/ partibus quoq; causa similitudinis erit/ ꝙ ex una quaq; parte aliquid uenerit Quarta ratio est ut quemadmodum totius aliquid est/ ex quo primum generetur sic partus quoq; cuiusq; sit semen proprium: fidem etiã illa faciunt huic opinioni uerissimlẽ: non solum enim rebus naturæ insitis & natiuis liberi similes parentibus prodeunt: sed etiam aduenticias atq; externas præsentant. Iam.n. parentes cum cicatrices haberent filii quidam parte eodem sui corporis eadem habuerũt & calcedone cum pater brachio esset conpuncto filius idem retulit/ confusa tamen nota minusq; explanata/ his fere rationibus quidem potissimum crediderunt semẽ a toto corpore proficisci hæc Ari. &c.

℄ Prædictas tamẽ rationes tenuit Ari.c.xviii. istis uerbis: sed cum scutamur & melius rem discutimus / contrarium potius esse uidetur nec supra dicta quattuor soluere difficile est/ & quædam alia sequntur impossibilia ex ipsa opinione: primum igitur similitudo nullum iudicium affert ut semẽ ex toto secedat / quando quidem & uoce & unguibus & pilis & motus simplices procreantur: ex quibus nihil ꝓ ueniat/ non nulla etiam nondum habent cum generãt / ut canos aut barbam maioribus suis itemq; similes sunt/ ex q bus nihil secessit: redditur enim post plura genera similitudo/ ut Elide quæ cum Ethiope concubuerat nõ filiam forma Ethiopis peperit: sed ex filia fuit Ethiops/ & in isto capitulo Ari. multis rationibus probat sperma non uenire a

toto/nec propter assimilationem nec propter delitiā ma/
ximam coitus/quam dicit esse propter pruritum uehemē
tem/ & dicit assimilationem esse ab agēte. s. a uirtute infor
matiua. Et ibidem dicit satis est sperma ex una parte tantū
secedere. Hipoc. tamen sicut cōmuniter tenetur uoluit ꝙ
sperma ueniat a cerebro auctoritatē cuius adducit Conci/
liator differentia. xxxiiii. quam dicit esse in libro de aere &
aqua istis uerbis/quibuscunqꝫ inciduntur uenæ quæ post
aures hi prorsus omni orbantur generatione/ista tamē au
ctoritas non est apud nos/tamen Conciliator dicit ꝙ Aui.
affirmat eam & dicit eum improbare. G. dicēdo ꝙ non co
gnouit an incisio talium uenarum hoc faciat uel nō/super
hoc: tamen multi multa dicunt & contra. G. & in fauorem
G. cōmuniter tamen tenetur ꝙ sperma nō uenit a cerebro
& in prædicto libro Hip. dicitur ꝙ sperma descēdit ab om/
nibus mēbris corporis: & iō calui caluos/ strabo strabonē:
& uarius oculis uarios oculos / & sanus sanos & infirmus
infirmos generat: est bene uerum ꝙ de spermate multum
uenit a cerebro/sed non totaliter uenit a cerebro ut dicunt
aliqui Hipp. dixisse/ utrum autem ueniat a cerebro & quo
modo cerebrum debilitetur in coitu/ uide Dinum de Gar
bo in libro de natura fœtus in quæstione propria in qua q̄
rit utrum sperma decidatur a toto uel a parte quam ponit
sub. §. & quando parit principio motus facto tendit lac ad
has mamillas si lactauerit &c. multi etiam alii scribunt de
hac materia: sed Dinus mihi placet. Et multi medici & phi
losophi sunt secuti Ari. & inter alios Tursianus secundo te
chni fortificat rationes Ari. & dicit si os generatur ex parte
ab osse resoluta oportebit etiam nutriri ex tali cum nutri/
tio generatio quædam sit/hoc autem non uidemus nā ex
pane herbis & carne & huiusmodi comestis accidit omnia
nutriri/ ꝙ si dicas in nutritione transmutari in naturam os
sis ꝙ non est osseum quare & non similiter dicitur illud in
generatiōe/ dicit etiam si sperma uenit a toto ut sit totum
ex toto: accidet in omni genito esse uirgam & nulla erit fe
mina/& si a femella sicut a mare segregatur sperma omne
genitum habebit utrūqꝫ sexum ꝙ est falsum: sed dicit ibidē
ꝙ sperma non uenit a toto: sed sicut dicit Arist. sperma ad
omne aliquid esse aptum notatum est: & secundū Tursia/

num tale est id ꝙ superfluit ex cõmuni nutrimento & uo/
cat cõmune nutrimentum ꝙ nondum est approbatum ꝑ
resudationem unicuiq; partium: sed est sicut ad quamlibet
aptum natum/ & tale natura deriuat ex uenis subtilibus
ad uasa seminaria testiculis inuoluta in quibus completur
digestio. Nota lector ꝙ istæ sunt materiæ alibi delucidatæ:
& a Conciliatore ubi supra/ & a Dino qui tenet ꝙ sperma
decidatur a corde: licet multi alii aliter sentiant: & a Tho/
ma de Garbo & a multis aliis medicinæ cardinibus: tamẽ
inter alios mihi placet Iacobus Forliuiensis qui secũdo te
chni & alibi lucidissime soluit opinionem istam: primo dã/
do distinctionem de spermate: secũdo dicit quomodo sper
ma decidatur a toto & quomodo nõ: & dicit ꝙ sperma nõ
deciditur a toto sic ꝙ a qualibet parte nostri corporis deci
datur: ex quo producatur pars in fœtu correspondens/ &
econtra istum modum decisionis spermatis dicit Arist. sen
sisse quando dixit assimilationem ad partes non proueni/
re propter sperma emissum a toto. Dicit secũdo ꝙ sperma
secundum suam corpulentiam decidit a nutrimento toti
cõmuni magis tamen principalius a corde quam ab aliis
membris: quia in toto tali nutrimẽto principalius inueni
tur uestigium impræssionis cordis quã alterius membri.
Dicit tercio ꝙ principalius & imediatius sperma decidit a
testiculis & a uasis seminariis. Dicit quarto ꝙ sperma quã/
tum ad partem spirituosam inclusam in eo nõ solum a cor
de sed etiam ab aliis membris principalibus deciditur: &
hoc probat per Aui. xx. tertii. c. iii. q dicit ꝙ oportet ꝙ sper
mati sit ex omni membro principali fons: & ut sit ex mem
bris aliis resudatio etiã ad istas radices/ & dicit ꝙ propter
illud est assimilatio/ & ꝙ propter hoc generatur ex mẽbro
diminuto diminutum membrum/ dicit tamen ꝙ quãuis a
principalibus mẽbris decidatur materia spermatis ꝙ prin
cipalius deciditur a corde: & hoc probat bonis rationibus
quæ sunt iste. s. ꝙ spiritus cordis est principalis inter alios:
& quo ad principalitatem sui obtinet principatũ & initiũ
potentie & uictoriam: & ibidem dicit multa alia notatu di
gna/ ex prædictis a Dino de assimilatione patet quid sit di
cendum ad Aristotelem quando dicit ꝙ sperma non deci/
ditur a toto: quia sit assimilatio ad progenitores/ nã secũdũ

aliquos

aliquos Dinus uidetur tenere in quæstiõe de assimilatiõe indiuiduali ꝙ hoc sit: quia sperma deciditur a toto: in quo spermatæ est seruata uirtus progenitorum: iudicio tamen meo Dinus nec hic nec alibi tenet uerum sperma uenire a toto: tamen Iacobus Forliuiensis super. xxi. tertii de generatione embrionis tenet absolute ꝙ sperma ueniat a toto maxime secundum partem spirituosam/ qui spiritus alicuius particularis membri occurrens materiæ illiusmet mẽbri fœtus habet potentiam taliter disponẽdi ut ex ea generetur pes talis qualis est pes patris: uel mancus uel sanus uel æger/ & sic est dicendum de quocunq; spiritu alicuius alterius particularis membri/ & iudicio meo Iacobus optime approbat opinionem antiquorum contra Ari. ꝙ sperma decidatur a toto/ cuius oppositum tenet Ari. dicẽdo ꝙ multi reperiuntur similes parentibus in uoce in pilis & in aliis partibus a quibus non deciditur sperma: & Iacobus ubi supra dicit super hoc multa notatu digna/ & inter alia dicit ꝙ semen a toto emissum non semper generat totum simile generanti: quia multis modis accidentalibus potest semen quãtũ ad partem eius spirituosam habere impedimenta: nam potest resolui aut corrumpi / aut propter aliq̃ opilationem intra sitã impediẽtẽ/ aut ꝙ esset paucus spiritus aut debilis ad aliqua talia: & ibidẽ dicit ꝙ spiritus mẽbri diminuti in parte occurrens materiæ eiusdem mẽbri ĩ fœtu operatur diminutionem mẽbri: uerbi gratia brachii spiritus a quo est manus abscisa disponit materiam generationis brachii taliter ut generetur brachium dispositum ut erat brachium generantis. s. obductum sine manu/ & dicit ꝙ similitudo in capillis non dependet a particulari spiritu in capillis deciso: sed ab eo membro cuius dispositionẽ insequuntur capilli in colore & in mollitie & in aliis dispositionibus ita etiam est dicendum de uoce. s. ꝙ a uoce non dependet spiritus particularis: sed ꝙ dependet a membro a quo formatur uox/ & ibidẽ dicit multa alia notatu digna iudicio meo contra Arist. fortiter persuadentia: & sic pono finem dictis Iacobi & aliorum/ quia remitto istam disputationem ad cardines medicinæ: quia aliqui uoluere ꝙ sperma ueniret a cerebro ut patet per Hippo. & quarta problematum: & multæ aliæ opiniones sunt recitate quas remit

to legendas alibi: dicam tamen cum Lactantio Firmiano ubi supra. s. q mens humana non potest comprehendere an sperma ueniat a toto uel a parte/ prædictæ tamē opiniones sunt sensibiles & aceptande/ & laudande/ prout placēt doctis: una magis altera exercitii intellectus causa: tamen sæpe est bonum nole quærere principia cuiuslibet rei: teste Ari. secundo de generatione animalium. c. iiii.

¶ Rursus de monstris sunt aliqua dicēda: & primo est sciendum q monstrum nō est aliud nisi quædā oblesio & dissimilitudo: teste Arist. iiii. de generatione. c. iii. & . iiii. Et est notandum q non solum in femina humana generant mōstra: sed etiam in aliis animalibus sicut in uacis & in porcis & in gallinis & i multis aliis animalibus. Et sæpe ego uidi monstra in uacis & in gallinis & porcis: hic tamen non dicetur nisi de monstris in muliere genitis. Et est sciendum q monstrum generari est quotienscūq mulier generat id quod est præter naturale: & q raro generatur/ tā respectu operationum animæ/ quā respectu numeri & figuræ corporis: teste Arist. & circa operationes animæ sunt mōstruosi homines qui dicuntur prophetæ: & incantores & sapiētes a natura qui a Ptolomeo & ab Hali. rodoā tertio quatripartiti capit. viii. in monstruosis signis uocantur Ermofroditi & Arsrocraciati/ & dicūt celum esse in causa prædictorum isto modo. s. si Iuppiter uel Venus testificentur super ascendente nati proprietas erit ut honoretur & sublimetur/ eo quia figura Mercurii & Veneris Ermofroditis dicta ei cōtingat/ & etiam figura dicta Arsracrociati: & ob hoc etiam multi dicunt largo modo tamen fœtus superfœtatos esse monstruosos/ imo Iacobus Forliuiēsis & aliqui alii de generatione embrionis uoluere fœtus gemellos eē mōstruosos/ siue essent superfœtati siue simul fœtati: quia non sunt intenti a natura nisi per accidēs: & ideo raro eueniunt. Ari. etiam. iiii. de generatione. c. iii. dicit filius qui similis non est parentibus quodāmodo est monstrum. Est etiam alia generatio mōstruosa stricto modo sumpta: quæ est quando in corpore mulieris generatur aliquod q non habet ueram formam humanā: & hoc dupliciter uno modo. s. quando forma totaliter non est masculi perfecti uel femine perfecte/ puta q fœtus sit a natiuitate i aliquibus mē

bris opposite formatus/ita ꝙ habeat hepar ĩ sinistra & sple nem in dextra parte/ut sunt quos dicit Arist. & Aui. xviii. de animalibus/uel ꝙ sit aliquod membrum aliud opposi/to loco situm/uel ꝙ fœtus sit manchus in aliquo membro principali uel non principali / puta ꝙ alicui careat aliqua pars manus uel pedis uel faciei uel alterius principalis membri:uel ꝙ alicui deficiat aliquod membrum principa le/puta ꝙ fœtus careat hepaate:nam Auic. ubi supra dicit ꝙ inuentum est animal absq; hepate:& quale animal fue/rit non dicit:sed qualecunq; fuerit fuit res notatu digna.& super hoc aliqui uolunt concedere ꝙ sanguis generatur ĩ corde:quia possibile est si non sit hepar in aliquo ĩdiuiduo ꝙ natura loco hepatis utat̃ corde pro omnibus operatiõi/bus naturalibus & uitalibus/aliquibus tamen aliis mẽbris præparãtibus materiã sanguinis cordi / puta ꝙ splen hoc faciat uel aliud membrum:dicit tamen Aui.ꝙ istis non du rat uita:uel ꝙ fœtus superfluat in aliquibus membris / pu ta ꝙ habeat duo capita:quia dicit Aui.ubi supra ꝙ iam ap paruit unum corpus cum duobus capitibus/ & ego idem uidi/uel ꝙ habeat sex digitis in manibus uel quattuor ma nus uel aliquod aliud membrum superfluum ultra natu/ram:est etiam monstrum ille homo qui nõ habet perfectã formam solius masculi perfecti uel femine perfecte / & est ille qui habet utrũq; sexũ/ & isti uocantur Ermofroditi qui interdum plus sapiunt masculum quam feminam & ecõ/tra/& interdũ sunt æqualiter in sexu.s.ꝙ supponunt coeũ do & supponuntur:& habent semen ĩ utroq; membro ge/nitali:sicut ego intellexi a fide dignis : hos tamẽ non uidi. Alio modo ẽt sũt mõstra:& hoc etiã dupliciter primo mo/do sunt fœtus aliqui qui habent pro parte membra huma na & pro parte membra non humana modo plus de uno modo plus de alio:secundo modo sunt multa monstra in mulieribus genita nullo modo formam humanam haben tia:sed formam brutorum:& in istis mõstris cadit mola in muliere genita. Mõstra tamen teste Arist. ubi supra.c.iiii. raro accidunt in his qui singulos pariũt:sed crebrius in his quorum partus est numerosus/ & præcipue in auibus po/tissime tamẽ in gallinis & in animalibus quæ temporibus omnibus coeunt.Cum igitur de monstris sit sermo & su/

perfœtati fœtus sint largo modo monstruosi igitur de su/
perfœtatione sicut supra promissimus aliquid dicamus.
Dico igitur ꝙ cõmuniter auctores dicunt superfœtationẽ
esse quando additur numerus fœtuum supra unum/siue
sint duo fœtus cum primo/ siue plures/dummodo non cõ
cipiatur primus fœtus cum aliis / sed ꝙ concipiatur fœtus
post fœtum in diuerso coitu sicut dicit Dinus Florentinus
super tractatu Aui.seu capitulo de generatione embrionis
isto modo.s.ut cum mulier per coitum unum concepit fœ
tum/alium postea per alium coitum uel alios coitus conci
pit alium fœtum uel alios fœtus/quæ superfœtatio si sit ꝓ
pinqui temporis & fuerit pauci numeri/puta ꝙ in toto nu
mero tantum sint duo uel tres possunt saluari ut patebit in
ferius per experientiam uisam ab Aristo.vii.de histo.c.iiii.
& quarto de generatiõe animalium/Ari.c.v. dicit ꝙ causa
superfœtatiõis est multiplex:sed una principalis inter alias
est ista.s.ꝙ illa animalia superfœtant quæ patiuntur coitũ
super imprægnationem:& dicitur superfœtatio ab Auicẽ.
ubi supra si iam aucto primo conceptu sequatur coitus ex
quo fiat cõceptio.Nota lector ꝙ teste Ari. ubi supra æqua
& mulier omnium maxime animalium grauide coitũ pa/
tiuntur:& tamen dicit Arist.ꝙ æqua non superfœtat. Aui.
tamen.xviii.de animalibus dicit æquam superfœtare / &
ego credo Aui.& dicit ꝙ hoc tamen raro est/& ꝙ in pluri/
bus abortitur:& dicit ꝙ ista superfœtatio in æqua est pro/
pter fortitudinem complexionis in habentibus ungulam
concauam & propter amplitudinem matricis/ sed Ari.iiii.
de generatione animaliũ ubi supra dicit illa aialia non sup
fœtare quæ singulos pariunt/ & dicit solipedes.n. & quæ
his auctiores sunt animantes nunquã superfœtant:facit.n.
eorum magnitudo ut excrementum omne in conceptum
absumatur/quippe cũ in his omnibus corporis sit magni/
tudo/quæ autem magno corpore sũt/eorum fœtus quoq;
magni pro sui generis magnitudine istituũtur . Ex quo fit
ut Elephantorum fœtus magnitudine uituli gestet: & sub
dit ꝙ multiparia ideo superfœtant quoniam plures conce
ptus sunt & superfœtatur alter alteri.Et subdit quæ autem
ex his magnitudine prædicta sunt ut homo / si alter coitus
ꝓxime ab altero accessit enutrire ꝙ superfœtatũ est possũt

Iam.n.id euenisse uisum est:& ideo septimo de hist.ubi su
pra dicit:at uero si proxime a primo conceptu secũdus sit
factus absolui ædiqꝫ potest quo superfœtarit ut quasi gemi
ni nasci uideantur/quomodo Herculem & Iphiclem pro
creatos esse sublantur:nam id etiam cõsistit adultera quæ/
dam quæ alterum suo marito alterum adulterio seu adul/
teranti similem peperit. Nota lector ꝙ superfœtatio q̃uis
sit in proximo tempore/non tamen est eadem die & hora:
sed est postquã iam formata est secũdina quæ est in sex die
bus:quia in superfœtatione sunt tot secundinæ quot sunt
fœtus:& si essent in una secundina illi fœtus fœtãtur simul
& sunt gemelli uel plures numero/& ideo ibidẽ dicit Ari.
iam & cum quædam geminos ferret tertiũ superfœtauit:
quia possibile est ꝙ una conceperit in uno coitu duos & ẽt
plures & ꝙ etiam superfœtet:& ideo ibidem dicitur ꝙ cũ
tempus pariendi iustum iam esset primos duos uitales pe
perit secundum uero.s.superfœtatum quinto mense elixit
qui statim mortuus est.Ego tamen Carpi dum essem ual/
de iuuenis uidi unum superfœtatum nasci post quintum
mensem ultra unum primo conceptum qui uixit : sed illa
mulier erat uirago.Ari.tamẽ ibidem dicit ꝙ mulier potest
superfœtare sed dicit ꝙ raro superfœtat : sed dicit ꝙ si fiat
superfœtatio ad lõgum tempus.s.post primum fœtum ꝙ
superfœtatus uel fætati non possunt perfici:sed moriuntur
& primi & superfætati:& ego credo causam esse quia for/
te non habent locum in matrice pro augumento sibi debi
to:& ideo fætus compressi ĩ loco arcto præ dolore & forte
suffocati moriuntur/ego tamen credo ꝙ unus & etiã duo
& forte plures ĩ uiragine muliere superfætati cum suo pri/
mo possint uiuere etiam si post longum tempus superfæ/
tentur ut supra dixi:& hoc concedit Ari. ubi supra dicens
cum una mulier peperisset primũ.s.fætum in septimo mẽ
se qui mortuus est/mox duos iusto mensium numero.i.in
nono mense edidit qui uixerunt / aliqua alia ibidem dicit
Ari. quæ potes uidere notatu digna. Et antiquæ & fideles
obstitrices mihi retulerunt ꝙ sæpissime mulieres pariunt
gemellos:& dicunt ꝙ quilibet habet secundinã: ex quo in
fero ꝙ illi fætus sunt superfætati/possibile tamen est ꝙ ob/
stitrices decipiantur:quia pauce earum cognoscunt secun

dinam: nã mulieres multe & multi medici obtũsi & leuis iudicii credunt secundinam tantum esse illam carnositatẽ quæ adheret secundinæ de qua supra dictum est: quæ non est de essentia secundinæ, cũ autem in gemellis sint ut plurimum circa secũdinæ duo umbilici & quilibet umbilicus in radicibus suis cum quibus alligatur matrici habeat propriam carnositatem, ideo mulieres & prænominati medici uidentes tales carnositates quæ in gemellis sunt due credunt illas esse secundinas, & propter hoc dicunt semper ĩ gemellis esse duas secundinas, ꝙ non est uerum nisi in superfætatis: quia secundina est unus pãniculus nerueus qui potest habere duas & tres & quattuor & plures carnositates secundum ꝙ sugit fætus in utero: dicunt tamen prædictæ obstitrices ꝙ interdum unus umbilicus solus nutrit duos fætus, qui umbilicus est unus uersus matricẽ, bifurcatꝰ tamen uersus fætus gemellos: & omnia talia sunt possibilia ĩ natura. Et Arist. subdit ibidem ꝙ iam contingit ꝙ una erat prægnans de duodecim fætibus corruptis: & tamen facta fuit superfætatio. & in isto loco uidetur qualiter per Arist. conceditur ꝙ mulier potest concipere plusquã septem filios. Iacobus tamen de Forliuio super secunda tertii de generatione embrionis dicit auctoritote Ari. in liberis de animalibus ꝙ una mulier aborsit. xiiii. fætus. Et Ari. iiii. de generatione animalium assignat causam superfætationis in muliere quæ est, quia ĩ utero. i. in matrice mulieris est spatium & latitudo, dicit etiam ꝙ superest mẽstruũ: ergo. G. auctoritas est falsa quando dicit ꝙ secũdina est alligata omnibus uenis matricis & toti concauitati eius: & Arist. dicit ꝙ æqua non habet spatium & latitudinem in matrice propter densitatem suæ naturæ: & ideo non superfætat. Auic. tamẽ. xviii. de animalibus tenet oppositum, & ego credo Auic. in hoc, & credo ꝙ æqua possit superfætare: quia etiã ipsa habet excrementa copiosa: & ideo Auic. dicit æquam interdum habere menstrua sicut mulier quæ desunt aliis animalibus. Et ibidem dicit Ari. ꝙ illa animalia superfætãt quorum genus semine genitali habundat & corporis magnitudine carent, & multa generat: quia cum multiparũ sit, amplitudinẽ habet uteri, & cum semine habũdet multum purgationis excremẽtia emittit, & cum corporis ma-

gnitudine careat maioraq; portione purgatio superet quã conceptus desideret nutrimentum possunt uel post consti tui animalia eademq; enutriri ac pefici: uteri etiam eorum se comprimunt quoniam excrementum purgationis sup est qd mulieribus quoq; euenit/ fit.n.nõnullis mulieribus grauidis purgatio: & interdum usq; ad finem perseuerat: sed his præter naturam hoc euenit/ quãobrem fætus affici tur detrimento: dicit tamen ꝙ hoc est his animalibus datũ a natura: & inter alia animalia dicit Leporem superfætare. Nota lector ꝙ ex prædictis colligitur ꝙ mulier superfætat tamen animalia plurium generantia magis & frequẽtius superfætãt quam homo: & hæc sufficiãt de superfætatiõe.

¶ Visis aliquibus de superfætatione tãquã de monstris lar go modo/ ad aliud monstruosum largo modo est deueniẽ dum.s.ad sermonem de gemellis: gemelli igitur fætus di/ cuntur hi qui tantũ duo sunt in matrice mulieris: & isti ge melli possunt esse duobus modis.s.superfætati/ & etiam si mul & semel concepti: si sunt superfætati omnino habent duas secundinas cum aliis pãniculis sibi debitis pro singu/ lo.s.amniõ & Elãcoydeam/ qui quidem superfætati si sint breuis temporis cõcepti possunt uiuere. Si uero sint simul & semel concepti sunt in una & eadem secundina: & unus potest esse mas & alter femina qui raro euadunt: teste *Ari.* ego tamen uidi oppositum/ possunt etiam esse ambo ma/ res & ambo femine: & possunt etiam esse monstruosi stri/ cto modo/ & ita etiam possunt esse superfætati.s.mõstruo si stricto modo. Nota tamen lector ꝙ in nostro tempore ge melli sunt monstruosi stricto modo/ qa ut supra dictũ est: monstrum est illud ꝙ raro euenit & sic sunt gemelli mon/ struosi: sed tempore patris Ade/ gemelli nõ erãt monstruo si: quia teste Conciliatore differẽtia.xxxvii. in sermonibus genoasticis legis Mosaicæ scribitur Adam ex Eua semper binos marem uidelicet & femellam suscipiebat/ ut inuicem colomborum more possent propagare & multiplicare ge/ nus humanum. Nota etiam lector ꝙ possibile est ꝙ de sup fætatis fætibus primo genitus sit ultimus ad nascẽdum & ꝙ sit aliquod spatium temporis iter eum & primum/ quia stat ꝙ ultimus sit fortis i radice & ꝙ nascat̃ in septimo mẽ se/ & ꝙ primus sit debilis qui postea nascatur in nono uel

poſt nonum/ſtat etiã ꝙ ultimus ſit maſculus primo forma
tus quam primo genitus qui ſit femina : & ita per aliquos
dies ante: ſecundo loco ſuperſætatus naſcitur ratiõe ſexus
& ratione uirtutis fortis. De pari dico ꝙ eadem ratiõe pri/
mo genitus poteſt primo naſci quam ſecundo genitus ſtat
etiam ꝙ gemelli & etiam plures numero ſuperſætati in ea
dem hora naſcantur & ꝙ uiuant/ tamen frequẽtius uiuũt
gemelli non ſuperſætati quam ſuperſætati: & hoc patet ex
perientia. Cauſas iſtas in gemellis ſeu in geminis aſſignat
Aui. in capitulo de generatione embriõis/ qui dicit ꝙ una
cauſa gemellorum eſt multitudo ſpermatis / ita ut nõ ſpar
gatᷣ ad duos uentres matricis dicit una littera : alia dicit ut
ſpargatur abſq; li non/ & ſtat melius: & iſta ſecunda littera
eſt cum teſtu Iacobi de partibus impræſſo lugduni qui eſt
ſatis correctus ſparſione replente totum ſecundum ſingu/
laritatem. Nota lector ꝙ multitudo ſpermatis ſufficiens re
plere dextrum & ſiniſtrum ſinum matricis eſt una ex cau/
ſis geminationis fætuum/ taliter tamen debet eſſe ſperma
diuiſum inter ſe ꝙ una pars non tangatur aliam : & hic cõ
præhenditur qualiter ex ſpermate femine neceſſario gene
ratur ſecundina: quia ſperma uiri eſt in centro diuiſum ta/
liter ꝙ generãtur ex eo duo fætus: ſperma autem feminæ
de fortis ueniens circundat ſperma maris tanq̃ pars aquo/
ſa ſicut clara oui aquoſa circundat uitellum: & ita calor ma
tricis & uirtus informatiua ſicut dixit ſuperius. G. licet im
plicite ex ſpermate femine facit ſecũdinam & Elãcoydeã:
& ita duo gemelli ſunt in una ſecũdinã: alia cauſa eſt diuer
ſitas expulſionis duarum eiectionum. ſ. ſpermatis a uirga
uirili; quando peruenit illi diuerſitati motus matricis in at
tractione . i. quando matrix trahit primam eiectionem de
per ſe & ſecundã de per ſe: aliqui dicunt ꝙ hæc eiectio ſper
matis poteſt eſſe diuerſa in una ſola emiſſione ſpermatis
ꝙ eſt uerum iudicio meo/ tamen eſt breue tẽpus inter unã
& aliam eiectionem: aliqui dicunt ꝙ iſta eiectio diuerſa in/
telligitur quando ĩmediate poſt unam integram emiſſio/
nem ſpermatis ſequitur alia emiſſio propter nouam cõfri/
cationem cum uirga in collo matricis/ & ab iſta emiſſione
a prima eſt aliquod notabile tempus/ puta ſpatium unius
miſerere: & ita dicunt coitum poſt coitum iſto modo factũ

generare

generare gemellos/ & multi sunt qui bis & etiam ter emit
tunt sperma cum prædicta distantia temporis antequã de
ponant se ab actu coitus. Nota tamen lector ꝙ quãuis ista
eiectio spermatis a mare sit diuersi tẽporis/ siue primi/ siue
secundi modi antedicti ad hoc ꝙ fiãt gemelli/ requiritur ꝙ
matrix trahat sperma/ primo ad unum uẽtrem/ deinde ad
alium/ sunt tamen aliqui qui dicunt ꝙ sperma potest eici
totum simul unitum in una sola eiectione/ ꝙ matrix deinde
diuidit illud in duas partes/ ita ꝙ sinus dexter trahit unam
partem/ & sinister aliã/ sicut multi homines/ seu canes ap-
petentes rapiunt partem suam cibi sibi datã subito/ & qua
si uiolenter quando famescunt/ & dicunt hoc esse satis pos
sibile/ quia dicunt matricem esse duo mẽbra/ ut supra mõ-
stratum est: & dicunt ꝙ dextra pars matricis habet suos uil
los de per se/ quibus atrahit/ retinet/ & expellit/ & ita dicũt
etiam partem sinistram habere idẽ/ quid sit de hoc utrũqꝫ
est imaginabile. Et ibidem Aui. dicit ꝙ quando matrix tra
hit sperma post sperma ꝙ uir coiens percipit illud/ & dicit
ꝙ causa gemellorum & non solum gemellorum/ sed causa
pluralitatis fætuũ est ꝙ sperma eicitur a mare diuisum &
non unitũ eo modo quo aqua uel uinũ uel aliud liquidũ
eicitur a clepsedra quæ est instrumẽtum cõcauum ut am-
phora/ ꝙ est taliter factum ꝙ quando uult euacuari reddit
illum licorem quem retinet diuisum & sepatũ/ & hoc me-
diante aere in eo existente ne detur uacuum/ dicit tamen
Aui. ꝙ tale sperma diuisum interdum unitur in matrice: ta
men propter uentositatem cum eo ingressam disgregatur
& causat/ & geminos/ & plures numero. Aliqua alia ibidẽ
dicit Aui. notatu digna/ super hoc tamẽ uide Iacobum de
partibus/ & Forliuiensem/ & Thomam de Garbo/ & alios
de hac materia tractantes/ & maxime Nicolum copiosissi-
mum. Aui. etiam. xxi. terrii/ tractatu primo de causa gemi-
norum. c. xvi. dicit aliqua notatu digna de gemellis super
fætatis & non superfætatis/ uide ibi/ multi etiã alii scribunt
de hac materia ad quos uolo breuitatis cã ꝙ hẽat recursus.
¶ Visa monstruositate gemellorum qui largo modo dicũ
tur monstruosi: quia secundum Ari. quarto de generatiõe
animalium. c. iiii. mõstruosa est res præter naturam. s. ꝑter
eã quæ magna ex parte fit: & ideo gemelli sunt mõstruosi:

quia non fiunt ut in pluribus. Vidēdum eſt de mōſtris ſtri
cto modo acceptis/ & primo de eis in quibus aliqua mem
bra ſunt in locis ſibi nō ſolitis poſita/ uel in quibus aliqua
membra ſunt ſuperflua uel macha/ quia ſunt aliqui fætus
in quibus teſte Ari.ubi ſupra partes aliquæ internæ deſūt:
aliquibus uero ſuperfluunt/ & aliqua ſunt diminuta/ & ali
qua læſa/uel locis non ſuis poſita. Repertū iam eſt animal
carens liene: & aliud habens duplicem lienem/ & aliud ua
cans altero rene/ & dicit ꝙ repertū eſt animal ꝙ habuit he/
par non integrum:dicit tamen ꝙ non eſt inuētum animal
ꝙ caruerit toto hepate. Aui.tamen.xviii.de animalibus di
cit oppoſitum/ & Ariſt.ibidem dicit corde carēs unquam
nullum animal ortum eſt: & dicit ꝙ animalia ſunt reperta
ſine fele/ & dicit hepar fuiſſe uiſum in latere ſiniſtro: & ſplē
in dextro/ & hæc omnia ſūt uiſa in iā perfectis animalibus.
De iſtis monſtruoſis non aſſignatur aliqua cauſa ab Ari.di
cunt tamen aliqui ꝙ manchi in membris generātur tales
propter materiam deficientem/ aliqui dicunt errore natu/
ræ mediāte uirtute informatiua:ſed ſuperflui in membris
generantur tales propter ſuperabundantem materiā : ſed
Cōciliator decima problematum.lxii. dicit diſputatiue ꝙ
natura nūquā errat:cum dicatur ſecundo ethicorum ꝙ ip
ſa ſit ſupra omnem ſcientiam:ergo non uidetur ꝙ poſſint
fieri monſtra/cum monſtra ſint peccata/ & errores naturæ
ut patet ſecundo phiſicorum / & in primo de generatione
animalium:ad quod dicit & bene ꝙ natura ſtimulata con/
tingit interdum peccare:refrenat tamen peccatum & cor/
rigit quātū poteſt:quod euenit uel cauſa interiori uel exte
riori:priore quidem duplici/ uel a principiis generationis/
& hoc uel materialibus diuerſificatis quantitate qualitate
& ſitu:aut efficiētibus / ut informatiua:aut imaginatione:
aut ex pte receptricis ſicut matricis : ceu ſi matrix ſcindat:
uel oui diſtinguens pellicula. Siquidem exteriori:puta cō
ſtellationis uigore de qua quatripartiti tertio capitulo p̄al
legato: & in iſto loco Conciliator optime tangit ibi cauſas
ueras monſtruorum: & ideo ad iſtum locum habeatur re/
curſus breuitatis gratia. Nota tamen iterum lector ne defi
ciam acceptis:ꝙ inter monſtra ab Ari.ubi ſupra & ab Aui.
& ab aliis auctoribus:ponitur homo & etiam alia animalia

habentia utrū\'q; sexum: quæ monstra Ermofroditi dicunt. Quorum species ut inquit leonides sunt quattuur: tres in quibus superabundat forma uirilis: & muliebris una. In uiris.n.quandoq; in perineo est fixura muliebris: quãdoq; uero in oscheo meditulio hirsutior se promit pudendi mu/liebris effigies: quandoq; uero in oscheo uelut pudẽdo uri na profunditur: in mulieribus supra pectinem uirilis mem bri positio comperitur: & infra reperiuntur testes: sunt ta/men aliqui magis participantes de natura maris: & aliqui magis de natura femineæ: sunt tamẽ aliqui ĩ sexu pares ut supra dictum est: qui ita habent sexum masculinum sicut femininum: qui coeunt superpositi & superponẽtes: & iõ Aui.xx.tertii: tractatu primo: capitulo.xliii. dicebat aliquis est Ermofroditus qui non habet mẽbrum neq; uiri/ neq; mulieris: & de illis est qui habet utrũq;: sed unum eorũ est occultius & debilius: & aliud est econtrario: & descendit sperma ex uno eorum absq; alio: & de illis est ĩ quo ambo sunt æqualia: & peruenit ad me ꝙ de illis est qui agit & pa titur: sed parum uerificatur hoc/ & multotiens curantur ꝑ incisionem membri occultioris. Albucasis etiam libro secũ do suæ chirurgiæ.c.lxx. loquitur de quatuor speciebus Er mofoditorum/ & ponit curam suam/ aliquid tamẽ deficit de eius littera/ uide ibi. Nota tamen lector ꝙ nullibi ego re peri ꝙ tales possint generare: tamen iudicio meo credo ꝙ sit possibille ꝙ generent/ & maxime illi qui notanter parti cipiãt de sexu uno/ siue sit sexus masculinus/ siue femineus & forte ꝙ est possibille/ ꝙ etiam habentes parem utrũq; se xum generent: tamen non reperitur ab aliquo fide digno ꝙ de Ermofroditis in sexu aliquis cõcipiat. Et causa Ermo foditorum in sexu assignantur ab Astronomis multis & in ter alios Iulius firmicus libro septimo capitul.vii. assignat causam genituræ Eunucorum/ & Ermofoditorũ. Istis uer/bis/ Sol & Luna si in femineis signis fuerint inuenti aut si/mul positi: aut in diuersis locis collocati: & Venus in femi/nino signo constituta in aliquo cardine fuerit/ Luna uero & Mars in quocũq; cardine fuerint partiliter collocati: aut eunuchos: aut ermofroditos faciẽt. Si uero Sol & Luna ea de qua diximus ratione in masculis signis fuerint adlocati & Venus etiam in masculino signo posita sit: & sit mulie/

ris ista genitura nascẽtur femine quæ uirilis animo succin
te in modum uirorum cum mulieribus coire desiderent.
Si Venus in Mercurii domo fuerit inuenta & Mercurius
in Veneris domo/aut si hoc idem i finibus suis fuerint: Lu
na uero in Virgine/aut in Tauro/aut i Leone posita sit:ce/
tere autem stelle masculine in femineis sint signis:femini/
ne uero i signis masculis/uiri biformes uel Ermofroditi ex
hac genitura nascentur. Si luna i sterilibus signis fuerit in/
uenta: & cum ea sit Saturnus partiliter collocatus: Venus
uero eos quacunq radiatione respexerit: sit autem Satur/
nus in finibus ueneris: & Venus i finibus Saturni: nec Lu/
nam Iuppiter aliqua radiatione respiciat: Eunuchi fient.
Si uero in terrenis signis Luna cum Saturno sic fuerit (ut
diximus) collocata. Venus autem cum Saturno fines mu/
tauerit: & adsit similiter Iouis testimonium/abscisi coitus
fient eunuchi.s.qui adhuc cũ mulieribus coeant. ¶ Et cau
sa talis duplicationis sexus in uno indiuiduo est secundum
aliquos/ꝙ tantum potest in illa materia ex qua generatur
Ermofroditus uirtus patris quãtũ uirtus matris. Aui.tamẽ
xxi.tertii.c.de causis masculinitatis auctoritate prudentũ
dicit ꝙ coitus post undecimum diem a die ablutionis mẽ
struorum generat Ermofroditum/& id non negat neq ap
probat: & de tali effectu credo ꝙ non possit assignari ratio
aliqua nisi ꝙ sit aliqua occulta proprietas tali tempore in
matrice uel in spermatibus: uel ꝙ hoc fiat a celo. Astrono/
mi tamen tenent illam uirtutem patris & matris taliter di
sponi a celo ꝙ generabitur tale uel tale monstrum: sed me
dici/& philosophi tenent ꝙ requiritur dispositio materiæ:
& hoc est uerissimum: & ideo recte supra sensit Cõciliator
in præscripto motiuo: & inter ista monstra etiam ponitur
molla/quæ est plurium modorum.s.uera & non uera: car
nosa & non carnosa/animata & non animata/mollis & du
ra & adeo dura ꝙ non potest scindi ferro: teste Ari. quarto
de generatione animalium.c.vii.iudicio tamen meo ferrũ
scindit duriora: & de ista molla causam assignat ibidem.
Ari.& Aui.in canonibus: & Rasis in pluribus locis: de no/
mine cuius & de speciebus: & etiã de signis uide Matthe/
um de Gradi super nono Almansoris/& Nicolum/& alios
Medicos qui dicunt miranda: & ego testor me uidisse mol

lam animatam sub forma carnis absq; aliquo membro distincto: & uidi Carpi unã mulierem Philippi Cagarabiæ: quæ pagana nomine dicebatur, quæ peperit unũ animal similem buffoni: & multa alia audiui & legi quæ breuitatis causa relinquo. Vnum nolo silentio pertransire. s. si reperiatur fœtus habens duo corda ille est duo animalia: & habens unum solum cor est unicum animal: teste Ari. ubi supra. c. iiii. & hoc dicit esse ratiõe principii animalis: quod est solum cor, & si talis fœtus haberet duo capita & unum solum cor per prædictam rationem est unum solum animal: Nota tamen lector quod sunt multi qui dicunt caput esse principium uerum animalis: & ideo ut inquit Cõciliator quarta problematum problemate. xiii. si fœtus habuerit caput plene figuratum ut generãs: debet dici genitum nostrũ. i. humanum etiã si in multis aliis partibus sit monstruosum quod & doctores nostræ legis cõsiderantes præcipiunt eũ baptizari debere tãquã recipiẽdum sit in specie nostra. Ex prædictis igitur potest colligi quod animal habens caput humanum est homo licet sit monstrum, & cor nõ facit hominem, sed caput in forma humana facit hominem. Et ibidẽ etiam Conciliator multa dicit de mõstris & quid sit generatio nostra & non nostra ad quem recurrant qui nõ sunt cõtenti de dictis nostris. Aduerte lector quod oportet ut talia monstra habentia multa membra monstruosa & caput humanum si debeant haberi pro homine & baptizari, debẽt generari a femina humana & non abrutis: quia ut inquit Albertus tractatu tertio secundi libri de animalibus capitulo secundo: aliquando contingit fœtus uacarum & porcorum in capite præfere figuram humanam, & tamen nõ sunt geniti ex spermate humano nec humani habent: nec potest fieri ex spermate humano & brutorũ generatio animalis: ut ipse Albertus tenet secũdo phisicorum: sed causa talis formæ mõstruosæ tam in brutis quam in homnibus ut ipse inquit ibidem, est quod aliquando cõcurrunt luminaria & sidera in tali aspectu in quo est tanta uis generatiõis humanæ quod ĩ materia lapidum & in semine ualde difformi ab humano contra uim informatiuam illi semini naturaliter insitam, imprimitur forma humana & etiam in lapidibus: at econuerso interdum est tanta uis in sideribus pro-

pter aspectus diuersos q in semine humano & i lapidibus imprimitur forma brutorum/ & de hac forma multa dicit Ptolomeus tertio quatripartiti.c.vi.vii.&.viii. ad quē lo/ cum etiam uolo q fiat recursus. Nota etiam lector q quā/ uis reperiri possint aliqua bruta habentia caput sub forma humana: ut refert Albertus & aliqui alii/ propter hoc talis forma nō est totaliter humana: quia ad ueram formam hu mani capitis multa requirūtur: primo requiritur q mem/ bra extrinseca capitis sint similia membris humanis: & eti am membra intrinseca puta q cerebrum sit in tanta quan titate in qta solet esse i homine: homini. n. est plus de mas/ sa cerebrali quā in alio animali eiusdem quantitatis ut di/ cetur loco suo/ & requiritur q i cerebro sint uētres eo mo do quo in homine/ & ultra omnia requiritur q i capite ta/ li sit complexio humana: sed ista omnia non sunt in capiti/ bus brutorum licet sit quædam similitudo ad caput huma num: & ita credo q Albertus & alii intelligant quando di/ cunt bruta habere in capite effigiem humanam. s. q habēt aliquam effigiem seu formam : sed non habent integram: quia in auribus/ uel in naso/ uel in dentibus / uel in aliquo membro tam intrinseco quam extrinseco/ est aliqua dissi/ militudo & de facto est semper dissimilitudo in comple/ xione: & hoc probat per Ari. quarto de generatione.c.iii. qui dicit iam puerum ortū capite arietis aut bouis referūt: Et subdit uitulum capite pueri & ouem capite bouis natā asseuerant : tamen Aristo. negat hoc esse uerum : dicendo sed nihil ex his quæ nominant est: quāuis similitudo quæ dam generetur. Arist. etiam ibidem in principio capituli p longa uerba dicit monstra esse necessaria per accidens ta/ men. Et hæc sufficiant de generatione embrionis. Parcant tamē mihi docti si i aliquibus fui prolixus & si aliqua repe ti: quia hoc nostrum opus non scribitur nisi scolaribus : & aliis in anatomia i expertis/ quibus plusquam decies repe tita placere debent: & sileant rabidi dentes : quia hoc no/ strum opus affert secum sensum loco ueri bezear uenena & latratus fugantem.

DE ANATOMIA DIDIMI.

TEXTVS MVNDINI.

ET iam narraui anatomiam uasorum sperma ticorum mulieris, et uisa est connenientia ipsorum in uiris, et mulieribus quãtum ad originem. Sed differẽtia est quia cum in uiris testiculi sint ad extra sicut sunt in quolibet animali, quod debet esse morosum in coitu, sicut sunt omnia quadrupedia præter Eritium, uasa spermatica intra mirach nõ terminãtur, sed egrediũt mirach et testiculis copulãtur ut duobus suspẽsoriis, quia membra nobilia ut sint tuta a nocumentis extrinsecis debent esse uelata panniculis. Ista uasa non contenta in siphac, uelata sunt panniculis uel pãniculo orto a siphac qui nominatur didimus cuius orificium est in fine illiorum clausum secundum naturam existens. In processu eius secundum quantitatem uasorum dilatatum existit, et in fine eius dilatat ad quãtitatem testiculorum. Et in parte illa uocatur bursa testiculorũ siue oseum, et sic apparet cuius figuræ fit iste didimus et cuius quantitatis sit. Et numerus partium eius, substantia, positio, siue colligantia, apparet etiã iuuamentum eius, quia factum est ad cõtinendũ et custodiendũ testiculos, et uasa spermatica puenientia ad eos. ¶Egritudo igitur specialis eius, cuius cognitio et cura declaratur ex anatomia est dilatatio orificii eius præter naturam, quæ causa est ut illa quæ continent ur intra

ſiphac deſcendant in oxeum, et talis deſcenſus dicitur hernia, et quia illud quod deſcendere poteſt eſt uētoſitas, uel aquoſitas, uel inteſtinū, hernia triplex eſt uentoſa, aquoſa, et īteſtinalis. Carnoſa autē nō cauſat ex deſcēſu alicuius. Curantur autē hæ paſſiones per emplaſtra cōſtrictiua, et ligationes ſecundū ꝙ ponunt auctores.

¶Sed illa, quæ eſt inteſtinalis, quando præceſſit prædicta cura et non curatur, chirurgia proprie curat̄, et modum uideas, quia ſuppinatur homo et inteſtina intromittuntur, ſiue ad proprium locum reducuntur. Poſtea teſticulus ducitur ſuperius donec ſit in altiori loco in quo poſſit eſſe, et illum locum ſigna, quia tunc directe eſt ſupra os femoris, quia in loco illo debet fieri inciſio uel perforatio et non ſupra locum illum. Quia tūc pforaretur mitach, et aliquod inteſtinorū. Nō etiā debet fieri infra locū illū, qa remaneret poſt conſolidationē illa eminētia magna pter naturā, aſſignato loco debet fieri pforatio, et iſta fit a qbuſdā cū raſorio et citius expediūt et uadūt circūcirca excarnādo didimū, et etiā teſticulū ab oxeo. Poſtea ligāt ī parte ſupiori et abſcindūt didimū et uaſa ſpmatica cū teſticulo, et cōſolidāt poſtea. Et iſta cura cito fit. Et qdā ſunt q ſolū excarnāt didimū et nō teſticulum, et ſuūt, et ligāt in parte ſupiori, et ponūt medicamina fortiter cōſtrictiua, et ſic dimittūt. Et fit iſta pforatio cū cauſtico rūpente, et adurēte cutim in loco illo poſtea ponūt arſenicū ꝙ corrodit et cauſticat et cōſtringit, adurēdo et continue ptes didimi corruptas extrahūt, poſtea uero cōſolidāt.

Cōmentū decimūquintū.

COMMENTVM. XV. CARPI.

IN textu ante posito Mundinus sequitur anatomiã membrorum inferioris uentris/ & ponit anatomiã duorum membrorum neruosorum quæ sunt continentia in se duos testiculos uirorũ ut plurimũ/ quia interdum reperiuntur tres testiculi/ & iterdum unus/ & utrũq; prædictorũ hora ista ego uidi/ & licet sint tres testiculi non tamen sunt nisi duo membra neruea quantum ad ortum eorũ a regiõe pectinis. Et diuiditur hic textus in quattuor partes principales. In prima nãq; parte Mũdinus mõstrat qualiter in alio textu ante ab isto mõstrauit cõuenientiam uasorum spermaticorum utriusq; sexus quãtum ad eorum originem. In secunda uero parte ponit diminute tamen: qualiter uasa seminaria masculina differũt a femininis q̃tũ ad locum in quo terminantur: & dicit talis terminationis aliquã causam. In tertia parte ponit qualirer talia uasa sũt uellata certo pãniculo seu panniculis secundum ipsum a siphac orto/ qui ab ipso uocatur didimus/ seu didimi/ cuius orificium ut ipse dicit in parte superiori est clausum & strictum: in inferiori uero dilatatum secundum grossitiem testiculi/ & i ista parte iferiori dicit tales didimos uocari bursam testiculorum siue osseum/ & ibidem Mundinus colligit ex suis antedictis/ q; talium didimorum comprætendi tur figura/ & quãtitas/ & numerus partium eorum: & substantia/ & positio/ & colligantia/ & etiam iuuamentum eorum. In quarta uero & ultima parte ponit aliquã ægritudinem spetialem talis didimi seu didimorum: cuius curæ cognitio potest comprehẽdi per anatomiam/ & talis curæ ipse ponit certos modos. Secunda ibi/ sed differẽtia est. Tertia ibi/ ista uasa non contenta in siphac. Quarta ibi/ ægritudo igitur spetialis eius: omnes prædictæ partes sunt claræ: expositione non indigentes/ lege eas.

¶ Sed ultra ea quæ dicit Mundinus a nobis aliqua dicent medicis non inutilia. Et primo dico q; hæc mẽbra neruea quæ Mundinus & multi alii uocãt didimos: diuersa habẽt nomina: nam Celsus libro. vii. c. xviii. dicit ea uocari a grecis Cremasteras/ & Auerrois appellat Albarbachi dicendo q; a pellicula. i. a siphac oriũtur duæ uiæ nominatæ in Ara/

bico Albarbachi ex quibus generatur pellicula.s.bursa te/
sticulorum/Auic.etiam.xx.tertii.c.primo uidetur uelle q
Barbachi sit suspẽsorium testiculi & omnino parua uel nul
la est differentia inter Auer.& Aui.Rasis autem uocat ista
membra canales ex foraminibus siphac descendentes.Aui
cenna uero.xx.secunda tertii capi.primo dicit ista mem/
bra esse duo uelamina/quæ sunt tutamina.i.ex tutaminæ
uiscerum uentris inferioris.s.ex siphac orta:quæ cum per/
ueniunt ad pectinem fiunt in eis duo foramina stricta/qua
si ipsa ambo sint per quæ transit lumbare dextra & sini/
stra in eis in separabilia:donec in eis fiant sicut duæ ky/
stes duorum ouorum.Nota lector q Aui.in ista litera ostẽ
dit ortum didimorum esse a siphac/qui didimi cum rece/
dunt a siphac habẽt duo foramina in eis stricta per quæ de
scendũt duo lumbaria.i.duo uasa spermatica/quæ uasa di/
cuntur lumbaria/quia descendũt supra lumbos usq ad pe
ctinem/sunt tamen aliqui qui credunt q Auic.intelligat p
lumbaria ipsos didimos & non uasa:q tamen non est uerũ
quia in dictis uelaminibus sunt duo foramina & nõ plura:
per quæ transeunt prædicta uasa/quæ uasa sunt a pannicu
lis prædictis iseparata.i.inseparabilia/maxime in parte su/
periori:sed in parte inferiori uersus testiculos talia uasa sũt
separata a panniculis/quia adherẽt substantiæ testiculorum:
panniculus tamen prædictus aliqualiter etiam adheret in
parte inferiori prædictis uasis:sed in parte superiori multo
plus adheret eis prædictus panniculus q̃ in inferiori:& iõ
Aui.dixit transit lumbara dextra & sinistra in eis.s.pãnicu/
lis inseparabilia.i.in separata usq quo fiãt sicut duæ kystes
i.usq quo tales panniculi dilatentur ad formam kystis.
Nota tamen lector q isti panniculi de quibus fit sermo:q
substentant testiculos/& a quibus fit kystis ambiens eos:
non sunt simplices/sed sunt triplices in compositione:nã
primo uasa seminaria quæ sunt uenosa habent unum pan
niculum sibi proprium ea undiq tegentia ortum habentẽ
a siphac:quem Celsus dicit græcos uocare ægitroides:de/
inde in regiõe pectinis ubi siphac est perforatum simul cũ
istis uasis:descendit etiam ab utroq latere substantia ipsius
siphac/a qua principaliter substentantur ipsi testes & ipsa
uasa:& huic parti panniculari descendente ex siphac in te/

gione inguinum admiſcetur aliquid de panniculo nuchæ teſte Aui.xx.tertii. Nota lector ꝙ nucha interdum capitur pro medula deſcendente per ſpondiles: & interdum capitur pro ſpondilibus: & in iſto loco ſic capitur ab Auic. nam ſpondiles ad partem exteriorem habent unum panniculū eos circūuoluentem: qui panniculus tegit etiam omnia oſſa nr̄i corporis/ & iſte pāniculuſ uenit a nuca.i.a ſpōdilibus ad oſſa pectinis: & ibidem admiſcetur cum pāniculo orto a uero ſiphac/ & ita pro parte componitur illud ſuſpenſorium teſticulorum quem auctores uocant didimum: & iſte panniculus inuoluens ſpondiles eſt ad intra eos panniculos q inuoluit uerā nucā & eā tuet a duritie ſpōdiliū/ & iſte pāniculus iterior eſt ad nucā ſicut eſt dura mater cerebro: & eſt ɔtiguus cū dura mr̄e: & iſta pars ex ſiphac deſcendēs ut ſupius mixta/ ex qua fiūt didimi eſt notabiliter ſpiſſa & groſſa: & circa pectinem eſt ualde alligata prædictis uaſis qui uocatur a Græcis Darion: in deſcenſu uero quia ſemꝑ dilatatur uſq; ad teſticulos faciens kyſtim cōtinue uidetur minus alligata uaſis prædictis uerſus inferius. & ideo dicebat Aui. circa pectinem foramina eſſe ſtricta quaſi inſeparabilia.i.a uaſis inſeparata: cum iſtis etiam uaſis a pectine infra a quolibet latere ſunt duo muſculi teſticulorum eos cuſtodientes & elleuantes: a quibus muſculis licet ſint parui exeunt proprie cordæ terminatæ ad teſticulos/ quæ ſunt mixtæ & alligatæ cum didimis.ſ. cum pāniculis prædictis: & ita tales panniculi ſunt cōpoſiti ex tribus ſubſtantiis nerueis.ſ. ex panniculo tegente uaſa ſeminaria/ & ex proprio panniculo orto a ſiphac deſcendente a pectine cum prædictis uaſis/ & a quattuor cordis quattuor muſculorum teſticulos eleuantium: maior tamen pars prædicti pāniculi eſt orta ex ſiphac deſcēdente/ & iſta a me dicta: teſte ſenſu ſūt uetiſſima: ueritas eſt ꝙ muſculi teſticuloꝶ ſunt parui: quia parua habent mouere membra: & paruo indigent motu: & ideo eorum cordæ ſunt paucorum uillorum quæ cū difficultate uidentur: & quia teſticuli mulierū ſunt multo minores/ etiam habent minores muſculos/ & tantūmodo habent duos muſculos.ſ. unū ab utroq; latere: quos ego non notaui in ſua anatomia præ paruitate ipſorum: tamē ab auctoribus ſunt poſiti/ quos qui uoluerit uidere uidebit cum

difficultate.Celſus tamen ubi ſupra dicit ꝙ ultra uenas &
arterias/ & ultra partem nerueam prædictam a me/ in iſtis
didimis ſunt multæ membranullæ paruulæ/ de qbus ali/
quis non facit mentionem niſi ipſe/quas ego nō potui ſe/
parare ab inuicem/dico bene didimum eſſe ſpiſſæ ſubſtan
tiæ/ & ex pluribus partibus compoſitum. Et eſt aduerten/
dum cū diligentia ꝙ cōmuniter doctores dicunt ꝙ ab iſtis
pāniculis in uiris fit kiſtis una quæ a græcis dicit̃ Oſcheō:
& a latinis Scrotum licet corrupte a Mundino/ & a multis
aliis dicatur oſſeum quæ etiam dicitur ſchiton & tracodis
& etiam pudēdum uirille & ſolliculus: & ciſta teſticulorū:
iſtud tamen oſcheon ſiue ſcortum ſiue burſa teſticulorum
non ſolum componitur ex prædictis panniculis:ſed etiam
ad compoſitionem eius cōcurrit cutis cum aliquali carne:
& neruis/ & uenis/ & arteriis aliqbus in eis diſperſis : & ita
ſcortum ſiue burſa teſticulorum habet partem itrinſecam
quæ dicitur a medicis cōmuniter didimus/ & habet partē
extrinſecam quæ habet ortum ex parte fæmoris:teſte Ni/
colo/ & dicunt auctores ꝙ cutis extrinſeca eſt ad didimū ꝑ
dictum tāquā mirach ad ſiphac/ & ita ex cuti/ & neruis/ &
arteriis/ & aliquali carne cum panniculis prædictis fit unū
conceptabulum quod ſcortum uocat Theodorus interꝑ/
tādo Ari.in primo libro de hiſt.animalium.c.xiii.iſtis uer/
bis/ſubiacēt membro genitali teſtes gemini cute obducti
quod ſcortum uocamus:quod ſcrotum Iſidorus uocat ui/
ſcus. Nota tamen lector ꝙ iſte panniculus qui uocatur di/
dimus/non dicitur didimus/quia hoc nomen ſpeciale ſit
ei niſi corrupto modo/quia didimus apud latinos eſt om/
ne quod eſt duplicatum:& gemini filii in uno partu dicū/
tur didimi:tamen ſunt aliqui inter quos eſt Ludouicus ro
diginus latinæ linguæ bonus recitator:qui dicit ꝙ illi filii
gemini qui ſunt ſimul coniuncti cōnexiq; dicūtur didimi:
qui autem ſunt diuaricatis ſeiunctiſq; corporibus dicūtur
didimaones:tamen ab auctoribus didimus cōmuniter di/
citur duplex:& ideo.G.xiiii.de util.c.iiii.dicit ſicut totum
corpus eſt didimū dextris & ſiniſtris ſic & matricis ſinus:
ꝙ autem corpus ſit didimum.i.duplicatū fere ī omnibus
membris/omnibus doctis notum eſt:& dualitas fuit ī mē/
bris facta a natura ut ſi contingat nocumentū uni parti mē

bri ꝙ tale nocumentum nõ sit alteri: propter bonum finẽ: tamẽ. G. in troductorio medicorum/ & in libro de sperma/ te/ & in libro de anatomia matricis uocat testiculos didi/ mos/ & recte/ quia cõmuniter testiculi sunt duo notabilis/ sime distincti/ & inter membra principalia nullum est mẽ/ brum ꝙ sit distincte & uere didimum sicut sunt testes/ & ego credo ꝙ panniculi prædicti orti a siphac dicantur didi mi: quia seruiũt membris principalibus uere didimis qui sunt testiculi: tamen etiam Conciliator in differenciis/ & Gerardus de solo in uiatico uocãt uasa seminaria didimos Cõmuniter tamen alii ferre omnes uocant panniculum a siphac ortum perforatum a uasis seminariis didimum seu didimos/ ex quibus fit kystis una/ quæ quamuis extrinse/ cus uideatur una interius est tamen diuisa per parietẽ pan nicularem in duas/ & hoc constat experientia: qa uidemus in uno laterum tantum descendere/ & intestina/ & zirbũ/ & aquam/ & uentum/ & non in alio/ ideo intrinsecus sunt due kystes/ & sic est/ licet sit ab aliquibus scriptum aliter/ ꝑ didimum igitur in uia Mundini quæ cõmunis est intelli/ gatur panniculus suspendẽs testes qui dicitur Cremasteras a Græcis/ in quo fiũt Herneæ & Ramices/ de quibus ĩfra fiet sermo. Ex prædictis a Mũdino & a me uisa sunt nomi/ na didimi: & quæ sit eius figura/ & quãtitas/ quæ solum ẽ a pectine ad testiculos extra pendẽtes/ per duas uncias ad plus tempore salutis prædicti didimi/ contrahunt tamẽ te stes uersus pectinem stante bona ualitudine totius corpo/ ris. Corpore uero notabiliter ægro & maxime in febribus & in magnis ægritudinibus: testes cum didimis pendent ad sui ultimũ/ & retractio testium ad superiora in febribus & in malis dispositiõibus arguit bonum signum salutis fu/ ture: & hoc ego notaui centies in ægris/ & semper uidi p̃/ dicta esse uera: uisus est etiam numerus partiũ didimi: qa sunt duo etiam si sint tres testiculi maxime in parte uersus pectinem: sed circa locum in quo didimus alligatur testi/ culis si testiculi sunt tres sunt tres didimi: prout ego uidi li cet possint esse duo testes in uno didimo: uisa est etiam sub stantia eius quia pannicularis & neruea/ consequenter ui/ sa est complexio. Visa est etiam colligantia/ & ita eius seu eorum iuuamenta uisa sunt. Nota lector ꝙ Mũdinus in lic

tera ponit unam ægritudinem spetialem prædicti didimi quam uocat herniam: cuius herniæ ipse ponit tres spetıes s. uentosam/aquosam/& intestinalem: & ex uerbis Mundini colligitur q illa sola dispositio didimi in qua materia descendit uocatur hernia/maxime quando dicit carnosa aũt non causatur ex descẽsu alicuius. s. materiæ: & de carne in didimis tãquã hernia non facit aliquam mentionem: ideo Mundini intentio fuit q caro in didimo non faciat herniam: sed quia iuniores multi ponunt herniam carnosam inter speties herniæ: ideo mihi cõgruum uidetur aliquid de spetiebus herniæ ultra ea quæ dicit Mũdinus huic mee digressioni addere: qa a multis medicis dicũtur esse septẽ speties simplicis herniæ: ex quibus possunt fieri composite. Et simplices sunt iste. s. intestinalis/zirbalis/aquosa/uẽtosa/carnosa/uaricosa/& humoralis: iste tamen speties possunt simul componi: & ut plurimum intestinalis est cõposita cum zirbali/& aquosa cum uentosa: aliæ speties sũt difficiliores ad compositionem & raro uidentur a medicis: & ideo de compositis raro auctores faciunt mentionem: nec etiam faciunt mentionem de compositione aquosæ & uẽtosæ simul: quia cura unius est proprinqua curæ alterius: & ita cura zirbalis & intestinalis est fere eadem: sed in uno tantum differt intestinalis a cura zirbalis s. q intestinalis indiget interdum magna mollificatione. s. quando sunt indurata intestina: & debent intromitti propter maximum dolorem quem causant: & hæc latius dicemus in alio nostro opere. Et ad propositum accedens primo dico q in uẽtre naturalium membrorum accidit in tribus locis certa eminentia in cute quæ dicitur a multis crepatura: sed a latinis & maxime a Celso dicitur indecorum & uitium: quod idecorum seu uitium causatur aut a ruptura panniculi siphac aut a mollificatione ipsius/& cause rumpentes & etiã mollificantes possunt esse & extrinsece & intrinsece/quarũ numerus est multus: de quibus causis pleni sunt codices maxime apud Auic. & Nicolum/& Mattheũ de Gradi in. xx. tertii: & tale indecorum & uitium aut accidit in umbilico aut in inguine/aut in scroto seu oscheo. Et si contingat tale uitiũ umbilico: teste Celso ubi supra. c. xiiii. & teste experientia aut est ab intestino/aut ab omento/aut ab humo

re.i.ab aqua in uia Celsi ut plurimum:quia interdum ego uidi etiam sanguinem facere tumorem umbilici : qui sanguis iudicio meo ueniebat ab hepate per uenam illam umbilicalem per quam nutritur fœtus in utero matris : aut fit a spiritu/aut fit a carne/quæ caro ibidem interdum crescit integra sine ulceræ:interdum tamen est similis carcinomati.i.cancro:quia interdum est in umbilico mala caro plena humore corrodēte / & sic in umbilico est ĩterdum uitium seu eminentia cancerata:quomodo tales eminentiæ umbilici possint curari latius dicemus in nostra chirurgia / & ita etiam dicemus curā eminētiæ inguinis/ & scroti. ¶ Ad bonam igitur intelligentiam huius nominis herniæ: est intelligendum ꝙ hernia:teste Mattheo de Gradi ubi supra: ruptura/& crepatura/sunt sinonima/ & secundum eum ruptura capitur dupliciter:uno modo cōmuniter:alio modo proprie/ & dicit ꝙ ruptura proprie sumpta est solutio continui in panniculo:teste Aui.secunda primi de ægritudinibus solutionis continuitatis:quando dicit ꝙ solutio continui alia est in carne alia in panniculo: & de ista ruptura hic non fit mentio:sed est alia ruptura cōmuniter sumpta ab auctoribus quæ facit augumentum in inguine/in umbilico/ & in oscheo/ seu scroto:de qua hic traditur/ & a Mundino/& a me maxime de ruptura faciente augumentum inguinis/ & oschei siue scroti: & ista augumentatio dicitur ruptura quia cōmuniter & ut plurimum sequitur rupturam panniculi siphac.Et Mattheus ibidem dicit quod crepatura dicitur hernia:secundum aliquos quia est dispositio nō herens/quia intestina non debite herent pāniculo:dicit tamen Mattheus ꝙ dicitur hernia:uel quia est herēs uel nō herens:ut denotet ipsius dificilem curam:dicit etiam ibidem ꝙ Constantinus.vi.uiatici intitulat hoc capitulum đ intercelicis/ & dicit ꝙ Gerardus Cremonensis in glosa dicit.i.de intercioliacis ab interiori ꝙ est intestinum/ & celiō ꝙ est uenter.i.ut plurimum descensus ĩtestinorum per solutionem panniculi.Ego tamen reperio aliter hoc nomen indicare apud aliquos latinos.Nam hernia teste Calepino dicitur a duritie pellis quæ fit post intestinorū descensum: hernia.n.durum & asperum dicitur/ tractum/ a sabinorū lingua qui hernia saxū uocant:sed si sic esset omne durū &

asperum posset dici hernia. Celsus tamẽ latinæ linguæ inter medicos princeps. Cuius nomina nõ sunt barbara: nõ uocat istam eminentiam scroti indecorum dictam neq; inguinis herniã: sed hirneam: sed unde dicatur hirnea nõ dicit: nec illud quærere est multum utile: tamen secundum aliquos hirnea dicitur ab Hira ꝙ est itestinum: & eo ꝙ est uado uel uenio: quasi intestinum iens in alium locum: & quia ut plurimum tales indecores sunt ab intestinis: ideo per excellentiam talis dispositio a quacunq; materia ꝓcedens dicitur hirnea. Veritas est ꝙ Hira secundum aliquos indicat solum intestinum illeõ: & tale intestinum & etiam colon uel alterum eorum sunt quæ descendunt in scortũ & in umbilico & in inguine: & non descendit in scroto intestinum cecũ seu monoculum: sicut dicit Nicolus & multi alii propter tale intestinum esse solutum: quia ut ego uidi in anatomiis tale intestinum est paruum ualde & frustatum ab operatione: sicut ego dixi in anatomia intestinorũ: & etiam tale intestinum quãuis esset solutum & ꝙ esset in natura sicut scribitur a multis non potest descendere tam inferius: quia est situm circa renem dextrum satis i alto loco: & non est longius q̃ palmus: ideo nõ descendit in scrotum: sed in scrotum interdum est manga quãtitas itestinorum ut patet experientia: & ideo dico illeon uel colon uel utrũq; descendere in scroto: & dico absolute cecum intestinum non descendere in scroto: quia est altum & diminutum in natura: & Celsus secundum græcos uocat illã spetiem hirnee in qua descendunt intestina Enterocœlen alias Enterocelam: ab Enteron græce ꝙ est intestinum & cœlia seu cœlion ꝙ est uenter. i. intestinum extra uentrem: & uocat illam spetiem in qua descendit omẽtum Epiplocœlen alias Epiplocelam: ab epipleo ꝙ est omnentum: & uocat illam spetiem in qua descendit humor. i. aqua hidrocelam alias hidrocœlen. Et Celsus nullam facit mentionem de quo ualde miror de spetie hirnee uentose. i. facte a spiritu maxime in inguine & scroto: sed bene nominat tumorẽ in umbilico factum a spiritu uitium umbilici. Et in scroto Celsus uocat illam spetiem tumoris factã a carne sarcocelam alias sarcocœlen: & illam spetiem quæ fit a uena ibidẽ intumescente cirsocœlen uel cirsocelam: & istam spetiem

solam

solam factam a uena in scroto uocat ramicem/ quam uenã etiam dicit intumescere in inguine: & tunc in inguine uo/catur bubonocœlen alias bubonocelam. Et credo ꝙ uere ramex tantam sit hernia uaricosa uirtute uocabuli: aliter tamen tenetur a multis: & iter alios Plinius de medicinis cu pressi dicit Enterocelam .i. intestinalem esse ramicem. Magis tamen ego credo Celso honore medicine. Nota iterum lector ad maiorem dictorum & dicendorum declarationem ꝙ quãuis a Celso sint posite prædicte speties inde coris: ꝙ a modernioribus reperiuntur aliæ speties / & etiã alia nomina: & ne legentes remaneant intricati: est ultra ꝑdicta sciendum/ ꝙ hernia cõmuniter ab auctoribus sicut ẽt dictum est idem significat ꝙ ruptura seu apertio pãniculi siphac/ siue sit facta a causa mollificante/ relaxante/ & aperiente talem panniculum/ siue a causa rumpente & soluente eum/ siue etiam talis dispositio sit in iguine / siue in umbilico/ siue in scroto/ & hoc tenet Mattheus ubi supra: quæ dispositio ut ipse inquit si consideratur merito situs/ habet solum tres speties. s. umbilicalem: inguinalem & bursalẽ siue scrotalem/ si uero ꝯsideret̃ merito materiæ/ sunt quinqꝫ speties secundum Mattheum. s. intestinalis/ zirbosa / aquosa/ uentosa/ & uaricosa: & ego miror de Mattheo qui non ponat septem speties herniarum: sicut facit Nicolus: quia merito materiæ debet addi carnosa & humoralis. Sed Mattheus ubi supra dicit ꝙ carnosa & humoralis nõ dicũtur herniæ: quia nõ faciunt rupturam pãniculi: & dicit ꝙ humoralis non fit per decursum humorum / sed ꝙ fit per uiam paulatine congestionis/ & dicit ꝙ hernia apostemosa etiam non facit rupturam/ & ideo dicit ꝙ non dicit̃ hernia/ quia hernia & ruptura idem sunt per eum. Parcat tamẽ mihi Mattheus: quia fit aliqua hernia aquosa quæ nõ facit rupturam panniculi: & tamen ipse ponit omnem tumorem ibidem factum ab aqua uocari herniam / & in illa hernia quæ dicit̃ apostemosa & uere humoralis .i. a ueris humoribus facta descendunt eo modo humores in scrotũ quo etiam descendit aqua/ maxime si hernia aquosa nõ fit in hydropico aschlite/ quia tunc. s. in aschlite descendit aq̃ uiolenter a concauitate uentris per didimũ/ sed si talis hernia aquosa fit in corpore non hydropico/ aqua illa resudat

ad didimum per uenas ad eum terminatas: & ita etiam de
scendit materia hernie humoralis/ quæ est sæpissime cali/
da facta per decursum / & sileat in hoc Mattheus quando
dicit ꝙ non datur hernia humoralis/ dicēdo quia talis emi
nentia non fit per decursum / sed dicit solum ꝙ fit per uiā
paulatine congestionis / quia ego curaui plusquā centum
hernias humorales factas per uia decursus. Et ita si hernia
quælibet aquosa dicitur hernia/ita etiam eminētia humo/
ralis & carnosa dicitur hernia quia eo modo descendit hu
mor quo aliqua aquositas: & ita cōmuniter tenent aucto
res/ & maxime Nicolus/ qui dicitur ꝙ hernie speties sunt
septem. Et differt hernia a ramice in hoc secūdū Mattheū
ꝙ ramex dicitur quando materia descendit per didimum
usqꝫ ad testiculos: & ita Mattheus dicit Auic. inteligere &
isto modo mulier non potest habere ramicem: quia nō ha
bet didimum per quem descendat aliquid: & dicit herniā
in plus se habere quam ramicem/ ita ꝙ quælibet ramex di
citur hernia non autem econtra: & dicit ꝙ sola hernia zir/
balis/intestinalis/ & aquosa/dicitur ramex: & dicit herniā
uentosam non uocari ramicem: quia uentositas non descē
dit usqꝫ ad testiculum: contrarium tamen ego uidi quia ui
di uentositatem multam circa testiculū: sed credo ꝙ Mat/
theus dicat ꝙ ut plurimum uentositas non descendit usqꝫ
ad testiculum: sunt tamen aliqui alii qui dicūt herniam &
ramicem & tumorem testiculorum esse idem: & inter ali/
os Nicolus septimo sermone tractatu tertio summa secun
da capitulo. xxxix. dicit ꝙ hernia & ramex a modernis ap/
pellatur omne apostema siue omnis tumor: & inflatio acci
dens iuxta testiculos: & Albucasis libro secundo capitulo.
xliiii. ponit herniam in gutture quæ est duorum modorū
uide ibi: & ideo quia etiam antiqui & moderni multū in/
tricant se in istis nominibus: non debent periti Medici no
minibus unius auctoris credere: sed debēt uidere alios au/
ctores: & intellecta essentia rei per nomina posita ab aucto
ribus: postea possunt procedere in cura: & ita curando ra/
micem in uia Celsi curabitur sola hernia uaricosa: & in uia
Auicennæ curabitur altera trium. s. uel intestinalis: uel zir
balis: uel aquosa: & in uia Nicoli per ramicem curabitur al
tera septem ex speciebus prædictarum herniarū: & ita hoc

sit præceptũ omnibus iuuenibus.s.φ illius auctoris a quo traditur cura alicuius dispositionis: prius debetur secundũ ipsius mentem intelligi rei essentia: & ita semper bonus si et processus. Sumuntur etiam herniarum differentiæ i cura penes aliqua accidentalia/puta penes quantitatem: qa parua facilius curatur quam magna & quam mediocris: & sumitur differentia penes tempus eius/ quia facilius curatur rencens quam antiquata/ & quædam circa corporis dispositiões: quia in aschlite cum difficultate sanatur aquosa/& etiam aliæ species in talibus corporibus sunt difficilissime: & ita uentosa & aliæ speties sunt difficiles in timpanite: & omnes speties sunt difficiles in sene: in pueris uero omnes species sunt faciliores excepta aquosa : in corporibus etiam necessario exercitandis omnes speties sunt difficiles excepta aquosa & uẽtosa: quia talia per exercitium resoluuntur: & ita etiam sunt difficiles omnes speties i corporibus Cachochimis/ & in corporibus ad sũmũ sua corpora replentibus: & maxime cibariis uentosis. Nota lector φ sunt aliqui qui adũt unam aliam dispositionem huic didimo: & dicunt φ propter rentionem spermatis uasa seminaria repleta faciunt intensissimum dolorem in didimo: & moderni uocant istam dispositionem incordationẽ/ quam ego uidi pluries/ tamen audiui eos fuisse curatos in coeundo & inungendo sibi loca illa cum oleo amigdalarum dulcium & camomillæ mixtis: præcedẽte semper coitu: tamẽ Celsus ponit curam nerui indurati quæ dispositio secundum eum interdum est mortalis/ & ista induratio nerui iudicio aliquorum est induratio didimi causata a descensu intestinorum in ipso didimo/in quibus intestinis indurata ẽ fex.i.stercus: & tunc fit colica ex retentione secum/ uel ut melius dicam fit illa passio quæ dicitur miserere mei/in q̃ euomuntur stercora: quia non possunt descendere ad locum solitum: & ita dicunt multos se uidisse mori ex tali dispositione: & credunt aliqui φ Celsus intelligat de ista dispositione quando ponit capitulum de neruo indurato libro.vii.c.xxiii.qa dicit at si neruus idurerit curari res neq manu neq medicamento potest/urgent.n.febres ardẽtes: & aut uirides aut nigri uomitus / præter hoc ingẽs sitis & oris aspritudo: fereq a die tertio spumans bilis aluo cũ to-

sione redditur/ at neq; assumi facile cibus neq; cōtineri po test/ neq; multo post extreme partes frigescūt/ tremor orit manus sine ratione extenduntur/ deinde in fronte frigidus sudor/ eumq; mors sequitur. Nota lector ꝙ ego non credo istam dispositionem esse illam factam propter retētionem fecum in didimo mediantibus intestinis: quia in illa spetie non habetur spumās bilis per anum seu aluum pro ut ego uidi in experientia: imo cum difficultate egerunt/ & si eis ponantur clisteria pro fecibus mollificandis cum difficultate illa reddunt: omnia alia prædicta signa sunt uerissima quando tales ægri moriūtur/ de quibus aliquos ego uidi mori/ & multos etiam curaui: curam cuius ponam in mea chirurgia: tamen tale capitulum Celsi est ualde propinqū prædictæ dispositioni testiculorū in qua retinentur feces: sed in tempore nostro curantur manu mollificando feces per intra & per extra: deinde intestina eleuatis pedibus patientis fortiter impelluntur ad intra uentrem/ quibus stati intromissis/ cessant accidentia prædicta. Sumitur etiam differentia in cura herniarum penes modum rupture seu hernie: quia alia fit per mollificationem & relaxationem didimi: & alia fit per rupturam pāniculi/ & ista est difficilior prima. Cetera de hernia dicemus loco suo in nostra chirurgia & hæc in digressiōe nostra uolo sufficere de didimo. Curā aliq̃ hernie ponit Mundinus satis claram in littera lege eā.

DE ANATOMIA TESTICVLORVM ET VASORVM SPERMATIS.

TEXTVS MVNDINI.

EXpedito didimo debes uidere id ꝙ ponunt auctores. s. ꝙ uasa spermatica sūt duplicia. s. præparantia et deferentia. Præparantia sunt quæ descendunt a locis prædictis, et circa partem supe-

riorem testiculorum, inuoluuntur et saccum quasi ibi faciunt. Non enim substantiam testiculorum ingrediuntur, et ista uasa sunt uenosa et neruosa.

¶ Alia uero sunt, quæ istis continuantur neruosa magis, et quanto plus ascendũt a testiculis magis sunt neruosa, et ascendunt usq; ad locum ossis femoris, ubi incipit didimus egredi. Et tunc profundantur interius iuxta loca uesicæ uel colli eius, et tandem procedunt ad uirgam, et ad meatum uirgæ perueniũt in loco, qui est in foramine ossis femoris, et tunc per meatus qui sunt ibi duo sicutu asa spermatica sunt duo, emittũt sperma quod apportatur a testiculis, quod ab eis generatum fuit in aliis uasis, et illud sperma emittunt in canale uirgæ, et postea uirga extra emittit.

¶ Verum est ꝙ illa foramina non bene poteris uidere nisi quando anatomizas uirgam.

¶ Et ex his tibi de testiculis hominis et uasis spermaticis apparet figura, et substantia, quia testiculi sunt glandosi, et apparet numerus, quantitas, positio, colligantia, et iuuamentum eorum.

¶ Et ex his apparet ægritudo, quia quando incidũtur uel apostemantur, uel opilantur uasa, uel alia de causa materia spermatis non peruenit ad locum suum, et tũc cessat coitus, sicut interdum propter oppositas causas fit emissio spermatis in uoluntaria, et hoc maxime contingit propter spasmum uel propter mollificationem prædictorum uasorum.

IN isto textu Mundinus aliqualiter loquitur de anatomia testiculorum diminute tamen: sed magis loquitur de anatomia uasorum seminalium uirorum s. quãtũ ad locum ad quem terminantur/ & dicit istorũ uasorum substantiam/ & situm/ & ponit differẽtiam istorum uasorum ex parte cuiuscunq; situs/ & ex parte substantiæ: & etiamponit confuse tamen figuram testiculorum & p̃dictorum uasorum/ & ponit substantiam testiculorũ/ & eorum numerum/ & quãtitatẽ/ & positionem siue situm/ & colligantiam/ & iuuamenta/ ponit etiam aliquas ægritudines prædictorum uasorum/ iste textus non indiget diuisione neq; expositione: quia littera est clara lege eã.

¶ Sed ultra ea quæ dicit Mundinus a nobis aliqua hic dicentur/ & breuis erit in hac parte sermo meus: quia superius in. xiiii. cõmento dixi multa de uasis seminariis tam uirorum quam mulierum: & etiam dixi aliqua de testiculis ad quem locum uolo q̃ habeatus recursus/ testiculi. n. sũt diminutiui uenientes a testibus: & ista membra dicũtur testes/ teste Isidoro: quia ut supra dixi latius testimonium p̃bent de sexu masculino: & sunt creati ex carne glandosa q̃ carnem Celsus libro. vii. c. xviii. dicit esse similem medullis/ & dicit eos testes carere sanguine & omni sensu: & dicit eos dolere in ictibus & in inflãmationibus propter tunicas eorum. i. propter panniculos eos inuoluentes & suspendentes: ad quas tunicas iudicio meo terminantur corde suorum musculorum qui sũt quattuor: & Aui. xx. tertii capitulo primo dicebat q̃ sublimis deus creauit duos testiculos qui sunt duo membra principalia in quibus generatur sperma ex humiditate delata a deos in uenis quæ est q̃si superfluitas cibi quarti. i. quarta digestiõe in corpore toto: & dicit testiculos esse similes ouo in substantia: & ideo i pluribus locis uocat eos oua: & dicit substantiam eorũ esse ex carne glãdosa alba quæ est similis carni mamillæ: & idẽ dicit Hali. & ideo sperma est album: quia testiculi assimilãt sanguinem qui effunditur in ipsis cum colore suo quare albificatur: & hoc fit proprie propter spiritum & aeritatem existẽtem in tali materia & in talibus testiculis/ & dicit ad

ouum dextrum uenire ſanguinē ab aquoſitate magis puri
ficatum quā ad ſiniſtrum: & dicit ut plurimum ouū dextrū
eſſe fortius ſiniſtro niſi in illo qui eſt in iudicio laſſitudinis:
teſticuli etiam ſecundum aliquos dicuntur colei quia pen
dent a cole.i.a uirga / uel colei dicūtur: quia pubem mulie
bre colant. Albertus tamen uocat eos globos: & Properti/
us uocat eos lanuuinos & lanuuios/ & a Cicerone dicunt
cliternini & cliterini: & ab aliquibus dicūtur orchi. Orchi
tamen ſecūdum aliquos indicant uirgam uirilem. Didimi
etiam dicuntur a.G. & bene quia ſunt ut plurimū duo no/
tabiliſſime diſtincti ut ſupra dixi/ & dicunt aliqui ꝙ teſticu
li non ſunt cauſa eſſentialis ſexus quāuis teſtimoniū oſten
dat de eo: ſed cauſa eſſentialis ſexus eſt complexio quæ cō
trahitur a principio generationis ante integram informa/
tionem membrorum: ſed dicit Zerbus & aliqui alii ꝙ for/
matio teſtium differtur ad.xxvii.diem a die primo conce/
ptionis/ & hoc eſt uerum ſignum ꝙ teſtes non ſunt pro cō
ſeruatione indiuidui: ſicut alia membra principalia quæ a
principio creantur a uirtute informatiua: tamen teſte .G.
ſūt cā roboris & uirilitatis: quia caſtrati mutāt complexio
nem & uirilitatē: & de hoc aliqua notatu digna dicit Zer/
bus quem uideant qui prolixiora quærunt. Cōplexio te/
ſticulorum innata cōmuniter cum declinatiōe in paſſiuis
ad humidum ponitur temperata: complexio tamen influ/
ens eſt calida & humida. latitudo tamen eſt in iſta calidita/
te/ tum ratione ſexus / tum ratiōe ſitus ſeu lateris in quo ē
teſticulus: quia teſticuli mulierum ſūt minus calidi / & ita
ſiniſter eſt minus calidus dextro: & etiam ratione magnitu
dinis teſtes ſunt calidiores: q̄a habentes teſticulos magnos
generant maſculos & econtra ratione caliditatis quia mē/
brorum magnitudo arguit caliditatem: requiritur tamen
ꝙ magnitudo ſit non ſolum in membro ſed etiam in ſpiri
tu/ quia magnus teſticulus ſiniſter generat femellas: quia
parum habet de ſpititu: & ita magnum cor ſine multo ſpi/
ritu eſt frigidum ſiue minus calidum paruo / ut de Ceruo
& Lepore legitur/ & dicemus infra in.c.de corde. & ultra
hoc dexrer teſticulus habet uas ſuum ſpermaticum magis
uaricoſum ad ſenſum: quia maior quātitas ſpiritus eſt ī ip
ſa materia/ & ideo uas illud uidetur magis ad ſenſum quā

sinistrum / ꝙ est etiam uaricosum / quia talia uasa supra te/
sticulos dicuntur uariciformia. Quantitas testiculorum est
omnibus nota / quæ est parua usq; ad pubertatem: & tũc i
cipiant augeri / & cõmuniter dexter magis augumentatur
propter rationes supradictas / & testiculi uirorum sunt ma/
iores quã mulierum in triplo & etiam in quadruplo / & in
plus iudicio meo: & Phisionomi dicunt magnos habentes
testes cum magna uirga esse de natura asini: dicunt etiam
testiculos paruos facere uiros eunucos & malorum moꝝ:
colligantia testium est cum didimo: & consequenter cum
cerebro mediantibus neruis / & cum uenis & arteriis ueni
entibus a corde & ab hepate: ex quibus sunt uasa semina/
ria: & isto modo sunt colligati prædicti principalibus mẽ/
bris / dicebat. G. i libello de anatomia matricis ꝙ ad testes
i. ad eorum pelliculas & ad suos musculos peruenit unum
par neruorum quod sequitur partes femoris ex dorsalibus
regionibus prodiẽs ad testiculos mulierum & ad matricũ
fundum / aliud uero par ex eis quod secundum sacrum os
dictum inplantatur in inferioribus partibus ubi est puden
dum matricis in feminis / i masculis uero uirga / grossities
tamen horum neruorum certitudinaliter secundum utili/
tatem mẽsurata est. Masculorũ. n. omnino pauca fuit opus
distributione ad testiculos: sed neq; ad sensum certũ neq;
ad motum aliquem. Maximus tamen dolor in uehementi
testiculorum compressione maiore ex parte euenit ratiõe
membrorum illis circũpositorum. Colligantia etiam cum
toto habent: quia sunt uie a toto ad eos: per quas sper/
ma seu spermatis materia saltem pars spirituosa ad eos te/
stes uadit seu ab eis tãquã a uentosa trahitur a toto corpo/
re animalis. Et dicit Zerbus auctoritate. G. mediãte aucto/
ritate Rabi Moyses / ꝙ testes habent colligantiam cum pe
ctore: quia quãdoq; a capite ad pulmonem fluit certa hu/
miditas / & ex pulmone fluit in testiculos ratione societa/
tis naturalis quæ est iter membra pectoris & membra ge:
nerationis: istud dictum Zerbi ego non uitupero nec ap/
probo nec per anatomiam per me uisam illud itelligo: cre
do bene ꝙ a pulmone pars spirituosa spermatica aliqua &
forte corpulenta uadat ad testes per uasa seminaria: sed nõ
possum imaginari qualiter humiditas cerebri quæ est sup
fluitas

fluitas flegmatica indigesta & extra uenas a palato ad pul/
monem per tracheam transmissa seu descensa possit cõuer
ti in sperma/nisi uellet dicere. G. ꝗ ad testes iret aliq̃ aquo
sitas humectans eos sicut ad alias carnes glandosas to/
tius corporis uadit: sed hæc humiditas meo iudicio q̃ ua/
dit ad carnes glandosas non uadit ad eas a cerebro: sed ua/
dit per uenas cuiuscũq; membri uicini illis carnibus: quia
humiditas saliualis quæ uadit ad carnes glandosas radicis
linguæ/uadit ad eas ꝑ uenas gutturis & linguæ ordine na
turali/& ita ad omnes carnes glandosas semper uadit aliq̃
humiditas: sed non tanta sicut ad linguam ratione finis: qa
lingua exsiccaret a magno motu/ & ab igressu aeris calidi/
i ore/ & ita ad mamillarum carnes a uenis sibi propinquis
uadit humiditas/& ita ad carnes glãdosas ascellarum / & i
guinũ/ & mesenterii/ & ad carnes glandosas cerebri/ & ad
omnes alias si aliqua alia sint semper a uenis sibi ꝓpinqori
bus uadunt humiditates eas imbibẽtes tali humiditate/ue
ritas est ꝗ sub neruis obticis est certa glãdula quæ suscipit
humiditates superfluas aquosas cerebri: & non suscipit eas
ab aliquibus uenis sibi propinquis: sed suscipit eas a certa
lacuna quæ dicitur embotum ab Aui. in quam effundunt
uirtute cerebri superfluitates eius flegmaticæ/ & a prædi/
cta Glandula per cauernas ossis basilaris transcolantur ad
supra palatũ deinde ad nares / & earũ notabilis pars i aliq
bus uadit ad stomachum/ & in aliquibus multa pars uadit
ad pulmonem/ secũdum ꝗ corpora sunt disposita/ & sana
& ægra: & secundũ eorum regimen uniuersale / & secũdũ
compositionem suam naturalem palati/ & narium/ & secũ
dum ordinem iacendi/maior tamen pars talis materiæ ua
dit ad nares sunt tamen aliqua corpora quæ respectu mol
lis sui cerebri habent maximam quantitatem talis hu/
miditatis adiuuante caliditate hepatis ad eliquandum fle/
gma in cerebro/adiuuante etiã dieta multiplicante flegma
& adiuuante exercitio corporeo & mentali: & est interdũ
tanta humiditas ꝗ ipsa tendit notabiliter per nares & per
palatum ad stomachum / & per tracheam ad pulmonem
& omnia ista sunt in meo corpore i præsenti reperta/ & co
natus sum milies mutare dietam/ & non potui quia totali
ter prosternebam mihi apetitum & exsiccabatur corpus

meum usq; ad marasmū: & ita spero finire dies meos cum complexione colerica & cū capite in quo est maxima quā titas medullæ cerebri male regulata quo ad istas humidi/ tates superfluas: & sic semper fuit/ ratio autem magnitudi nis medullæ est magnitudo teste quæ tamen excedit in lō gitudine omne aliud caput per me anatomizatum & etiā tactum/ & communiter uidi homines habentes magnam ollam capitis habundare in talibus humiditatibus cere/ bralibus / & in sputamine. Iuuamenta testiculorum alibi superius dicta sunt .s. in anatomia uasorum seminarium quorum iuuamenta non cognouit Aristo. sed secundum G. secundo techni non solum testes generant sperma: sed etiā in eis est principatus & necessitas: & ideo a. G. ponun tur inter membra principalia/ qui dicit ꝙ ab eis est īfluxus super totum corpus/ & dicunt aliqui ita ut uniuersum cor pus sibi assimilent nisi resistat eis cor aut hepar: non ꝙ a te sticulis super toto mittatur aliquid sicut fit a corde & ab hepate: sed solum per redūdantiam suæ complexionis su p toto: & G. magnificauit taliter testes ꝙ uoluit eos plus operari quā cor. s. ꝙ uoluit eos conseruare indiuiduum & etiam spetiem / & hoc probat dicēdo ꝙ abscindēdo testes mutatur complexio / nā amissis testiculis infrigidatur ani mal & decidit robur ei ac si senesceret / & homo efficitur i berbis nec appetit uenerea: & dicunt multi ꝙ testes sunt principium bene uiuendi: cor uero uiuēdi solum: multi ta men dicunt. G. laudasse testiculos ut contradiceret Aristo. qui non cognouerat eos/ non propter hoc tamen sunt no/ biliores corde ut forte putauit. G. sed habēt dependētiam a corde secundum ueritatem & Rabi .xx. quinta parti. Affor. suorum dilaniat. G. dicendo. O uiri qui estis in respe ctione attendite/ si animal pōt uiuere bona uita corde euul so: & si potest cum testiculis suis coire & si sit in eo uirtus masculina aliqua operatiōe uitali diminuta aliq̄ / & si euul sis testiculis animal stat uiuū/ & si sint nobiliores corde uel econtra: & ita multi alii dicunt principatum testiculorum dependere a corde ab hepate & a cerebro: ex quibus in te/ sticulis conflatur spiritus genitiuus & Auer. secondo colli get est contra. G. de principatu testium/ & testiculi habent aliquem motum mediantibus suis musculis qui sunt in ui

ris duo pro quolibet testiculo & in mulieribus unus tantū etiam pro quolibet testiculo & de hoc est testis. G.xiiii. de uti. & Auic. prima primi de musculis: sunt tamē parui/ Rasis etiam & Hali. & Auer. & multi alii ponunt eos/ & dicūt eos esse in infimo uentris quorum iuuamentū est elleuare eos ad superiora ne descendant & ellongent uasa plusquā sint adiuuante didimo prædicto. Nota tamen lector ꝙ isti musculi: & etiam musculi uirgæ sæpissime mouēt ab imaginatiua uoluntate nolente & hoc uidetur in quocunq; in quo mentula sæpissime/ & etiam testes elleuantur & erigitur/ & uulgares dicunt sæpissime hoc esse ex tētatione diabolica/ tamen. G. in de motibus liquidis dicit ꝙ erectio uirgæ sæpissime fit sine musculis/ maxime quando fit ab imaginatiua/ sed fit a uētositate sicut latius dicemus in de anatomia uirgæ/ testiculi possunt pati omne genus ægritudinis/ & hæc sufficiant de testibus. Ad uasa seminaria uirorū transeundo/ de quibus aliqua diximus supra. s. de numero eorum & eorum nomine/ & etiam substātiā eorum & colligantiam/ & figuram/ & iuuamenta / nūc autem dicemus eorum situm: & alia de eis dicēda / de quibus diminute supra dictum est: & primo occurrit nobis locus ad quem terminantur talia uasa/ & repetēdo eorum nomina dico uasa uariciformia/ a Mundino præparantia dicta terminari prope testiculos ad aliud uas sibi continuum dictū epididima ꝙ est cōtinuum testiculo/ & continuum uasi uariciformi: & tale uas epididima dictum est alligatum pāniculo inuoluēte testiculū/ & mittit a se uenulas seu porositates penetrantes talem panniculum quæ etiā porositates transeunt seu coastomantur in spōgiositatibus carnis testiculorum: & mediantibus istis uenulis seu porositatibus materia spermatis transit ad spōgiositatem testiculorum/ & ibidē dealbatur & digeritur & aquirit ueram formā spermatis / & a testiculis deinde sicut supra diximus i cōmento. xiiii. euomitur ad epididima: & ab isto uase epidima nominatū trāsmittit sperma ad unum aliud uas ꝙ dicitur deferēs/ ꝙ uas deferens est ualde longum nō tantum/ tamen sicut præparans/ & ascēdit a testiculo per didimum usq; ad os pectinis sicut uas uariciforme ortum a regiōe renum a pectine per didimum descendit usq; ad prædictum epididima: & ad

testiculum ita φ in didimo sunt duo uasa unum ascendēs, aliud descendens, excepto illo uase φ dicit epididima: φ etiam est totum in didimo: sed est breue / & est tātum solū quanta est grossities testiculi: & sic tale uas præparans & descendens pro parte est in didimo, sicut etiam in tali didimo est pro parte uas deferens: cum autem tale uas deferēs est ad intra uentrem, obliquatur uersus inferius & descendit sine aliquibus cauernis usq; ad aliquā distātiam uersus collum uesicæ / & huic uasi intestinū rectum est tāquā stragulum, & cum appropinquat ur collo uesicæ incedit inter rectum & uesicam occulte taliter φ non uidetur nisi excorietur, quæ etiam excoriatio est difficilis / & tale uas ibi icipit dilatari & facere anfractus & cauernas, & circa eum ibidem inter rectum & uesicam prope collum est continuata certa caro glandosa quæ præstat iuuamenta a nobis in ꝑdicto cōmento dicta: & tale uas spermaticum in isto loco ubi incipit cauernari anfractuari camerari & dilatari uocatur parastata, & in isto uase sic camerato stat notabilis quātitas spermatis tāquā in loco tuto / & apto seu ꝓpinquo expulsioni in coitu: & istum locum non cognouit Ari. & hoc est ultimum uasas de quattuor uasis seminariis, quæ tamē uasa sūt unū realiter: sicut oīa ītestina sunt unū, & ista ultima uasa a dextris & a sinistris ꝑforant collū uesicæ quasi circa radicem uirgæ & ingrediūtur in canali cōmuni per quod uenit & urina & sperma & sic uasa seminaria sunt uisa quātū ad ortū eoꝝ, & quātū ad eoꝝ terminationē testiculi possunt pati passiones omnium modorū sicut multa alia mēbra: & hæc sufficiant de testiculis & de uasis seminatiis.

DE ANATOMIA VESICE.

TEXTVS MVNDINI.

His completis eleua renes, et uade excarnādo unū porum uritidem uel ambos, et uidebis φ terminantur ad uesicam iuxta medium eius, et nō sūt perfo

rantes uesicā directe uno foramine magno, sed foraminibus magis paruis et obliquis, a lateribus procedentibus inter tunicam et tunicam uel inter tunicam et coopertorium. Et hoc fuit factum ut quādo uesica repleretur urina nō reddeat urina ad renes, imo quāto plus impletur tāto plus foramina illa claudūtur quia paries unius tunicæ ad parietem alterius siue coopertorii applicātur.

¶Scinde ergo uesicam, et uidebis magnam eius concauitatem quæ neruosa est, et uidebis eius collum carnosum et musculosum, ut temporibus determinatis quando oportet et homo uult expellat urinam, et quā do est necessarium retinere retineat eā. Et quia musculosum est eius collum si incidatur uesica in collo eius consolidari potest, si uero in fundo non.

¶Collum autē eius perforatum est foramine magno per quod emittit urinam ad canalē uirgæ, et extra egreditur. Nam illud collum statim continuatum est cum præputio uirgæ ut potes uidere, et sic ipsius uesicæ apparet locus, quātitas siue colligantia numerus, substantia, et iuuamentum.

¶Egritudines potest pati omnium generum uel modorum, unā tamen patitur quæ dicitur litiasis, nam in cōcauitate eius potest generari lapis ex humoribus mucilaginosis congregatis in ea et condensatis a caliditate superflua. Et hic lapis curatur cum dissoluentibus ipsum uel per incisionem.

Nam hic lapis situato homine debite ne possit se mo-

uere ſedẽdo, debet cum digito poſito in anum, et cum
manu alia poſita ſuper femur conduci ad collum ueſi/
cæ, et conductus ibi retineri, et poſtea debet fieri inciſio
in collo et cum trahectorio uiolenter extrahi, et hoc ſi
lapis eſt magnus, ſi uero ẽ paruus ꝙ poſſit ꝑ canale uir
gæ extrahi, debet per compreſſionem factam cum digi
tis ex collo ueſicæ conduci uſq; ad uirgã, et ſi non egre
ditur cum tratectorio paruo debet educi.

COMMENTVM. XVII. CARPI.

IN præſenti textu Mundinus ponit anatomiam ue/
ſicæ/ & docet modum procedendi in anatomizãdo
eam/qui textus nõ indiget aliqua diuiſione neq; ex
poſitione: quia breuis & clarus eſt lege litteram.
¶ Sed ultra ea quæ dicit Mundinus a nobis dicentur aliq̃
iunioribus non inutilia: & primo dico ꝙ a renibus ſicut di
cit Mundinus uſq; ad ueſicam uadunt duo canales ſiue cõ
ductus qui uocantur pori uritides a cõmuni ſcola medico
rum. Et græci uocant eos uretras ſeu uretres: & Auicẽ.xix.
tertii uocat eos emulctoria duo quæ ſunt renum: & nõ di/
cuntur emulctoria renum quia oriantur a renibus: ſed q̃a
emulgent aquoſitatem urinalem ab eis: nam pori uritides
tanquã uaſa delatoria renum ſeu urinæ oriuntur ſecundũ
aliquos a ueſica ſeu proueniũt ab ea magis quã a renibus:
quia ſimilantur ueſicæ in ſui ſubſtãtia & in ſui natura teſte
Iacobo de partibus: & teſte. G. quinto de uti. c. iiii. iſtis uer
bis: quoniam autem & in eo ꝙ uritides quidem pori ſimi
les ſubſtãtiæ corporis facti ſunt magnæ ueſicæ quæ urinã
ſuſcepit: pori uero colere receptiui paruæ ueſicæ in hepa/
te puta kyſti felis eandem iuſtitiam natura oſtendit omni/
bus & hoc manifeſtum: non. n. ex alia quidem ſubſtantia
oportebat ẽe receptacula ſuperfluitatum: ex alia uero pro
ducentes poros ſed ex eadem/ & ſimiliter tolerante ſuper/
fluitates: idem per alia uerba dicit quarto de iuuamentis
membrorum. c. xvi. & Raſis primo Almãſoris uocat colla

& Auer. uocat uias nominatas alhalim. Isti.n. pori inplan/
tatur in certo uacuo ꝙ est in rene in quo uacuo resudat uri
na sicut supra dixi in anatomia renũ / & in isto uacuo aliq̃
areuulæ generãtur & lapilli aliqui interdum qui postea de
scendunt per poros uritides non sine cruciatu patientis/ &
plus & minus secundum quãtitatem & figuram & substã/
tiam calculi / figura tamen & substantia id agunt mediãte
notabili quantitate eius/nam cum calculus transit per po/
rum a renibus ad uesicam : & sit notabilis magnitudinis
necessario extendit porum/ & si lapis sit durus & asper pũ/
ctuatus soluit etiam llum ad minus in superficie intrinseca
& quia substantiæ pori est de naturæ uesicæ q̃ habet ali/
quos notabiles neruos/ & ideo sensibiles/ita etiam sunt po
ri sensibiles/sunt & sensibiles pori quia sunt circũuoluti a
certo panniculo orto a siphac a quo omnia membra natu/
ralia sunt cooperta & tecta : & etiã talis lapis in poro uriti/
de & extendendo & aliqualiter soluendo eum causat cru/
ciatum/ qui cruciatus tantum durat quantum stat lapis in
poro prædicto/ qui antequã a rene uadat ad uesicam pro/
pter iter satis longum interdũ moratur per sex & per octo
dies/ & hoc ego uidi. Cõmuniter tamen trãsit a rene in ue/
sicam ĩ duobus diebus uel circa/ maxime si iuuetur cũ em/
plastris mollientibus/ & cum fomentationibus/ & cum en
catismis/ & cum potionibus aperiẽtibus & lubricantibus
sicut cum aqua nostra balnei de poreta quæ quamuis non
sit lubricatiua uirtualiter quia sicca est: actualiter tñ est hu
da quæ suo impetu & apertione expellit calculum/ & trũ/
bos/ & omnem materiam grossam a renibus:& a tali poro
seu a talibus poris usq; in uesicam / & tũc cessant cruciatus
& augustiæ /aqua etiam balnei de Aquario idem operatur
sed non ita efficaciter/ & decoctio cicerum rubeorum cum
liquiritia & cum rafano & radice alte / & dosis sit copiosa:
multa alia dantur remedia ab auctoribus ad quos uolo in
præsenti ꝙ habeatur recursus/ in talibus poris etiam gene
rantur pili lõgitudinis duorum palmorum & plus & ego
hoc uidi/ dicunt tamen aliqui ꝙ tales pili capiunt initium
in rene/ & quia materia pili est uiscosa per modum conti/
nui transeunt per porum & sic capiũt aditionem partis ad
partem: ista tamen sunt imaginabilia & parum conferunt

medico sic uel aliter esse. Et Auic. ubi supra dicit ꝙ prædi-
cti pori cum sunt prope uesicam. i. cum attingunt ad exte-
riorem tunicam tanquã duo anuli. i. tanquã duæ uiæ aper
te ingrediuntur talem tunicam uesicæ & perforant eam &
diagonaliter incedũt inter duas tunicas prout ego uidi ad
minus per mediam unciã: seu per quantitatem latitudinis
unius digiti: deinde perforant interiorem tunicam uesicæ
& sic cadit urina in uacuitate uesice, & teste Aui. ubi supra
& teste. G. quinto de uti. c. xiii. & teste sensu in casu urinæ
in uesicam tales pori aperiuntur: in reliquo uero tempore
clauduntur taliter ꝙ urina non potest reuerti ad superiora
seu ad posteriora neq; & spiritus, sicut etiã diximus supra
in anatomia kystis felis: quæ autem sit istorum pororum
quantitas, & quis numerus, & quæ sit eorum substãtia: &
consequenter complexio, & figura, & quæ sint eorum iu-
uamenta: omnibus de facili est conspicabile: passiones om
nium modorum possunt pati, & inter alia nocumenta eis
aduenientia opilatio integra in eiis facta si perseueret. Et
ita integra amborum per transuersum solutio est mortalis
quia animal non potest expurgari ab aquositate urinali: &
etiam ratione doloris accelerantis mortem ultra aquã re-
tentam in uenis totius.

Visis poris uritidibus de quibus diminute locutus est
Mundinus ad anatomiam uesicæ pertranseo: & dico uesi-
cam teste Auic. uocari kystim maiorẽ: & dicitur uesica q̃si
uas aquæ: & aliqui uocat eam conceptaculum seu recepta
culum urinæ: & aliqui uocant eã folliculum: & ab aliqui-
bus capacitas, & peluis, siue saculus urinæ: ut Aui. & ẽ mẽ-
brum organicum cuius fundum est spermaticum: collum
autem est mixtũ ex substantia carnea & spermatica ut plu-
rimum tamen membranosum est. Vesica. n. quæ etiam p
n literam profertur, & scribitur ab Horatio dum inquit &
displea sonat quantum uensica pependit, est ex membra-
na: teste Ari. tertio de hist. & est membrum extẽsibile. Cu-
ius substantia est dura ne lædatur ab acuitate urinæ, & iõ
est propinquæ naturæ coopertorii duri: teste G. quarto d
iuuamentis. M. cuius substantia teste Auicẽ. est neruosa ex
neruis ligamenti: ut sit uehementioris fortitudinis. Nota
lector ꝙ Iacobus de partibus dicit uesicã esse neruosam. i.
panniculosam

panniculosam/ & ex neruis ligamenti.i. ex uillis ligamen/talibus longitudinalibus latitudinalibus & obliquis/ cum neruis & filis uenarum & arteriarum insimul contextis:& adducit unum textum.G. qui iudicio meo non facit ad ꝓpositum super hoc:expositio etiam prædicta mihi non placet:Zerbus etiam coincidit cum iacobo/ & laudat suam expositioné:& dicit aliquos exponere ex neruis ligamenti.i. ex uilis neruorum & uillis ligamentorum.Ego autem aliter intelligo Aui.& dico de mente Aui. uesicam esse membrum nerueum ex neruis ligamenti a prædominio cōpositum:maxime in superficie intrinseca ueræ tunicæ ipsius: quia nō habet nisi unam ueram tunicam ut latius infra uidebitur.Ad compositionem.n.cuiuslibet panniculi cōcurrit ligamentum & neruus : sed in aliquibus pāniculis plus de neruo concurrit quā de ligamento:ut in panniculis tegentibus cor & alia membra nobilia:plus tamen & minus secundum eorum exigentiam:& in aliquibus plus cōcurrit de ligamento ut in panniculis tegentibus ossa & ut in panniculis kystis felis & in pāniculis uesicæ : & in aliqbus aliis panniculis concurrunt ligamenta & nerui medio mō ut in panniculis tegentibus musculos/ & in cuti ambiente nostrū corpus/ & natura posuit in kysti felis & in kysti urinæ plus de ligamēto quā de neruo / plus tamen in kysti felis/ quā in kysti uesicæ:& quā i aliis membris propter acuitatem coleræ/ & propter acuitatē urinæ/ & ideo ambæ uesicæ sunt ligamentales & duræ:in parte intrinseca nō multum sensibiles/ quia continue læderentur ab acuitate contentorum in eis:& ista est uera expositio textus Auicē:xix. tertii capitulo primo quando dicit & creata est neruosa ex neruis ligamēti.Et de ista nostra expositione Zerbistæ & partistæ sint contenti quia sic est:ueritas ꝙ uilli talis partis intrinsecæ uesicæ sunt tales quales est substantia intrinseca.Nota tamen lector ꝙ in uesica sunt uilli omnium modorum:tamē uilli longi sunt pauci & diminuti/ qui quidē non sunt per totum corpus uesicæ iudicio meo:quia natura nihil operatur superflui:& isti uilli longi qui sunt in uesica/sunt tantum prope locum in quo pori uritides ingrediuntur uesicam:qui uilli sunt continui cum uillis longitudinalibus pororum uritidorum:& ita adiuuant poros ad at/

trahẽdum/& urina etiam sua fluxibilitate & acutiæ adiuta a uillis longis de facili transit per poros uritides/adiuuanti bus etiam uillis latis pororum qui expellunt partem uri/ næ post partem/ & sic cum urina est in confinio tunicæ in/ trinsæ uesicæ cadit in uacuitatem suam/ & ideo alibi in ue sica dico nõ esse tales uillos longos' fateor bene omnes ali as speties uillorum esse per totum corpus uesicæ exceptis longis: & etiam credo in poris uritidibus nõ esse uillos ob liquos seu transuersos: quia i talibus poris naturaliter nõ debet retineri urina: & tales uili qui sunt in corpore uesi/ cæ: teste Nicolo quinto sermone tractatu decimo capitulo primo auctoritate Rasis primo continentis expellũt & re/ tinent urinam naturaliter lacerti uero colli eius retinent eam & etiam expellunt uoluntarie/ & si musculus cessaret a sua operatione tunc natura exercet suas operationes na turales: iste tamẽ opationes naturales uesicæ iudicio meo sunt debiles: & dicat quid uelit Rasis quia si musculi uesi/ cæ non retinerent urinam continue distillaret urina: quia uilli obliqui sunt pauci & debiles pro retentione rei fluxi/ bilis a uesica. Et iterũ dico ultra prædictos uilos alios esse uillos in uesica & in poris uritidibus: qui uilli sunt omniũ modorum: isti tamen uilli secundum aliquos nõ sunt pro erina: sed sunt pro nutrimento corporis uesicæ: & sunt in uenis & in arteriis corporis uesicæ & corporis pororũ uri tidorum: & ita etiã in intestininis sunt uilli & pro attractio ne cõmuni.s. pro chilo: & pro expulsione/ pro retenrione: adiuuante reuolutione intestinorum / & acuitate coleræ/ & musculis uentris/cum opus est / & ita sunt uilli in inte/ stinis pro attractione propria mediãtibus uenis & arteriis. Ad istam tamen substantiam corporis uesicæ & in parte in trinseca & in extrinseca uadũt duo nerui/teste Aui. in qno libet latere unus: sed per rationem prædictam parti intrin secæ uadit pauca portio talis nerui / parti uero extrinsecæ uadit talis neruus notabiliter/ & ideo uesica habet notabi/ lem sensum ut infra dicemus: nam Aui. dicit ꝙ nerui eun/ tes ad uesicam habent quãtitatem & multiplicati sunt i ea ut ipsa sentiat: cum autem pars intrinseca ut patet experiẽ tia non sit multi sensus necessario si nerui sunt in uesica sũt in parte eius extrinseca: & ita etiam Aui. dicit uenas pulsa/

tiles & non pulsatiles ire ad uesicam:sed tales uenæ sũt maiores in collo eius quã in fundo: unde autem oriantur tales uenæ & tales arteriæ dictum est i anatomia uenarum: nerui autem uenientes ad uesicam ueniunt a neruis uenientibus ab ossibus.i.a spondilibus caude:quos spondiles arabes uocant ossa alosos: & ideo dicebat Rasis in Almansore sed tria paria.s.neruorum simul cum neruo suo pari seu socio carente ab ossibus alosos exeuntia ad uirile membrum & ad musculum ani/& ad uesicam / & ad musculum ꝓpe his locis postum protenduntur:& ita etiam neruos ab isto loco tendere ad uesicam tenẽt alii periti / & idem dictat ratio propter propinquitatem loci ad locum. Nota tamẽ lector ꝙ uidetur aliquis rumor inter medicos de tunicis uesicæ:quia Aui.dicit prima primi uesicam habere unam tunicam tãtum:&.xix.tertii dicit eam habere duas tunicas: pro quo rumore est aduertendum ꝙ uesica potest dici habere duas tunicas pro quanto habet duos pãniculos inuicem coniunctos per totum corpus eius tam in fundo quã in medio:& quã in collo:tamen unus de dictis panniculis s.exterior non est de uera essentia uesicæ:sed est panniculus cõmunis omnibus membris contentis in uentre naturalium membrorum qui orit̃ ex siphac:sed uere uesica nõ habet nisi unam tunicam/& prædicto modo duas tunicas esse in uesica/& unam solam intelligit Aui.prima primi & xix.tertii:& ꝙ uesica habeat unicam tunicam solum patet sensui:& per.G.quinto de utili.partic.& quarto de iuuamentis.c.iii.& ita unam solam tunicam concedunt alii periti. Veritas est ꝙ uerus panniculus uesicæ qui est interior circũdatus a panniculo orto a siphac est in duplo ad panniculum exteriorem:teste Aui.xix.tertii: idẽ dicit.G. primo uirtutum naturalium:& uidetur grossior in fundo & sic ẽ rationabiliter/ut uolunt multi quia melius resistit acuitati urinæ:quæ ut dicunt cum est in uesica stat in fundo eius: sed ego non credo ꝙ urina stet in fundo uesicæ: nisi ille cuius est uesica stet declinatus cum capite & elleuatis pedibus:sed urina stat ut plurimum uersus collum eius:uel i lateribus:secundũ ꝙ homo stat:uel sedet:uel iacet: & ita credo fundum uesicæ non esse grossum seu spissum propter acuitatem urinæ:sed credo ꝙ sit spissum:quia natura dum

fœtus est in utero & iam cōpletus & perfectus est claudis uracum per quod mingebat fœtus uersus umbilicum tē/pore quo non erat integre formatus: ut supra diximus in de generatione embrionis: & tunc natura dum claudit ta/le orificium est ei multum intenta: & multum ponit seu ap plicat illi parti đ materia spmatica ut bene obturet tale ori ficium: ꝙ opus iudicio meo est de ultimis uirtutis informa tiue in utero: & ita propter hoc credo ꝙ sit spissum: appa/ret etiam spissum quia uracum est exterius fūdo uesicæ ap plicatum / quod quamuis sit frustratum ab operatione cō ductus urinæ: tamen præstat aliud iuuamentum uesicæ. s. ꝙ suspendit eam ad umbilicum & tenet eam rectam ne p̄/cipitet ad latera & ad inferius/ uesica est etiam spissa in lo/co in quo ingrediuntur pori uritides qui pori perforāt pri mo panniculum ortum a siphac/ & incedunt obliquæ in/ter eum & inferiorem per aliquā distantiā deinde perforāt interiorem: & sic transit urina inter panniculum & panni culum/ nec in isto loco uesica habet duas tunicas absq; pā/niculo exteriori cōmuni prædicto ut putant aliqui/ est be/ne uerum ꝙ natura fecit panniculum exteriorem prædi/ctum circūdātem uesicam grossiorem seu spissiorem in lo/co in quo ingrediuntur pori uritides quā alibi: ut ibidē ue sica esset fortior propter ingressum pororum qui debilita/rent eam in perforando nisi esset prædictus panniculus in isto loco igrossatus. Vesica est etiam spissa & grossa uersus collū qa parti neruea est mixta aliqua caro quæ inspissat eius substantiam/ & hoc collum cum magis appropinqua tur uirgæ efficitur spissius & grossius qa est musculosum: & ideo si soluatur est cōsolidabile / ꝙ collum est perforatū foramine magno qđ cum igreditur uirgam cōmuniter di cit canalæ uirgæ/ qđ canale ē cōmune spermati & urinæ: in quo canali ingreditur sperma per duo foramina existen tia in extremitate uasorum seminalium quæ dicuntur pa/rastata ut supra dictum est/ & in isto canali in fine capacita tis uesicæ est quædam circūuolutio & anfractuositas siue tortuositas propter quod teste Aui. uesica non mundifica tur integre ab aquositate / & hoc magis in masculis/ in eis nāq; sunt tres anfractus: in mulieribus uero est unus solus anfractus propter propinquitatem uesicarum earum cum

matricibus ipsarum: & ita propter hoc ut inquit Auicēna nūq̄ expellit cōplete urina imo remanet semper aliquid i suis anfractibus præcipue in uiris: quia habent plures anfractus & tortuositates quā mulieres: & hoc quia collū seu canalæ urinæ est longius maribus: nam feminæ habēt hoc canale breue qđ terminatur itra uuluam prope præputia per duos digitos ad plus uersus partem superiorem/ hoc ē non uersus dorsum sed uersus faciem: quia uesica est supra matricem/ & matrix est inter eam & rectum ut supra dictū est/ & i extremo colli uesicæ mulieris sunt certe pelliculæ paruæ claudentes collum eius quæ sunt causa simul cum præputiis mulieris ut inter mingendum fiat aliquis strepitus mediante aere incluso in uulua. G. tamen quarto de iuuamentis uidetur uelle tortuositates colli uesicæ esse duas in masculis/ & in feminis unam: sed aliqui dicunt duas reperiri manifestas: & unam magis occultam: dicit præterea Aui. ꝙ & ipsius colli. s. in uiris/ quædā pars munita ē eo ꝙ circūdat ipsum sicut suffocatorium & expressorium/ ita ut prohibeat exitum. s. urinæ ab ea nisi cum uoluntate mollificante illum lacertum adiutum lacertis uentris sicut sciuisti in loco suo. s. in anatomia lacertorum octo uentris/ nisi i lacerto adueniat nocumentum aut superfluat necessitas: & Nicolus ubi supra dicit & in collo uesicæ est carnositas retenta uicina lacerto/ & subdit istam carnem esse tanquā suffocatorium & expressorium. Nota lector ꝙ ego multotiens anatomizaui uirgam simul/ & uesicā/ & cum diligentia/ nec inueni in collo uesicæ in canali interiori aliquā tortuositatem nec aliquem anfractum/ nec aliquā carnem ut fertur per. G. & per Auic. & per Nicolum/ est bene uerū ꝙ uasa spermatica parastata dicta per certam carnem glandosam eis circūuolutam cōprimunt a dextris & a sinistris collum seu canalæ uesicæ/ & tales anfractus uident in tali collo propter prædictam carnem glādosam parastatum quæ cato sua corpulentia impellit superficiem colli ad cētrum suum/ & ita clauditur a dextris & a sinistris tale canalæ urinæ: cum autem uenit superfluitas urinæ in uesica quæ uel ratione quāti/ uel ratione qualis/ uel ratiō utriusq;/ stimulet uirtutem expulsiuam/ uoluntas contrahit musculos ad hoc opus facientes: & ita a musculis elleuatur & dilatatur

canale cum suis adiacētibus carnibus/& ita exit urina / sed quia circa finem exitus urinæ musculi cessant a motu: semper remanet aliqua gutta urinæ i uesica : qa carnes prædictæ in eo loco in quo sunt claudūt collum: & ita credo esse anfractus & tortuositates in collo uesicæ & nō aliter/ & ita iste carnes præstant hoc iuuamētum ultra prædicta de eis iuuamenta a me superius dum tractaui de uasis seminariis ante anatomiam matricis/ad quē locū recurrant qui taliū parastatum uolunt scire utilitates/ ēt de istis carnibus principaliter uult intelligere Aui. ubi supra quando dicit ꝙ circa collum est suffocatorium & expressorium quoddam/ & hæc a me dicta sūt notatu digna & medicis utilia & a paucis cogitata: que ego uidi propter longam experientiā anatomiæ: cui omnes iuuenes insudare debent/& maxime q̄ cupiunt nomen medici legitimi/& huic collo uesicæ in circuitu eius est tantum unus musculus cuius uilli sunt per latum positi ut expellant/hi tamen uilli aperiūt collum uesicæ & claudnnt & expellunt aquam adiuuantibus musculis sicteri/& uirgæ/ & uentris/ ut patet experiētia: ueritas ē ꝙ principale opus talis musculi est expellere: tamen ut etiam supra dictum est in anatomia uillorum stomachi & intestini recti per solam unam spetiem uillorum natura operatur retentionem & expulsiōem/ & etiam attractionem: Et ideo Aui. prima primi ausus est dicere istum musculum habere duo iuuamenta. s. retinere urinam usꝫ ad horam uoluntatis ad eam se constringendo: sed urgente uolūtate constrictio eius & laxatur/ tunc effluit urina : & etiam. xix. tertii dicit istum musculum prohibere exitum aquæ ab ea nisi cum uenerit uoluntas mollificans. i. aperiens illum lacertum adiutū a lacertis uentris / quia forte musculi longi uentris dum contrahuntur aperiunt illum musculum in q̄ cōtractione simul cum aliis musculis. s. latis & obliquis cōprimunt omnia intestina cōsequenter & uesicā / & sic exit urina quæ etiā exit sua grauitate & fluxibilitate. Situs uesicæ est sub pectine ad intra est etiam inter anum & umbilicum cui alligatur per uracum ab operatiōe sua prima priuatum qui locus ab Auer. uocatur caua/ & ita est in muliere sicut in uiro in isto loco situata: colligantiam habet cum corde cerebro/ & hepate/ quæ membra cōpatiuntur ei col

ligata: & etiã renibus & uirgæ/ & matrici/ & itestino recto: & uasis seminariis. Numerus partium uesicæ est unicus tã quam sufficiẽs animali nec omnibus animalibus data: sed his solis tantum data est quæ generant sibi simile ut dicũt aliqui: ouiparis autem nulli præter testudini data est uesi/ca/teste Ari. tertio de hist. & his animãtibus data est uesica quæ pulmonem sanguineum habent / ut patet secũdo de partibus per Ari. quia hæc animalia multo abundant calo re: & ideo indigent cibo humido/ consequenter & conce/ ptaculo excrementi humidi indigent. i. uesica. Iuuamentũ uesicæ est maximum animali sine qua nõ posset stare uita ratione aquositatis multæ ad eam trãsmisse/ex qua in mẽ/ mbris retenta sequerẽtur infinita malæ dispositiones ani/ mali/ & uesica est causa ne homo continue sit in actu emit/ tendi urinam: quæ per aliqnod tempus retinetur i uesica ratione suæ capacitatis/ & sicut reuolutio & capacitas inte stinorum per tempus aliquod retinet feces ne omni hora homo surgat ad egetẽdum/ita uesica etiam propter eandẽ causam ordinata est a natura. Passiones omnium modorũ potest pati uesica quæ si patiatur solutionẽ continui nota/ bilem maxime in parte non carnosa iducit mortem/ iuxta illud Hip. uesicam incisam cor cerebrum renes hepar & in testina gracilia mortale/idem repetit Aui. quarta quarti & ita compertum est experiẽtia/ & est mirum ꝙ tam seua ac/ cidentia ueniant propter uesicam cum supra dictum sit eã non esse multum neruosam sed ego dico eam esse neruo/ sam & multum neruosam/ maxime in parte exteriori tu/ nicæ eius / & quia quando est soluta ense telo & similibus raro læditur quin etiam lædantur aliqua membra ei adia/ centia puta aliquod intestinum de gracilibus: & ideo mul ti putant illum mori non solum propter uesicam: sed pro/ pter intestinum: ego tamen uidi solam uesicam læsam: & uidi patientes mori ex resolutione causata ex intensissimo dolore: qui dolor procedit iudicio meo: quia uesica est ual de sensibilis: & hoc est quia per uulnus urina exiens mor/ det labia eius & sic causat maiorem dolorem / nec uulnus in uesica est mortale/ut putant aliqui: quia sit membrum qđ non possit cõsolidari quia sit spermaticum/ sed est mor tale qa inducit dolorem & febrem & qui uidit testimoniũ

perhibet de uisu:tamen Ari. tertio de histo. dicit uesicam ꝑ cisam non posse coire nisi ad ipsius exordium siue collum seu ceruicem, subdit tamen quáquã non ignoro ita aliquã do contigisse ut uulnerata uesica solidesceret & coiret: sed hoc raro cõtingit. Alias ægritudines omnes potest pati, & iter alias litiasim .i. calculum seu lapidem, quem raro pati untur mulieres, & si patiũtur facilius curantur quam uiri propter breuitatem colli suarum uesicarum, & curam lapi dis ponit Mundinus. Moderni tamen nostri temporis ha bent alium modum operandi quem ego sum expertus, & multos alios uidi operari, & fui secum, quẽ modum dicã in mea chirurgia quádo de lapidæ uesicæ tractabitur: figu ra uesicæ est cõspicabilis, & etiam quãtas, & per prædicta potest comprehendi eius totius complexio: & hæc suffici ant de anatomia uesicæ.

DE ANATOMIA VIRGE ET ANI.

TEXTVS MVNDINI.

Ultimo uero est uirga continuata cum collo uesicæ carnoso colligata multis ligamentis et cordis, quæ oriuntur ab osse pectinis, et cum neruis ortis a nucha, et ideo ualde sensibilis et extensibi lis est, continuata est etiam cum maximis uenis et arte riis ortis a uena descẽdẽte, et ab arteria ĩ loco ubi bifur carur ad duas anchas, quia ad linguam et etiam uirgã ueniunt maiores uenæ et arteriæ quam ad aliud mem brum eiusdem quantitatis. Et ideo in locis pineon in uolutæ sunt istæ uenæ et arteriæ, et sunt magnæ et ibi est locus siue principium uirgæ, et propter hoc hæ ue næ sũt sicut radices uirgæ, et propter istas uirga est to ta cauernosa:

ta cauernoſa, et ſue cauernoſitates replentur uentoſita-
te generata in prædictis arteriis, et quando uentoſitate
replentur erigitur uirga.

¶Et ut melius anatomiam eius uideas debes ſeparare
oſſa femoris, et eleuare uirgam cum ueſica, et inteſtino
recto uel ſine illis, et diuidere uirgam per longitudinē
uſq; ad eius canalem, et tūc in principio eius apparebūt
duo foramina prædicta ſpermatis apparebūt etiā cauer
noſitates eius. Et ex his uides quātitatem eius, quia quā
titas ſiue longitudo eius eſt unius palmi ſicut lōgitudo
colli matricis, apparet etiam ſubſtantia eius, quia neruo
ſa eſt præter extremitatem eius quæ uocatur præputiū.
Apparet etiam numerus partium eius, apparet poſitio,
et colligātia, figura uero oblonga, quia uirga eſt in ho
mine abſoluta et non applicata uentri, ſicut in quadru-
pedibus, et cauſa fuit, quia homines in coeundo, non
coniunguntur ſecundum dorſalia ſed amplexando.

¶Et ſi cum uirga eleuaſti inteſtinum uel extremitatē
inteſtini recti, cuius anatomiam dimiſſimus ſupra, tūc
cognoſce in illo inteſtino ſiue extremitate eius, quæ di-
citur anus muſculos mouentes ſiue aperientes et con-
ſtringentes.

¶Et conſidera quinq; uenas emoroidales, quæ in ex-
tremitate eius ſunt magis profunde quæ in quibuſdā
periodis determinantis aperiuntur et fit fluxus emoroi
darum. Et in his completa eſt anatomia membrorum
naturaliium quæ in primo uentre continentur.

IN hac parte Mūdinus ponit anatomiā ultime partis uidendæ in uentre naturalium membrorum/ & iō dicit. Vltimo uero est uirga: & diuidit̄ hæc pars ī duas partes principales. In prima parte ponit anatomiā uirgæ/ ī qua docet modum quem debet tenere operator in anatomizando eam/ & ponit eius substantiam/ & colligantiam/ & etiam situm/ & dicit qualiter erigitur uirga/ & ponit eius figuram/ & quantitatem/ & ponit qualiter ī extremitate eius est certa pars quæ dicitur præputiū uirgæ: & ponit numerum partiū eius/ & dicit causam quare uirga non est applicata uentri sicut est in aliquibus brutis: ista tamen omnia dicit inordinate & diminute/ nec ponit utilitatem uirgæ/ nec ponit ægritudines ei aduenientes. In secunda uero parte ponit anatomiam ani diminutam tamē: & aliquid loquitur de emoroidibus/ quæ secundum eum sunt extremitates quinq; uenarum per quas fluit sanguis periodice: & in fine dicit anatomiam membrorum naturalium esse completā. Istæ ambæ partes possent multipliciter diuidi: sed nō indigent diuisione nec expositione/ sicut neq; partes præterite: neq; etiam futuræ indigent: qa Mūdini littera ubiq; clara est: sed est interdum diminuta: & iō & etiam propter causas superius in principio operis dictas hoc opus aggressus sum cum digressionibus multis anatomiæ necessariis. Et quia littera Mundini est clara lege eā.

¶ Sed ultra ea quæ dicit Mundinus/ & de uirga/ & de ano a nobis aliqua dicentur scolaribus nostris/ pro quibus/ & pro senio meo hanc assumpsi prouinciam. Et primo de nominibus uirgæ esset dicendum: sed quia in catalogo de nominibus membrorum in principio huius operis de eis satis dictum est/ ad illum locum remitto legentes: quæ uirga in substantia: teste Aui. xx. tertii est membrum instrumētale generatum ex membris singularibus/ ligamētalibus: & neruosis: & uenosis: & carnosis. Et principium originis eius est corpus ortum ex osse pectinis: ligamētale plurime concauitatis: & latæ quāuis appareat aliquibus q̄ sit cōpactū: & ideo quia ipsum repletur uentositate fit erectio. Et aliqui dicunt q̄ dicitur uirga quia habet similitudinem in

longitudine ad uirgam ligneam/ seu ad uirgã alterius mo/
di:& aliqui dicunt dici uirgam quia gerat uirilitatem:uir/
ga.n.facit uirum:& distinguit uirum a femina. Vir.n.dicit̃
a ui hoc est a potentia:quia uir habet maiores uires quam
mulier quæ sic dicitur a mollitie : & licet uir interdum di/
catur ab etate distinguendo uirum cõtra infantem/ puerũ:
& adolescentem:& iuuenem.& senem:& decrepitum:ta/
men i suo uero significato uir capitur a sexu masculino: qa
masculi sunt potentiores & uiriliores quam feminæ:quod
quidem membrum habet alia nomina ultra ea quæ a no/
bis dicta sunt in catalogo:quia aliqui uocãt eum Cablum:
& aliqui Vretrum:quia uiri est tãtum : & aliqui Orchum:
& aliqui Perineon:licet Perineon in masculo nõ sit ꝓprie
uirga:sed est locus ille qui est ab ano:usq; ad radicem infe/
riorem uirgæ/ in quo loco est canale uesicæ ingrediens uir
gam:& in isto loco quo in masculis fit incisio ꝑ extractiõe
lapidis uesicæ / & tactus istius loci dat delectationẽ i coitu
ut referunt quidam:& aliqui uocant Perineon illud inter/
stitium quod est inter anum & uuluam:in quo loco per ra
ctum dicunt mulierem moueri ad uenerem: & uirga uoca
tur etiam Pudendũ masculi:& ab aliquibus uocat̃ Edeon:
cuius summa pars Coronum/ Glans/ & Balanum dicitur:
sed tegmen Glandis a nobis Præputiũ:& a Græcis Posthi
uel Acroposthia uocatur . De isto tamen Præputio est ru/
mor inter auctores:quia Zerbus dicit solam partem itrin/
secam tegentem Glandem dici Præputium de mente.G.
quæ pars est in parte inferiori alligata Glandi per quoddã
corpus pãniculare/ a uulgo dictum el filello:a natura ordi/
natum ne Glans denudaretur:quod tamen ut in pluribus
rumpitur:& maxime in his qui frequenter coeunt in fora
mine stricti orificii/ ut faciunt multi nostri temporis:puta ĩ
uirginibus uel &c.uel rumpitur ratione ulceris eum rum/
pentis & corrodentis:tamen de mente Ari.cutis extrinse/
ca & intrinseca inuoluens Glandem est Præputium.Alber
tus uero dicit ꝙ illa pars quæ est caro mollis ualde sensibi/
lis est uere præputium.Cõmunis tamen scola uocat Præ/
putium id quod superius tenet Præputium Ari.Foramen
uero i uirga hoc est fistula seu canale uirgæ Tubus: & Vre
tra/ seu Vritra appellatur.Et.G.teste Zerbo uocabat par/

tem inferiorem uirgæ a summo ad imum secundum longi-
tudinem Suturam. Ruffus uero uocabat lineam per medi
um uirgæ/ & superius/ & inferius Tramis: & illam lineam
a radice uirgæ tendẽtem per medium scroti usq ad testes
uocabat Taurum: quam Rabi Moyses uocat Cordã. xxii.
Affo. auctoritate. G. & istam Cordam aliqui uocãt Suturã.
Substantia uirgæ est superius tacta ab Aui. tamen secundũ
Zerbum maior pars uirgæ est ligamentalis uacua/ hoc est
ualde porosa: in ea tamen sunt nerui plurimi mediantibus
musculis eius: & ideo notabilissime sentit. Nota tamen le-
ctor ꝙ Aui. uidetur uelle ꝙ nerui ueniẽtes ad uirgam sint
ligamentales & est uerum: qui habent ortum a ligamẽtis
inuoluentibus nucam circa caudam: teste Iacobo de parti
bus: & ita uirga est ex istis neruis ligamentalibus carenti-
bus sensu: & si uirga sentit hoc est mediantibus musculis
in ea dispersis/ & mediante cuti eam circũdante. Nerui ue-
ro dãtes sensum & motum uirgæ sunt de illis qui dant sen
sum uesicæ & matrici: & isti ortum habent ab regione cau
de/ & in ea est cutis ĩ qua sunt nerui per quos uirga sentit
delitias & dolorẽ: tamen in eius extremitate hoc est in Glã
de sunt pauci nerui: & ideo ibidem obtuse sentit/ & hoc nõ
sentire magis comprehenditur in Iudeis & in aliis circũci
sis uel in his in quibus Præputium non est a natura: quoq
Glans est penitus insensibilis: hoc tamen est quia illa pars
est effecta calosa & dura: quia fuit detecta obuians pannis:
& aliis rebus eam indurãtibus: sed in illis in quibus nõ est
calosa: quia est/ tecta est aliquis sensus diminutus tamẽ: na
tura autem fecit extremitatem uirgæ obtusi sensus ne le-
deretur in confricando se per coitum. Et in uirga sunt plu-
res uenæ & plures arteriæ/ & maiores quam in alio mem
bro sibi pari/ & ita etiam in lingua: teste. G. vi. interiorum
c. v. & in libello de motibus liquidis: & xii. de utilit. parti.
dicebat. n. ad uirgam cõmoderatos neruos uenire: maxi-
mas uero uenas & arterias: quæ uenæ & arteriæ habẽt or-
tum a uenis bifurcatis: & ita ab arteriis in regione Alcatin
circa anchas: & istæ arteriæ in hora coitus & ita uenæ sunt
ualde manifeste: & magis in habentibus complexionẽ ca-
lidam: & ita interdum in apostematibus talium partiũ no-
tabilis percipitur motus arteriarũ: qui est uelocior & spis-

fior quam motus cordis:teste Conciliatore differen.lxxx.
&.G.vi.interiorum.c.ultimo dicit in uirga tales uenas eē
latas ut quædam festinatione purganda purgentur. Et in
uirga sunt porositates sicut in spongia/ut ipsa possit a uen
tositate erigi & eleuari: nam.G. ubi supra dicit Veretrū.i.
uirgam quam etiam neruum perforatum uocat/ Dilatari
& inflari cum animal ad coitū mouetur:nam in eo est uir/
tus naturalis per quam inflatur & dilatatur sicut fit in cor/
de & in arteriis:& ibidem.G.dicit multa de uirga quæ sūt
notatu digna:& aliqui dicunt propter imaginationes uir/
tutē concupiscibilem mouere spiritum a superioribus ad
inferiora uersus uasa seminaria & testes & uirgā:& ille spi/
ritus inueniens ibi humidum proportionatum illum con/
uertit in uentum:quæ uentositas dispargitur per uirgā/ &
illam eleuat & inflat:Iacobus tamen de partibus.xx. tertii
capitulo primo dicit erectionem uirgæ uirilis fieri a tribus
causis:prima est a uolūtate seu a sensitiuo appetitu:sicut fi
unt alii uoluntarii motus:& hæc erectio uirgæ fit per mu/
sculos:& hæc erectio iudicio meo est debilis: quia nos ui/
demus multos uelle erigere uirgam cum toto suo uelle &
non possunt. Alia est erectio quæ fit ab imaginatione siue
uoluntate/ & de hac habemus exemplū in somniis: & hæc
apparet secundum Iacobum in uere continentibus/ut in
religiosis qui uere in animo dolēt de hoc & multum tristā
tur:& aliquos de istis ego consului consilio medicinali: &
hæc erectio fit sine musculis:teste.G.in libro de motibus li
quidis.c.v.istis uerbis. Actio uero instrumentorum gene/
rationis non fit a uoluntate tantum:sed sensus absq; uolū/
tate obsequēdo ei quod anima format & imaginatur. Alia
est erectio uirgæ quæ fit a uentositate grossa/ & hoc appa/
ret in priapismo quæ fit sine uolūtate & imaginatione: te/
ste.G.vi.morbi.c.iiii.in fine dicentis/passio uero quæ ki/
nelcismos.i.priapismus dicitur/uirgæ plenitudo atq; i uo/
luntaria inflatio est accidens quod de uentositate fumosa
procreatur.Ego autem dico necessario uirgam erigi & ma
xime bene erigi propter uoluntatem/ & propter uentosita
tem simul/siue grossam/siue subtilem/uel propter imagi/
natiuam & uētositatem simul aut propter omnes tres cau
sas simul concurrentes:& sic est.Zerbus tamen in rei ueri/

tate uir doctus & magnus aggregator anatomiæ: licet ali-
quando obliquæ intelligat mentes auctorum, multa dicit
de uirga notatu digna, & egregiæ loquitur de erectiōe uir
gæ, credo quia delectabatur in operationibus eius: & ma-
xime cum monialibus ad quem uolo ꝙ habeatur aliquis
recursus. In uirga præterea teste Aui. sunt tres meatus ul-
tra uenas & arterias in ea contentas, & ultra suas porosita-
tes seu spongiositates: qui meatus dicuntur meatus urinæ
& alguadi, & spermatis: istos tres meatus dicunt multi esse
in uirga: sed ego non inuenio in ea nisi duos: primus est ca
nalis urinæ: qui a collo uesicæ tendit usq; ad glādem in ex-
tremo eius extra riuās urinam, imo iste canalis est de essen
tia colli uesicæ, & hic canalis est cōmunis urinæ & sperma
ti: secundum eam longitudinem quā habet uirga, in prin-
cipio cuius uirgæ prope anum a dextris & a sinistris ad in-
tra istud canale ingrediuntur duo meatus, a dextris unus:
& a sinistris alter: qui sunt extremitates uasorum seminali-
um: isti tamen sunt meatus spermatis: & ita sunt tres mea-
tus in uirga: nec alio modo ego unquā potui sensu perci-
pere alios meatus: tamen multi dicunt istos duos meatus
poni pro uno. Et dicūt ꝙ ultra istos duos meatus, & ultra
canale urinæ quod ponitur ꝓ alio meatu, est alter meatus
qui occultatᷣ uisui: q ab Auic. dicitur meatus alguadi, qui ē
quædam humiditas saliualis subtilior spermate uero: qui
qdē meatus occultatur uisui & intellectui meo: & ego nō
credo ꝙ talis meatus sit ī natura: quia alguadi exit siue sit ī
pueris siue in adultis per eandem uiam per quam exit ue-
rum sperma, hoc est per uasa seminaria, quæ perforant ca-
nale uesicæ in duobus locis. s. a dextris & a sinistris: & isto
modo sunt tres meatus in uirga & non aliter: & parcat mi
hi in hoc Aui. & sui sequaces. Et alguadi est ita in uirilitate
sicut in pueritia siue in ætate reach: ueritas est ꝙ pueri ha-
bent solum alguadi quia nondum habent uerum sperma
propter ætatem diminutam, uiri uero & ueri cōsistentes:
& etiam iuuenes habent uerum sperma, cum quo semper
est aliqua pars subtilis quæ est alguadi, sic etiam habēt mu
lieres secundum ætatem & sperma & alguadi simul, & al-
guadi solum. Et ī legitimo coitu semper alguadi præcedit
uerum sperma, sicut milites rotarii præcedunt in bello mi

lites grauis armature/ & alguadi ē illa humiditas quæ præ
uenit in uiris & in adultis in capite uirgæ in tactu mulieris
ante coitum: & hæc humiditas etiam euenit mulieri in ta/
ctu uiri: uel quando uir uel mulier tangit se de se: & se con
fricat: ut sæpe contingit in regionibus nostris. Complexio
uirgæ innata actuata per influentem est calida & humida
uincētibus uenis & arteriis ī ea/ & spiritu/ a qua humidita/
te: & a quo calore & spiritu erigitur uirga/ & hac de causa
natura creauit in uirga ut. s. posset erigi multas & uenas &
arterias: quia merito erectionis fit eiectio seminis in agrū
naturæ. Figura uirgæ est rotunda in longum protensa con
caua porositatibus multis plena teste. G. xv. de uti. Quanti
tas cōmoderata uirge est unius palmi ī ætate media cuius
nimia longitudo & breuitas sūt causa resolutionis spiritus
genitiui: ut cōmuniter tenet: & ab Ari. & ab Aui. & a mul/
tis aliis. Numero uirga est una sola sufficiens ad generatio
nem/ & licet natura in multis membris fecerit dualitatem
propter causas alibi dictas/ nō est propter hoc quin etiam
fecerit multa membra unica & sola/ & causam talium rerū
quærere in natura est quærere nodum in sirpo: quia mens
humana non attingit secreta nature. Situ posita est uirga ī
homine in medio pectinis exterius prominens/ absoluta a
radicibus suis: & ita membra quæ sūt unica ut plurimum
sunt in medio corporis/ ea autem quæ sunt didima sūt a la/
teribus/ sicut oculi/ aures/ mamillæ/ renes/ testes/ os uero/
nasus/ uirga/ uesica/ & alia membra unica sunt ī medio cor
poris: matrix autem quia didima est: anchis utrisq; est alli/
gata/ & quamuis hepar sit unicum/ & in latere dextro posi
tum/ tamen splen contra ponitur ei pro secūdo hepate: ita
ꝙ dicuntur esse duo hepata/ ponendo splenem pro alio he
pate/ pulmo etiam est diuisus a mediastino in duas partes
ita ꝙ uidentur duo pulmones: cor etiam est diuisum ꝑ pa/
rietem/ & ita cerebrum in duas partes: lingua etiam a mul
tis creditur esse didima/ propter quid autem sint talia: cre/
do solum illum scire qui alia nouit/ quāuis multi multa di
cant super his. Et dicunt aliqui maxime Mūdinus & Zer/
bus ꝙ hominis uirga nō est applicata uentri: sicut ea quæ
brutorum: quia homines non coniunguntur per dorsalia:
quia dicunt illam applicationem uirgæ ad uentrē quadru

pedum iuuare intromissionem directam uirge in uuluam sue feminæ/hoc tamen mihi non uidetur consonum ueri/tati/quia Asini/Muli/& Equi/multo maiorem quantitatē uirgæ habent pendentem quā homo:& tamen inueniunt uiam rectam uuluæ/& sine intromissione cum manu/sed credo aliam esse causam quam uolo pertransire ad confir/mationem prædictorum.

¶ Colligantia uirgæ est primo cum osse pectinis/& cum adenosis parastatis:colligatur etiam cū uesica/& cum cor/de/& cerebro/& hepate/mediātibus arteriis/neruis/& ue nis:alligaur etiam cum musculis longitudinalibus uentris i pectine.Et uirga habet quattuor proprios musculos quo rum duo uocantur ab Aui.nerui erectionis uirgæ/& teste Zerbo duo nerui mollificationis qui musculi sunt ab utra q̧ parte uirgæ magis in inferioribus secundum longitudi nem per medium extēsi circa canale urinæ:teste Aui.quo/rum duo dilatant & ampliant uirgam/& illam eleuant/ut sperma cum facilitate per ipsam penetret/& isti sunt a late ribus uirge/ut supra dictum est.Aliud uero par musculorū uirgæ:oritur ab osse pectinis seu pubis:& ad radicē uirgæ uersus glandem transuerse continuatur:quod par cum tē/ditur uirga eleuatur:& cum cessat a tensiōe deprimitur:q̧ si uni pari accidat tensio & alteri non/uirga declinabit ad partē musculi tēsi.Vtilitates uirgæ per prædicta uisa sunt. Passiones omnium modorum potest pati uirga : quæ etiā diebus nostris nō solum patitur per se:sed est causa defeda tionis spetiei humanæ:quia est causa inducendi certū mor bum nouiter inuadentem genus humanum/quem uulga res nostri uocant morbum gallicum. Galli uero uocāt istū morbū morbū eius cuius est/& ita bene dicūt/qualiter aūt uirga inducat uel induxerit iam a quinq̧ lustris citra istū morbum/finito præsenti opere de eo dicam in particulari in alio libro de chirurgia a me ut promissi: & ut spero im/pressioni dando:& hæc sufficiant de anatomia uirgæ:

¶ Visa anatomia uirgæ est uidenda anatomia ani/tanquā ultima pars uentris medii.Eleuato igitur a loco suo recto i testino cum uirga & uesica/debet sicut dicit Mūdinus scin di hoc intestinum & optime lauari/ut sine nausea uideanť optime eius partes/sed quando pdicta mēbra abscindunť

a corpore

a corpore/ debet secum scindi notabilis quãtitas carnis clu
uium:clumes.n.dicuntur quia celãt collum astale.i.rectũ:
intestina.n.colla dicũtur / ut musculi ani uideantur:& hoc
facto medicus debet reminisci de quantitate eius quando
fecit anatomiam intestinorum/ quæ fuit circa palmum: &
debet ultra quantitatem considerare eius figuram/ & sub/
stantiam/ & complexionem/ & situm/ & colligantiá/ & de/
bet considerare qualiter est inuersum ad superiora. Ad ue/
ram igitur anatomiam ani omnia prædicta sunt particula/
riter cõsideranda : & ultra prædicta sunt etiam aliqua dicẽ
da iunioribus non incõmoda:& primo dico anum esse ex/
tremum orificium recti intestini:quod dicitur ab Arist. pri
mo de generatione animalium.c.xiii.meatus sicci excre/
menti.s.prime digestiõis:decima uero prob. Ari. uocat eũ
podicem:& aliqui uocant eum porum excretionis supflui
tatum.s.primæ digestionis/dicitur etiam collus ab aliqui/
bus/& culus quasi orificium clunium & colli astalis:& ali/
qui uocant eum meatum eo quia per eum meãt stercora:
& aliqui uocant Stephanum & Coronam/ & Græci Dacti
lon seu Dactilion:& dicitur Coriphe:& Hedram:& Arcus
& Arabicæ diciturficteris.G.tamen quarto de utilitate.c.
xix.uocat eum ficteren: & dicit aliquos imposuisse hoc
nomẽ/quia est tãquã stristorium:& Ludouicus Celius di/
cit ꝙ anus dicitur Sphicter a Græcis:quia arcet & cõstrin/
git/tamen ab Aui.& ab Arabibus dicitur ficteris ut prædi/
ctum est/ & latinæ dicit auulus/ & sedes/ & podex/ sed hæc
pars inferior ani usqꝫ ad intestinum colon dicitur astale / &
rectum intestinum:& ita interdum.G. partem sumẽs pro
toto uocat solum anum rectum intestinum : teste Zerbo.
Substantia ani est pãniculosa quæ cum musculis redditur
carnosa/sine musculis etiam intestinum rectum est carno/
sum/ & etiam colon/ & saccus sunt de natura carnis : teste
Aui.quarta quarti in capitulo uulnerum uentris : & idem
dicit alibi:idem dicũt etiam omnes auctores / & ideo talia
intestina possunt consolidari / in recto est etiam substantia
pinguis: teste sensu / in substantia cuius intestini sunt ulli
longi notabiles:maxime in parte exteriori:& ita sunt etiã i
eo uilli lati multi:pauci uero obliqui secũdum aliquos/ qa
clauditur tale ĩtestinum a musculis ani sine uillis obliquis:

& musculi ani sunt quattuor.s.duo paria: teste Aui. prima primi:unus quorum musculorum cõcomittatur os ipsius ani: & cum eius carne uehementer miscetur quæ per mi-xtioni musculorũ labiorum similatur:& ipse cohercet & con stringit anum:& sua expressione emittit reliquias sterco-ris:est & aliter musculus magis intra quã iste, cuius statio est secundum oppositionem capitis.i.est secundum superi us eleuatus uersus caput hominis:qui existimat quod ha-beat duo extrema:cuius extremum cum radice uirgæ pro certo cõtinuatur:& aliud par:s.unum par musculorum quod super omnes transuersum existit:cuius paris quilibet mu-sculus præstat hoc iuuamentum.s.longaonem sursum ele uare:neque accidit longaonem egredi nisi propter eis laxita tem.G.tamen nõ ponit primum musculum recitatum ab Aui.pro musculo:sed tantum ponit tres.s.illud par ultimũ pro duobus musculis aductum per Aui.& secundum mu-sculum antedictum:& inter.G.& Aui.uidetur aliqua diffe rentia:& in hoc ego magis adhereo cum Aui.quam cum.G.quia ponit primum musculum uoluntarie constringere anum: & ita est, hoc itestinum est iuersum ad superius penetrãs: teste Aui.xvii.tertii.c.primo:& istam inuersionem iterdũ ego uidi notabilem, interdum autem non potui eam uide re, & est inuersum hoc intestinum ab exteriori ad interius per duos uel per tres digitos: inuersatur autem ut melius mundetur a fece:quia descendit aliqualiter in egressiõe:& egestio tunc sua grauitate cadit ab intestino : cõplexio ani in quantũ pellicusa est eius substãtia ponitur frigida:ratio-ne tamen carnis adiacentis est calida:frigiditas tamen intẽ sa nocet ano maxime in ulceribus: & etiam in multis aliis dispositionibus:ego tamen uideo ulcera ani iuuari a frigi-dis, tum ratiõe sui caloris præter naturalis propter clausio nem loci:tum quia locus ille & locus uuluæ ab Auic. quar to canone ponitur calidus:diuersimode tamen potest dici anus calidæ & frigidæ cõplexionis ut patet doctis. Quãti-tas ani omnibus nota est:quãtitas intestini recti est aliqua-liter plus palmo in corpore iuxte magnitudinis:figura re-cti est rotunda concaua sicut sunt alia intestina: & ita est fi-gura ani.s.extremitatis recti:unam tamen habet figurã dũ aperitur: & aliam dum clausus est anus: quia clausus ha-

bet formam crispitudinis in eius extremo ad instar orificii marsupii:in eo.n.dū est clausus sunt plicature & ruge multe:maxime in extremitate inferiori eius. Situs eius est uersus posterius parum declinans in inferiori parte uentris inferioris:seu tronci totius corporis ubi pedes magni faciūt corpus bipartitum:& hic anus est absconditus iter clunes ne ledatur a frigore:quia homo caret cauda:quæ in animalibus eā habētibus tuetur anū a frigore : & ab aliis multis nocumentis:& propter carentiam caudæ soli homini sunt clunes. Numerus partium ani est unus tantum:quia sufficit sua singularitas ad expurgationem excremētorum. Et ita apparet iuuamentum ani principale/quod est excremēta grossa expellere hora debita:anus etiam cū musculis suis comprimit parastata in actu coitus/& iuuat emissionem spermatis/cuius signum est ꝙ aliqui coeuntes egerunt: & quilibet coiens comprehendit aliquem motum in regiōe ani in hora emissionis spermatis. Credo etiam ego qđ musculi ani iuuent uesicam & uirgam in suis operatiōibus: & econtra diminute tamen. Colligatur anus cum corde mediantibus aliquibus arteriis ad eum uenientibus : colligaṫ & cum cerebro mediantibus neruis uenientibus ad substātiam eius:& mediātibus neruis musculorum eius: & anus colligatur cū intestino recto:imo ipsum intestinū est anus/ & consequenter mediātibus aliis intestinis & stomacho & meri alligatur ori & labiis eius:& de hoc alibi diximus Ioannem Herculanum dicere medicinas applicitas ano sanate ulcera oris:ista tamen colligantia est ualde remota: & isto modo totum corpus est simul alligatum. Alligaṫ etiā anus hepati mediante una uena portæ quæ sugit illud parum chili quod ad rectum uenit. Colligatur etiam cum hepate mediante uena chili quæ uena postquā est bifurcata in regione ancharum a quolibet latere emittit a se decem ramos notabiles:de quibus ramis tam a dextris quam a sinistris:aliqui rami uadūt teste Aui.prima primi ad musculos ani:& isti rami penetrant in rectum:& ab istis ramis uenæ emoroidales habent ortū:quæ uenæ in aliquibus manifestissime apparent:& in aliquibus non uidentur:& hoc multotiens ego uidi:& istæ uenæ secundum Mundinum sunt quinqȝ:ipse tamen nō dicit ortum earum:& multi pu

tant has uenas esse ex ramis uenarum portæ procedentiū a splene: quod est falsissimum: istas etiam uenas ego sæpissime uidi esse plures quam quinq; & etiam pauciores. Iuuamentum emoroidarum & nocumentum eorum est scriptū ab auctoribus ad quos remitto legentes. Passiones omnium modorum potest pati anus, inter quas patitur ragadias: & condilomata & mariscas uel cristas: & patitur emoroides multorum modorum: patitur ēt anus egressionem a suo loco naturali, & tenasmonem, & pruritū, & uermes: & apostemata: & ulcera: & huiusmodi dispositiōes: & omnes ægritudines ani sunt difficilis sanationis: teste Aui. propter ea quæ aggregātur in eo: quia est calis superfluitatū: & quia est inuersum: quæ inuersio facit difficultatem ī applicatione medicinarum: & quia est uehementis sensus: & quia est in inferiori situ corporis: per quem suscipit superfluitates de facili: & in corporibus habentibus dispositionem ad emoroidas: omnes ani ægritudines sunt deteriores: quia sanguis ille grossus cōtinue currit ad anum: & cōseruat in eo ægritudines. Et hæc sufficere uolo de anatomia uentris inferioris in quo continentur membra naturalia & membra generationis: de quo fine laudetur qui trinus & unus est.

DE ANATOMIA VENTRIS MEDII.

TEXTVS MVNDINI.

His expeditis incipe excoriare uentrem medium, usq; ad principium colli, quia usq; ad principiū capitis sunt membra spiritualia, et nota q hic uēter habet duplices partes sicut primus. s. membra continentia, et membra contenta, membra continentia sunt mēbra pectoris exteriora, quæ sunt diuisa in duplices partes. s. in interiores et in exteriores, exteriorum quædam

ſunt directe, et quædam laterales, directe ſunt ſiue uocã tur partes furculæ, et iſtæ ſunt duæ furculæ. ſ. ſuperior et inferior, laterales uero partes uocantur latera pecto/ris dextrum ſcilicet et ſiniſtrum. Intrinſecæ autem par/tes ſunt quinq; ſcilicet cutis, pinguedo, mamillæ, mu/ſculi oſſa, et cartilagines.

COMMENTVM. XVIII. CARPI.

IN hac parte Mundinus finita anatomia uentris in/ferioris hoc eſt uentre continente in ſe membra naturalia incipit loqui de anatomia medii uentris in quo continentur membra ſpiritualia ſic a mundino uoca/ta & ab eius ſequacibus. Et diuiditur hic uenter ſeu anatomia eius in duodecim partes principales/hoc eſt in duodecim capitula/non ꝙ iſte duodecim partes de quibus ponit anatomiam ſint omnes in iſto uentre medio: nec ꝙ ortũ habeant ab eo: ſed ponit anatomiam membrorum in iſtis duodecim capitulis contẽtorum ſimul: quia iſta membra de quibus loquitur in iſtis duodecim capitulis ſunt ſibi ꝓpinqua/& alligata/& anatomia alicuius iſtorum membrorum in actu oſtenſionis non bene uidetur ſine alio: & ideo poſuit iſta capitula ſub titulo de anatomia uentris medii. In prima nãq; parte ponit anatomiam pectoris in uniuer/ſali: quod uocat uentrem medium. In ſecunda uero loquitur ĩ particulari de anatomia pectoris/hoc eſt de anatomia unius partis pectoris. ſ. đ anatomia mamillarum. In tertia parte loquitur đ anatomia muſculorum pectoris. In quarta de anatomia oſſium & cartilaginum pectoris. In quin/ta parte loquitur de anatomia panniculorum principaliũ pectoris: hoc eſt de diafragmate: de pleura: & de mediaſti/no: in uno & eodem capitulo: ĩ quo capitulo numerat mẽbra contenta in pectore. In ſexta parte loquitur de anato/mia cordis. In ſeptima đ anatomia pulmonis. In octaua uero parte ponit anatomiam uenarum & arteriarum gui/dez: & duorum neruorum deſcendentium a ſexto pari ner

nuorum cerebri usq; ad diafragma : & usq; ad stomachum:
& usq; ad capsulam cordis:ex quibus fiunt nerui reuersiui
qui dicuntur nerui uocis.In nona parte ponit anatomiam
oris & partium eius.s.labiorum:& dētiū:& palati:& uuee:
& faucium.In decima uero parte ponit anatomiam meri:
& tracheæ arteriæ.In undecima loquitur đ anatomia epi/
glotis.In duodecima uero & ultima loquitur đ anatomia
linguæ.Secunda ibi/mamillarum primo uideas figuram.
Tertia ibi/post mamillas sunt musculi.Quarta ibi / ossa au
tem pectoris fuerunt plura.Quinta ibi/membra autem cō
tenta in pectore . Sexta ibi/eleuatis panniculis / apparebit
tibi pulmo.Septima ibi/ex dictis aliqualiter apparere po/
test substantia pulmōis.Octaua ibi/expedita anatomia pul
monis.Nona ibi/oris primo occurrunt labia . Decima ibi/
his expeditis eleua quæ sunt superflua.Vndecima ibi/ele/
uato meri uidebis extremitatem canne pulmonis. Duode
cima ibi/expeditis his quæ circa pulmonem & cannā eius
& epiglotim remanet lingua &c.Prima pars adhuc diuidi
tur in duas partes principales.In prima parte docet exco/
riare istum uentrem medium.In secunda uero parte ostē/
dit/qualiter hic uenter habet plures partes sicut primus.s.
contentas/& continentes/quas cōtinentes dicit alias esse
interiores/& alias exteriores/& numerat membra conti/
nentia exteriora quas dicit esse duorum modorum.s.dire/
ctas/& laterales/& uocat directas furculas pectoris/ & late
rales uocat latera pectoris/numerat etiam partes intrinse/
cas continentes.s.cutim pinguedinem musculos/ossa/ &
cartilagines.Secunda ibi/& nota quod hic uēter habet du
plices partes.Sed ultra ea quæ de isto uētre loquitur Mū/
dinus a nobis sunt de pectore.i.de isto uentre in uniuersali
aliqua dicenda:& legentes sint memores ꝙ de pectore in
principio nostri operis aliqua diximus notatu digna.s. qd
sit pectus/& ubi sit in homine/& ibidem etiam dicta sunt
eius nomina:& quæ sint eius partes:& dicitur pectus teste
Isidoro/eo quia est pexum inter eminentes mamillarum
partes:sed Isidorius discordat ab Ari.& ab aliquibus de to
race/& ab Isidoro pectus est tantū pars ossosa. Aliter tamē
tenent medici.Substantia cuius exterior est ossossa cartila/
ginosa/panniculosa/cum carnibus glandosis & musculis

multis/& ossa sunt plura numero/ita & cartilagines/ ut pe
ctus sit obediens motui anhelitus: non .n. potuit ossosum
simpliciter construi pectus: ut caput: sed ex multis ossibus
& cartilaginibus: & musculis factum est: ut motum nō de/
perderet totaliter: teste. G. vii. de uti. quia si ex solis muscu
lis factus esset hi caderent supra pulmonē & cor: nullo alio
eos molestante: ut igitur simul spatium fiat aliquid intus:
simul autem & moueatur totum organū/ musculi ossibus
alternatim positi sunt: & dicunt aliqui ꝙ hic uēter est mu/
sculosus & ossossus: quia est medium duorum uētrium ex
tremorum: quorū alter est ossosus ut caput/ & alter ex mu/
sculis contextus: & hic uenter medius dicitur archa eo ꝗ
ibi arcana sunt. Quantitate hic uenter est creatus in signis:
& notabilis magnitudinis: teste Hali. ut conseruaret cor &
membra in eo coutenta: & pectus in homine est ualde la/
tum: & multo magis quam in quadrupedibus & quam in
uolucribus. In uiro tamen pectus est magis amplum quā
in muliere: ad portandos autem & pariendos fœtus regio
renum & ossis sacri & ancharum est in mnliere dilatata &
ampla: teste sensu: & teste Celso libro. viii. c. primo: dilata/
tū est etiā magis quia in partu tres iūcture aperiunt. s. duæ
ossis sacri/ & una ossis femoris. Figura pectoris est circula/
ris. cōcaua ut pulmo: & cor: possint dilatari & moueri. Cō/
plexio eius est secundū partes eius: quia aliqua est calidior
altera. innata. n. sua complexio actuata per influentē ubiꝗ
est calida. Numero pectus non est unum membrum sed
plura: in quo est una cōcauitas bipartita a mediastino: col/
ligantiam habet cum uentre inferiore: & etiam cum capi/
te: & cum lacertis. i. cum brachiis: & situs est inter eos. Iu/
uamenta eius sunt custodire principaliter cor & pulmonē
& membra in eo contenta. Passiones omninm modorum
patitur pectus: & inter alias patitur i emittendo aerem cū
anhelitu: patitur etiam in emittendo flamen. i. flatum cum
ictu: & sine ictu: & ista nocumenta ueniunt a neruis descē/
dentibus. hoc tamen melius dicemus in anatomia neruo/
rum uocis.

DE ANATOMIA MAMILLARVM.

TEXTVS MVNDINI.

MAmillarum primo uideas figuram, quia figuram habent cucurbitæ rotundæ, quia debent esse capaces sanguinis, qui debet conuerti in lac.

¶Quia ut ponit Gal. vii. de. v. p. capitulo. xxii. et etiã octauo de iuuamẽtis. M. capitulo quarto sũt scuta cordis, et ideo debuit habere figuram tutam a nocumentis, talis autem est rotunda.

¶Habuerunt etiã papillas ut fœtus nuper natus posset sugere lac.

¶Ex his secũdo uideas substantiam, quia ipsæ carnes habẽt glandosas, quia sanguis superfluus bene decoctus in eis debet conuerti in lac. et ista conuersio est per infrigidationem eius, et ideo carnem habuerũt glandosã.

¶Tertio uideas quantitatem, tamen primo scias ꝙ in muliere sunt maiores quã in uiro, quia in muliere sunt factæ propter duo, unum est ut gerent lac. in uiro autẽ non, et ideo in muliere fuerunt magnæ. Itẽ in muliere sunt factæ magnæ ut caliditatem quam recipiũt a corde ad cor reducant reuerberando, et hoc est magis necessariũ in mulieribus, quia minus habent de caliditate circa cor quam uiri.

¶Quarto nota numerum, quia duæ fuerunt in homine sicut ĩ omni animali quod generat unum uel duo.

In animalibus

In animalibus autem poligenis siue plura generātibus plures sunt mamillæ.

¶Quinto uide colligantiam, quia ipse colligite sunt cum corde et hepate per uenam ascendentem, aqua iuxta furculam ramificantur rami supra dorsum, et inter costas tendunt ad mamillas. Colligantur etiam cū matricæ mediantibus uenis quæ ascendunt a matricæ ad mamillas de quibus dictum est supra.

¶Sexto uide locum eorum, nam in homine sunt situate in pectore, et in aliis animalibus non sunt situate in pectore, et causa quare in aliis animalibus non sunt situatæ in pectore, est una quam dat Gal. capitulo præallegato, quia mamillæ sunt factæ propter generationē lactis. Lac autem generatur ex superfluitate sanguinis bene digesti, multa tamē quātitas talis superflui in aliis animalibus transit in cornibus seu in generationē cornuum, crinium, et dentium, et huiusmodi. Aliam causam dat Aristoteles in libro de partibus animalium, qa alia animalia habent ascellas uel tibias anteriores quasi adinuicem complicatas, et ideo pectus habēt strictum, propter quod mamillæ in pectore eorum non potuerunt locari, et ideo illas habuerunt iuxta anchas posteriores. Si sint animalia generantia unum tantum, uel dispersas per uentrem si generant plura, ut in porcha et in cane, homo autem cum habeat pectus latum habuit mamillas locatas in pectore.

¶Septimo occurrunt iuuamenta quæ sunt posita tria principaliter, nam primo debet in eis lac generari

ex sanguine subtiliato et bene digesto, melior autem digestio fit circa pectus i mamillis propter calorem existentem in eis fortiorem, quam in omnibus aliis partibus, et propter eandem causam natura ordinauit uenas uenire a matricæ ad istum locum, ut ibidem dixit Gal. et procedere tortuose ad hoc ut sanguis continue subtilietur, et bene digeratur.

¶ Secundum iuuamentum est, quia sunt sicut scutum cordis, et in homine cor debet bene tueri, quia homo est sine pelle pilosa.

¶ Tertium iuuamentum est, quia caliditatem siue calorem recipiunt a membris spiritualibus, et receptum reuerberant ad ipsum sicut uestimētum, ut etiam ibi ponit Gal. Ex iuuamentis autem potes uidere nocumēta.

COMMENTVM XX. CARPI.

IN præsenti textu Mundinus incipit numerare particulares partes pectoris.s. partes cōtinentes intrinsecas: & incipit a mamillis: præsupponens q in anatomia mirach sit uisa & intellecta anatomia cutis: & etiam pinguedinis: quia de istis duabus membris determinauit quamuis diminute in anatomia mirach. Et diuiditur littera Mundini in septem partes principales. Nam in prima ponit mamillarum figuram: & ponit auctoritate. G. quare fuerunt talis figuræ. In secunda parte ponit earum substātiam & reddit causam suæ substātiæ. In tertia parte ponit quantitatem mamillarum: & ponit differentiam talis quātitatis penes sexum: & reddit causam talis differentiæ. In quarta parte ponit numerum mamillarū: & tacite reddit causam talis numeri. In quinta parte ponit colligantiam earum. In sexta parte ponit situm earum: & ponit diuersas causas talis situs. In septima parte ponit iuuamenta, & no

cumenta earum:tamen de nocumentis confuse loquitur & etiam diminute. Secunda ibi/ex his secundo uideas substantiam. Tertia ibi/tertio uideas quãtitatem. Quarta ibi/ quarto nota numerum. Quinta ibi/ quinto uide colligantiam. Sexta ibi/ sexto uides locum earum. Septima ibi/ septimo occurrunt iuuamenta/ quælibet pars posset adhuc diuidi:sed aliqua pars earũ non indiget alia diuisione:neq; expositione/ quia littera est clara lege eam.

Sed ultra quæ dicit Mundinus a nobis aliqua dicentur & de nominibus mamillarũ earũ dicã/ quia de eis multa dixi in catalogo/ & dicitur mamilla quia rotunda quasi mala/ i quibus sunt certa aditamẽta per quæ infans sugit lac:quæ uocanť papillæ:teste. Isidoro quia infantes per eas papãt. Mamillæ igitur quæ antiquitus rũmæ uocabantur:& ubera dicuntur secundum aliquos quia lacte uberta sunt/dicũtur etiam ubera quasi uuida:quia more uuarum plena sũt lacte / quod lac sumpsit nomẽ a colore:leucos.n.indicat album/ mamilla est membrum organicum/ & teste Aui.xii. tertii capitulo primo:ipsa mamilla est membrum compositum/e[illegible]enis/& arteriis/& neruis/iter quæ existit uacuitas [illegible]co replet glandosa/cui non est sensus q̃ est albi coloris:& propter suam albedinem quando assimilatur ei sanguis albificatur illud quod nutrit eam : & albificatur illud quod superfluit ab ea & fit lac:& eius quidem comparatio ad lac generatum ex sanguine est cõparatio hepatis ad sanguinem generatum ex chilo/ in hoc ꝙ unum quodq; cõuertit humiditatem ad similitudinem suam i natura: & colore:nam hepar rubificat chilum album: & facit ipsum sanguinem:& mamilla albificat sanguinẽ : & facit ipsum lac. Nota tamẽ lector ꝙ quãuis in mamilla sint nerui uenæ/ & arteriæ:ꝙ maior pars substantiæ mamillæ est carnosa adenosa:merito cuius carnis:auctores ponunt mamillas frigidæ complexiõis:& licet in mamilla sint nerui propter hoc caro mamillæ non sentit:nec etiam aliqua alia caro glãdosa:licet Aui.tertia q̃rti/tractatu primo.c.xvii.dicat carnem glandosam maxillæ & i origine linguæ sentire:quia ut diximus in capitulo anatomiæ carnis/nulla glãdosa caro sentit nisi per accidens/magis tamen carnosa & uenosa est mamilla in femina quã in mare.& est durioris substãtiæ i ma/

re/quia in femina est spõgiosa & foraminosa ualde / in ma
re uero est spissa: teste Arist. primo de histo. & teste Hali. &
substantia uenarum arteriarum & neruorum ramificatur
usq ad uillos: teste Aui. & mediãte carne alba ut prædictũ
est p Aui. fit lac/ quod est dulce: teste Vgone prima primi
per decoctionem frigidam factam a calido naturali: & ita
etiam nutrimẽtum mamillæ est album: & iudicio meo ca/
ro glandosa quælibet generatur/ & nutritur sanguine fle/
gmatiori quã aliæ carnes. Auerr. tamen dicebat mamillas
componi ex musculis: quod tamen non est uerum secũdũ
ueritatem: est bene uerum q circa mamillas sunt aliq mu/
sculi: & etiam infra eas sunt musculi: hi tamen non ingredi
untur compositiõem mamillæ: nec per musculos aliquos
mamillæ mouentur. Et si est in mamillis aliquis sensus est
in eis mediante cuti eas tegente: & mediantibus neruis p
ipsas disseminatis: & non mediante carne earũ: & isto mo/
do nec etiam musculi sentiunt nisi mediãte neruo per eos
disperso: sunt tamen aliqui qui dicũt q alia est compositio
nerui cum musculis: & alia cum mamillis & cum aliis car/
nibus glandosis: nam neruus uere componitur cum mu/
sculosa carne: sed non cõponitur cum substantia carnis glã
dosæ in aliquo membro / & huius opinionis fuit Rabi de
mente. G. & mediãte ista carne glandosa ut supra dictũ est:
mamilla redditur frigidæ complexionis: licet Aui. non di/
xerit aliquid de cõplexione innata mamillæ: & dicõt mul
ti q complexio mamillæ est frigidæ: quia lac est frigidum:
& Aui. propter hoc dixit hepar & mamillas cõuertere hu
miditatem ad sui naturam & colorem: cum autem natura
lactis comperiatur frigida & sit cõuersa a mamilla in sui na
turã: necessario natura mamillæ debet esse frigida. Color
enim carnis mamillarum est albus: & ideo si mamilla assi/
milat sibi suum nutrimentum: & etiam illud quod super/
fluit illud dealbat: quia ut dicunt philosophi agens natura
le non solum assimilat res sibi in substantia: sed etiam in ac
cidentibns: & sic natura perfecte decoquendo sanguinem
illum dealbat mediante tamen sua substãtia alba/ maxime
decoquendo decoctione proportionata lacti/ & hæc deco
ctio optime tangitur ab Ari. quarto metaurorum/ de lacte
etiã Ari. loquitur & bene quarto de generatione animaliũ

c.viii. & hæc digestio non solum apparet in lacte sed etiam in spermate & in aliis multis/ teste Haly. figura mamillarũ est rotunda ut inquit Mundinus: sed in mamilla est papilla ultra rotunditatem eleuata/ ad hoc ut infans quærendo mamillam cum ore obuiet illi aditamento mamillari: ad qđ ex istinctu naturæ currit & sugit lac teste. G. sicut supra diximus in principio nostri operis/ quantitatẽ mamillarũ tangit Mũdinus & bene/ & idem dicit. G. vii. de utilitate: tamen mamillæ maiorantur in feminis lactantibus/ quia operatio magnificat membrum/ magnificantur etiam in prægnantibus/ & in retentione mẽstruorum ab alia causa quam ab in prægnatione: magnificantur etiam mamillæ & paruificantur arte/ ut patet doctis/ cõmuniter tamẽ mamillæ sunt proportionate matrici: caliditas. n. matricis inducit magnitudinem mamillarum quantum est de se/ nisi aliunde fiat nocumentum/ & econtra: tamen cõplexio mamillarum magnificat & paruificat eas/ tam in mare quam in femina/ numero mamillæ sunt duæ/ ut inquit Mundinus/ situs earum est in pectore/ & causam etiam dicit Mundinus/ in Simia etiam & in Babuinis in pectore sunt mamme/ licet aliqui dicant solum hominem habere mãmas in pectore: quæ mãmæ sunt in pectore propter ornatum/ & quia impedirẽt de ambulationem/ si essent circa coxas/ & sunt in pectore propter multa alia dicta a. G. & ab Ari. colligantia mamillarum est maxima cum matricæ sicut diximus in anatomia matricis/ per uenas ascendentes per mirach/ & per uenas descendentes a loco furculæ superioris ab utroq; latere: quia a uenis nutrientibus quattuor costas superiores descendũt uenæ: & ita etiam arteriæ ab eodem loco ad mamillas: & ita ab inferioribus partibus p mirach: hoc est ab inguinibus in utroq; sexu: licet Mundinus tantũ dicat tales uẽnas per mirach ascendentes esse solum in muliere: quod nõ est uerum/ & quilibet potest uidere hoc maxime in fœtibus utriusq; sexus: & usq; ad mamillas ascẽdũt arteriæ & uenæ quæ cum prædictis superioribus uenis & arteriis in regione mamillarum uniuntur/ & coastomant inuicem & nutriunt mamillas/ & portant eis materiam lactis/ & ita natura per uiam longam & tortuosam duxit uenas & arterias ad mamillas; & etiam ad testes: ut in eis fa/

ceret digestio & præparatio ad sperma & ad lac/teste.G. si cet potuisset auia propinqua illud facere/tamen nõ duxit sanguinem ad mamillas a propinquo:quia non fuisset p̃/paratum ad lac/& ad sperma. Nota tamen lector ꝙ quáuis in uiris tales uenæ & arteriæ uadant ad mamillas ut p̃mo/stratum est:& ꝙ ut inquit Aui.nono de animalibus in ui/ris generetur lac/maxime si uiri exprimant suas mamillas ut inquit Aui.propter hoc non omnes uiri habent lac/qa tantum uiri ualde carnosi:teste Dino de Garbo in de natu/ra fœtus habent lac/in quibus non generatur lac a natura propter finem/sed ratione agẽtis & ratione materiæ/& iõ in uiris ualde carnosis q habẽt magnas mamillas ad quas nutriendas currit multus sanguis generatur lac/sicut erat in Schinocio nostro Carpensi superius a me adducto/& si cut erat in domino Petro puncto/quem recitat Dinus/in quibus generabatur multa quantitas lactis/& sola anima/lia quæ generant intra se lactificant/quia talia animalia nõ possunt gerere fœtus intra se/usq; quo possint capere cibũ solidum:& ideo generant lac quod est proportionatũ san/guini menstruo/a quo nutriebantur in utero materno.
Nota etiam lector ꝙ teste Hip.in de natura fœtus/lac inci/pit generari in mamillis quando incipit moueri embrio: tardius tamen euenit mulieribus densarum carnium/& ta le lac ante septimum mensem est malum:teste Ari.quarto de generatione animalium:cuius signum est ꝙ non est ita dulce sicut lac posterius genitum/nec lac septem mẽsium nec nouem est multũ laudabile/quia ei sunt aliquæ partes mali menstrui retenti mixte/sed post quam mulier est pur gata a menstruis quod tempus est ad minus per mensem post partum/tunc lac est dulce & bonum. Nota etiã lector ꝙ multi putant etiam per bonas rationes ꝙ lac generetur a frigido cum lac sit frigidius sanguine tenent tamẽ cõmu niter auctores ꝙ alteratio sanguis i lac fiat a calido/sed nõ a quocũq; calido sed solum a calido diminuto/& ratio est quia mamillæ suo calore digerunt:qui calor ut inquit Di/nus in de generatione fœtus respectu proprii obiecti non est diminutus:sed sufficiens ad ipsum alterandum:& cer/te sicut dicit.G.quinto đ simplici medicina sanguis a quo generatur lac declinat aliqualiter uersus frigidum:quia est

medium inter naturam ueri sanguinis & flegmatis: & ita a calore naturali mamillarum q nō est multus: & a sua substantia alba/ digeritur & dealbatur sanguis & uocatur lac a leuco quod est album/ & necessario propter finem natura fecit talem digestionem mediante calido diminuto: qa cum oporteat fœtum nutriri extra matricem melius est ut sanguis in sui alteratione fit uersus frigidum quam uersus calidum/ nam sanguis ꝑpter eius superfluam decoctionē efficeretur amarum/ & tunc non esset aptum nutrire/ melius ergo fuit ut alteraretur a calido diminuto ut eēt dulce: nec ex lacte nutriuntur mamillæ ut uolūt quidam: sed nutriunt ab eadem materia ex qua fit lac antequā sit conuersum in uerum lac/ nec materia tota ex qua est aptitudo ut generetur lac/ ut uolūt quidam est superflua mamillis: sed de eadem materia nutritur mamilla ex qua generatur lac: & hoc apparet in uiris magis/ in quibus gratia materiæ superfluæ nutriētis mamillas generatur lac etiam in magna copia ut prædictum est/ iuuamēta mamillarum ultra prædicta & ultra ea quæ dicit Mundinus sunt hæc.s. ꝙ dāt decorem homini: & tuentur corpus ab extrinsecis.s. a frigore & a calore: & a fracturis pectoris/ iuuant etiam mamillæ in incitando coitum pertractando eas/ tam in mare quam in femina: licet magis in femina: quia in mare sunt etiā uenæ uenientes a regiōe uirgæ ad mamillas/ & hoc est uerissimū s. ꝙ si tangatur papilla mamillæ statim ipsa papilla erigitur sicut uirga/ & ita propter cōmunitatem matricis & uirgæ cum mamillis fit aliqua cōmotio in uirga & i matricæ/ maxime in dispositis & i paratis ad coitum: quia possibile est ꝙ pertractatio mamillarum erigat papillā mamillæ/ & ꝙ non erigatur neq; in uiro uirga/ neq; in muliere matrix/ puta in puero/ in sene/ & in similibus. Passiones omnium modorum possunt pati mamillæ in sua substantia: tamen in lacte potest fieri nocumentum aut quod superabundet: uel ꝙ deficiat lac/ aut ꝙ malæ qualificetur.s. quod putrescat sicut accidit in prægnante muliere: cuius lac inducit lactāti sceua accidētia/ aut ꝙ coaguletur/ aut ꝙ efficiatur fluidus. Nota lector ꝙ teste Ari. octauo de hysto. c. xi. interdum taliter exuberatur lac ut ab aliquibus fluat non solum de papillis: sed per aliam partem uberum/ aliquibus etiam per

ſubrachia alias per alas / ſeu oſcillas alias aſcillas/ ſeu p ſub hircos ſic dicta talia loca:qa ſapiũt hircũ / & dicit ꝙ corpus mamillæ eſt adeo ſungoſum ut ſi in poculo forte pilũ auxe rit mulier/dolor moueatur in mãmis/quod malũ ſeu mor bum pilarem appellant/nec ſedatur/donec pilus uel præ/ ſus exeat ſponte/uel cum lacte exſugatur/ ſed parcat mihi Ari.in hoc quia hoc non creditur eſſe poſſibile.ſ.ꝙ pilus p tantam diſtantiam & per tantam tortuoſitatem uenarum pertingat ad mamillas:ſed hoc eſt dictum muliebre & nõ ſiſcium:nec hoc dictum acceptatur ab anatomo perito:cre do bene ꝙ poſſit generari pilus in mamillis ſicut etiam ge neratur in renibus & ĩ poris uritidibus:& ꝙ iſto modo ge neretur morbus pilaris mamillarum : & hæc ſufficiant de mamillis.

DE ANATOMIA MVSCVLORVM PECTORIS.

TEXTVS MVNDINI.

POſt mamillas ſunt muſculi, muſculos autem omnes pectoris ĩ anatomia iſta diſcernere nõ potes, licet tamen omnes non diſcernantur, tamen debes ſcire ꝙ iſtorum muſculorum quidã ſunt tantum dilatantes, et quidam dilatãtes et cõſtringẽtes. ¶Dilatantes tantum ſunt duo muſculi diafragmatis, q ſunt ĩ inferioribus pectoris, ſunt etiam duo muſculi di/ latantes tantum qui ſunt in collo, ſed diafragma dilata tur in parte inferiori, ubi eſt ſpacioſitas magna, ſed illi qui ſunt in collo dilatant concauitatem ſuperiorem, quæ eſt parua.

¶Sunt etiam

¶Sunt etiam musculi qui sunt in dorso ubi est origo costarum, et incipiunt iuxta originē primæ costæ. Sūt et multi alii musculi parui.

¶Musculi uero qui sunt dilatantes et constringentes, sunt musculi qui iter costas sunt locati, quia iter quaslibet duas costas sunt duo musculi, quorum unus habet uillos latitudinales, et alius transuersales. Post musculos sunt ossa.

COMMENTVM. XXI. CARPI.

IN præsenti littera Mundinus post anatomiam mamillarum ponit anatomiam musculorum pectoris: & optime procedit: quia tales musculi non possunt uideri nisi prius remoueatur cutis/ & pinguedo/ & etiā mamillæ: hæc pars posset diuidi: tamen quia breuis & clara ē nō aliter faciā diuisiones: nec aliter exponā litterā lege eā. ¶Sed quia Mundinus diminute loquitur: & etiam confuse de musculis pectoris/ ideo a nobis aliqua dicentur. Et primo dico ꝙ ille qui uult intelligere quid sit musculus: & quæ sit earum figura: & qui uult intelligere omnia requisita ad musculum recurrat superius ad capitulum nostrū de musculis in uniuersali: & repetendo dicta auctorum dico de mente Zerbi musculos pectoris esse numero cētum & septē/ qui Zerbus adducit pro teste Auer. cum auctoritate. G. quorum primus est diafragma: ut inquit etiam Zerbus teste. G. in libello de causis respiratiōis: deinde sunt secundum. G. xxii. musculi mesopleure/ qui sunt iter costas: isto modo. s. ꝙ inter duodecim costas cadunt undecim interstitia seu spatia: quæ spatia sunt. xxii. s. undecim in latere dextro: & undecim in latere sinistro: & isto mō sūt. xxii. musculi: & secundum quodlibet spatium a Mundino ponuntur duo musculi qui secundum eum sunt: xliiii. & secū dum Aui. i quolibet spatio sunt quattuor musculi: & ut sic sunt. lxxxviii. qui sunt satis intricati: & dicuntur musculi

mesopleuræ:a Mesos:quod est medium & pleura quod ē costa:& istorum.xxii.duo musculorum quilibet diuiditur ut prædictum est ab Aui.in quattuor musculos:licet Mundinus aliter sentiat: & ut sic inter costas sunt.lxxxviii.musculi:tamen.G.dicebat inter costam & costam non esse nisi unum musculum:tamen si fiat diligentia in incidēdo sensibiliter uidētur inter costam & costam duo musculi obliq: & duo lati secundum Aui.sed propter confusionem suorū uillorum Mundinus non ponit nisi duos / qui tamen sunt taliter uniti ꝙ forte.G.dicebat quattuor esse unum solum: & ultra istos.xxii. musculos recitatos a Galen. ipse ponebat alios duos musculos supra costas superiores:& duos ĩfra costas inferiores:& ponebat sex musculos uenire a collo ad pectus:uidelicet tres ab utraqꝫ parte:& etiam.G. ponebat aliquos alios uenire a dorso ad pectus:quorum numerum non dicit Zerbus:nec etiam Auicē.&.G. ponebat octo musculos uentris iuuare pectus:& iudicio meo aliqui musculi lacertorum.i.brachiorum iplātantur etiam ad pectus:& hoc constat experientia/ & maxime qui a temporibos nostris accidit quædam uentositas in musculis pectoris & dorsi:quæ a uulgaribus uocaᵗ la carne crepata : quæ impedit etiam motum brachiorum/ & si a casu moueātur brachia propter motum illorum musculorum qui alligantur pectori:uidetur patienti talem ægritudinem ꝙ suffocetur:& ꝙ sit uerum ꝙ musculi pectoris sint colligati cum lacertis:uide Aui.prima primi de musculis dātibus motum adiutorio/ qui dicit musculos solum dilatantes pectus esse musculos diafragmatis:& aliud par etiam dilatat quod est sub furcula superiore quod tendit ad caput spatulæ/ quod par est continuum cum costa prima: & cum isto pari cōiūgitur par unum duplans istum / & faciens eum in duas partes:quarum superior cum collo ꝯtinuatur & eum mouet: inferior uero mouet pectus : quæ pars mouens pectus cū uno pari musculorum quod est cōtinuum cum quinta & sexta costa continuatur/est & aliud par quod est in loco cōcauo spatulæ/cum quo pari aliud par cotinuatur quod a spondilibus ad spatulam descendit:& fiunt sicut musculus unus & costis continuantur posterioribus/ & par aliud qđ nascitur a sexta spondili colli/ & a prima/ & a secunda spō-

dili pectoris: & continuatur cum costis toracis: & isti musculi sunt dilatantes. Musculorum uero pectus constringẽtium: alii sunt qui in latitudine constringunt & est diafragma qui constringit per accidens dum quiescit/ & alii sũt qui secundum essentiam constringunt/ & ex istis est unũ par quod est sub radice costarum superiorum: & aliud par quod est apud extremitates istius thoraci adherens apud epiglotale seu furculã inferiorẽ/ & hoc par continuatur cũ musculis uentris inferioris: & alia duo paria quæ ipsum.s. thoracem cooperiunt etiam constringunt: uide etiam Hal. & Rasim/ in Almansore de istis musculis. Nota iterum lector ꝙ quamuis Gale. & sequaces teneant pectus dilatari & constringi a solis musculis quod nõ est sic: teste Auer. secundo colliget. c. xix. sed pectus dilatatur etiam naturaliter: & hoc probat ibidem Auer. quantitas musculorũ pectoris est inequalis: figura sua est conspicabilis cum difficultate tamen: complexio eorum est sicut aliorũ: iuuamentum dicetur inferius: substautia eorum est sicut aliorũ musculorum: situs eorum est diuersus qui sensu percipitur ut supra patuit. Et colligantia siue ortus istorum musculorũ: teste Aui. est a nucha maxime secundum partem nerueam & ulli musculorum inter costas existentium: teste. G. vii. de uti. non sunt per longitudinem musculi: sed sunt obliq: & teste Zerbo si unus musculus abscindatur amittitur medietas uocis & anhelitus. Et Aui. dicit teste Zerbo & Iacobo de partibus musculos dilatantes pectus absq; illis q sũt inter costas esse undecim silicet quinq; paria musculorum & diafragma simul mihi tamen uidetur ꝙ Auic. ponat sex paria. Constringentes autem sunt paria quattuor: dilatantes uero & constringentes & hi sunt iter costas: sunt octuaginta octo musculi. Nota tamen lector ꝙ inter costas musculi dilatantes non sunt constringentes & dilatantes: sed constringentes: alii sunt a dilatantibus: teste Aui. & dilatãtes sunt a parte exteriori/ & cõstringentes sunt a parte interiori uersus pleura: & ideo in pectore inter costas in parte exteriori sunt. xliiii. musculi qui dilatant solum: ĩ parte uero interiori sunt alii. xliiii. musculi qui solum constringunt pectus: sunt igitur omnes musculi secundum cõputũ Iacobi & Zerbi. cvii. & secundum computũ meum sunt. c. ex/

ceptis musculis uenientibus a dorso. Et ut colligitur a.G.i libello de iuuamento anhelitus: & quarto de interioribus: motus anhelitus sunt quattuor: uidelicet inuiolenta expiratio.i. aeris expulsio, & uiolenta expiratio. Et inuioléta inspiratio.i. aeris attractio: & uiolenta inspiratio: & istis motibus correspondent musculi pectoris: motus autem inuiolétus inspirationis in quo dilatatur pectus completur ẽt p diafragma simul cum motu cordis & pulmõis, qui motus est cõpositus, diafragma.n.ꝙ per colligantiam quam habet cum pulmone trahit eum: & pulmo tãquã clibanũ attractus a diafragmate aperitur & aere repletur: & sic necessario aperitur & dilatatur pectus: ad istam etiam inuiolentam inspirationem concurrunt: teste Auic. illi duo musculi qui sunt sub furcula ad spatulam tendẽtes. Ad uiolentam autem inspirationem: teste.G.in de iuuamento anhelitus concurrit diafragma simul cum duobus musculis qui sunt secundum scima spatularum: & concurrũt musculi extrinseci qui sunt inter costas, quia dilatant pectus, & iste motus est etiam mixtus ex naturali & uoluntario. Ad complẽdam autem expirationem uiolentam iuuant omnes musculi comprehendentes pectus: teste.G. quarto iteriorum: & ita concurrit diafragma per accidens tamen: quia musculi uentris præmunt diafragma: & i anhelitu musculi uẽtris non præmunt diafragma nisi in expiratione uioléta ut patet experientia. Ad complendam etiam expirationem inuiolentam cõcurrunt musculi interiores pectoris simul cum aliis musculis constringentibus: sed principaliter iste motus est naturalis & fit a corde & a pulmone. Nota tamẽ lector ꝙ Zerbus loquens de istis musculis & de operationibus eorum: aliter sentit quam ego, sed credo eum errare quia dicit musculos exteriores inter costas existentes iuuare expirationem uiolentam: & hoc non possunt facere si dilatant pectus: ut inquit Aui. & dicit ad uiolentam inspirationem concurrere etiam musculos intrinsecos costarum: & hoc non possunt facere: quia claudunt pectus: in inspiratione autem debet aperiri pectus: hæc tamẽ scripsi cum timore: & forte ꝙ ego sum in errore: de quo si sic sit: imploro ueniam a doctis quibus semper me submitto: tamẽ credo ꝙ Zerbus sit in apertissimo errore.

¶Passiones omnium modorum possũt pati hi musculi in qbus.s.in musculis inter costas si fiat apostema est pleuresis nõ uera:teste Mũdino/& sæpe spasmant & in apoplesia maxime leduntur:quia aufertur ab eis motus & tunc suffocatur animal:& hæc sufficiant de musculis pectoris.

DE ANATOMIA OSSIVM.ET.CARTILAGINVM PECTORIS.

TEXTVS MVNDINI.

Ossa autem pectoris fuerunt plura, et non unum continuum ut possit dilatari et constringi, nam debet esse in continuo motu . Sed ad motum localem et uoluntariũ requiruntur musculi mouentes, et requirũtur ossa quæ sunt substentaculum musculorum Et hæc est causa una quare iste uenter non fuit tantũ musculosus ut primus, nec tantum ossuosus ut ultimus.

¶Ista ergo ossa fuerunt duplicia, scilicet costæ et ossa thoracis.Costæ sunt duodecim, septem ueræ, et quinq; mẽdosæ. Veræ sunt quæ cum ossibus thoracis sunt cõtinuate ad cooperiendum et complendum pectus.

¶Et causa quare una costa non attingit alteram in extremitatibus, est illa quæ dicta ẽ.s.ut pectus possit melius dilatari et constringi, ossa tamen thoracis sunt septẽ costis ueris continuata . Inter tamen ista ossa et costas sunt cartilagines continuantes unum cum alio.

¶Ex his autem cartilaginibus cum ossibus suis componitur unũ membrũ quod uocatur furcula pectoris,

quia ad modum furculæ est bifurcata et figurata, et in extremitate eius directa est quædam scutalis cartilago uocata pomum granatum, facta ad custodiendum os stomachi, a lateribus autē in costis mendosis sunt cartilagines, ut mollis cum duro melior fiat cōiunctio, uerū est ꝙ omnia ista melius apparebūt, si incidatur pectus, ubi sunt teneritates costarum a latere dextro et a sinistro, et tunc apparebunt tibi omnia quæ sunt interius contenta.

COMMENTVM XXII. CARPI.

IN hac parte Mundinus postquā posuit anatomiam mamillarum:& musculorum pectoris:rationabiliter ponit anatomiā ossium eius: & hoc est quia ime diate musculi substentantur ab ossibus : & ita post musculos primo occurrunt ossa:& quia in isto textu Mundinus ē breuis & etiam clarus :ideo non faciam aliam diuisionem de eo:neq; aliam expositionem littere:quia in istis nolo cō terere tempus.lege litteram.

¶Sed ultra ea quæ dicit Mundinus a nobis per uiam digressionis sicut solemus aliqua dicentur.Et dico sicut dixi in catalogo in parte anteriori corporis a colli inferiori parte usq; ad furculam inferiorem quæ gladialis dicitur inclusiue esse pectus:& ab Aui.& a multis aliis pars interna talis partis dicitur etiam pectus / & ab aliquibus clibanū / quæ alio nomine cassus uocatur:& casus dicitur quia uacuum & innane est / & non tantum pars interna pectoris dicitur pectus : sed cor etiam dicitur pectus / iuxta illud Iuuenalis.Nocte dieq; suum gestare in pectore testem.Et cor & alia mēbra extrahere a pectore:uocamus expectorare:sunt tamen aliqui qui uolunt tantum partem exteriorē.s.ossosam & musculosam uocari pectus:tamē cōmuniter pectus capitur pro parte intrinseca & extrinseca : qualiter autem differat thorax a pectore uide in catalogo:& pectus cōpo/

situm est/cute/pinguedine/carne adenosa/quæ est in ma/
millis:& etiam i subassellis ad latera pectoris/& carne mu/
sculosa/uenis/ueruis/& arteriis/ossibus/cartilaginibus/&
panniculis/& membris in eo contentis/& est membrum
organicum/& non simplex:ut uolunt illi quidicunt partẽ
ossosam tantum dici pectus:ad quæ ossa in præsenti insisti
mus. Substantia ossum pectoris nõ est multum dura neqꝫ
compacta:teste Aui.& hoc est ut talia ossa sint obedientia
motui:quia necesse est pectus constringi & dilatari: & nõ
fuerunt etiam unus os continuum sicut craneum propter
motum dilatationis & constrictionis: qui motus fit mediã
tibus musculis ut prædictum est: ut autẽ musculi possent
mouere pectus pro substentaculo suo habuerũt ossa: & ut
posset pectus dilatari & constringi non fuerunt unum os:
sed plura quorum iuncturæ sunt firmæ: teste Aui. median
te cartilagine:quæ sua nõ multa duritiæ potest flecti absqꝫ
ruptura: & propter istam flexionem natura posuit multã
cartilaginem in pectore/& quãuis cartilago ut plurimum
ponatur inter os & os ne durum a duro lederetur/princi/
paliter propter hoc cartilago non est posita in pectore: qa
ossa pectoris non sunt ita dura per se ꝙ indigeant tãta car/
tilagine quãta est in pectore:sed est posita cartilago in pe/
ctore ut possit flecti/dilatari.s.& constringi: quia cartilago
est laxa/nam ossa pectoris iudicio meo sunt quasi cartilagi
nea: & ideo non indigerent ut prædixi multa cartilagine
nisi esset necessitas dilatationis ad quã obediunt cartilagi/
nes. Nota tamen lector ꝙ ossa anteriora pectoris non sunt
talia qualia sunt .s. cartilaginea & mollia solum propter
motum quia pectus in parte anteriori fere nullum habet
motum/ut patet experientia/quia solum pectus notabili/
ter mouetur & dilatatur in regione laterum/& dilatat̃ etiã
uersus uentrem inferiorem/sed ossa pectoris in parte ante
riori sunt mollia ne cor in suo motu cum cuspide obuiaret
ossibus duris/a qua duritiæ posset ledi/& ꝙ sit uerũ ultra
sensum ꝙ pectus diminute moueatur in parte anteriori ꝓ
batur:nam in parte anteriori non sunt inter ossa pectoris
musculi aliq sicut in lateribus inter costas/neqꝫ pulmo ele
uatur ad anterius sicut ad latera:qui locus anterior est oc/
cupatus a mediastino/igitur pars anterior non mouet̃ nisi

diminutæ / & ad motum aliorum ossium sibi coniunctorũ mouetur / nõ autẽ a propriis musculis / & ossa pectoris sunt continua mediãte cartilagine: taliter ꝙ si mouentur unum mouetur quando aliud / quæ ossa simul non sunt unita sicut aliæ iuncturæ mediante ligamento / sed cartilago iungitur ossi immediate per uiam aliqualis solidationis / & ita iungitur os cum osse sine ligamẽto aliquo inter os & cartilaginem existente: est bene uerum ꝙ iste cartilagines & ossa pectoris sunt uellata extra & intra a panniculo qui ea tenet firma. Fgura pectoris omnibus nota est / quia sphaerica est ad formam semi oui secundum latum per mediũ incisi / cuius pars acuta est uersus caput: & est ad partem anteriorem cum notabili planitie / in Homine / & in Simia / & in Babuinorum spetiebus: sed in aliis animalibus pectus est carinatum: & dicitur pectus quasi pactus: a cõpactis costis & ossibus / figura autem ossium eius est multũ diuersa: nã eorum alia lunata & curuua sunt ut costæ: alia recta plana cum aliquali curuitate lunari: teste Celso ut ossa anteriora partis medie eius: & aliqua sunt bifurcata ut furcula superior clauis dicta / alia sunt scutalia & ensiformia seu epiglotalia ut furcula iferior. Ossa pectoris anterioria i medio sũt septem: quibus uere costæ quæ sũt septem utrinq; articulantur: teste. G. vii. de uti. c. xxi. & teste Auic. prima primi: quæ ossa sunt plana / in quorum uniuscuiusq; extremitate est cartilago: teste Rasi / & ista pars septem ossium uocatur ab Hali. pectorale / & a multis aliis: tamen teste Zerbo Albertus dicebat ossa pectoris esse quindecim / & forte ut inquit Zerbus Albertus nõ distinguebat ossa prædicta a cartilaginibus / propter propinquitatem quam habẽt adinuicem: sed non credo Albertum intellexisse eo modo quo dicit Zerbus: quia si cartilagines acciperẽtur pro ossibus omnia inter ossa & cartilagines essent. xxi. quia in quolibet latere inter costam & ossa pectoris sunt septem cartilagines & ita bis septem cartilagines cum septẽ ossibus faciũt. xxi. sed credo Albertũ dicere ossa pectoris esse quindecim isto modo. s. ꝙ i quolibet latere sint septem ossa quæ duplicata sunt. xiiii. in quorum medio est unũ os a summo ad imũ / a quo in ima parte oritur pars scutalis: sunt tamẽ aliqui qui dicũt uera ossa pectoris eẽ cartilaginosa. i. teneriora uersus costas:

costas/& uersus costas non est alia substantia cartilaginea nisi ipsum os pectoris/ ꝙ est quasi cartilago/& dicũt ꝙ tale os est durius uersus partẽ mediã pectoris/ & dicunt ꝙ talia ossa sunt.xv.s.ꝙ in quolibet latere uersus costas sunt septẽ ossa aliqualiter curua ut luna quæ fulget trino aspectu / & ꝙ talia ossa sunt iũcta in medio pectoris cum uno osse solo qđ est tãte longitudinis quãte est pectus a sumo ad imum: & dicunt illud os dare principium furculæ superiori/& ꝙ tale os facit completæ furculam inferiorem/ & ꝙ tale os in parte ima pectoris est epiglotale seu gladiale dictũ : sed q̃a sic esse uel aliter parũ ꝯfert medico super hoc supersedeo. Et prædictis septẽ ossibus a dextris & a sinistris copulant̃ septem costæ in quolibet latere / & principium taliũ ossiũ est a pixide gule in quo ab utroq; latere est certa parua con cauitas in quarũ qualibet iungitur una ex furculis superio ribus / & finis talium ossum est infra mamillas in medio ubi finitur pectus/& hæc pars a Mũdino dicitur regio epi/ glotalis/quæ est parum supra stomachũ / & in ista regione magis quam in alia est aliqua depressio uersus interius / & pectus habet latera ĩ quibus ut plurimũ fit pleuresis/ cuius concauitas est uersus dorsum plus ad sphericum tendens quam ad anterius/initium cuius concauitatis est a furculis superioribus usq; ad diafragma / & pectus uersus dorsum est maioris.i.longioris concauitatis quam ante/ita ꝙ est tã te maioris longitudinis quãte sunt quinq; costæ mendose a Græcis Rhoas dictæ:teste Celso q̃ nõ attingunt ad partẽ anteriorẽ pectoris/quia in parte anteriori pectus est ualde in alto/in pte uero posteriori nõ est ita/ & cã huius iudicio meo est quia cum diafragma dorso sit alligatum in satis de presso loco/ & alligatum sit in parte alta parti anteriori / & musculi longi uentris inferioris cum contrahuntur trahũt diafragma a superioribus ad ĩferiora/ideo fit ut stomachus comprimatur/& ita intestina/ & coadiuuantibus musculis aliis uentris fit egestionum melior expulsio / & isto modo dicitur musculos uentris & diafragma expellere feces ac si manibus uel torculari exprimerentur.Furcula superior pe ctoris est ex duobus ossibus conposita non multum duris durior tamen est quã furcula inferior & quam sint ossa media pectoris & ista duo ossa furcule superioris ingredi/

unt ossa media pectoris cum una extremitate/ & cum alia pertingunt ad iuncturam humeri/& ista ossa iunguntur in pectore tali figura ꝙ faciũt furculam / & iõ ista ossa uocant furcula superior/ quæ forma omnibus nota ẽ: & quælibet furcula.i.quodlibet os est exterius gibosum : interius uero concauam.s.uersus anachar seu ansar: qui est locus qui est sub furcula superiori uersus dorsum: & est ibi summa pars pectoris/ & ima pars gule: modum autem per quẽ iungun tur ossa furculæ prædictæ cum humero dicemus loco suo: sub ista furcula transeunt uenæ a quibus oriuntur guidez: & ita nerui descendentes/ & arteriæ/ & meri/ & trachea ar/ teria/ut dicemus loco suo: ista duo ossa iuuant motum bra chiorum/ & rarissime uel nunquã dislocant in loco medio s.ubi alligãtur ossibus pectoris: bene possunt dislocari uer/ sus humerum: sed non habundanter teste Rasi. Furcula ue ro inferior secundum opinionem illorum qui dicunt ossa pectoris esse quindecim / & eam esse ex uno osse a summo ad imũ est sic designanda.s.ꝙ in medio pectoris est ad lon/ gum pergens a superiori ad inferius usq; ad imum pecto/ ris: & tale os ibi bifurcatur: cui a lateribus tã a dextris quã a sinistris iunguntur in quolibet latere septem ossa cartila/ ginea: tale tamen os faciens furculam inferiorem est carti/ lagineum: & ideo uocatur epiglotale : non in figura sed in substantia ut dicunt aliqui: sed ego dico ꝙ etiam habet for mam epiglotalem .s. figurã certe partis epiglolis quæ est dicta lingua fistulæ: quæ est sicut pars floris mali granati.s. balaustii/ & ꝓpistam formã quã habet hæc cartilago cum parte balaustii dicitur malum granatum a Mũdino. Et no ta lector ꝙ hæc cartilago malum granatũ seu gladialis seu ensiformis dicta : non est furcula inferior : sed est in medio furculæ ut tueatur aliqualiter stomachum a nocumentis: & est cartilaginea ut posset comprimi & eleuari: dum ele/ uatur & comprimitur stomachus: secundum uero opinio/ nem illorum qui uolunt tantum ossa pectoris esse septem hæc furcula inferior est etiam cartilaginea : quæ cartilago ut dicunt facit unam bifurcationem se extendentẽ aliquali ter uersus latera/in medio cuius est quoddam aditamentũ simile radio balaustii: seu simile linguæ fistulæ quod addi/ tamentum etiam dicitur ensiformis & gladialis quia est si/

mile ensi in euspide: & ista tota cartilago secundum opi/
nionem istam secundam nō attingit per medium pectoris
multum in alto/sunt tamen aliqui qui dicunt ꝙ furcula in
ferior nō sit ab uno solo osse ꝙ se bifurcetur in ista regione:
sed dicunt ꝙ illud os epiglotale ensiforme dictum est de p
se:qđ nō est ut dicunt continuum cum alia parte ossis: sed
est contiguum cum ossibus pectoris: & dicunt ꝙ in parte
inferiori pectoris apparet ꝙ ossa habeant figuram furcalē:
quia costæ quinqȝ mendosæ/Roas dicte a Græcis:non ue/
niunt cum sua substantia equaliter ad partem anteriorem
pectoris: quia prima costa de mendosis post ueras costas a
superiori ad inferius non est longa sicut ultima seu ima co/
sta uera:& quia secunda mendosa costa non est longa sicut
prma/ & tertia non est longa ut secunda: & quarta non est
ut tertia:& quinta non est ut quarta in lōgitudine: ideo di
cunt talem compositionem costarum formare furculā infe
riorem pectoris:& ꝙ sit uerum ꝙ ossa pectoris non faciant
furculam inferiorem probant dicendo Auicē.prima primi
non fecisse mentionem de furcula īferiore facta ab ossibus
sicut de furcula superiore:sed dicunt tantum istud os infe/
rius ab Aui.uocari epiglotale:sed ut prædixi istæ differen/
tiæ non conferunt neqȝ obstant medico:satis est scire ꝙ sūt
duæ furculæ.s.superior & inferior ut medici cognoscāt lo/
ca dispositionum / tamē hæc inferius mostrabo ad sensum
in certis figuris in quibus mostrabo figuram & situm ossiū
corporis humani. Visis ossibus mediis ad lateralia est deue
niendum:ossa enim lateralia uocantur costæ sic dictæ quia
interiora custodiūt/a Græcis sūt Cōdros dictæ/licet aliq p
condrum intelligunt cartilaginē / costæ etiam pleure siue
pleuri dicūtur teste Ruffo/ substantia quarū est ossosa non
multe duritiei / & ideo flexibilis:in parte exteriori est figu/
te gibosei in īteriori uero costa est plana/ & est curua ad in/
tra sicut figura semicirculi(teste Hali. ex qua figura pectus
redditur ad latera quasi sphericū perfectum/ & costæ qui/
dem a spdondilibus incipiunt a dinferiora declinare/dein/
de ad superiora incedunt:teste Auic. quantitas costarū est
cōspicabilis & omnibus nota/ tamē teste Aui.prima primi
duæ quæ sunt in medio sunt maiores & lōgiores/& illæ q̄
sunt in extremitatibus snnt breuiores: aliæ autem mediāt

inter breuiores & longiores per gradum augendo uel mi-
nuendo. Numerus costarum est iste .s. ꝙ in quolibet late-
re sunt septem costæ quæ legitime & uere dicuntur, q̄ cō-
tinuantur mediāte cartilagine cum septem ossibus pecto-
ris: tamen Ari. dicebat tertio de hist. eas esse octo in quoli-
bet latere. Sed secundum ueritatem in totum costæ ue-
ræ & mēdosæ in utroq; latere sunt duodecim numero: &
costæ mendosæ sunt quinq;, & ueræ sunt septem, & dicūt
septem uere costæ quia ille septem integre & uere consti-
tuunt in parte anteriori pectus: aliæ autem mēdosæ dictæ
non attingunt ad partem ita anteriorem: & mendosæ di-
cuntur quasi manche & minores, & etiam dicuntur notæ:
quia non desinunt ad ossa pectoris: teste Ruffo, dicūtur ēt
costæ deficientes, quia deficit eis longitudo & substantia
ossosa: alii dicunt istas quinq; costas dici mēdosas: quia sūt
magis cartilagine quam ossose. Et natura fecit istas costas
plures numero: ut inter eas essent interstitia & spatia me-
diantibus quibus pectus posset de facili dilatari & cōstrin-
gi: ad quam dilatationem & constrictionem obediunt om
nes musculi pectoris: & hæc obedientia est causa propter
quid potest dici ꝙ motus pectoris est mixtus ex uolunta-
rio & naturali: non qa semper motus pectoris sit pro par-
te uolūtarius sicut est naturalis, quia sæpissime pectus mo-
uetur solum naturaliter mediante motu naturali cordis &
pulmonis: sed ad motum naturalē pectoris necessario mo-
uentur aliqua membra quæ sunt instrumenta uoluntarii
motus .s. musculi: & ideo dicitur ꝙ motus pectoris est mi-
xtus ex uoluntario & naturali: est bene uerum ꝙ nunquā
fit motus uoluntarius pectoris absq; naturali, costæ etiam
non fuerunt unum os tantum, teste Auic. ne suo pondere
redderent corpus graue, quæ grauedo iudicio meo impe-
diret hominem in multis necessitatibus: & non fuerunt eti
am unum os ut si accideret nocumētum uni parti ꝙ illud
non contingeret alteri, & costæ non fuerunt unū os: teste
Aui. ut musculi inter eas possent locari, qui in operationi-
bus attrahendi aerem iuuant cum opus est: & costæ men-
dosæ non fuere longe sicut uere: quia non debent anterius
continuari: imo paulatim ordinate fuerunt cum sectione:
ne stomachus cum impleretur inflationibus & nutrienti-

bus comprimeretur:uere uero costæ sunt longe quia de/ bent consolidare se cum ossibus pectoris & illa manutene re/ut cor sit cum pulmone tutum a nocumētis ab anterio/ ri ei aduenientibus/sunt etiam aliqui qui dicunt costas mē dosas non attingere partem anteriorem ut pulmo uersus illam partem inferiorem posset dilatari tempore indigen/ tia multi aeris pro refrigeratione cordis/ut in magnis exer citiis & in febribus & in similibus/sunt est aliæ causæ ab au ctoribus recitate. Situs costarum est a radice colli hoc est a spondilibus colli infra usq; ad principium inferioris uētris in parte posteriori ubi alligatur diafragma dorso/ & a poste riori cum incedunt uersus anterius colligate sunt in par/ te posteriori cum uertebris.i.cum spondilibus : ita φ uni/ cuiq; uertebre pectoris articulant̃ duæ costæ/una a dextris & altera a sinistris/& costæ ueræ alligantur ut prædictum est cum ossibus pectoris:mendosæ uero alligātur extremo abdominis/ & incessum costarum mendosarum sequit̃ dia fragma a posteriori ad anterius / quæ costæ mendosæ non in illa parte uersus uertebras:sed ĩ parte uersus anterius sũt multum cartilaginæ ut possent flecti & cedere mēbris nu/ trimenti/ fuerunt etiam tales ne sua duritiæ lederēt hepar & splenem:quæ membra sunt ab eis tecta gratia suæ defē/ sionis ab extrinsecis:fuerunt etiam tales ne lederent diafra gma & musculos uentris præ nimia duritiæ. Iuuamēta se/ ptem costarum sunt teste Aui. ut cōtineant pulmonem & cor cum cautella uehementissima in eorũ defensione/ quo niam nocumentorum impressiones quæ eis accidunt sunt maiores:& cum hoc eorum munitio undiq; non ea angu/ stat neq; eis nocet/& ideo septem costæ superiores create fuerunt continentes illud quod est in eis sibi apud cassum obuiantes & membrum circundantes principale ab omni bus partibus. Costæ uero mendosæ sunt ad tuellam etiam pulmonis pro parte:ut patet per situm earum : sunt etiam ad tutellā mēbrorũ nutrimenti. Passiones omniũ modorũ possunt pati ossa pectoris/& inter alias passiōes patiunt̃ pli caturā/ & rupturā:lʒ costæ notæ & ossa pectoris anteriora magis plicent̃ q̃ rũpātur/costæ tñ falsæ seu mēdosæ rumpi pñt ꝓpe spōdiles:teste Rasi.xv.ꝯtinētis/ & ego idē uidi in actu practico: & hæc sufficere uolo de anato.ossiũ pectoris.

DE ANATOMIA PANNICVLORVM PECTORIS SCILICET DIAFRAGMATIS PLEVRE ET MEDIASTINI.

TEXTVS MVNDINI.

MEmbra autem contenta in pectore ſunt pāniculi, cor, pulmo, et orta ab eis, panniculi autem ſūt tres, ſcilicet mediaſtinus qui diuidit concauitatem pectoris per medium ab anteriori ad poſterius. propterea diuidit pulmonem per medium. Et iſte panniculus non eſt neruoſus nec continuus et uere unus ut alii, qui eſt factus propter iuuamentum cōmune. ſ. ut ſi nociata fuerit pars dextra uel ſiniſtra pulmōis non cōmunicet nocumentū alteri parti. factus eſt etiā ut ſuſpēdat pulmonem ad pectus. Item eſt factus ut ſi propter cauſam aliquam fiat empima, hoc eſt ꝙ aggregetur ſanies in pectore, ut illa non regurgitet ad aliam partem.

¶Poſtea eſt pleura. Pleura autē eſt pāniculus ſubſtātia durus et neruoſus, in quantitate magnus, cooperiens omnes coſtas interius, et ideo colligantiam habet cū omnibus membris contentis in concauitate pectoris. ¶Iuuamenta ſunt cooperire membra prædicta, et ut ab ipſo panniculi prædictorum membrorum ortum habeant ut ponit Auicen. fen prima primi canonis capi. de membris.

¶Passiones omnium modorum et generum potest pati, maxime tamen patitur passionem apostemosam quæ uocatur pleuresis.

¶Verum est ꝙ pleuresis est duplex. s. uera et non uera. Non uera est illa quæ fit in musculis qui sunt intra costas, cuius acumē est uersus cutim extrinsecam, uera fit in hoc panniculo, ex substantia cuius, potes uidere ꝙ illud apostema ut plurimum est colericum propter qđ ipsum consequitur febris acuta, febris ratione loci consequitur, qa ꝓpinquius, et uicinus ē cordi, et fit febris illa acuta ratione humoris calidi . Vide etiam ꝙ ad tale apostema propter sensibilitatem panniculi cōsequitur dolor pungitiuus lateris, quia huic panniculo attribuūtur magis latera quam pars anterior, sed pars anterior magis appropriatur panniculo mediastino, et propterea dolor consequens peripleumoniam est anterior, iste uero est lateralis, etiam quia hoc apostema comprimit pulmonē, ideo impedit dilatationē eius, et malitia anhelitus, et tussis sequitur tunc, quia eminentia apostematis, et aliqua erugo quæ emanant ab hoc apostemate per porositates panniculi stimulat pulmonem, et est causa quare in pleuresi fit screatus in principio rubeus, postea albus uel saniosus secundū ꝙ materia maturatur . Et ideo apparens in principio subrubeus inchoantem abbreuiat, ut ponit Hip. prima anforismorum aphor. parosismos et consistentias, et cā est, qa tūc significatur ꝙ materia est subtilis, et ꝙ panniculus est rarus, et ꝙ uirtus est fortis. quomodo autē ista materia

uirulenta et saniosa per pulmonē expellatur et screatur in anathomia pulmonis declarabitur.

¶Tertius panniculus est diafragma qui potest etiam dici musculus, cuius situs in corpore est in fine pectoris, et costarum, altius tamē existens, in parte anteriori quā in posteriori, nam quantum ad partem eius carnosam est continuatum cum cartilaginibus costarum mendo sarum. Et in parte posteriori cum spōdili duodecima ex spondilibus costarum,

¶Et eius utilitas fuit ex situ eius. Primo ut diuideret spiritualia a naturalibus, ne a cibo hora digestionis et a fece uapores eleuati peruenirent ad membra spiritualia, quia impedirent mentem et rationem.

¶Et ex hoc satis apparet, quia quando egritudinem patitur ut apostema, læditur mens, ideo alio nomine uocatum est metafrenum, quia frenum est mentis, sicut uocatum est dyazona ab Aris. quia zona cingens per medium, non ꝙ directe latitudinaliter cingat, sed obli que, ut dictum est.

¶Et causa siue utilitas huius obliqtatis fuit illud quod dictum fuit in capitulo de anatomia mirach, quia ab hoc panniculo cū mirach comprimunt superfluitates quæ sunt in ītestinis hora expulsionis ac si essent inter assides torcularis cuiusdam,

¶Quantū uero ad partem mediā eius, quæ est neruosa et panniculosa colligatum est cum pulmone, ut ipsum moueat pro motu anhelitus mediantibus neruis, qui ad ipsum ueniūt a cerebro et nucha. Et ex hoc apparet

quare

quare diuerſificatum eſt diafragma ab aliis muſculis, quia alii muſculi in loco ubi oſſibus applicantur ſunt cordoſi, et in aliis partibus carnoſi, diafragma uero eſt ecõtrario, et cã eſt, quia diafragma principaliter habet mouere pulmonem, et non coſtas, nunc autem omnis muſculus quantum ad cordam eius debet eſſe cõtinuatus cum membro quod debet mouere, et cũ alio quãtũ ad partem eius carnoſam.

¶Et ex his apparet quæ ſit figura eius, quia rotunda oblonga. Apparet etiam quæ ſit ſubſtantia eius, quia muſculoſa et cordoſa, apparet etiam quantitas eius.

¶Iuuamenta ſunt tria quæ patent ex dictis. Primũ eſt ut ſit principium motus anhelitus. Secundum eſt ut diuidat inter membra ſpiritualia et naturalia.

Tertiũ eſt ut iuuet inteſtina et mirach ad expellẽdum, quæ in inteſtinis ſunt cõtenta. Et ex ſecundo iuuamẽto apparet, quare ad apoſtema eius ſequit̃ alienatio mẽtis, ſicut ad freneſim. Signa diſtinctiua perquire a Galeno quinto de interioribus capi. de paſſionibus diafragmatis, capitulo quarto.

COMMENTVM XXIII. CARPI.

Viſa anatomia partium continentium pectoris ſecundum Mundinum/tam intrinſecarum/quam extrinſecarum: eſt uidenda anatomia partium cõtentarũ: quarum partium aliæ ſunt continentes & diuidentes: aliæ ſunt contente & diuiſe: & continẽtes ſunt pleura & diafragma: diuidentes uero eſt panniculus mediaſtinus: contente uero & diuiſe eſt pulmo: cõtente uero & nõ diuiſe ſunt

cor:& eius capsula:& orta a corde.s.in uia Arist. arteriæ & uenæ cum quo uidetur tenere Mūdinus:& orta a pulmone ut trachea arteria: in pectore etiam continetur meri & aliqui nerui de quibus loco suo dicetur: & đ istis partibus continentibus in isto textu loquitur Mundinus / quas tamen partes ipse uocat contentas eo quia sunt contente a membris pectoris de quibus imediate præteriit anatomia & iste textus diuiditur in duas partes:in quarū prima parte Mundinus numerat membra quæ ab eo dicuntur cōtēta in pectore:quæ sunt pāniculi:cor:pulmo: & orta ab eis: In secunda uero parte ponit anatomiam pāniculorum pectoris.Secunda ibi/panniculi autem sunt tres.

❡Et hæc secunda pars sicut sunt tres pāniculi pectoris diuiditur a Mūdino in tres principales partes. In prima nāq; ponit anatomiam panniculi mediastini.In secūda uero ponit anatomiam panniculi pleure.Et in tertia ponit anatomiam panniculi diafragmatis: qđ tamen diafragma nō est panniculus/sed est musculus ut infra uidebitur: sed ponit pro panniculo:quia est sicut alii pāniculi satis nerueus:maxime in centro sui/ & ponitur etiam pro pāniculo quia est extensum & latum sicut sunt panniculi. Secūda ibi postea est pleura. Tertia ibi/tertius panniculus est/diafragma. In prima nāq; istarum trium partium ponit anatomiam panniculi mediastini:dicendo ꝙ iste pāniculus separat pectus per medium ab anteriori ad posterius:& consequenter separat pulmonem:& dicit istius panniculi substantiam / figuram/ & numerum/ & dicit ipsius iuuamenta. In secūda uero parte ponēdo anatomiam pleure pāniculi dicit eius substantiam/quantitatem/& situm/& colligantiam/& iuuamēta/ponit etiam passiones eius/quarum numerat unā eidem sæpe euenire solitam .s. pleuresim: cuius pleuresis dicit duas esse speties/& dicit sua accidentia/ & materiam a qua fiat ut plurimū. In tertia uero parte ponit anatomiā diafragmatis/ & dicit eius situm/& colligātiam/ & eius utilitatem consequētem ex eius situ:& repetit aliam colligātiam mediante qua præstat iuuamentum pulmoni/ & dicit eius substantiam/& assignat causam quare sua substantia est diuerso modo situata ab aliis musculis: & cū hoc dicit eius figuram:& quantitatem:deinde dicit sua iuuamē/

ta:dicit etiam implicite tamen aliqua accidentia q̃ sequuntur ad apostema ipsius/remittẽdo nos pro certis signis ad Gal.omnes iste partes possent multipliciter diuidi / tamen expositione non indigent neq3 etiam alia diuisione / littera est clara lege eam.

¶Sed ultra ea quæ dicit Mũdinus de anatomia prædictorum trium membrorum a nobis aliqua dicẽtur / & primo sequendo ordinem Mũdini de mediastino fiet sermo: qui panniculus dicitur mediastinus quasi stans i medio pectoris:diuidit.n.ut inquit Mundinus concauitatem pectoris per medium/ & ita etiam pulmonem:ut si contingat nocumentum uni parti non contingat alteri/ & hic panniculus a.G.xiii.de uti.teste Zerbo uocatur diafragma &.vii.de iuuamentis membrorum capitulo primo.G.uocat istum pãniculum coopertoria descendentia/ & Auicẽ.x.tertii uocat panniculũ medium implicite tamen/dicẽdo pectus quoq3 diuisum est in duas concauitates/inter quas distinguit pãniculus ortus ex oppositione mediationis thoracis/substãtia huius panniculi est ut quæ aliorum: duorum tamen & robustum est membrum/teste.G.sexto de uti.parti. & aliqui dicunt ꝙ non est multum nerueum: & ideo Mũdinus dixit non est neruosus ut alii.s.panniculi/sed est ligamentalis multum ut referunt quidam tamen Aui.x.tertii tractatu quarto.c.iii.de signis pure pleuresis & non pure / dicit & in pura.s.pleuresi quæ est in uelamine distinguẽte.i. in mediastino/est dolor declinans ad ossa pectoris/& est permixtio rationis in ipsa/& sunt uehementiora accidẽtia : ex istis uerbis comprehenditur istum panniculum esse neruosum/ & notabiliter neruosum/hic pãniculus non est unus: sed teste Hali.sunt duo operimenta / & ita sunt teste sensu: & teste.G.ubi supra:& in parte anteriori notabiliter unus eorum distat ab altero quasi per duos digitos / qui tamen panniculi prope dorsum sunt quasi compacti/ & in ista cõcauitate ego uidi aliquos uulnerari a parte ãteriori: & erat notabile uulnus/ & non exibat aier sicut exit a lateribus/ & Medici ingnorantes anatomiam de hoc admirabantur / & uulnera talis loci nisi pertingant ad loca contenta in dorso s.ad uenas & ad arterias non sunt mala / & cito sanantur si medicus est legitimus/ & ego alias Florentiæ uidi unã no/

bilem mulierem pati fistulam in isto loco in quo imponebant ad minus unciæ quattuor lotionis exsiccatiue & mũdificatiue/ & Medici aliqui admirabantur ꝙ patiens non percipiebat odorem nec saporem lotionis mediãtibus porositatibus pulmonis/ putantes ꝙ hæc decoctio tangeret pulmonem/ & ego dixi eis istam concauitatem esse in causa.s.ꝙ aqua non tangeret pulmonem/ & dicũt aliqui ꝙ hic pãniculus oritur & componitur a parte dextra & a sinistra a pleura/ & ideo dicunt eum esse duplicatum/ & iste panniculus uersus dorsum alligat̃ arteriæ & uenæ magnæ ascendenti/ & aliqui dicunt panniculum inuoluentem pulmonem oriri ab isto panniculo: & dicunt etiam capsulam cordis oriri ab isto panniculo: credo bene ego ꝙ isti panniculi sint simul alligati/ sed ꝙ unus panniculus oriat̃ ab alio ego non credo/ sicut alias supra dixi/ & maxime ĩ anatomia pãniculi siphac/ figura eius est duplicata/ & est protensum ut prædictum ẽ a parte anteriori ad posterius / & a iugulo exclusiue usq; diafragma. Complexio sua est frigida & sicca. Situs est in medio pectoris: colligatur ut dicũt quidam cũ sphondylis dorsi in parte posteriori/ & ego dico ꝙ uersus posterius: colligatur etiam cum illa penula pulmõis & cũ glandula dicta morum quæ est simul cum illa penula pulmonis stragulum uenis & arteriis ascendentibus/ & illa penula est alligata pleure in directo spondilium/ & colligatur ante cum ossibus pectoris. Iuuamenta huius pãniculi principalia sunt diuidere pulmonem & pectus / ut si contingat nocumentum uni parti ꝙ non contingat alteri/ & ideo. G. sexto de uti.c.iii. dicebat hoc membrum factũ esse ut si aliquando magna plaga facta in altera partium perierit respirationis opus quod est secundum illam partem: reliquus uenter saluatus saltem secundum medietatem actus custodiat/ & propter hoc semi uocale & semi respirãs in magnis uulneribus quæ interius proueniunt in altera parte thoracis mox fit animal inuocale & totaliter inrespirans: si ambo uentres perforantur: hãc igitur ita magnam utilitatem membranis diafratantibus thoracem præbentibus animali hæc. G. hic etiam panniculus colligat arterias & uenas & meri ad dorsum: teste. G. ubi supra: idem dicit quinto de iuuamentis: suspendit etiam pulmonem pectori/ teste Zer

bo/ Auic. etiã coincidit cum Galeno/ & dicit ꝙ ab eo fit cõseruatio caloris cordis per motũ anhelitus. Passiones omnium modorum patitur/ & in eo fit pleuresis cum maioribus accidentibus: tamen fit quãtitatiue maior caliditas in pleura apostemato: teste Zerbo/ quia pleura adhert partibus carnosis: & citius materiæ putrescunt circa carnem q̃ in puro panniculo: & apostemata membrorum carnosorũ membrorum: teste Auic. associant sibi calorẽ quantitatiue maiorem.

❡ Visis aliquibus digressionibus super panniculo mediastino ad panniculum pleura me conuerto/ qui est panniculus imediate tegens costas: cuius substantia est sicut aliorũ panniculorum/ & est ualde dura/ & sua complexio est frigida & sicca: sua figura est plana extẽsa super costas ad intra & est tante quantitatis quanta est amplitudo pectoris/ ad latera & ad posterius magis quam ad ãterius est situs eius: quia nõ capit totam partem anteriorem pectoris/ maxime illam quam occupat panniculus mediastinus & est numero unus panniculus ad sensum/ & est compositus uillis neruis & ligamentalibus: est tamen maioris sensus apud diafragma/ ut uolunt quidam/ & Zerbus est ex illis: colligantiam habet cum costis sensibilem: & cum mediastino: & aliqui dicũt ꝙ colligatur cum diafragmate/ & ꝙ oritur ab eo hoc tamen a nobis declaratum est in anatomia siphac/ & etiam infra declarabitur. Iuuamentum pleure est custodire pulmonem & cor ab extrinsecis/ & ne ledãtur a duritie costarum: teste Hali. conseruat etiam musculos interiores costarum ne labãtur hinc inde/ & est basis uenis/ & arteriis ascendentibus: & etiã meri/ & ab isto pãniculo: teste Auic. oriuntur omnes panniculi membrorum in isto uentre cõtentorum. Passiones omnium modorum potest pati: & inter alias patitur apostemeta quæ qualia sint/ uideantur a principe & ab aliis auctoribus.

❡ Visa anatomia mediastini & pleuræ/ ad diafragma deuenio: qui est musculus pannicularis/ pro ut supra diximus/ & est membrum diuidens mẽbra naturalia a spiritualibus cuius utilitatem non cognouit Ari. quia ut inquit Auer. secundo colliget. c. xix. tempore Ari. scientia anatomie non erat completa sicut tempore Galeni/ & quãuis. G. faciat se

equitem contra Ari. quando dicit eum non cognouisse uti
litates huius membri/ propter hoc inquit Auer: q̄ G. non
contradicit Ari. sed dicit. G. compleuisse id de diafragmate
in quo Ari. fuit manchus/ hoc membrum ponitur simplex
sicut sunt alii musculi: pro quāto pars est similis toto / licet
forte pars huius musculi nō sit similis toto sicut est in aliis
musculis: sed pro quanto diafragma est certarum operatio
num animæ organum/ dicitur organicū/ nec uere hic mu/
sculus est simplex pro quāto pars similetur toto sicut sunt
alii musculi: quia pars media eius non est similis extremis:
& ideo puto istum musculum dici magis organicum quā
simplex: tum quia pars nō est similis toto/ tum quia est or/
ganum operationum animæ: & multi uocant istud mem/
brum panniculum eo quia in eo sunt duo pāniculi. s. unus
infra eum/ & alter supra / & quia sua substantia musculosa
est dilatata ad instar panniculi: est tamen uerus lacertus cu
ius corda est in medio ipsius cui alligat̄ pulmo/ quæ corda
est lata ad instar pāniculi/ extremitates uero ipsius sunt car/
neæ lacertosæ circundātes rotunditatem eius alligatæ dor
so & costis & ossibus pectoris in locis suis:

¶ Et hoc membrū multitudinis usus uocat diafrgma: sed
hoc nomen est Grecum quod secundum aliquos interpre
tatur quasi diuisionem faciens / eo quia diuidit mēbra ut
inquit Zerbus a parte animæ/ quæ est in corde a parte desi
derii quod est in hepate secundum Platonem: a cuius tem
pore citra hoc nomen est ei conseruatum/ & aliqui dicunt
Macaroniter interpretando q̄ dicitur diafragma quasi di/
uisio frangens: inde diafratrare est diuidere/ & ita etiam ru
diter Mundinus & multi alii dicūt eum dici metafrenum:
quasi mentis frenum/ & non est uerum q̄ dicatur metafre
nu ob hoc quia metafrenum secūdum Græcos est ea pars
quæ est in dorso a collo infra continens tantum eam partē
spine posteriorem ad quam coniungitur pectus. s. a collo
ad cintum seu ad diafragma protensam/ quæ pars est tanta
quanta est locus duodecim spondilium a ceruice infra ex/
clusiue: & per suam etimologiam dicitur metafrenō: quia
illa regio transit a collo usq; ad frenes. i. usq; ad regionē dia
fragmatis quæ etiam pars metafrenon dicta/ dicitur notō
a Græcis/ & tergum/ & scapula a latinis: scapula. n. apud ali

quos/ & dorsum/ & tergum idem sunt/tamen interdũ dorsum apud latinos/ & etiam tergum/ & apud Grecos noton accipiuntur pro tota spina/ quæ habet quattuor partes: teste.G.xii.de uti.s.collum/ scapulam/ lumbum/ & os amplũ licet sint aliqui q dicant in spina non esse collum: sed dicũt spinam constare ex duodecim spondilis dorsi uel metafreni/ & quinq; lumborum/sed scapula est nomen latinum & est comprehendens eam partem spine quam comprehendit metafrenum: licet scapula capiat pro spatula sæpissime a medicis/ & hoc mẽbrum quod multitudinis usus uocat diafragma/ ab aliquibus doctis dicitur præcordiũ quia cordi prætenditur/ & Ludouicus Celius uocat eum præcordium/ & etiam Georgius Valla & multi alii/ tamẽ Georgius in præcordiis numerat cor/ & pulmonem/ & illam glandulam quæ uocatur thimes quam ĩ anatomia uenarum diximus.G.uocare thimum: uidetur etiam ibidem Georgius inter præcordia numerare hepar & splenẽ: sed ista duo mẽbra nõ sunt præcordia: quia præcordia teste Celso sunt tãtum membra medii uentris quãdo dicit septum transuersum diducit uterum a præcordiis & præcordia a Celso reperiuntur in plurali numero: tamen proprie multitudinis usus uocat diafragma præcordiũ siue præcordia: teste Ari. tercio de partibus: & teste Georgio Vallensi hoc membrũ etiam a Græcis uocatur pericardia/ & perizona alias perizoma/ & prapis: tamen Isidorus dicit præcordia esse loca cordi uicina quibus sensus percipitur/ & sunt dicta præcordia eo quia sit ibi principiũ cordis & cogitatiõis: & ob hoc G.vi.de util.c.xvi.uocat capsulam cordis præcordiam/ & pericardiam.Et Ari.in traductiõe Theodori uocauit istud membrum tertio de partibus animalium.c.x. & in primo de hist.præcordia & septum trãsuersum quia est in modũ sæpis per transuersum corporis: & uocat etiam eum diazona & zintum/ & primo de hist.& alibi in translatione antiqua uocat eum diaforisma/ quasi inferiorem diuisionẽ/ & Aui.& Hali.uocat eum uelamen & parietem: & dicitur uelamẽ quia est membrum ut infra dicetur/ & ut supradictũ est in anatomia siphac a quo uidetur oriri siphac & pleura: quæ sunt uelamina membrorum naturalium & spiritualium/ & dicitur paries quia est tanquã paries/ & sæpis diui-

dens uentrem a uētre/uocatur etiam cingulus/ & Isidorus uocat eum diseptum intestinum.i.intus stans discernens uētrem inferiorem a corde & a pulmone / reperitur etiam uocari ab Hip.& a Galeno in pluribus locis frenon & meta frenon & frenes/inquit.G.vi. de interioribus ꝙ antiqui uocabant inferiorem pectoris terminum frenon / & plato uocabat eum mentem / in græco tamen frenon est idem quod mens/ & dicunt aliqui ꝙ forte habet hoc nomen qa cum patitur notabilem malam dispositionē leditur mens: sed alii dicunt ꝙ lederetur mens a uaporibus fætidis : nisi esset hoc membrum: & ideo quia conseruat mentē illesam dicit frenon / & Zerbus & Ludouicus Celius dicūt ꝙ ape rit sensum / & ꝙ prouocat risum mouendo mētem præter uoluntatem intitilatione:an hoc sit uerum uolo ꝙ iudicēt alii.Substantiua diafragmatis est carnea lacertosa in regio/ ne i qua alligatur costis:& ideo Auic.dicebat eum esse unū ex lacertis pectoris/idem dicit.G.vii.&.xiii.de util. & eius corda est in medio.i.in cētro eius/ & est sua corda latitudi/ nis notabilis:cui corde alligatur pulmo / & ita dicūt aliqui ꝙ pulmonis motus est uolūtarius:quia mouetur a muscu/ lo qui est instrumentum uoluntarii motus.Ego tamē cre/ do ꝙ pulmo interdum habeat solum motum naturalē per proprios uillos qui sunt in suis uenis & arteriis:qui tamen motus dependet a motu cordis/ & sic motus pulmonis est accidentalis:nā in corde de consensu omniū cōceditur mo tus naturalis/a quo motu fit aeris attractio & etiam sangui nis/ & ita etiam a motu naturali fit aeris.i.capnosorum fu/ morum & sangninis & spirituum expulsio / cū autem iste aier attractus a corde prius ingrediatur pulmonē & ipsum inflet necessario mouet eum/ & ita etiā aier expulsus ope/ ratur idem/ & iste motus est purus naturalis / & hoc cōstat experientia:quia nos uidemus inspirationē & expirationē esse etiam nolente uoluntate: & huic motui naturali neces sario obediunt musculi qui sunt inter costas & etiā diafra/ gma/ & musculi inter costas obediunt/ & mouentur : quia pectus necessario debet dilatari ad ampliationem & infla/ tionē pulmonis propter ingressum aeris in ipso : iste tamē motus lacertorum non est uoluntarius neqꝫ naturalis : sed accidentalis obediens motui naturali cordis & pulmonis:

& ita etiam

& ita etiam diafragma mouetur a pulmõe naturaliter mo/
to:quia est secum alligatum:& tamen tunc motus diafra/
gmatis non est uoluntarius/sed est motus per accidens ut
supra dictum est:& ita sicut motus uoluntarius seu muscu
li pectoris qui sunt instrumenta eius mouētur per accidēs
a motu naturali:ita etiam motus naturalis pulmōis moue
tur a motu uoluntario qui est in musculis/non ꝙ sint mo/
tus naturalis & uoluntarius motus distincti quando simul
operantur:sed est unus motus solus compositus ex natura
li & uoluntario/& nunquam motus uolūtarius pulmonis
est sine motu naturali/sicut naturalis est sine uoluntario/&
ista omnia constant experientia.G.tamen in libro de utili.
respirationis/& quarto interiorum:& in libro de causis re
spirationis dicebat pulmonem tātum moueri a diafragma
tæ & a musculis pectoris:cuius signum est / ut dicūt aliqui
quare nos uidemus ad dilatationem pectoris pulmonem
statim repleri aere & dilatari.Et uidetur hoc.s. ꝙ cum uul/
nus est illatum pectori ratione cuius nō moueatur pectus
moritur animal/quia dicunt ꝙ quando non meuetur pe/
ctus/non mouetur pulmo/& cum pulmo nō mouetur nō
euentatur cor/& sic necessario fit mors.Auerrois tamen su
per hoc dicit ꝙ pulmo non mouetur quia pectus non mo/
ueatur/sed dicit pulmonem non posse moueri quia infrigi
datur ab aere frigidio ingrediente pectus:sunt tamen aliq
qui dicunt pulmonem semper moueri a diafragmate quã
tūcunq; ꝯcedat etiam pulmonem moueri a corde & dicūt
istum motum pulmonis esse compositū ex naturali & uo/
lūtario qui ambo motus sunt necessarii ad motum pulmo
nis:& dicunt naturalem procedere a corde:quia pulmo ī
se non habet aliquos uillos mediantibus quibus naturali/
ter possit moueri/uoluntarium uero motū pulmonis prin
cipaliter dicunt uenire a diafragmate cui alligatur ipse pul
mo/cuius motus uoluntarii dependētia a diafragmate di/
cunt cognosci a lesione solute continuitatis/uel ab alia ali/
qua mala dispositiōe existente in diafragmate/puta ab apo
stemate & huiusmodi/in quibus lesionibus leditur motus
diafragmatis & necessario moritur animal:quia nō potest
moueri pulmo suo debito motu:quātūcunq; habeat suum
motum a corde/ego tamen credo ꝙ contingat mors ani/

mali in uulneribus & in a postematib' diafragmatis ab alia causa quam a priuatione solius uolūtarii motus pulmonis sicut dicemus in nostra chirurgia. Complexio diafragma/tis innata est qualis aliorum musculorum: tamen musculi non sunt omnes æquales in complexiōe/ quia carnosiores sunt calidiores/ & ita diafragma qđ est multum pannicu/losum non est multæ caliditatis innatæ: quia diafragma ut alibi dictum est habet tres pāniculos quorū substantia est ex neruis & ligamētis: nā a tertio & a sexto pari neruorꝫ cerebri descendit directe unus neruus ab utroqꝫ latere ad diafragma secundum aliquos dans ei motum & sensum ramificando se per diafragma/ & iste neruus est sensibilis/ ad diafragma etiam secundum aliquos ueniūt nerui a quarto & a quinto pari neruorum nuchæ præbentes auxilium pri/mis antedictis neruis a cerebro uenientibus: sed. G. in libello de uoce & anhelitu dicit tria paria neruorum esse in diafragmate / quorū maius oritur ex nucha post spondylem tertiam colli: aliud ex nucha post spondylem nonam/ tertium ex cerebro/ quod tertium par secundum aliquos non dat motum: sed solum sensum/ ueritas est ꝙ Aui. prima primi dicit neruos nucæ colli dare motum diafragmati. Galenus tamē dicit etiam neruos cerebri dare ei motum. s. unā partem/ & nerui nucæ dant duas partes. Et unus ex tribus panniculis diafragmatis est pars superior eius/ cuius origo est a panniculo tegente costas/ secūdus est medius/ qui uere non est panniculus: sed est musculus ipse diafragma di/ctus/ qui ponitur pro pāniculo quia est dilatatus ad instar panniculi / & ista est propria substantia diafragmatis quæ mouetur uoluntarie quæ est tecta duobus panniculis. s. ab īferiori & a superiori: de superiori iam dictum est ꝙ habet ortum a pleura/ inferior uero & tertius panniculus est panniculus tegens eum a parte inferiori qui oritur a siphac: teste. G. vii. de uti. c. xxi. istis uerbis: frenarum. n. propria substantia musculus est / induméta autem eius facta sunt duo: ab inferius quidem sumitatis peritoneæ tunicæ/ desup uero basis tegentis costas: istud membrum habere tres tuni/cas confirmat Aui. & in isto membro sunt foramina per q̄ transit meri & arteria ahorta descēdēs/ & uena magna chi/lis ascendens. Quātitas diafragmatis est satis magna quia

lata extensa est claudens & diuidẽs totam uacuitatem existentem inter duos uentres inferiores: figura diafragmatis non est ad uniuersos alios musculos: sed est secũdum actũ teste. G. xiii. de uti. c. v. circularis est. n. frenarum figura: obliqua uero positio/ & i primis quidem & superioribus partibus perueniens/ab inde autem semper retro & inferius a lata donec tangat dorsum/ & complantatur diafragma seu frenes secdũum lumbum / & hoc est uerissimũ quia in parte anteriori situatur in regione cartilaginis epiglotalis sup orificio stomachi/ deinde obliquatur uersus dorsum adherendo costis deficientibus. i. mendosis per gradum costaꝝ descendẽdo ad dorsum/ & alligatur inter duodecimam & tertiamdecimam spondylem uel circa ubi incipiũt lumbi: & est tantum uersus posterius obliquatum a parte anteriori quãta est latitudo quinqꝫ costarum deficiẽtium siue mẽdosarum cum suis intersticiis. Numerus partiũ diafragmatis uidetur pluralis p uerba. G. vii. de uti. c. xxi. & per Auic. prima prima qui dicit musculos diafragmatis: & ita dicunt multi eum esse didimum. s. in latere dextro unum/ & in sinistro alium/ & ꝙ eorum diuisio sensibilis est a mediastino facta. Cõmuniter tamen capitur pro uno membro/ & iudicio meo sic est: colligantia eius est cum costis deficiẽtibus teste Ari. & cũ spina/ & teste sensu mediantibus cordis eius ut dicunt quidam: & si sic est iste corde sunt breuissime & insensibiles/ & dicunt aliqui ꝙ diafragma reflectitnr usqꝫ ad tertiam costam & tertiam spondylem ascendẽdo a duodecima spondyli dorsi/ & a costis deficientibus ad ueras costas/ & ista reflexio est quia splen hepar & stomachus eleuant eum ad superiora/ & etiam colligãtia pulmonis cum eo tenet eum eleuatum/ tamen interdum deprimitur maxime quando uiolenter pulmo repletur aiere / sed ut plurimum diafragma reflectitur ad superiora ut prædictũ est: & ꝑpter hoc in empimate aperiẽdo pectus & in similibus perforant inter tertiam & quartam uel iter quartã & quintam costam ꝙ est tutius/ quia si inter tertiam & secundam uel secundam & primam fieret tale opus posset diafragma lædi: & patiens moreretur: quia uulnus diafragmatis est letale/ uel si non contingeret ratione uulneris retineretur sanies: teste Zerbo cui ego nõ credo/ imo sanies melius eua/

cuaretur: sed solum est periculum de reflexione diafragmatis/ propter quã posset perforari & inde sequeretur mors. Iuuamẽta diafragmatis sunt ista: teste. G. in libro de causis respirationis/ & in libro de motibus liquidis. s. ꝙ in eo est origo respirationis & omnium uirium corporis/ & huius iuuamenti inuentor fuit ipse. G. ut apparet in de motibus liquidis/ & iuuamẽta diafragmatis nõ cognouit: Ari. tamẽ diafragma solum nõ facit motum anhelitus: teste Auerroe secundo colliget. c. xix. ut patuit supra/ & tamen. G. magnificauit se cõtra Ari. in isto membro/ & in cerebro: & etiam in testiculis/ sed Rabi Moyses redarguit. G. de testiculis probando ꝙ nõ sunt membra ita principalia sicut putauit. G. iuuat etiam diafragma i defendẽdo cor sicut etiam hoc faciunt alii panniculi pectoris/ & ultra alia iuuamenta a. G. dicta diafragma præbet iuuamenta ab Ari. dicta. s. ꝙ separat naturalia membra a uitalibus/ & prohibet uapores fætidos contentorum in uentre inferiori ascendere ad superiora/ tam ad cor quam ad cerebrum. Passiones omniũmodorũ potest pati hic musculus/ de quibus loquit̃. G. quinto interiorum ad longum/ & si apostematur retrahitur ad superiora mediante alligantia pulmonis quæ est in causa: quia necessario debet moueri pulmo/ cum autẽ diafragma sit apostematum sue partes sunt extensæ duræ: & non potest extendi ad inferiora quia pulmo trahit eum ad superiora/ & ideo pro signo hipocundria aliqualiter ad superiora contrahuntur/ solutio cõtinui in ipso est mortalis/ quia est in continuo motu: & ideo nõ cõsolidatur eius uulnus sed magnificatur: & etiam quia est membrum sensibile & nobile ideo causantur accidentia sæuissima & inde mors: tamen teste. G. quinto ingenii sua uulnera in parte carnosa non sunt ita scæua sicut in neruea: & ego ita uidi. s. si uulnera sint leuia & in parte carnosa ꝙ sanantur: quia solus motus non est causa mortis/ sed nobilitas partis eius/ & etiam difficultas consolidationis partis eius: nam pars carnea est consolidabilis: neruea uero minime: & hæc sufficiãt de anatomia trium panniculorum pectoris.

DE ANATOMIA CORDIS.

TEXTVS MVNDINI.

ELeuatis panniculis apparebit tibi pulmo, in cuius medio existit cor uelatum pennulis pulmonis, ut ab ipso, aere attracto refrigeretur, et tēperetur calor et spiritus qui in eo generatur, cuius cordis primo apparet situs et locus, quia est in medio anterioris et posterioris, dextri et sinistri, quantum ad cuspidem eius declinans uersus sinistrum, quātū uero ad radicem eius uersus dextrū, ut possit bene insuflare calorem et spiritum uersus dextrā partem, quæ calidior esse debet sinistra. Est etiam in medio superioris et inferius amotis extremis, et sic fuit locatum, quia est sicut princeps et prima radix omnium membrorum.

¶Quæ sit colligantia eius consequētur apparebit sicut apparebit quantitas eius, quia non nimis magnū neq; paruum, maius tamen est in homine quam in aliquo alio animali eiusdē quātitatis, qa plus habet de calore in quanto.

¶Apparebit etiam figura, quia est figuræ pinealis uel piramidalis, quia huiusmodi figuræ debet esse omne, quod est excellētis caliditatis, quia propria figura primi calidi est figura piramidalis, debes etiam uidere numerum partiū eius, et ex hoc tibi apparebit quæ sit substantia eius, et complexio, et iuuamentum. Numerus uero partium eius est, quia partium eius quædam sunt

extra ſubſtantiam eius. Quædam uero ſunt de ſubſtã tia eius. Extra ſubſtantiam eius ſunt capſula cordis, et orta ab eo, quæ poſtea apparebunt.

¶ Capſula eius neruea ſiue pellicularis eſt dilatata multum, facta ad tuendum cor a nociuis, et ne contangatur ab aliis membris in hora ſue expulſiõis, et quare nõ eſt continua cum corde fuit ne cor in ſui motu impediretur propter aggrauationem, fuit etiam alia cauſa ut contineret quandã aquoſitatem, qua humectaretur cor et roraretur, ne propter ſuperfluum et continuum eius motum exſiccaretur, et ideo ſemper in hac capſula reperitur aquoſitas, et ideo ſi exſiccatur hæc capſula uel priuatur tali aquoſitate ad maraſmum deuenit, ſicut ſi ſit ſuperflua, in iectigatiõem, et tremorem, et cardiacã paſſionem cadit cor, ut ponit Gal. quinto de interioribus capitulo ſecundo.

¶ Partes autem eſſentiales cordis, quædam ſunt extrinſecæ, quædã intrinſecæ. Extrinſecæ ſunt pinguedo, additamenta cordis, ſiue auriculæ cordis, et orta ab eo.

¶ Pinguedo latis apparet in ſuperficie exteriori cordis propter finem potius quam ex parte agentis, quia pinguedo generatur a frigido aut a calido diminuto, cor autẽ eſt calidiſſimũ, ſed generata eſt propter finem ut cor propter uehementẽ et continuũ motũ nõ exſiccetur.

¶ Additamẽta cordis ſunt quædam partes pelliculares, aptæ ad dilatandum et conſtringẽdum, genitæ ad hoc ut quando in corpore noſtro generatur multũ de ſanguine uel de ſpiritu in uentriculis, ut dilatentur ut conti

neant sanguinem multum uel spiritum multum, qui interdum generatur.

¶Sed tu obicies sicut obicit Gal. loco pallegato. Quare natura non fecit cor ita magnum q posset continere omnem multitudinem sanguinis et spiritus, sed fecit illa additamenta, dico quod prima causa fuit, quia si cor fuisset ualde magnum esset causa debilitatis uirtutum propter dispersionem spiritus. Et propterea aīalia q̄ habēt corda magna sunt timida, ut Lepus et Ceruus.

¶Secunda causa fuit, quia cum non semper generetur in nobis multa quātitas spiritus, et etiam sanguinis cū cor fuisset magnum, ut plurimum concauitas cordis extitisset uacua, sed quia istæ auriculæ possunt faciliter contrahi quando non sunt repletæ, ibi non erit uacuitas. Item euitatur ponderositas.

¶Partes autem intrinsecæ cordis sunt uentriculi cordis, dexter. s. et sinister, et medius. Scinde igitur cor primo in parte dextra, ut distinguas uētres eius et orta ab ipso, et incipe a cuspide eius, sic q alium parietem non tangas, et tunc occurret tibi statim uentriculus dexter, et uidebis in eo duo orificia, quorum unus est uersus hepar, et est orificium a quo ingreditur uena chilis, et est orificium maximū, quia per hoc orificium cor trahit sanguinē ab hepate, et ipsum expellit ad omnia alia membra, et quia per istud orificium habet plus trahere quam expellere, ordinauit natura ut clauderetur hora constrictionis, quando debet expellere, et aperitur quādo, cor dilatatur.

¶Et habuit tria hostiola, quæ aperiuntur ab extra ad intra, et quia per idem orificium fit etiam expulsio sanguinis perfecte decocti, et licet non totus expellatur, qa aliqua portio eius expellitur ad pulmonem, et alia pars eius transit in spiritum, ordinauit natura ne illa hostiola essent multum depressa, et ut perfecta clausione non claudātur.

¶Nota tamen duo hic. Primum ꝙ sensus tibi declarat ꝙ uena chilis habet originem suum a corde, quia cum substantia cordis est continua et ipsum non pertransit, et est maxima iusta cor sicut stirpes arboris.

¶Et secundo aduerte ꝙ ab ista uena (antequam concauitatem cordis ingrediatur) oritur uena, quæ circa radicem cordis circūligatur, et ab ea oriuntur rami dispersi per substātiam cordis, et ex hac uena nutritur cor, idest ex sanguine huius uenæ.

¶Postea uero uersus pulmonem est aliud orificium uenæ arterialis, quæ portat sanguinem ad pulmonē a corde, quia cum pulmo deseruiat cordi secūdum modum dictum ut ei recompenset, cor ei trāsmittit sanguinem per hāc uenam, quæ uocatur uena arterialis, et uena qa portat sanguinem, et atterialis, quia habet duas tunicas, et habuit duas tunicas primo, quia uadit ad membrum quod existit in continuo motu, et secundo quia portat sanguinem ualde subtilem et colericū, ut igitur non euaporet, et ut non scindatur hæc uena, habet duas tunicas, quare est dicta uena arrerialis.

¶Et in orificio isto uel istius uenæ sunt tria hostiola,

quæ

quæ aperiuntur ab intra ad extra, et clauduntur ab ex tra ad intra perfecta clauſione, quia per hoc orificium cor tātum debet expellere a ſe, hora cōſtrictionis, et nō debet attrahere aliquid ora dilatationis.

¶Hoc uiſo ſcinde uentriculum ſiniſtrum, ita ꝙ in me/dio remaneat paries in quo eſt uentriculus medius, et tunc ſtatim tibi apparebit concauitas uētriculi ſiniſtri, cuius latera ſunt dēſiora et ſpiſſiora lateribus uentriculi dextri. Et hoc fecit natura propter tria. Primo quia hic uentriculus debet continere ſpiritum, dexter uero ſan/guinem, ſanguis autem grauior eſt ſpiritu, propter ꝙ ratione contentorum plus aggrauaretur pars dextra q̄ ſiniſtra, et ideo cor non fuiſſet æqualis ſtaturæ, ut igi/tur eſſet æqualis ponderis fecit latera ſiniſtri groſſiora, ut recompēſaret ſua grauitate grauitati ſanguinis. Alia cauſa eſt quia debet continere ſpiritum, qui facile eſt reſolubilis. Vt igitur non reſoluatur latera fuere ſpiſſa. Tertia cauſa eſt, quia hic uētriculus generare debet ſpi ritum ex ſanguine, ſpiritus autē generatur ex ſanguine, ſpiritus autem generatur ex ſanguine a forti caliditate ſubtiliante, et euaporante, fortior autē eſt caliditas quā/do eſt in materia et ſubiecto dēſiori, quare latera huius uentriculi fuere ſpiſſa et denſa.

¶In concauitate autem eius circa radicem ſunt duo orificia, unum eſt orificium arteriæ aborti, quæ dicitur aborti, quia imediate a corde orta, uel quia eſt pricipiū originis omnium arteriarum quæ ſunt in corpore, et ꝑ iſtam trāſmittit cor ſpiritum ſupra ſanguinem in ipſo

generatum ad omnia membra, quando constringitur.
¶ Et propterea ordinauit in principio istius orificii tria hostiola densa ualde, quæ perfecta clausione claudunt ab extra ad intus, et aperiuntur ab intus ad extra, et orificium hoc est ualde profundum.
¶ Aliud est orificium arteriæ uenalis, quæ dicitur arteria, qui uaporem portat, et dicitur uenalis quia tantum habet unam tunicam, quia natura non fuit multum sollicita de custodia eius quod per ipsam transit, quod est uapor capnosus uel aer quem attrahit cor a pulmone.
¶ Et quia per istam uenam cor attrahit et expellit, natura in hoc orificio posuit tãtum duo hostiola, quæ perfecta clausione non clauduntur. Et sunt hostiola ista multum eleuata, et non apodiant se parieti cordis quando cor attrahit aerem, ne per ipsum spiritus expellantur. Et ista sunt mirabilia opera naturæ, sicut mirabile est etiam opus uentriculi medii.
¶ Nam iste uentriculus non est una concauitas, sed est plures concauitates, paruæ, latæ magis in parte dextra, quam in sinistra, ad hoc ut sanguis qui uadit ad uentriculum sinistrum a dextro, cum debeat fieri spiritus cõtinue subtilietur, quia subtiliatio eius est præparatio ad generationem spiritus et natura transmittendo aliquid per membra uel uiam aliquam, nunquam transmittit illud ociose, sed præparat illud ad formam quã debet suscipere, sicut facit quando transmittit chilum per meseraicas ad hepar ut ponit. G. in libro de iuuamẽtis et hec de partibus substantialibus cordis sufficiãt. Quæ

autem sint orta a corde, potes uidere antequam ulterius pcedas, et illa sūt quattuor. s. uena chilis, uena arterialis, arteria ahorti, et arteria uenalis, quorum duo uadūt ad pulmonem, et alia duo ad totum corpus.

COMMENTVM XXIIII. CARPI.

IN præsenti textu Mundinus ponit anatomiam cordis/ & diuidit hic textus in octo partes principales. In quarum prima parte ponit qualiter cor est i medio pulmonis: & reddit causam propter quam pulmo habeat circūdare cor. In secunda parte ponit situm/ & colligātiam/ & quātitatem/ figuram/ & numerum partiū/ substātiam/ complexionem simul & iuuamenta cordis: licet implicite & diminute de aliquibus ex prædictis loquatur. In tertia parte ponit anatomiam unius panniculi circūdantis cor/ qui dicitur ab eo capsula cordis. In quarta uero parte ponit diuisionem partiū cordis/ quarꝝ aliæ sunt extrinsecæ & aliæ intrinsecæ/ & primo numerat extrinsecas. Et primo loquitur de pinguedine quæ est ex eius partibus extrinsecis/ & dicit propter quid pinguedo est circa cor. Secundo loquitur de certis additamentis cordis/ quæ ab eo uocātur auriculæ cordis: & dicit eorum iuuamenta: & ibidem obiciendo dicit propter quid natura non fecit cor ita magnū ut posset sine istis additamentis in se continere spiritū necessarium: & ibidem respondet obiectiōi antedictæ. In qnta parte numerat partes intrinsecas cordis & ponit anatomiam aliquarum partium intrinsecarū eius/ & ponit anatomiam uentriculi dextri/ i quo dicit esse duo orificia quorum unum est maius altero/ & est illud per quod uena chilis defert sanguinem ad intra cor/ in quo sunt tria hostiola non perfecte se claudentia/ quæ aperiūtur ab extra ad intra/ & ibidem Mūdinus dicit uenam chilim oriri a corde: a qua uena extra cor oritur una uena quæ circundat & nutrit ipsum cor/ dicit deinde Mūdinus ꝙ est etiam aliud orificium in dextro uentriculo quod est minus primo antedicto: quod est uersus pulmonem/ & hoc orificium est prin

cipium uenæ arterialis/ & dicit iuuamenta talis uenæ arte/
rialis: & dicit propter quid hæc uena uocatur arterialis: &
propter quid habet duas tunicas: & dicit ī orificio talis ue
næ esse tria hostiola quæ aperiunť ab intra ad extra & clau
duntur ab extra ad intra perfecta clausione/ & dicit causam
talis perfecte clausionis. In sexta parte ponit anatomiā uen
triculi sinistri/ dicendo qualiter est procedendum operatio
ne manuli in faciendo anatomiam talis uentriculi. Cuius
uentriculi ponit substantiam: & assignat causam talis sub/
stantiæ. In quo uentriculo dicit esse duo orificia sicut in de
xtro/ quorum unum est orificium arteriæ ahorti / & dicit
propter quid dicitur ahorti. Et dicit in isto orificio arteriæ
ahorti esse tria hostiola densa quæ perfecte clauduntur ab
extra ad intra/ & econtrario modo aperiūtur: dicit deinde
Mundinus ꝙ in isto uentriculo est aliud orificiū ꝙ est prin
cipium arteriæ uenalis/ & dicit quare dicatur arteria uena
lis/ & dicit iuuamēta talis arteriæ uenalis/ in orificio cuius
dicit tantum esse duo hostiola quæ non clauduntur perfe/
cta clausione/ & dicit talia hostiola esse multum eleuata/ &
de ista eleuatione reddit causam. In septima pte ponit ana
tomiam uentriculi medii: qui uēter est plures cōcauitates:
& de hoc Mundinus reddit causam. In octaua uero & ulti/
ma parte ponit anatomiam diminute tamen partium orta
rum a corde: quæ sunt quattuor. s. uena chilis: & uena arte
rialis: & arteria ahorti: & arteria uenalis: quorum duo ua/
dunt ad pulmonem: & duo ad totum corpus. Secūda ibi/
cuius cordis primo appet situs. Tertia ibi/ capsula eius ner
uea siue pellicularis. Quarta ibi/ partes autem essentiales
cordis. Quinta ibi/ partes autē intrinsecæ cordis. Sexta ibi/
hoc uiso scinde uentriculum sinistrum. Septima ibi/ nā iste
uentriculus non est una concauitas. Octaua ibi/ quæ autē
sint orta a corde potes uidere: omnes prædictæ partes pos
sent etiam multipliciter diuidi & etiam exponi: sed nō est
uis quia littera est satis lucida lege eam.
Sed ultra ea quæ dicit Mundinus de corde a nobis aliqua
dicētur. Sed ante omnia alia mihi iustum uidetur prius di/
cere aliquid de cassula seu capsula cordis/ sic dicta: quia ī ea
continetur ipsum cor: nec prius cor potest uideri nisi prius
anatomizetur talis cassula: & ideo a capsula est incipiendū:

dico igitur istum panniculum non fuisse positum a Mun
dino inter panniculos pectoris: quia operationibus princi
palibus pectoris non præstat aliquod iuuamētum: sed iste
panniculus magis est panniculus seruiens cordi quam pe
ctori: & dicunt aliqui ꝙ hic panniculus generatur ante ge
nerationem cordis, propter iuuamenta quæ præstat cordi
s.ut tueatur ipsum a nociuis: & iste panniculus est locus in
quo primo a natura positum fuit cor. Et hic panniculus a
G.vi.de uti.c.xvi. uocatur pericardia: sed in titulo prædicti
capituli uocatur præcordia & cassula cordis: & propriissi-
me ut inquit Iacobus de partibus.xi.tertii debet uocari pi
cardia: a pari græce quod est circum: & cordiam quod est
cor: & Zerbus dicit a pari quod latine sonat iuxta: ut circa:
& cardia quod est cor. Cōmuniter tamen uocatur cassula
& capsula & scrinium & archa cordis: sed Haly. uocat istū
panniculum uaginam: & operimentum: & interdum tuni
cam & panniculum. Aui. etiam uucat panniculum: sed. G.
ubi supra uocat etiam istum panniculum tunicā: sed dicit
ꝙ non nominatur iuxtæ tunica: ex hoc ꝙ hoc nomen cu-
rat ei de rectitudine nominum: sed uelut cassula quædam
magis aut præuisorium insalax cordi circū aposita. Nota ta
men lector ꝙ ita potest conuenire hoc nomen tunica huic
pericardiæ, sicut cassula, & capsula: nā tunica dicitur a tuē
do: quáuis sit tunica speties uestis: quia omnino iste panni
culus est cordi tāquā uestis: qui pāniculus tuetur cor ut in
fra dicetur. Capsula uero est diminutiuum ueniens a capsa
quæ capsa dicitur a capio: eo ꝙ res in ea reconditas capiat:
& ita cassula dicitur a casso: nam cassus indicat id quod est
innane & uacuum: & ita credo per prædicta ꝙ hoc nomē
tunica ita conueniat huic panniculo sicut cassula uel capsu
la: quia hic panniculus capit cor, ideo tuetur eum: & recte
potest uocari ui nominis tunica: & in hoc parcat mihi. G.
nisi forte tunica apud Græcos significet aliquid aliud mi-
hi ignotum, tamen tunica est nomen latinum.

¶ Substantia huius panniculi est sicut aliorum panniculo
rum neruea. s. & ligamentalis: licet Conciliator differentia
xliiii. dixerit eam esse ex solis neruis: quia dicebat eam esse
creatam ante ossa: & ab ossibus pectoris, & ab aliis ossibus
oriuntur ligamenta: igitur non potuere in tali capsula igre

di ligamenta: quia nondum erant genita seu creata: & ibi-
dem dicit Conciliator capsulam generatam esse ante cor:
sed ista opinio Conciliatoris. s. ꝙ in isto panniculo nõ sint
ligamenta est reprobata: quia si esset hic panniculus solus
nerueus esset maioris sensus quã cor: & quã alter pannicu
lus: & nõ posset sufferre motus cordis ad intra se: quia ob-
uiaret ossibus pectoris: & sic animal semper doleret: & iõ si
esset nerueus purus indigeret alio pãniculo custodiẽte eũ:
tamen aliqui tenentes opinionem Cõciliatoris dicunt me
diastinum & pleura tueri pericardiam a duritiæ ossium pe
ctoris: quidqd sit de hoc omnino ego credo ꝙ hic panni-
culus sit multum nerueus: tamen credo in eo esse aliqua li
gamenta: quia hic est ex illis panniculis in quibus nerui su
perant ligamenta: sicut ligamenta superant neruos in cõ-
positione panniculorum tegentium ossa: & substantia hu-
ius pãniculi: teste Aui. xi. tertii est ualde subtilis: iudicio ta-
men meo non est sic: est bene uerum ut inquit Aui. ꝙ non
inuenitur par huic panniculo in spissitudine: tamen etiam
dura mater est spissa: & pauca differentia est inter spissitu-
dinem duræ matris/ & spissitudinem huius pãniculi: & hic
panniculus & etiam dura mater sunt magni sensus: sed te-
ste Ari. tertio de partibus dura mater & hic panniculus sũt
grossiores & robustiores fere omnibus aliis panniculis: &
iudicio meo sola cutis quæ ponitur pro panniculo est gros
sior dura matre & pericardia: & credo ꝙ littera Aui. sit cor-
rupta quando dicit ꝙ hic panniculus pericardia dictus est
ualde subtilis. Et hic panniculus est ualde durus ut esset tu
tamen cordi propter excellẽtem cordis nobilitatem. G. ta
mẽ. vi. de uti. ubi supra dicit grossitiem & robur cassule mi
ro modo ad summũ cõmoderationis peruenire: & sic de-
bebat esse: quia debebat tangere pulmonem quod est mẽ-
brum molle ne ipsum læderet sua duritiæ/ debebat etiã sic
esse: quia debebat tangere ossa pectoris: & ne læderetur fu
it cõmoderate durum: s. tanto osse mollior/ quãto pulmõe
durior: miranda itaq; est pericardia: quia fuit diuersæ natu-
ræ ab aliis panniculis. Complexio talis panniculi est frigi-
da & sicca. Figura eius est sicut figura contenti in eo ad pi-
ramidalem formam tendens: teste. G. & Haly. Numero est
unus panniculus ad instar bursæ. Eius quantitas est ꝓpor

tionata quãtitati cordis in eo contenti est enim maior cor/
de non multum:tamen hic panniculus teste Aui. est sepa/
ratus cum quadam quãtitate a corde nisi apud radicẽ eius
in qua cor potest cõstringi & dilatari dilatatione sufficiẽti.
Situs pericardiæ est sequens situm cordis quod est in me/
dio totius corporis:teste Arist.tertio de partibus animaliũ
c.iiii.ied est magis superius quã iferius:& parti priori amo
tius quã posteriori:& primo de hist.c.xvii.dicit ꝙ cor est i
medio pectoris homini tãtum in partem sinistram uergẽs
paulo a mãmarum distinctione declinans:& ita pericardia
habet istum sitũ : quæ pericardia ex capite.i.exbasi cordis
prodiens:teste.G.ubi supra est sufficienter ampla : deinde
paulatim restricta similis ipsi cordi desinit:& in isto panni/
culo sic ut supra situato est positum cor tãquã in uagina: te
ste Haly.quæ cassula coniungit cordi ubi uenalis arteria &
ahorta oriuntur:ut fortificaret earum ortum: teste Zerbo:
dicunt etiam aliqui ꝙ pericardia est coniuncta mediastino
& hoc interdum ego uidi/ & aliqui dicũt pericardiam col/
ligari ossibus pectoris maxime cum cuspide cnius opposi/
tum ego uidi. Iuuamenta capsula sunt ista.s.ꝙ ipsa est ua/
gina/ & tunica/ & infalax præuisoriũ cordi / & ista capsula
est receptaculum cuiusdam humiditatis / quæ est tanquã
ros irrigans & irrorãs cor,ipsum ab ulteriori exsiccatione
prohibens propter continuum eius motum & propter in
tensum eius calorem/quæ aqua reperitur in quocũq; cor/
pore sano:prout referũt auctores/& istam aquam semper
ego uidi in pericardia/sed modo plus/non minus / tam in
sene quam in iuuene/& etiam in fœtibus/quæ tamẽ aqua
secundum naturalem dispositionem est moderata / ne ex
cõsumptione eius sequatur marasmus & tabes:neq; debet
superfluere na sequatur cardiaca passio:& iectigatio:ac cor
dis tremor siue suffocatio animalis:quæ ex superabundãti
aqua in pericardia necessario sequitur:quia cor non potest
euentari:sed extinguitur eius spiritus: suffocatus eo modo
quo animal sub aqua in qua non potest respirare suffocat:
& in ista pericardia teste Zerbo : auctoritate tamen aliena:
continentur tempore uitæ animalis multi spiritus : qui ibi
sunt gratia necessitatis:& ideo dicunt pericardiam esse spis
sam/solidã/ & dẽsam/ & dicit istos spiritus in animali mor/

tuo conuerti in aquam:dicit etiam aliquos opinari in peri
cardia esse aquam spirituosam.Et dicit ꝙ hæc aqua est alte
rius naturæ quã sint aliæ aquositates nostri corporis : quia
dicit istam aquam gratia finis differre ab urina/ & ab aquo
sitate mixta sanguini:quæ est reperta in sanguine fleboto/
mato.Et hoc est possibile.s.ꝙ talis aqua sit đ aquositate mi
xta sanguini: & tamen ꝙ sit alterius naturæ:nam aqua uri/
nalis: & aqua quæ est mixta sanguini sunt unius conditio
nis.s.ꝙ sunt salsæ:possibile tamen est ꝙ aqua in pericardia
contenta sit de eadem: & ꝙ non sit salsa gratia finis/ & gra/
tia agentis.Gratia.n.finis nõ debet esse salsa:ut melius ꝓhi
beat calorem & exsiccationem cordis:sed gratia agẽtis po
test esse ꝙ non sit salsa:nam natura potest transmittere ta/
lem aquositatem ad pericardiam per loca ita angusta ꝙ ta
lis aqua de salsa fiet dulcis:sicut patet ab Aristotele in libro
metheororum ꝙ ex aqua maris salsa fit aqua dulcis/ponen
do uasa cerea cõcaua rotunda in aq̃ salsa : cuius aquæ pars
subtilis nõ salsa penetrat per poros subtilissimos ceræ ad cõ
cauum talium uasorum & efficitur subtilis/consequenter
& dulcis nam salsedo in aqua acquiritur per adustionem/
consequẽter & per ingrossationẽ: & ita aqua mixta sangui
ni existens in corpore animalis trãsiens per porositates an
gustas ad pericardiam subtiliatur & sic potest esse dulcis &
gratia finis necessario est dulcis. ¶Nota tamẽ lector quod
sunt aliqui proterui catholicæ fidei / uerbis contrarientes:
qui dicunt si ista aqua est naturaliter cuicunq; animali: & ĩ
spetie si ẽ homini . Aqua ergo quæ exiuit ex uulnere illato
Corpori Christi in regione pectoris cum lancea a certo mi
lite/nõ fuit miraculosa:sed naturalis:cum naturaliter sit aq̃
in pectore in pericardia panniculo:sicut supra dictum est:
& cum etiam in quocunq; sanguine hominis sani sit aqua
secum mixta: & Christus erat sanus ante capturã: ergo ta/
lis aqua quæ exiuit a latere Christi non fuit miraculosa:ad
quod est dicendum & infallibiliter tenẽdum: ꝙ talis aqua
quæ exiuit a latere Christi fuit miraculosa/ & nõ est credẽ/
dum ante dictis rationibus:quia quãtũcũq; sit in quocũq;
corpore sano aqua aliqua sanguini mixta: & etiam in mul/
tis non sanis/ sicut apparet in aliquibus corporibus flobo/
tomatis ægris & sanis sanitatem / & conseruationem seu

præseruationem

præſeruationem quærentibus/non propter hoc ſi floboto métur: & etiam ſi uulnerentur: non uidetur ſenſibiliter exire ex ſuis uulneribus ſanguis diſtinctus ab aqua/ maxime ĩ exitu actuali: nec etiam eſt poſſibile ꝙ uideatur exire aqua a uulneribus pectoris diſtincta a ſanguine quantũcunqꝫ pforaretur pericardia: quia ſanguis exiens ex uulnere cutis & muſculorum pectoris admiſceretur tali aquoſitati pericardiæ/ & coloraret talem aquoſitatem in colorem ſanguinis/ & ſic non uideretur niſi una ſubſtantia rubea / ſapiens magis naturam ſanguinis quam rei in qua eſſet diſtinctio duorum colorum: quia nos uidemus maximam partẽ & ſanguinis & alterius rei rubeæ mixtæ aquoſitati elementali uel artificiali illam colorare ad rubedinẽ/ & ſic dico aquã pericardiæ nõ poſſe exire a pectore in colore aquæ/ in corpore uulnerato etiam mortuo de recẽti/ ſicut erat Corpus Chriſti quando fuit uulneratum/ nec obiciat aliquis ſicut faciunt aliqui obliquæ ſentientes in fide: dicendo ꝙ poſſibile eſt ꝙ a corpore Chriſti fuerit uiſa exire aqua quæ erat ĩ capſula cordis ſine ſanguine/ & ꝙ poſt aquã exiuit ſanguis gutatim/ quia in primo occurſu uulneris non potuit exire ſecundum ipſos ſanguis: quia dicunt Chriſtũ habuiſſe ſanguinem congelatũ in muſculis & in cuti pectoris propter flagellationes & percuſſiones multas ante mortem ei datas/ propter quas ſanguis exit uenas & congelatur in poroſitatibus membrorum: & ſic dicunt eſſe poſſibile ꝙ exierit aqua & ſanguinis: & ꝙ exitus aquæ non fuerit miraculoſus ſeu ſuper naturalis ſed naturalis/ ad quos eſt dicẽdum: ꝙ in nullo occurſu cõtuſionis/ caſus/ & uerberationis/ etiã ſi membrum cancrenetur & amittat uitam propter contuſionem & uerberationem reperit membrum citra ſecundum diem in quo nõ reperiatur ſi ſoluatur ferro uel alia re aliqua portio materiæ rubeæ / quæ eſt apta miſceri & neceſſario miſcetur cuicunqꝫ rei trãſeuntis per talem ſolutionẽ: & ſic dico quãtũcũqꝫ Corpus Chriſti glorioſi fuerit uerberibus cõtuſum dilaniatum & laceratum & in pectore & alibi/ ꝙ a uulnere pectoris neceſſario per ante dicta exiuit naturaliter materia ſanguinolenta: in qua nõ fuit uiſus color aquæ: ſed exiuit a Corpore Chriſti ſãguis ſub forma ueri ſanguinis: & aqua diſtincta a ſanguine ſub forma aquæ:

quæ aqua exiuit a latere Christi de recēti: teste Ioāne Apo stolo. c. xix. istis uerbis. Ad Iesum autem cum uenissent/ ut uiderent eum iam mortuum non fregerūt eius crura / sed unus militum lancea latus eius aperuit/ & continuo exiuit sanguis & aqua/ & qui uidit testimoniū perhibuit / & uerū est testimonium eius / & ille scit qui uera dicit/ & ut uos cre datis/ ecce quod Ioānes uidit aquam/ & sanguinem distin ctum ab aqua. Nota lector ꝙ littera Ioanis dicit exiuit san/ guis & aqua. Et primo nominat sanguinem/ deinde aquā/ quia est consonum ueritati/ ꝙ primo exierit sanguis & na/ turaliter & miraculose. Naturaliter primo/ quia sāguis qui exit a pectore uulnerato/ exit a cuti/ & a musculis pectoris/ deinde exit aqua a pericardia/ sed miraculose exiens aqua a pectore exit a uisceribus Christi seu a præcordiis: q non propter aliud uenit in mundo nisi ut redimeret nos suo sanguine cordiali/ & lauaret seu mōdaret nos a peccatis cū sua aqua misericordiæ & est putādum ꝙ ille sanguis & illa aqua fuerint in notabili quantitate/ & ꝙ omnia fuerint di/ stincta in colore/ quia aliter Apostolus non dixisset exiuit sanguis & aqua/ & qui uidit testimonium perhibuit/ quia Ioannes erat in tali ætate ꝙ poterat distinguere sanguinē ab aqua: & an esset res naturalis uel supra naturalis: sed qa cognouit illam aquam esse rem supra naturalem / dixit & qui uidit testimoniū perhibuit/ ad hoc ut si aliqui post eū uenirēt qui nō crederent exiuisse a Corpore Christi aquā: ꝙ crederēt per dictum suum aquā exiuisse/ quasi ac si iuua ret prædicta esse uera: dicēdo & qui uidit testimoniū perhi buit/ & addidit: & uerum est testimonium eius: ut quasi re peteret iuuamentum / dico ergo ꝙ qui non uult credere aquam exiuisse miraculose a latere Christi habeat maledi ctionem eternam. Et Nicolaus de Lira Ordinis Minorum super isto Euāgelio dicit ꝙ iste sanguis exiuit a latere Chri hi ad redemptionem nostram: & aqua ad peccatorum ab/ lutionem: & dicit ꝙ ista aqua miraculose exiuit: quia nō fu it humor flegmaticus ut dicūt aliq: sed aqua pura: ad osten dēdū ꝙ corpus Christi erat ex ueris elemētis compositū: contra errorem eorum qui dixere eum habere Corpus ce leste: sicut dixit Valētinus & sequaces sui: & eorum qui di xere eum habere corpus fantasticum sicut manichei: & di/

cit ꝙ Ioannes qui ſcripſit hoc Euangelium certificauit iſta per uiſum: quia erat præſens/ & ideo teſtimonium eſt efficax: quia ſi talis aqua fuiſſet aqua pericardiæ/ uel aqua ĩ uenis aliis corporis ſanguini mixta ut prædictũ eſt uel utrũq; fuiſſet rubea/ & apparuiſſet ut ſanguis/ & ideo Ioannes nõ dixiſſet ſe uidiſſe ex latere Chriſti Ieſu exire ſanguinem & aquam: ſed ſanguinem ſolum. Præterea quia cõmuniter ĩ figuratione Chriſti uidemus latus dextrum figurari uulneratum/ quãuis Ioannes non dicat ꝙ latus fuerit uulneratum: debemus etiam tenere tale uulnus nõ perueniſſe omnino ad pericardiam: & ideo aqua illa fuit miraculoſa: poteſt tamen eſſe ꝙ a latere dextro aliquod uulnus tranſeat ad pericardiam: quæ eſt ſituata in medio pectoris ad leuã declinans: ſed talis aqua ut prædictum eſt ſi exiuiſſet a pericardia fuiſſet ſub forma ſanguinis .ſ. rubea / quia miſceret ſanguini exeũti a cute & a muſculis pectoris. Super iſta ẽt uerba Ioãnis Apoſtoli/ ſubtiliſſimus Ioãnes Scotus ĩ quarto ſententiarum diſtinctione tertia/ dicit ꝙ ex latere Chriſti fluxit ſanguis & aqua: in qua aqua eſt inſtitutus baptiſmus. Et ibidem ad quintum Argumentum dicit auctoritate Innocẽtii ꝙ illa aqua quæ fluxit de latere Saluatoris nõ fuit flegma ſed uera aqua: quod probat ex uerbis Euangeliſte dicentis/ & qui uidit teſtimonium perhibuit ueritati: profecto non aquam ſed flegma dixiſſet: ſi nõ fuiſſet aqua ſed flegma: probat etiã a poſteriori per materiam ſacri baptiſmi. Nec in hoc inquit uerum regenerationis ſacramẽtum fuiſſet oſtenſum/ cum per ſacramentum baptiſmi nõ regeneretur in flegmate/ ſed in aqua. Probat etiã ꝑ aquã miſcendam in ſacramento Eucariſtiæ: probat ẽt per figurã quæ præceſſit ſuper hoc in ueteri teſtamẽto: quãdo Moyſes percuſſit ſcilicem & ex ea non flãma ſed aqua manauit. Dicit tamen ibidem Scotus ꝙ ſacramẽta ab iſta aqua emanante a latere Chriſti non ſumpſerunt efficatiam/ ſicut ſupra dixit ſe dixiſſe: quãuis baptiſmus non poſſit fueri ſine aqua uſuali: quia ſic Chriſtus homo inſtituit. Beatus etiam Thomas de Aquino in quarto ſententiarum diſtinctione tertia ĩ tertio quæſito/ dicit ꝙ ex corpore Chriſti exiuit uera aqua ſicut uerus ſanguis: ad probandum ꝙ corpus Chriſti non eſſet fantaſticum ſicut manichei tenent / ſed ꝙ erat

compositum ex elementis/ & ideo exiuit aqua quæ est ele mētum ex latere eius: & exiuit sanguis ut monstraret Christum esse compositum ex humoribus.
¶Passiones omnium modorū potest pati pericardia/ a quibus per cōmunitatem patitur etiam cor/ in qua capsula interdum multiplicatur magna aquæ quātitas / quæ est causa suffocationis cordis/ teste.G.quinto de interioribus.c.ii. & ibidem dicit.G.ꝙ in capsula cordis adunātur multi humores prohibentes cor a sui dilatatione / quia dicit multa animalia ab eo fuisse anatomizatarin quorum capsula erat humiditas similis urinæ: & dicit se anatomizasse unam suā simiam quæ erat marasmata & habebat omnia membra sana/ tamen in sua cordis capsula erat plenitudo humorum similium eis: quos ipse inuenerat in uesica: dicit etiā se anatomizasse gallum: in capsula cordis cuius inuenit grossitiē petrosam quasi pelliculas grossas unam super alteram positam/ dicit tamen.G.ubi supra ꝙ si sola capsula cordis patiatur non ducit infirmum ad mortis suspitionem: & ibidē G.dicit multas passiones cordis: & etiam i primo capitulo prædicti libri & aliqua alia de capsula ibidem dicit: & hæc sufficiāt de capsula cordis. ¶Sed ad cor reddeo/ & dico primo hoc nomē cor teste Isidoro deriuari a greca appellatiōe quod illi cordiā dicunt/ siue a cura/ in eo.n.omnis solicitudo cura & scientiæ causa manet/ & dicitur ab Auer.iii.colliget.c.xxv.foguadi: alias segnandi: & flegat: & ab aliquibus dicitur fued alfued & asued. Et dico cor esse unū ex uisceribus: nam omnia interna uiscera dicuntur: licet aliqui nō ponāt inter uiscera nisi renes hepar & lien/ sicut a nobis dictum est in anatomia intestinorum: tamen quid sint uiscera: uide etiam Isidorum. Et cor teste Cōciliatore differētia xli. auctoritate Zoar est membrum principale cuius uirtutes sunt potentes in corpore ac effectus maximi: & est contestum carne dura: uirtutum organum in corporis medio uelut fornax situm: duobus uentriculis pariete/ ac quattuor hostiis itercisum: cuius existit cassula ipsius. In corde teste Cicerone & Plinio habitat mens / & teste Ari. secundo de generatione.c.iiii.cor est fons & radix & principiū omnium membrorum: & teste Aui.in de generatione embrionis/ cor est primum membrum ꝙ generatur in homine a

quo secundum aliquos generantur alia membra/ & est illud mébrum: teste Ari. ubi supra quod ultimo moritur/ sicut etiam primo generatur: & est teste eodé tertio de partibus. c. iiii. principium uenarum arteriarum & neruorum & tristitiæ ac letitiæ & omnium sensuum/ & teste Auic. est principium uirtutis uitalis/ & teste. G. vi. de util. c. vii. cor ē uelut fons & minera quædam īnatæ caliditatis/ cuius utilitas est custodire uitam animali per duo orificia quæ sunt in sinistro eius uentriculo/ quorum orificiorum minus uadit ad pulmonem/ maius uero ad omnia membra / quæ secundum animal arteriis sunt continua. vii. etiam de iuuamentis membrorum. c. ii. dicit idem istis uerbis: cor ergo cum sit radix & fons caloris naturalis per quē est regimen animalis / omnes partes eius sūt nobiles/ sed nobilissima illarum est illa cuius utilitas est custodire uitá/ uidelicet duo orificia duarum uenarum pulsatilium pertranseuntium ad uentriculum sinistrum duorum uētriculorum cordis / qui dicitur a medicis radix spiritus/ quoniam cor copulatur cū uenis pulsatilibus totius corporis ꝑ illas duas uias: minor ergo illarum duarum copulatur cum uena pulsatili quæ ē in pulmone/ & maior cum duabus uenis pulsantibus. s. cū ascendente & descendente quæ sunt in residuo corporis. Et omnes peripatetici conueniunt in hoc ꝙ cor est in homine tāq̄ prima intelligentia in orbe: & Egidius in de pulsibus propter suá nobilitatem uocauit eū sol microcosmi: & omnes Medici & Philosophi conueniunt etiam in hoc s. ꝙ aliqua aīalia sunt pauida in ꝗbus est cor ꝑgráde / ut de Lepore & Ceruo uidetur. Animosiora uero & audentiora sunt ea animantia quibus cor est paruum aut mediocre/ & de hoc Aui. xi. tertii reddit causam: dicit tamen Auic. ꝙ ea animalia sunt plurimum audatia quæ sunt magni cordis: requiritur tamen iudicio meo in multa audatia ꝙ in corde sit multus calor & spiritus.

¶Substantia cordis/ teste. G. vi. de uti. c. viii. & teste Auic. ubi supra: est solida: spissa: & densa: & dura/ non mollis & laxa/ sed uix passibilis ex inullis multiformibus consistens/ & fuit talis ut resisteret fortibus & continuis motibus eius: fuit etiam talis ne calor & spiritus resoluerentur: & talis substantia a ꝑdominio est carnea densa & cōpacta / & propter

hoc est grauior omni alia carne/una tamen pars est spissior & grauior altera ut infra uidebitur/ & cuspis cordis est ma gis densa quã alia pars eius: ut esset minus apta lædi ab ossi bus thoracis seu pectoris in suo motu continuo: & istã par/ tem cuspidis Aui. & etiam. G. uocant partem inferiorẽ: & Zerbus dicit ꝙ hæc subtilitas nõ est data cordi propter ui/ ctoriam elementi terrei sicci in constructione ipsius: quia si sic esset cor esset ualde siccũ: neq; est sic sola sanguinis coa/ gulatione: sicut est compositio hepatis: quia esset mollius: sed data fuit cordi soliditas uirtute caloris potentis in ma/ teriam generationis cordis proportionatam: eam digeren do solidando & inspissando: & in substãtia cordis: teste. G. ubi supra sunt inuli multiformes: & sunt tales ĩ corde qua les in uesica & in matrice & in uentre/ & nõ sunt tales inu/ li in corde sicut in musculis/ in situ/ neq; in substantia: quia situs istorum uillorum in corde: teste etiã Nicolo tertio ser mone sunt absq; ordine: & non sunt sic in musculis: prima nãq; operatio cordis: teste. G. v. de iuuamentis membroꝵ est dilatare/ & sic attrahit & attractioni deseruiunt uilli: & ĩ uno quoq; membro uilli longi deseruiunt attractioni: & iõ siti sunt in interiori parte/ & retentioni deseruiunt trãsuer/ si qui necessario sunt siti in medio. s. supra istos: & expulsio ni deseruiunt lati qui necessario sunt exteriores: ĩ corde ta/ men propter suam soliditatem talis diuersitas non potest ad sensum comprehendi: & fuerunt in corde prædicte spe ties uillorũ: quia in eo necessario sunt diuersi motus: & Ni/ colus & multi alii dicunt ꝙ in hepate non sunt tales uilli: quia operationes hepatis sunt cum quiete/ cor autem ha/ bet uillos pro motu necessarios: ad hoc ego respondeo & dico etiam hepar habere uillos mediantibus suis uenis & arteriis: & multa alia membra habent uillos ut pãniculi & musculi: sed uilli hepatis sunt omnium modorum pro at/ tractione & ꝑtẽtione proprii nutrimenti: & pro attractiõe & retentione chili sanguificandi: & proattractiõe & expul/ sione chili sanguificati: maxime a uillis longis uenæ chilis adiuuantibus etiam uillis latis uenæ portæ: qui uilli sunt ĩ suis uenis ut prædixi: & ita isti met uilli sunt in cordeꝑ suo proprio nutrimento in uenis nutrientibus suam snbstanti am: sed in corde sunt alii uilli absq; prædictis: qui uilli mo/

uent cor in omnibus suis motibus:& isti uilli teste.G.sexto de uti.ubi supra sunt cũ multa duritie & uigore & uniuerso robore & uix passibilitate:& multum differunt ab omnibus aliis inullis:qa nulli organo ita est cõtinua uei uehemẽs operatio sicut operatio cordis:unde rationabiliter ad robur simul & ad uix passibilitatem corpori eorum substãtia præparata est/& quia in corde sicut in uentre & in uesica & in matricæ sunt multiformes inulli.s.lõgi/ut aliquid attrahatur:trãsuersi uero.i.lati ut aliquid excernatur/& obliqui ut aliquid retineatur/ideo in corde fiunt diuersi motus:& ut inquit.G.ubi supra.Quando.n.ad se ipsos conuenientibus inullis qui secundum longitudinem sunt extensi.i.attracti/aliis uero omnibus relaxatis & segregatis minor fiet longitudo/aucta uero cum fuerit uniuersa eius amplitudo in hoc dyastolari uidebis cor totum.Ecõtrario autem relaxatis secundum longitudinem: ad se ipsos autem conuenientibus his qui sunt secũdum latitudinem in hoc rursus systolari/in intermedio tempore motuũ quies quædam fit breuis/circũtracto quidem certitudinaliter corde eis quæ in sunt omnibus uero inullis agentibus tũc/& maxime obliquis multum autem coadiuuant/magis autem plurimum operantur systolis quæ in ipsis uentriculis cordis colligationes sunt distẽse/ad plurimum quidem roboris peruenientibus:sufficientes autem existentes quando consteterint intus contrahere cordis tunicas/ex prædicto textu colligitur qualiter per uillos aperiatur cor/& qualiter claudatur/& qualiter inter istos motus est quies: quæ secundum.G.comprehenditur in pulsu/& a quibus uillis causentur tales operationes: istam tamen quietem pulsus rari sunt Medici qui eam cognoscant/& ego credo.G. de ista quiete:quia qui habent bonam extimatiuam possunt illam cognoscere/& parcat mihi in hoc Guilielmus placentinus qui dicit salua pace.G.non esse talem quietem ĩ pulsu quia magis credo.G.quã ei/quãuis aliqui alii teneant cum.Guilielmo/nec ego sum ex illis qui uelim hoc demõstrare esse uerum an falsum: tamen ni fallor ego comprehendo per intellectum/minimum temporis esse inter dyastolẽ & systolẽ/& multos uidi quibus ego adhibeo fidem hoc idem affirmantes:qui iudicio meo erant legitimi

Medici. Situs cordis: teste Ari. primo de histo. c. xvii. est in medio pectoris/ & homini tantum potius in partē sinistrā uergit Paulo a māmarum distinctione ad leuam declinās partem pectoris parte superiore. Istum situm etiam ponit G. vii. de iuuamentis capitulo primo/ & dicit ꝙ apud mamillam sinistram percipitur pulsus sensibilis cordis ꝓpter suum situm esse ibi. Ari. etiam tertio de partibus. c. iiii. dicit cor obtinere situm & sedem principalem/ quia est in medio totius corporis positum/ sed magis superius quā inferius: & parti priori amotius quam posteriori: & ibidem etiā dicit cor ceteris animalibus in medio pectoris est/ homini tātum Paulo uergit ad leuam: ut eius partis moderetur & cōpenset: sed Auic. xi. tertii dicit ꝙ cor est positū in medio pectoris: quia hic locus est temperatior/ & dicit ꝙ declinat parum ad sinistrum: ut elongetur ab hepate/ ut hepar habeat locum amplum/ quia hepar est sublimius membrum splene/ & causa propter quid cor cedit locum hepati est ut non aggregetur calor totus in parte una: & temperetur latus sinistrum: cum splen non sit calidus ualde: & ut minus ipsum. s. cor comprimat uenam uenientem ad ipsum præparando ei quēdam locum: figura cordis omnibus nota ē quia est pinealis habet. n. cor figuram coni/ & Arist. primo de hist. ubi supra dicit suam figuram esse non oblongā: sed rotundiorem: parte tamen extrema in acutum se colligit exitq; pene ī mucronem/ & dicit ꝙ pars gibba & amplior cordis est superius uersa/ quæ gibbositas est in loco ubi est uentriculus dexter: & tertio de partibus ubi supra dicit ꝙ extremum cordis turbinatur in mucronem firmissimum: & est cōmissum parti priori corporis ne frigeret/ quia pectus omnibus est minus carnosum quam tergum/ & consequenter minus calidum/ quātitas cordis in homine est cōmensurata & moderata: teste Aui. & G. vi. de util. ne in eo sit superfluitas grauitatis & magnitudinis/ ne offenderet sibi uicinia membra. Numero in animali cor fuit solū unū licet aliqui dicant in paflagonia perdicibus esse duo corda & licet Auic. dixerit. xi. tertii cor cuiusdā simii habuisse duo capita/ quia talia sunt monstruosa: sed cōmuniter cor est tātum unum numero in quocunq; animali. Et substātia cordis nō est æqualis ubiq; in spissitudine neq; in duritie: teste

G. vii. de iuuamētis

G.vii.de iuuamentis membrorum.c.v.istis uerbis:& omnes partes cordis sunt facte cum magna sapientia/quoniã sinistrum latus cordis est multe spissitudinis & duritiei: & dextrum latus est tenue molle:ut utraq; latera essent conuenientia rei quam continet:& sic equabuntur latera cordis/quoniam oportet ut tela quæ continet spiritũ sit multe spissitudinis & duritiei:ut ponderositas sanguinis q̃ est i latere dextro sit equipollens ponderositati corporis sinistri uentriculi cordis:quoniam si uentriculus dexter esset spissus & plenus sãguine omnino cor d̃clinaret ad dextrã: modo autem quia spiritus est leuis fuit in corpore ponderoso: & sanguis quia est corpus ponderosum fuit in corpore leui/propter'quod cor est æqualis consistentiæ non declinans ad aliquam partem/quia nõ alligatur cum aliquo membrorum sibi propinquorum/ & hoc ĩtelligas cum sua substantia.Et nota lector ꝙ a uena chili antequã ingrediatur uẽtriculum dextrum cordis oritur una certa uena quæ circa radicem cordis circũligatur/a qua oriuntur rami qui disparguntur per substantiam cordis & eam nutriunt:quorum ramorum maior a radice cordis obliquæ uersus cuspidem tendit/qui ramus manifeste uidetur ab exteriori cordis/& hic ramus est proprie situs in regione diuidente uẽtrem dextrũ a sinistro:ita ꝙ paries diuidens istos duos magnos uentres sub ista uena est eo modo quo ĩcedit hæc uena/ita etiam incedit paries diuidens uentrem dextrum a sinistro/etiam in corde apparet certa gibbositas ad unum latus uersus superius cordis in qua est uenter dexter: in alia uero parte cordis est uenter sinister ut latius dicemus ifra. Nota etiam ꝙ in corde inter istos uẽtres in medio est prædictus paries satis notabilis substantiæ/ quæ est etiam satis densa:quã substãtiam.G.vi.de uti.c.viii.&.xvii.uocat diafragma/& ista substantia diuidit uentrem dextrum a sinistro:& in ista substantia sunt certe porositates quas.G. ubi supra.c.xvii.uocat foueas:& iste porositates dicuntur uentriculus medius cordis:sicut latius infra dicemus:quæ porositates notabiliter uidentur in cordibus bouũ & magnorum animalium:sed in homine cum maxima difficultate uidentur.&.G.ubi supra.c.viii.dicit quando substantia exterior & lateralis cordis quam uocat tunicam:ueneri rit pro

pe diafragma, hoc eſt prope illam ſubſtãtiam in qua eſt uẽter medius: tunc extenditur longitudo cordis: conſidet autem ad id latitudo: quando uero plurimum ſegregant amplitudo quidem augetur: longitudo autem fit minor: & nimirum nil aliud eſt dyaſtolari & ſyſtolari cor quã uentriculorum eius amplitudinem ad plurimum diſtare & cõcidere: erit utiq; inuentum utrũq; eorum æqualiter ſic: propter hæc itaq; colligationes fortes cor poſſidet & inullorũ omnem ſpetiem: ut in doloroſe & prompte ad tres tranſponatur dimenſiones: dyaſtolatum quidem quando attrahere appetit quid utilium. Circũtractũ uero quando digerendi eſt tempus attractorum: una alia littera dicit uerenda loco illius littere quæ dicit digerendi. Syſtolatum autem quando ad excernendum. Vides in præſenti textu lector qualiter fiant tres motus cordis: & quando fit dilatatio: & quando cicumtractio: & quando conſtrictio cordis: & a quibus inſtrumentis. Nota tamen lector quod. G. in partibus cordis ponit differentiam penes nobilitatem & ignobilitatẽ: nam ſexto de util. c. vi. dicit partem inferiorem hoc eſt cuſpidem: teſte Zerbo ſeu mucronem eſſe nobilliorem ceteris partibus cordis quæ pars eſt fortis & denſa: merito cuius iudicio meo eſt prohibens ſanguinem & ſpiritum exalare: & eſt ut inquit. G. protegimen totius cordis: ne in uehementibus motibus incidens uiolenter in præiacẽtibus oſſibus thoracis impediatur & doleat: & dicit ibidem hæc itaq; pars cordis principaliſſima eſt. Illa uero quæ eſt ad explantationes uaſorũ eſt in principaliſſima: quæcunq; autẽ ſunt in inter medio uicinorum dignitate habent proportionem: & ſubdit quæ. n. ſũt prope baſim paulo minus ſũt principaliſſime: quæ uero prope finem in principaliſſime: quæ autem in intermedio horum harum inquantũ abſcedunt ab alterutra extremitatum: in tantum deficiũt & abũdant a dignitate earum: dicit tamen iſtam comparationem eſſe ſolum reſpectu partium cordis: quia dicit ꝙ cor nõ dicitur principale reſpectu tibiæ: quia omnes in eruditi ſciũt hoc: & de principalitate ibidẽ. G. dicit aliq̃ notatu digna.

¶ Nota tamen lector ꝙ Zerbus dicit oppoſitum huius nobilitatis: & iudicio meo dicit uerum: nam ipſe dicit auctoritate. G. ꝙ cuſpis cordis quem. G. finem iſcriorem illius ap

pellat est in principalissima cordis pars:& illa pars quæ est ad explantationes uasorum.s.pars inferior est principalissima pars:& iudicio meo non fallit Zerbus ut prædixi quãuis.G.littera de uerbo ad uerbũ sit fideliter a me adducta: quæ est corrupta:quia.G.ibidem dicit ꝙ duo orificia uenarum quæ sunt in sinistro uentriculo cordis sunt magis principalia:quia custodiunt uitã animali:& ista orificia sũt de substantia cordis.Et quod sit uerũ ꝙ cuspis cordis non sit principalissima pars cordis patet per unum textum per G.adductum imediate.vii.de uti.quando dixit principalissimam partem cordis esse illa duo orificia uẽtricuii sinistri: & illa sunt in basi:& non in cuspide:igitur.G. contradiceret sibi ipsi:si eius littera nõ esset corrupta quãdo dicit ubi supra partem inferiorem esse principalissimam partiũ cordis:& ꝙ sit uerum ꝙ illa littera librorũ de util.sit corrupta: patet per unum textum.G.adductum septimo de iuuamẽtis membrorum capitulo secundo istis uerbis.Et cum figura cordis non est bene rotunda:sed ex superioribus incipit quasi ex basi ampla rotunda quod est caput cordis:deinde diminuitur latitudo eius paulatim secũdum figuram piramidalẽ donec perueniat iferius eius ad extremum strictũ gracile & subtile:& causa illius quod cordis partes nõ sunt æquales est indigentia custodie:quoniam utilitas earũ nõ est eadem:quoniam basis cordis est ad originem uenarum pulsatilium:extremitas autem inferior est ex substantia dura spissa:& est sicut coopertorium duobus uentriculis cordis:& quasi scutum per quod custoditur totum cor ne accidat ipsi ex concursu ossium pectoris apud motum fortẽ occasio per quam prohiberetur eius actio & operatio:& ẽ custodia istius partis cordis:quæ est minima partium cordis in nobilitate:& custodia partis ex qua oriunt̃ uenæ pulsatiles quæ est maioris nobilitatis debet esse maior : & custodia partium quæ sunt inter istas duas partes media est: & est secundum elongationem eius a basi cordis & ab extremo cono:quando illud quod magis appropinquat basi cordis est magis nobile:& illđ quod magis appropinquat extremo eius est minus nobile:quare figura eius est piramidalis:& caput eius cum fuerit nobilissimum partium : ẽ positum in magis securis locis quæ sunt in pectore:& eius

inferius quoniam est uillissimum partium eius est positū in uillissimo locorum .s. loci qui uelocius recipit occasiões. Ecce lector ꝙ iste textus est concors cum textu libri de utilitate: quando dicit nobilissimam partē cordis esse duo orificia uentris sinistri cordis: quæ orificia sunt in basi cordis: & ego credo omnino ꝙ de nobilioribus partibus cordis i basi pars sinistri lateris sit nobilior: per id quod dixit supra G. de nobilitate suorum orificiorum quæ orificia cōseruāt uitam animali. Tamen de ista nobilitate dextri & sinistri lateris est discordia non parua inter Ari. & G. nam Ari. tertio de partibus .c.v. secūdum aliquos uidetur uelle ꝙ pars dextra sit nobilior quam sinistra: tamen littera ipsius expresse non dicit ꝙ sit nobilior: est bene uerum ꝙ dicit ꝙ est calidior: dum dicit cor triplicem uētriculum habet/ dexter plurimum sanguinis & calidissimum cōtinet/ quāobrem pars dextra corporis calidior: sinister paruum idq; frigidissimū: medius mediocrem/ tum copia/ tum calore/ & parū supra ibidem dicit: omnium .n. animalium maxime homo refrigeratam habet partem sinistram.

¶ Nota tamen lector ꝙ Aristoteles de duobus uentriculis cordis .s. de sinistro & de medio discordat a medicis/ quia ipse primo de hist. c. xvii. uidetur uelle ꝙ uenter quem medici uocant sinistrum uentrem cordis sit uēter medius: qa dicit uentrem medium esse annexum ahortæ uenæ: q̄ est a medicis uocata arteria ahorti/ & habet ortum secundū medicos a uentriculo sinistro cordis: & iudicio meo Ari. non cognouit uentriculos cordis/ quia credidit uētrem quem medici uocant sinistrum esse duos uentres: qui ad sensum apparet ꝙ sit unus uenter: ubi terminatur orificiū arteriæ ahorti/ & apparet & alter uenter in eadē uacuitate per certas pelliculas facientes duo hostiola claudētia arteriam uenalem: & ita quia in eo sunt duo orificia quorum unum ē diuisum sensibiliter ab alio per certa additamēta qbus certe partes neruex alligantur usq; ad illas duas membranas facientes prædicta hostiola in orificio arteriæ uenalis. Ari. credit uentrem sinistrum esse duos uētres .s. medium & sinistrum: qui sinister secundum eum est illa uacuitas q̄ terminatur ad orificium arteriæ uenalis/ quæ est parua respectu uacuitatis terminate ad arteriam ahorti: & ideo Arist.

dixit uentrem sinistrum esse minorem dextro & medio.
¶Sed Medici dicunt uentrem medium esse in pariete di/
uidente uentrem dextrum ab istis duabus uacuitatibus q̃
sunt in sinistra parte cordis:& uenter medius non est una
concauitas sicut putabat Ari.sed est plures concauitates si/
ue porositates quæ.incipiũt latiores uersus dextrum latus
quæ finiunt uersus latus sinistrum:ut latius dicemus quan
do de uentriculis cordis fiet sermo:sed ad propositum red/
deo & dico Ari.tantum dicere uentrem dextrum esse cali/
diorem:sed non dicit nobiliorem.Sed Conciliator & Zer/
bus & multi alii exponunt calidiorem.i.nobiliorem ꝙ iu/
dicio meo non est male dictum:dicunt etiam aliqui:& Cõ
ciliator est ex illis differentia.xlvii. & etiã Zerbus ꝙ uẽter
dexter est nobilior:qa est maior sinistro / & ꝙ est nobilior:
quia in eo est maior copia sanguinis/& dicunt ꝙ est nobili
or quia animal inter moriendum habet magis motus ap/
parentes in uẽtre dextro cordis quam in sinistro:& hoc ui/
detur in animali uiuẽte adhuc:subito ex interato : & dicũt
uentrem dextrum etiam esse nobiliorẽ sinistro:quia in mo
rientibus propinquis morti percipitur pulsus in parte de/
xtra in manu magis quã in sinistra : & hoc est signum ꝙ in
latere dextro cordis spiritus sunt copiosiores/ & dicunt eti
am aliqui ꝙ cordis pars dextra primo est facta quã sinistra:
quia est facta ad attrahendum/sinistra uero ad expellendũ:
& attractio est nobilior expulsione: multa alia adducuntur
quæ iudicio meo sũt superflua . Sed.G.cui in hoc maxima
est adhibenda fides & sui sequaces aliter sentiunt/nam.vi.
de uti.c.vii. Et.vii.de iuuamẽtis membrorũ.c.ii. dicit no/
biliorem partem cordis esse duo orificia uentriculi sinistri
per quæ stat uita animali:& ideo uidetur uelle ꝙ pars sini/
stra cordis sit nobilior dextra/est etiam pars sinistra cordis
tantum nobilior dextra quantum spiritus est nobilior san/
guine:nam conceditur a Medicis ꝙ uenter sinister cordis
sit ille in quo generentur spiritus/ & talis uẽter est archa &
fons spirituum per quos stat uita animali. Spiritus.n.a me
dicis comparatur sanguini sicut forma materiæ:& hoc iter
alios tenet Aui.in libello de uiribus cordis. Et ut iquit Zer
bus aliqui sunt opinati plus de spiritu esse in uẽtre dextro
quam in sinistro:qui dicunt uentrem sinistrum retinere in

se spiritum si superfluat/ hæc tamen opinio non est tradita ab aliquo fide digno/ sed est tenēdum in hoc cum cardini/ bus medicinæ.s.ꝙ spiritus sint in sinistro uentriculo longe plures quā in dextro: & ecōtra in dextro plus de sanguine: & Zerbus totaliter bonis rationibus renuit istā opinionē.
¶ Et pro opinione.G.s.ꝙ uēter sinister sit nobilior dextro manifestatur per suum situm/ quia est in eminentiori loco ut īfra dicemus.G.etiam uidetur uelle sexto de util. &.vii. de iuuamentis membrorum ꝙ uenter dexter sit tantū fa/ ctus propter pulmonem/ & ꝙ uēter sinister sit factus ut cō seruet uitam animali: nobilius autem est cōseruare totum quā partē/ igitur uenter sinister est nobilior. Ex ꝑdictis igit̄ ego teneo cū.G.s.ꝙ pars sinistra cordis sit nobilior dextra: nec maioritas uentriculi dextri arguit nobilitatem: quia illa magnitudo est facta a natura ut mediāte multo sangui/ ne in latere dextro existente recōpensetur grauitas lateris sinistri: quæ est spissior carne/ & cōsequenter pōderosior: nec copia sanguinis ut præfertur maior in latere dextro ar guit nobilitatem sed ignobilitatem: respectu spirituum exi stentium in latere sinistro/ nec in moriendo motus manife stus in latere dextro cordis arguit nobilitatē: quia pars de/ xtra cordis faciliter mouetur: quia ē subtilis & leuis respe/ ctu partis sinistre quæ est spissa & ponderosa non obediēs pauco spiritui ad motum: sicut est in morientibus: nec pul sus dexter maior in morientibus quā sinister arguit nobili tatem: quia arteriæ lateris dextri sunt habiliores ad motū propter cōsuetudinem motus dextri lateris: & etiam quia latus dextrum habet plus de sanguine qui continue spiri/ tuosatur in arteriis coastomatis cum uenis: & ideo pulsus lateris dextri uidetur maior quā lateris sinistri: ad id quod dicit̄ ꝙ pars dextra cordis sit primo facta quā sinistra dicit̄ ꝙ hoc non reperitur ab aliquo fide digno auctore: & si sic sit propter hoc non est ꝙ cor non habeat arterias ab umbi lico ad sinistrum uentriculum tendentes quæ portant spi/ ritum in quo cor non laborat in attrahendo aliquid ꝓ spi/ ritu generādo a dextro uentriculo: maxime a principio dū generatur cor: qui si uēter dexter attrahit tantum attrahit sanguinem pro nutrimento suo/ & ex sanguine non gene rantur spiritus maxime in principio creatiōis membrorū.

¶Nota tamen lector q iudicio meo prius generatur uēter sinister quā dexter:& hoc potest sic persuaderi:nam prima operatio naturæ in spermate est spumificatio & congrega tio spiritus genitiui in centro spermatis qui facit sibi uiam ut euentetur:& ista uia est uia arteriarū umbilicarū fœtus: quæ arteriæ terminantur ad uentriculum sinistrum/& ar/teriæ prius generant quæ uenæ:quia prius fœtus seu sper ma indiget euentatione quā nutrimento:q nutrimentum uadit ad uentriculum dextrum/cum igitur nutrimentum sit posterius uadens ad fœtum:& spiritus sit prior:necessa/rio organum spiritus quod est arteria & uenttriculus sini/ster prius est genitum': ista tamen sunt imaginabilia quia hæc non possunt uideri:credo bene q sit parua distātia tē/poris inter generationem primi.s.sinistri & dextri uentri/culi:ad id quod dicitur q attractio est nobilior expulsione conceditur:sed dicitur q uenter sinister attrahit prius ad se spiritum a matre quā trahat uenter dexter sanguinē:& di/citur etiam q si uēter dexter trahit sanguinem trahit ut fa/muletur uentri sinistro:& ita uenter sinister est nobilior: & sic rationes.G.manet firme contra Ari.& sequaces dicētes latus dextrum esse nobilius sinistro.

¶In partibus cordis etiam ponuntur duo additamēta:te/ste Aui.xi.tertii.c.primo quæ sunt super duo orificia.i.sup duos uentres in quibus ingrediuntur duæ materiæ attra/ctæ ad cor.s.sanguis & aer/quæ additamēta sunt sicut duæ aures quæ sunt neruosa & rugosa mollificata dum cor per manet constrictum:tensa uero & adunata sunt cum cor di latatur:& tunc constringunt illud q comprehēdit in eis.s. sanguinem & spiritum / sūt ergo sicut duæ arcæ recipiētes a uasibus.s.a uena chili & ab arteria uenali': deide mittētes illud ad cor cum mensura & talia additamenta sunt aliqua liter subtilia ut sint magis comprehendentia & melius obe dientia constrictioni:& sunt dura ut sint remota a passione hæc Aui.&.G.v.de uti.c.xv.uocat etiam talia additamēta aures non q præstent aliquod iuuamentum ad audiendū: sed dicūtur aures a parua similitudine , quoniam ex alteru tra pte cordis sicut & capiti animalis adiacent aures &.vii. de iuuamentis membrorum.c.iiii.inquit:& non dicuntur auriculæ quoniam utilitas earum sit utilitas auricularum:

ſed quia aliquantulum aſſimilātur auriculis & poſite ſunt in lateribus cordis ſicut auriculæ in lateribus capitis: & ibi dē dicit/ & duæ auriculæ cordis ſunt duo additamenta ner uoſa concaua:& dū cor non expanditur ſunt flexibiles am plæ concauitatis:& cum expanditur cor incordabuntur ſi cut incordantur coopertoria:& ſunt ſtricte & ſic conſtrin/ gunt quod continetur in eis & exprimunt ipſum ad cor:& cor uelociter recipit iſtud quod currit ad ipſum & rapit ip/ ſum/ & ponit ipſum in uentriculos & fortius trahit ipſum ad ſe quam attrahant ſoles aerem/aut lumen oleum in lu/ cerna:cum ſit fons caloris naturalis/ & ibidē dicit .G. ꝙ ſūt tāquā duæ arcæ dātes cordi de facili/tempore neceſſitatis id ꝙ in eis continetur.ſ.ſanguinem & ſpiritū taliter ꝙ non indigebit ad attrahendum de uaſis ſtrictis/ & dicit tales au riculas eſſe tenues & etiam duras/ & tenuitas iuuat ad con ſtrigendum & dilatandum/durities uero earum iuuat con tra occaſiones:idem dicit.vi.de utilitate : & alia de oſtiolis cordis a nobis dicenda loco ſuo.In iſtis auriculis eſt etiam aliud iuuamentum.ſ.ꝙ tempore magnæ abundantiæ ſan/ guinis & ſpiritus in corde dilatantur:& prædictum ſangui nem & ſpiritum continent in ſe quem ſpiritum & ſangui/ nem ſiue multum ſiue paucum continue reddunt cordi in neceſſitatibus.In corde etiam circa baſim:teſte Aui. ubi ſu pra eſt certum membrum paruum ꝙ eſt ſicut fundamen/ tum cordis quod eſt ſimile cartilagini/ut ſit baſis fixa firma ſuper quo mouetur cor.Et.G.vi.de utili.c.xix.dicit corda magnorum animalium habere os pro ſede & baſi / tamen Ari.tertio de partibus capite.iiii.dicit cor ſine oſſe eſt om/ nium quæ nos nouerimus præterquā Equi & generis bo uum cuiuſdam:quibus præ magnitudine quaſi adminicu lum ſubditum eſt/quomodo totum etiam corpus oſſibus ſubſtentatur.Aui.tamen in libris de animalibus ponit os ī corde Elefantis & Ceruí.Albertus etiam dicit in corde cer ui antiqui eſſe os/ & in corde aliquorum hominum/ & nos utimur ſepiſſime oſſe cordis cerui ī medicinis/quod os eſt ſæpiſſime adulteratum:quod quidē os de corde cerui eſt p multum cordiale:nihilominus.G. ubi ſupra dicit in quo cunqꝫ corde in baſi eſſe ſubſtantiam duram earumdem uti litatum.ſ.ut corda habeant aliquam firmitatem & ſedem

ſuper qua

ſuper qua moueantur: & ita per experientiã corda magnorum animaliũ habet in baſi certũ os cartilaginoſum/ quod ſeparatur faciliter a corde decoquendo eum: & ita in paruis & i mediocribus cordibus eſt aliquod proportionatũ tali oſſi cartilaginoſo ſuper quo mouetur cor. Cordi etiam ſuper innaſcitur notabilis quantitas pinguedinis: & homo macer habet macrum cor: & homo pinguis habet multã pinguedinem adherentem cordi ſuo: ſicut habebãt Reuerendus Archiepiſcopus taurini Dominus Ioannes Franciſcus a Ruere/ & Reuerendus Dñs Laurentius de nobili familia illorum de Fliſco quos ego exenteraui & aromatizaui/ nec unquã uidi corda humana ita pinguia. Et ſubſtãtia huius pinguedinis ẽ ualde ſubtilis/ quæ ponitur ab aliquibus calidæ complexionis/ quantitas cuius & ſitus comprehenditur uiſu in quocunq animali/ quæ eſt maior circa baſim quam alibi/ iuuamẽtum cuius eſt conſeruare calorem nãlem cordis & ꝓhibere eius exſiccationẽ: ꝙ pinguedo eſt ibi magis gratia finis prædicti quam ratione agentis ut patuit in capitulo noſtro de pinguedine. Circa cor eſt quidã panniculus qui inuoluit eius ſubſtantiam ut manu teneat eam ne labatur hinc inde in motibus fortibus eius: qui pãniculus ſecundum aliquos oritur a pleura/ & hoc ſecundũ eos uidetur uelle Aui. iudicio tamen meo Aui. in textu nõ dicit panniculum cordis oriri a pleura: ſed ſolum panniculum pulmonem tegentem & panniculum tegentem diafragma ſuperius: & panniculum tegentẽ uenas & arterias. Aliqui tamen dicunt iſtum panniculum eſſe primo genitũ quam pleura/ & ego idem teneo/ hæc tamen alibi a nobis dicta ſunt ſupra ubi quærebatur an unum membrum oriretur ab alio/ & hic pãniculus eſt ualde ſpiſſus & ſenſibilis: in cuius ſubſtantia eſt maior copia neruorum quã ligamẽtorum/ & in eo ſunt plures nerui quam in quocũq alio pãniculo corporis: cuius ſignum eſt excellens ſenſibilitas cordis: & de ſenſu in corde eſt maxima diſcordia inter Gal. & Ari. nam Ari. primo de hiſt. c. xvii. dicit neruulos eſſe i corde maxime in ſuis cauis. i. uentribus: & hoc apparet ad ſenſum: tertio etiam de partibus animalium. c. iiii. dicit in corde eſſe copiam neruorũ/ & motum letitiæ/ & triſtitiæ eſſe in corde/ & motum omnium ſenſuum: & ibidem etiam di

cit ꝙ id membrum quod primo sanguinem habet certissi/
me sentit: & ꝙ sit uerum ꝙ cor sentiat probat dicendo ꝙ
sensu percipitur eum sentire: quia in prima partuum gene
ratiōe cor palpitare uidetur ac si animal sit: & Tursianus se
cundo techni.c.xxi.dicit carnem cordis sentire absq; cōmi
xtione neruorum: dicunt tamē aliqui ꝙ si cor sentit: ꝙ sen/
tit mediante neruo. Ari.etiam in de somno & uigilia dicit
principium sensus & motus esse in corde/ dolores etiam in
tollerabiles fiunt in eo: & ideo non patitur aliquod uitium
praue: teste Ari.tertio đ partibus animalium.c.iiii. quia cū
principium animalis corrumpitur nihil est quod ceteris q̄
inde pendeant præbere auxilium possit: cuius iudicium ē
ꝙ cor in nulla hostia.i.sacrificio siue imolatione uisum est
pati id quod cetera uiscera patiuntur: & Aui. dicit.xi.tertii
ꝙ non est inuētum animal quod habuerit maculam i cor/
de propter eius nobilitatem. Ari.etiam tertio de partibus.
c.iiii.dicit ꝙ cor primo creatur & ultimo moritur. Conci/
liator etiam differentia.xli.dicit in corde esse principiū sen
sitiuum & motiuum ante perfectam creationē cerebri &
neruorum: & dicit omnē pluralitatem reduci ad unum, &
omne in plurimis per unam rationem uniuocam tandem
inuētum contrahitur in unum / aliquod prius illis existēs:
quale quidem cor in genere gressus & motus/ & etiā sen/
sus existit. G.tamen.vi.de utilitate.c.xviii.non ponit ner/
uos in corde nisi eo modo quo sunt in hepate/ nec dicit tā/
tam nobilitatē sensus esse in corde istis uerbis. Arteria igit
& uena totū in circuitu comprehendūt cordis corpus/ ner
uus autem nullus apparet perueniēs ad id sicut neq; ad he
par uel renes uel splenem/ solum autē pericardium tegmē
subtilium neruorum apparet recipiens germinationes: &
his deriuatis implantationes quædam subtiles & manife/
ste in maioribus animalibus inueniuntur ad ipsum cor/ nō
tamē est possibile sensu cognoscere aperte qualiter adhuc
secundum ipsam deriuantur: sed est modus similimus im/
plantationis & magnitudinis neruorum qui secundū he/
par & renees & splenem : etenim & illis ut antea dictū est
ad tunicas quidem sensibiles deriuantur nerui/ secundum
uero ipsa corpora nōdum est aperte uideri eos deriuari/ &
scriptum est in anteriori sermone aperte de neruorum ad

omnia uiscera distributione/quare si illis attendisti mente nó utiq3 oportet nunc audire cur cor naturale habés opus paucissimis indiguit neruis. sicut.n.musculi omnes qa animalis actus sunt organa magnis neruis indiguerunt. Ita & cor cum nullus dicit una littera alia multus actus animalis sit ei cómissus tot neruis indiget quot & prædictorum ui/scerum unúquodq3 / & etiam pulmo cómuniter.n.omnia hæc ut sensu aliquo participent & non sint omnifariá plante propter hoc neruis participát: seorsum autem eis hepar & cor: quia ipsa uirtutum quarúdá existunt principia illud quidem concupiscitiue hoc autem irascibilis. Vides lector qualiter. G. negat cor esse principium sensum: & qualiter cor non sentit nisi mediante panniculo: sicut hepar/ renes/ pulmo/ & splen/ tamé ponit differentiam a sensu renum a sensu splenis/ & pulmonis a sensu cordis / & hepatis: quia sunt membra in quibus est uirtus irascibilis & concupisci/bilis: & si aliquis dicat. G. ponere neruos tédere a corde ad aliqua membra: sicut facit. vii. de iuuamétis membrorum capitulo primo quando dicit ꝙ unus neruus fortis oritur ex auricula dextra cordis: & occurrit uenæ chili ascenden/ti in medio pectoris & adiuuat ipsam: est dicendum ꝙ per neruum ibi. G. intelligit ligamentum: sicut pluries alibi facit. G. nam ligamenta sunt in modo substantiæ similia neruis motiuis: sed differunt uirtute: quia non sentiunt neq3 motum habent nisi moueantur motu accidétali & alieno. G. etiam. vii. de iuuamentis. c. vii. negat neruos esse in substantia cordis istis uerbis. Nerui autem omnino non inue/niuntur esse diuisi in corpore cordis/ sicut non inuenimus hoc in renibus nec hepate nec splene: sed perueniút ad te/lam continentem cor rami subtiles nerui & sparguntur in ea / & cor nó indiget nisi paucis neruis quoniam operatio eius est operatio naturalis/ musculi autem indigét magnis neruis quoniam sua operatio est anima . s. propter motú. Tamen Ari. habet multos sequaces & eum sequitur Auic. in libris de animalibus & alibi/ & eum etiá sequitur Auer. in pluribus locis. Medici tamen cómuniter tenét ꝙ uirtus sentiendi & mouendi ueniat a cerebro/ & de hoc sunt ple/ni codices/ quos relinquo uidendos aliis: quia non spectát tales quæstiones ad anatomiam: sed anatomicus qui est ar

tifex sensibilis est coactus tenere cũ.G.quia ad sensum nec ui non uidentur in corde sicut in cerebro/ est bene uerum quod sensualiter uidentur aliqua fila neruea in uentriculis cordis:quibus alligantur parietes cordis adinuicẽ: & qui bus mediantibus etiam alligantur certe membranæ quæ hostiola uocantur a Mundino & a multis aliis:quæ sunt in uentre dextro cordis in orificio magnæ uenæ/ & etiam in orificio arteriæ uenalis quæ est in uentre sinistro: & secun/ dum Medicos talia fila neruea non sunt ex neruis: sed sunt ex ligamentis:quia si essent ex neruis ex quo sunt in conti/ nuo motu cor semper doleret: & ideo natura fecit talia fila neruea.i.ligamentalia quæ iuuãt tales membranas ad mo tum necessarium & continuum cordi/nec aliter reperiunt̃ nerui in corde qui per anatomiam possint mõstrari : quod autem rationes phisicales superẽ rationes medicorꝫ in pro bando an cor sentiat & an a corde oriantur nerui uel a cere bro:in rei ueritate rationes Arist.& Auic.maxime tertio de animalibus sunt fortes: & omnino sensu percipiuntur ma/ ximi dolores circa cor quando aliquis læditur ab intenso dolore alicuius nerui manum uel pedum uel alterius mẽ/ mbri pro ut ego notaui in multis uulneratis/qui dicũt do/ lorem uulnerum cõmunicari ad cor:tamen medice loquẽ do.i.sensibiliter nerui oriuntur a cerebro/etiam uirtualiter quæ uirtus & si ueniat a corde: tamen mediante comple/ xione cerebri aquirit uirtutẽ sentiendi in cerebro/ sicut uir tus uisiua actu ultimate aquirit uirtutem uidendi in ocu/ lo:quãuis esset in potentia uidendi in cerebro/hæc tamen sunt declarata a Medicis/ & multi Moderni quærunt salua re utrãqꝫ opinionem:dicẽdo tales uirtutes esse in corde tã/ quã remotas & in potencia/in cerebro uero tanquam pro pinquas & in actu/ad quos recurrere uolo legentes / quia hæc non sunt præsentis negotii.

¶In substantia cordis etiam reperiuntur certe uacuitates quæ ab Ari.interdũ uocantur sinus & uẽtriculi thalami & camere:& a medicis uocant̃ uentriculi cordis: qui uentri/ culi secundum Ari.non sunt æquales numero/ nam Arist. tertio de partibus.c.iiii.dicebat uentriculum triplicem cor magnorum animalium habet/duplicem minorum:unum ad postremum/nullumqꝫ est quod sine ullo uentriculo cõ/

net:& quam ob causam dictum est:locum.n.& conceptaculũ quoddam primi sanguinis in corde haberi conuenit: sed Ari.redarguitur a.G.vi.de utilitate.c.ix. dum ipse Ari. distinguebat numerum uentriculorum cordis:penes magnitudinem & paruitatem corporum reducẽs eorum numerum:& ibidẽ dicit.G.neq̧.n.in omnibus maximis animalibus sunt tres.s.uentriculi/neq̧ in minimis unus/eãdẽ n.habet constructionẽ cordis maximus Equs minimo structioni:& subdit.G.& si anatomizaueris siue bouẽ siue aliquod animalium/uel minus adhuc mure uel maius boue: omnibus ipsis numerus est æqualis uentriculorum: & isti uentriculi ab Aui.xi.tertii dicuntur esse tres.s.duo uentres magni/& alter medius quasi uenter/ qui nõ est iudicio sensibili proprie uenter.i.una cõcauitas: sed ut infra dicetur ẽ plures concauitates siue porositates/ quas ut inquit Auic. G.uocat foueam aut meatum / & ita sensibiliter nõ sunt nisi duo uẽtres notabiles in corde:quorum dexter est maior non multum tamen:& est comprehensus a substantia subtiliori & minus spissa quam sinister / ut possit retinere in se copiam sanginis mediante qua ut prædictum est recompẽset spissitudo & grauitas lateris sinistri:sinister uero est spissioris substantiæ propter multa:sed principaliter est spissior:ut prohibeat resolutionem partis spirituose subtilis i eo coeunte/& dicunt aliqui de mente.G.& Aui.q̧ sinister uẽtriculus est calidior ratione contenti : & etiam ratione sue substanciæ/quæ quia est densa in eo est fixior caliditas : sicut uidetur de rebus densis & raris in quibus est caliditas accidentalis introducta q̧ longe maior est caliditas in subiecto denso quam in raro.

¶ Nota tamen lector q̧ Arist.tertio de partibus.c.iiii. dicit q̧ sicut capita sunt bene articulata per suas suturas & sensu melius ualent:Ita etiam corda articulatiora sensu melius ualent:quia in articulatiora corda sunt eorum animaliũ quæ sensu hebetiori sunt/ut suum: discrimina cordis quæ amplitudine/exiguitate/duritiæ/mollitiæ/uel ad mores ptineant aliquatenus . Quæ.n.sensu hebeti sunt cor habent durum & spissum:quæ autem sensu ualent mollius/ pauida etiam sunt qbus cor grandius.Audentiora fidentioraq̧ quibus cor minus/aut mediocre/& cor grande facit timi-

dum/tum quia talia corpora sunt frigida in complexione: tum quia spiritus in eis est paucus: sicut in Lepore/ in Ceruo/in Asino/in Muto/in Hyene/in Pantera/ in Mustella uidetur/in qbus accidit præ magnitudine cordis sicut in magno domicilio/in quo tantūdem ignis non potest calefacere sicut in paruo/sed ut iquit Aui.xi.tertii si reperiatur cor magnum pleno molto calore tunc tale animal est audentius ceteris. Numero isti uentres sunt tres quorum ut prædictum est duo sunt manifesti: & dexter a quo incipiam dicere eius partes est aliqualis maioris amplitudinis qui habet duo orificia: unum maius altero/ & est illud per quod secundum medicos ingreditur sanguis ab hepate in corp uenam chilim: quā Ari. uocat uenam maiorem: qui ingressus est conspicapilis/ & super isto igressu siue orificio inueniuntur tres panniculi hostiola dicti a Mundino/ qui sunt duriores quā sint panniculi uenæ arterialis: & quā sint panniculi arteriæ ahorti/ panniculi etiam arteriæ uenalis sunt duri sicut isti panniculi uenæ magnæ: teste. G. vii. de iuuamentis membrorum. c. ii. Et. vii. de util. & ratio secūdū. G. est ista: quia tales panniculi sunt alligati fortibus ligamentis ab utraq; parte cum corpore cordis: & ideo ne rumpantur in forti & continuo motu propter ligamenta quibus alligantur sunt ualde duri: panniculi autem uenæ arterialis: & arteriæ ahorti non sunt in tali periculo rupture: quia nō sunt alligati in sua parte superiori alicui ligamento neq; alteri membro: & ideo non sunt ita duri: situs istorum uētriculorum cordis: teste Aui. & teste sensu est iste. s. q; basis uētris sinistri est altior basi uentris dextri: & basis uentris dextri descendit multum. s. a cuspide/ & teste Hali. concauitas sinistri uētriculi peruenit fere usq; ad extremitatem cuspidis cordis/ & dexter non tantum se extēdit uersus cuspidem: situs autem uentris medii est in pariete diuidente dextrum uentrem a sinistro & sunt plures cōcauitates / in homine mortuo ut plurimū magis imaginabiles quā uisibiles: sed in magnorum animalium cordibus tales concauitates uidētur satis notabiles: & istum uentrem non cognouit Ari. sicut supradictum est: & teste sensu: & teste. G. vii. d iuuamentis capitulo secūdo: & sexto de uti. c. xi. in toto corde sunt quattuor uasa. i. orificia quorū duo sunt in latere si-

nistro unum quorum est initium arteriæ aborti / aliud est initium arteriæ uenalis seu uenæ pulsatilis sic nominate a G. ubi supra. In latere uero dextro sunt etiam duo orificia quorum unum pones peripateticos est initium uenæ ma/gnæ concauæ seu chilis nominate. Secundum uero medi/cos talis uena habet initium ab hepate. Aliud orificium in tali dextro uentriculo est initium uenæ arterialis .i. uenæ non pulsatilis quæ ingreditur pulmonem a basi cordis: & omnia ista uasa seu orificia tã dextri quã sinistri lateris cor/dis sunt in extremitate basis seu fundamẽti cordis ubi cor alligatur dorso. Et incipiendo a uentriculo dextro in ope/rãdo debemus incidere & diuidere latus dextrum cordis quod est in parte eius gibbosa & debemus leuiter incidere ne taangatur & rumpatur pars media cordis diuidens de/xtrum uentriculum a sinistro: & tunc tibi occurrẽt ista duo orificia: quorum primum inspiciendum propter suam am plitudinem est orificium uenæ chilis. s. in loco ubi ingredi tur seu alligatur cordi / & ista uena habet unam tunicam tã tum: cuius color est rubeus obscurus: & est ample latitudi tudinis / super orificio cuius uidẽtur tres panniculi unifor/miss / in quantitate / in substantia / & in colore / qui aperiunt ab extra ad intra: & econtrario modo clauduntur: & aperi/untur quando cor dilatatur & clauduntur quando cor cõ/stringitur: teste. G. ubi supra / & isti panniculi uocant a Mũdino hostiola: & a. G. ubi supra coopertoria & membrane: & isti panniculi non totaliter claudunt istud orificium ue/næ concauæ quando clauduntur: & Munndinus dicit cau sam esse quia plus trahunt quã expellant: quã causam non nego nec approbo: iudicio tamen meo causa uera propter quid non totaliter claudunt orificiũ prædictæ uenæ est ista s. ut uenter iste dexter aliqualiter possit euẽtari: quia semp etiam in uentre dextro est aliquis spiritus qui euentatione indiget / & si iste uenter clauderetur totaliter esset periculũ suffocationis animalis quãtũcunq; talis clausio sit breuissi/mi temporis / & ita etiam uẽter sinister semper habet unũ orificium per quod cor aliqualiter semper spirat: quod ori ficium est in corde ubi est origo arteriæ uenalis: quæ tantũ habet duos panniculos siue hostiola: ut infra dicetur: & ha/bet tãtum duo hostiola ut minus possit claudi: quia in uẽ/

triculo ſiniſtro eſt plus de ſpiritu in quo neceſſario requiri/
tur maior euentatio: & iſtis tres panniculi qui ſunt in orifi/
cio uenæ chilis ſeu cõcauæ ſunt: ut ſupra dictum eſt ualde
duri/ & ſunt alligati ſubſtantiæ intrinſecæ cordis medianti
bus certis ligamentis quæ ad ſenſum notabiliſſime uiden/
tur in corde humano etiam paruo/ quæ ligamenta alligan
tur ſubſtantiæ intrinſecæ cordis uerſus parietem diuiden/
tem dextrum uentrem a ſiniſtro/ & uerſus latera cordis: &
iſta ſubſtantia cordis cui talia ſunt alligata ligamenta eſt ſa
tis denſa quæ eſt aliqualiter ſeparata a ſubſtantia laterum
cordis & centri parietis prædicti: hæc tamen ſubſtantia eſt
cum lateribus & cum baſi parietis prædicti unita unione
continua & ſibi ſimili: & iſta ſubſtãtia eſt carnea: & ſimilis
ſubſtãtiæ cordis/ & eſt quaſi ſpiſſitudinis unius medii digi
ti auricularis/ & apparet in longitudine ac ſi eſſet quidam
muſculus/ quia in extremitate eius carnis ſunt ligamenta/
les uilli albi hac ſi eſſent corde muſculorũ quibus ligamẽ/
tis ſunt panniculi prædicti ſeu hoſtiola alligati: & tales car/
nes in corde contentas ut ſupra bona memoria Alexandri
Achillini uocabat hoſtiola: & dicebat tales carnes eſſe tãq̃
peſſulum claudens orificia uenaꝝ cordis/ & in iſto uentri/
culo dextro ſunt plura additamenta carnea cõdictionis an
tedictæ/ quia quodlibet coopertoriũ habet ad minus unũ
additamentum carneum de prædictis/ cui alligatur per li/
gamenta prædicta: iſta tamen additamenta ſunt maiora in
uentre ſiniſtro quã in dextro. Tamen noſter Achilinus er/
rabat dicẽdo tales carnes eſſe hoſtiola cordis: quia cooper/
toria ſiue hoſtiola non ſunt carnea: ſed pãicularia ut inq̃t
G. vii. de iuuamẽtis. c. ii. C. formia ſeu ceoſa dicta: quia aſſi/
milãtur littere. C. vi. etiam de utilitate. c. xiii. uocat iſta coo
pertoria membranas C formias/ quia ſua forma eſt ſimilis
litteræ C.

¶ Nota tamen lector ꝙ coopertoria uenæ arterialis & coo
pertoria arteriæ ahorti magis conueniunt cum iſta forma.
C. quam coopertoria aliorum uentriculorum cordis quæ
poſſunt uideri optime ad ſenſum: ſi in orificio talium uena
rum fiat inciſio: quia uidebis certas pelliculas ſatis ſubtiles
denſas tamen: ad formam littere. C. adiacentes corpori ue/
næ: quæ cum ſtilo eleuãtur faciliter & cognoſcũtur ab in/
genioſo

genioso ꝙ tales pelliculæ clauduntur ab extra ad intra: &
econtra aperiuntur/ & totaliter claudũt arteriam ahorti &
uenam atterialẽ hora debita: & istæ pelliculæ iudicio meo
sunt sub forma unguis humanæ: quæ sunt alligatæ in sua
circũferentia corpori uenæ arterialis & arteriæ ahorti per
totum nisi in sũmitate: quæ cum extenduntur uersus cen/
trum cõcauitatis uenæ dum cor dilatatur totaliter claudũt
prædicta duo orificia: ac si homo cum extremitate carnosa
interiori digiti policis: & idicis: & medii clauderet aliquid
intra se. Et. G. ad istam similitudinem claudẽdi/ uocabat ta
les pelliculas omnes tres simul triglochina: nã glochis apđ
G. est extremitas sagittarum: quæ extremitas iudicio meo
habet cuspidem triangularem tendentem ad illam formã
in cuspide/ quã faciunt tres acies tendentes a lato in acutũ
uersus cuspidem unum: & ista hostiola seu coopertoria sũt
notissima cuicunq; etiam leuiter experto in anatomia ue/
ra: licet Zerbus & aliqui alii dicãt inspectionem taliũ coo/
ptoriorum in anatomia esse difficillimam & tactu & uisu:
tamen quãuis coopertoria prædictorum duorum artificio
rum. s. arteriæ ahorti & arteriæ uenalis seu uenæ pulsatilis
sint magis C formia. Alia etiam hostiola seu coopertoria re
motis ligamentis ab eis mediantibus quibus aperiũtur &
claudũtur sunt talis formæ. s. C formia/ & inspectio figuræ
unius coopertorii monstrat aliud esse sibi simile. Et. G. vi.
de uti. c. xi. dicit ꝙ natura fecit talia coopertoria tot nume/
ro quot sunt: artificiose & cum prudentia qa si fuissent plu
ra quẽ sint: non potuissent claudi cõueniẽter: & si fuissent
minus numero non fuissent ad sufficientiam clausionis p̃/
dictoꝝ orificiorũ: & ideo non fecit ea plura nec pauciora q̃
sint: neq; maiora: neq; minora nec duriora/ nec molliora.
¶ Nota tamen lector teste. G. vi. de uti. c. xi. ꝙ coopertoria
uenæ concauæ: & arteriæ uenalis non substentantur a sub
stantia prædictæ uenæ/ nec prædictæ arteriæ uenalis: quia
sua corpora non habent nisi unam tunicam: qua mediãte
non possunt substineri talia coopertoria/ sed substentantur
talia coopertoria a corde & a suis ligamentis: & non a præ
dictis uenis. In arteria uero ahorta & in uena arteriali quia
sunt eorum corpora dura & densa: quia sunt duarum tuni/
carum: sua coopertoria siue hostiola substentantur a ꝓpria

substantia arteriæ aborti & uenæ arterialis/ & hoc patet ad sensum. ¶ Nota etiam lector de quattuor orificiis qui sunt in corde/ teste.G.vi.de utili.c.xvii.ꝙ orificium uenæ chilis & orificium arteriæ uenalis sunt maiores quá alia duo orificia quæ sunt in corde.

¶ Viso orificio uenæ chilis debes uidere aliud orificiú etiá uentris dextri/ in quo orificio in loco ubi finitur substantia cordis i basi eius. Incipit ibi uena arterialis quæ portat sanguinem pulmoni/ & in isto initio uenæ prædictæ uidebis tres pelliculas C formes adherétes corpori uenæ/ q̃ semp i animali mortuo sút relaxate uersus latera uenæ: & iste tres pellicule sunt hostiola dicta a Mundino: quæ aperiútur ab intra ad extra: & econtrario modo clauduntur: & quando cor constringitur aperiuntur: & quando dilatatur cor clauduntur: & in isto uentriculo dextro sunt certe cauernositates/ tum propter carnes additas prædictas quibus alligant̃ hostiola uenæ chilis: tum propter aliquas rugositates existentes circa substantiam cordis facientem talem uentriculum: quæ rugositates & anfractus: sunt etiam in superficiali substantia intrinseca auriculæ talis uentriculi: & tales anfractus sunt aliqualiter maiores in uétre sinistro quá in dextro: ueritas est ꝙ anfractus qui sunt in auricula sinistri lateris non sunt nisi quales sunt illi qui sunt in auricula dextri lateris cordis: & puto tales anfractus esse in corde tam in sinistro uétriculo quá in dextro ut maior copia sanguinis & spirituum possit in eis contineri tempore necessitatis: licet forte possint esse tales anfractus in corde propter alium finem: de quo auctores non faciunt mentionem: & certe ut inquit Ari. secundo de generatione.c.iiii.principium omnium rerum non est quærendum.

¶ Viso uentriculo dextro debes ire ad partem non gibbosam cordis: & eam etiam leuiter incidere a cuspide ad basim taliter ne tangatur paries qui remásit in medio cordis diuidens uétrem dextrum a sinistro: in quo pariete debet notari locus uentris medii cordis ut infra dicetur: & facta prædicta tali incisione occurrit primo uidere qualiter latera huius uentriculi sunt grossiora & spissiora lateribus uentris dextri: & ratio est superius tacta: & uidebis in ista substantia cordis laterali huius uentris maiores anfractus quá

in substantia uentris dextri ut prædictum est:& in isto uentre in basi eius sũt duo notabilia orificia:quorum primũ & principale in magnitudine est orificium arteriæ ahortæ: q̃ arteriam Ari.ubiq; uocat uenam:quod orificium cooperitur tribus coopertoriis C formibus:eo mõ quo est coopertum/uel eo modo quo cooperiri potest orificium uenæ arterialis:quæ coopertoria aperiũtur ab intra ad extra: & opposito modo clauduntur/& aperiuntur quãdo cor cõstringitur/& clauduntur quando cor dilatatur:& ab ista arteria oriuntur omnes arteriæ totius corporis cuiuscunq; animalis:& ista concauitas aqua ahorta uena trahit ortum uocat̃ uenter medius ab Ari.sicut supra patuit per eum primo đ histor.c.xvii.quæ tamen concauitas facit secũdum omnes medicos uẽtrem sinistrum:& ita est in ueritate opinio medicorum melior.In isto etiam uentre sinistro est aliud orificium etiam in basi cordis:in quo incipit arteria uenalis: dicta arteria quia uaporem portat/ uel quia ut inquit.G.vii. de iuuamentis quia pulsat:& dicitur uenalis quia tantum unam habet tunicam per quam trãsit extra corpus fumus capnosus:& in isto orificio reperiuntur tantum duo coopertoria:quæ aperiuntur ab extra ad intra:& econtrario modo clauduntur:tamen non clauduntur perfecta clausione: sicut neq; perfecta clausione claudũtur coopertoria seu hostiola orificii uenæ chilis:& quando cor dilatatur aperiunt̃ & quando constrigit̃ claudunt̃:& non fuere nisi duo coopertoria claudentia hoc orificium : quæ ut prædictum est etiã imperfecte clauduntur:quia debent præstare sua non clausura perfecta continuum iuuamentum euentationis spiritus contenti in isto uentriculo/& ut dictum est supra non sunt nisi duo hostiola seu coopertoria etiam imperfecte se claudentia:quia in isto uentriculo est maior necessitas euẽtationis quam in dextro/quia in rei ueritate si iste uenter & etiam dexter minimo tempore staret clausum absq; euẽtatione induceret suffocationem animali: maxime si continuaret in breui tempore una clausio post aliam / sicut facit naturalis apertio & clausio cõtinua quæ est in corde/& qa ista pellicula siue pãniculi aut coopertoria siue hostiola dicta/uidentur facere de per se in uacuitate cordis uersus orificium prædictum certam foueam seu cõcauitatem uel ca/

uernam Arist. putauit quod hæc concauitas esset uenter sinister: quam dixit esse paruam/ quia sic est/ & dixit eam esse frigidam respectu tamen aliarum concauitatum cordis: quia i isto uacuo non est nisi aer ingrediés uel exiens cor/ qui nõ est tante caliditatis quante est spiritus uitalis/ qui habet suum locum magis in uacuo illo terminato ad arteriá ahorti/ quá i isto terminato ad arteriam uenalem: nec etiam est tante caliditatis istud uacuum terminatum ad arteriam uenalem quante est sanguis quæ est in uétriculo dextro cordis. & ideo Arist. dixit tertio de partibus. c. iiii. uétriculum sinistrum esse minimum & frigidissimum. s. respectu aliorum uentrium.

¶ Visis uentriculis lateralibus cordis. s. dextro & sinistro ad uentriculum mediũ cordis me conuerto. Et dico in pariete qui est cõmunis uentriculo dextro & sinistro qui est i medio cordis diuidens uẽtrem dextrum a sinistro esse certas cõcauitates siue porositates paruas siue foramina quæ ut supra dixi notabiles sunt in cordibus magnorum bouũ quantuncũque sint in mortuis animalibus quia talia orificia in corde animalis mortui: teste. G. sũt difficilia ad uidédũ: quæ foramina dicuntur a Medicis uenter medius cordis: & ista foramina pro medio uentriculo cordis non cognouit Ari. ut supra patuit/ & ista foramina pertranseunt parietem prædictum a dextro uentriculo incipiendo usque ad cõcauitatem uentriculi sinistri/ & talia foramina sunt latiora & ampliora uersus uentriculum dextrum quá sint uersus uentrem sinistrum: & hæc foramina reperiunt semper ad magis strictum procedere usque quo transeant totum prædictum parieté/ diafragma a. G. in plerisque locis uocatum: & ita per talia foramina transit sanguis a uentre dextro ad sinistrum/ qui continue in transitu subtiliatur & sic præparatur ad spirituositatem: & ideo. G. tertio uirtutum naturalium. c. xiiii. dicebat: ita uero & secundum ipsum cor ex dextro uẽtre eius ad sinistrum trahitur quod subtilissimum: habente quædá foramina medio diafragmate. i. septo eorũ quæ usque ad plurimum quidé possibile est uidere uelut cauernas quasdam ex latiori ore semper & magis ad strictius procedentes: non tamen ipsos demum ultimis fines possibile adhuc considerate propter paruitatem: & quoniá iam

mortuo animali infrigidata sunt omnia & dēsata: sed ratio & hic primum quidem ex nullo a natura fiendo inaniter promota inuenit: apertiones has uentrium cordis, non.n. utiq; inaniter & ut cōtingit cauerne quæ in strictum ita desinunt facte sunt. G. etiam alibi in pluribus locis ponit uentrem medium esse ī tali pariete, & esse plura foramina: idē sentit Haly: & Aui. tamen non sunt talia foramina uere uē/ter: sed teste Auer. primo colliget sunt uie, & Rasis primo almansoris ponit in corde tantū duos uentres & ita in ostēsione anatomica tm̄ uidet' duæ sensibiles cōcauitates ī corde: una in parte dextra dicta uentriculus dexter: & altera in sinistra dicta uentriculus sinister: & si Ari. dixit in corde esse tres concauitates errauit, & imaginatus est ut prædixi concauitatem sinistram cordis esse duas concauitates seu duos uētriculos: quorum unum uocauit medium. s. illum a quo exit arteria ahorta, & uocauit sinistrum uētriculum concauitatem illam a qua oritur arteria uenalis: & non est mirum si Ari. errauit: quia tempore suo anatomia non erat perfecta: teste Auer. secundo colliget. c. xix. Complexio humani cordis in genere complexionis membrorum est calidior complexione cuiuslibet membri. Ratione tamē spiritus & sanguinis & aeris in eo contenti est humide complexionis: teste Auer. secundo colliget. Substantia tamen cordis est sicca, quia densa & ligamentalis est, & etiā quasi cartilaginea, & teste. G. secundo compiexionū caro cordis est siccior carne hepatis, & splenis: tamen reducendo suam cōplexionem ad unum, est dicēdum cor esse quasi æquale inter siccum & humidum, capiēdo suam complexionem influentem ex spiritu, & ex aere, & ex sanguine, & miscendo eam cum sua innata quæ est sicca: & teste. G. secūdo de cōplexionibus sua complexio inter siccum & humidum est propinqua complexioni cutis. Nulli tamē est dubium qn sua complexio sit calida: tum ratione solis qui ut dicūt aliq dat illi spiritum uitalem: tum quia cor omnibus membris est magis sanguineum, est.n. fons sanguinis, teste. G. vi. de utilitate, & primo de complexionibus: & teste Arist. tertio de partibus est principium sanguinis & uenarum: tum qa omnia membra propter cor reddūtur calida & uiuatia, & teste Auer. ii. colliget cor est fons caloris sicut sol luminis.

¶De ista tamen cordis complexione uolo q̄ alibi habeat recursus/quia speculatores philosophiæ & medicinæ multa dixerunt de hoc:sed de complexione uẽtriculorum cor/dis aliquid dicemus. Complexio.n. uentriculi dextri cor/dis/ab Ari.tertio de partibus.c.iiii.posita est calidior omnibus aliis uentriculis. Et cõmuniter a Medicis dicitur q̄ uẽter dexter est calidior:extensiue tamen/ sed uenter sinister cordis est intensiue calidior dextro/ & rationes sunt iste.s. q̄ in eo sentitur caliditas buliẽtior:nam teste .G. in libello de malitia complexionis diuerse inquit si intromittatur digitus in uentriculum sinistrum cordis animalis nouiter interẽpti q̄ percipitur maior caliditas in eo/ quá si ponatur in uentre dextro:& hoc est uerum quia ego illud sum exp/tus/& q̄ sit uerum q̄ uentriculus sinister intẽse sit calidior patet quia continet in se spiritum uitalem:cuius ipse est archa & armarium:teste Aui.in de uiribus cordis:& necessa/rio debet esse calidior:quia sanguis transiens a dextro uentriculo ad ipsum continue digeritur & subtiliatur:etiá pri/ma primi dicitur q̄ illud q̄ est calidius in corpore nostro ẽ spiritus:deinde cor/ spiritus autem est in uẽtre sinistro/ iõ talis uenter est calidior. Complexio uero uentris medii est media inter complexionem dextri & sinistri: tẽperatior.n. sanguis teste Aui.ut inquit Zerbus est sanguis ille qui est ĩ medio uentriculo: q neq; ẽ grossus sicut sanguis dextri uẽtriculi:neq̄ subtilis & ardens ut sanguis sinistri. Ságuis.n. sinistri uentris est clarus luminosus splendidus & depura/tus a fece/& a flegmate/& a colera:qui uero est in dextro ẽ uaporibus plenus/caliginosus/confusus/ & turbidus. Cõ/paratione tamen ad sanguinem sinistri uẽtriculi cordis: & non ad sanguinem splenis neq; ad sanguinẽ fecalem emor roidarum & aliarum partium corporis.

¶Colligãtia cordis est cum toto corpore/quia omne mẽ/brum uiuens ab eo recipit sensum & uitam/teste Ari.in li/bro de partibus:& in libro de sensu & sensato:& de somno & uigilia : & idem tenet Albertus & multi alii Philosophi: hoc tamen negat.G.qui dicit eum tantum præstare uirtu/tem uitalem:qua etiam mediante .i. mediantibus arteriis alligat cor toti corpori:sed magnã colligãtiã hẽt cũ pulmo ne/cũ hepate & cũ splene/& renib' & maximã cũ cerebro.

¶ Iuuamenta cordis alia sunt cōmunia: alia sunt particularia: cōmunia iuuamenta cordis apud Ari. sunt conseruare totum animal: & particularia sunt generare sanguinem & spiritum: a quo tāquā a prima intelligentia in orbe omnia quæ sunt in animali reguntur: sed. G. aliter sentit uoluit. n. cor tantum conseruare uirtutem uitalem: & in cerebro & in hepate & in testiculis posuit alias principales uirtutes: hæc tamen nolo q̄ alibi quærantur: quia de hoc pleni sunt codices. Iuuamenta autem alia particularia cordis sunt secundum eius partes: nam in corde est substātia solida quæ conseruat calorem naturalem: in corde sunt uilli omnium modorum alligantes partem parti, & iuuantes illas in motu: in corde sunt foramina per quæ fit aeris attractio: & eiusdem supercalefacti expulsio: & foramen per quod trāsmittitur spiritus uitalis ad totum corpus: & ista duo foramina sunt in sinistro uentriculo: per quæ teste Galen. fit conseruatio animalis. In incorde. s. in pariete medio sunt foramina per quæ transit sanguis ad uentriculum sinistrū a dextro: & in corde sunt duo alia foramina unū per quod trahitur secūdum. G. sanguis ab hepate ad cor ut ex eo fiat spiritus: aliud per quod transmittitur sanguis ad pulmonem: & ista duo orificia sunt in uentre dextro: cuius uentris utilitas principalis est teste. G. vii. de iuuamētis seruire pulmoni: iudicio tamē meo. G. errat quia prima utilitas huius uētris est concoquere sanguinem attractum ad se perfecta decoctione: & de tali sanguine suam portionem dare uentriculo sinistro pro spiritu generando & conseruando: & ultima utilitas iudicio meo est nutrire pulmonem.

¶ Passiones cordi aduenientes possunt esse multæ quarū aliquæ sūt tollerabiles maxime si sint leues: quia graue uitium non patitur cor: sicut supra dictum est de mente Ari. Nam in primis, omnia nocumenta corpori humano aduenientia lædunt cor: teste Mesue in suo grabadim: tamē etiā cor patitur per essentiam morbos: non tamen graues stante uita: puta solutionem continuit: nam teste Auicē. quarta quarti in corde soluta continuitatis non dat spem salutis. Apostemata etiam idem agunt maxime si ueniant ad statū nec patitur cor dolores ultimatos: calor intensus etiam & & frigiditas intensa nō patitur a cordæ. Aliquā tamen ma

litiam cnmplexionis patitur/ut uidemus in febribus mul/tis/ & tamen sanatur/ multas etiam ægritudines per comunitatem patitur cor/ quæ si sint fortes & perseuerantes nõ sunt a corde passibiles: & hæc de corde sufficiant.

De Anatomia Venæ Ahortæ.

Olsa anatomia cordis esset aliquid dicendum de anatomia omnium membrorum ortorum ab eo .s. de anatomia uenæ chilis/ & uenæ arterialis/ & arteriæ uenalis/ & arteriæ ahorti: sed quia supra a nobis est diffuse dictum de uena chili: ad illum locum pro anatomia eius & uenarum ortarum ab ea remitto legentes/ hic solum dicemus aliqua de arteria ahorta: & de uena arteriali/ & etiam de arteria uenali. Primo icipiẽdo ab anatomia arteriæ ahortæ. Monstratum.n.est superius a uẽtriculo sinistro cordis exire uenam magnam ahortam ab Arist. dictam primo de hist.c.xvii. qui dicit sinum medium esse adnexum huic uenæ ahortæ: tamen supra mõstratum est istam uenam ahortam esse adnexam uentri sinistro/ secundum medicos/ & secundum ueritatem. Istam arteriam teste Zerbo .G. uocabat uas maximum: & Mũdinus uocat arteriam ahorti: qa in mediate a corde oritur/ uel quia sit principium originis omnium arteriarum corporis/ sed Albertus dicit eam dici adhorti/ quia sua tunica interior est neruosa dura. Haly. autem dicit Ari. uocare eam aurithiam: & Haly. uocãt eam audacem. Ista tamen nomina sunt corrupta/ quia ubiq; Ari.s. tertio de partibus.c.iiii.& .v. Et primo de hist.c.xvii.& tertio de hist.c.iiii.& alibi uocat uenam ahortam / nam antiq ut supra diximus in anatomia uenarum uocabãt etiam arterias uenas: & dicitur ahorti teste Zerbo quia est eleuabilis. Ahortos.n. græce idem est q eleuare: & quia homines subito se eleuantes sunt audaces: ideo ab eleuatione ista uena potest dici audax: & hæc uena cõmuniter uocatur arteria: quæ teste Conciliatore differentia.xlvi. est membrum neruosum a sinistro cordis uẽtre ortum/ in eius subsidium contrario motu ordinatum: in longum rotundũq; protensum/ duplici tunica uellatum/ uitæ mediantibus sanguine & spiritu in aliud reliquum corpus delatiuum : de tunicis

duabus

duabus omnes cõcordant:sed Haly.dicit tunicam interio/rem esse quinquies grossiorem tunica exteriori:sed Conciliator ubi supra dicit ꝙ Abrucalis magister.G.qui id bene mẽsurauit uoluit arteriam fore sexcuplam grossitudini ue/næ:tamen.G.vi.de uti.c.x.dicit ꝙ Erofilus fuit ille qui cõiecturauit arteriam esse sexcuplã in grossitie uenæ: & dicit Conciliator ꝙ in arteriis oẽs sunt speties uillorum:& quattuor uirtutes quæ omnes uillis operantur,quarum una dilatat alia constringit retinet & facit post quietem dilatationem/alia retinet & agit post quietem constrictionem.

¶Nota tamen lector ꝙ de ordine uillorum arteriarum & etiam uillorum multorum aliorũ membrorum.G.discor/dat sibi ipsi inuicem:& ita Auic.& aliqui alii/& inter Hali.& Auer.& Alexãdrum:&.G.& Aui.uidetur interdum ali/qua discordia de uillis:nam.G.tertio de uirtutibus naturalibus.c.xi.uidetur ꝗ uillis discordare a se ipso in libro de iuuamentis membrorũ:istas tñ discordias dilucidat Cõcilia/tor ubi supra ad quẽ uolo remittere legẽtes breuitatis cã.

¶Nota etiam lector ꝙ Conciliator dixit superius arteriã esse membrum neruosum:& credo ꝙ Cõciliator in hoc sequatur Ari.tamen.G.& sequaces aliter sentiũt:imo dicũt ꝙ arteria non sentit nisi per accidens forte per aliquẽ ner/uum ad eam uenientem qui omnino iungitur corpori ar/teriarum:& hoc patet in spasmatis in quibus arteriæ sunt duræ ualde.

¶Substantia huius uenæ teste Ari.tertio de partibus.c.iii.est arctior seu strictior & neruosior quã uena chilis:maior uena ab Ari.dicta:dicit.n.Ari.istam arteriam cõponi a duabus tunicis.s.ex exteriori quæ est sicut tela:& ex interiori quæ est tãquam corium/& dicit arterias ortas ab ista quæ sunt a corde superius esse minores uenis uenalibus. Istam arteriã.G.vi.de uti.c.xiii.&.xvi.eiusdem.c.x.uocabat maximum uas dicendo ꝙ eius orificium est maius omniũ orificiorum cordis.Aliter tamen sentieAri.tertio de hist.c.iiii.sed iudicio meo uena chilis habet maius orificium quam ista arteria:sed non apparet tale in animali mortuo:qa sua latera cadũt:sed latera ante dictæ arteriæ ahortæ nõ cadũt sed stant aperta/& ideo.G.uocauit eam maximum uas,& ista arteria est creata/teste Aui.xi.tertii.c.primo ex duabus

tunicis quarum durior est intrinseca cum ipsa sit obuians percussioni/ & motui/ & substãtiæ spiritus subtilis: cuius intenditur conseruatio & custodia. Ista arteria est una numero sed ab ea oriuntur infinitæ arteriæ quæ disparguntur p totum corpus/ & modũ terminationis earum dicit in uniuersali Ari. tertio de partibus. c. v. & in particulari dicit terminum earum tertio de hist. c. iiii. Et tertio de partibus ubi supra assimilat uenas irrigantes membra ductibus aquarũ irrigãtium ortos & prata/ & dicit ibidem aliqua notatu digna. Istam etiam arteriæ terminationem a corde ad membra totius corporis ponit. G. xvi. de utilit. c. x. xi. xii. & xiii. aliquid tamẽ dicit ibidem de arteriis capitulo primo & secundo: sed ibidem. c. xiiii. ponit loca ad quæ terminantur uenæ sine arteriis in corpore hominis maxime. Aui. etiam prima primi diffuse ponit anatomiam talium arteriarum: & Haly. secundo theoricæ. c. xiii. ad quæ omnia supra dicta loca/ uolo legentes habere recursum: quia nolo intricari in anatomia arteriarum multum: quia omnino non sunt nostro tempore in usu ad flebotomiam/ tamen si cõtingat aliquem uelle habere earum notitiam mõstraui loca ad quæ potest recurrere: & ibidem uidebit aliquas opiniones cardinum medicinæ & philosophiæ de ortu uenarum & arteriarum. Auerrois etiã primo colliget: & Rasis primo almãsoris tractant de arteriis/ ad quos etiam tanquã ad peritos uolo ꝙ habeatur recursus: quia Moderni de suis auctoritatibus fecere libros anatomiæ: in quibus sunt multi errores non solum in uenis & in arteriis/ sed in multis aliis mẽbris.

¶ Nota tamen lector ꝙ Arist. tertio de partibus. c. v. longe plus laudabat & magnificabat uenam chilim quã ahortã: oppositum tamen tenent Medici/ & si considerentur earum utilitates & passiones: quæ sunt multæ de facto passiones omnium modorum possunt arteriis contingere.

De Anatomia Arteriæ Venosæ seu Venalis.

Visa anatomia licet diminutæ arteriæ seu uenæ ahortæ/ est uidenda anatomia alterius orificii uentriculi sinistri: a quo incipit oriri arteria uenalis: arteria dicta quia pulsat/ & quia portat spiritum & etiã sanguine

ut infra dicetur : dicitur uero uenalis quia habet unicam tunicam:sicut aliæ uenæ nõ pulsantes:q̃ arabicæ ab Auer. uocatur taburidi:sed Aui.prima primi dicebat istam parti culam uocari arteriã : & dicit ꝙ originem habet a sinistro cordis uẽtriculo: & etiam ꝙ defert sanguinem arterialem & spiritus uitales:& etiam ꝙ pulsat, & dicebat eam uocari uenam:quia constat ex una tunica tantum sicut aliæ uenæ uenales:& habet hæc uena suam substantiam ex una tuni/ ca:ut sit facilis ad dilatandum & constringendum: fuit etiã talis ut ab ea facilius resudet sanguis subtilis & uaporosus: qui conuenit substantiæ pulmonis : & dicit ꝙ iste sanguis q̃ est in ista arteria nõ est æque digestus sicut sanguis ahor tæ:quia est prope cor, & potest digeri a calore cordis:& ꝙ ista uena habeat unam tunicam ad hoc ꝙ etiam sanguis re sudet ab ea ad pulmonem testis est.G.vi.de util. capitul.x. Fuit etiam unius tunicæ hæc arteria & nõ duræ, ne sua du ritiæ læderet substantiam pulmonis:teste Aui. prima pri/ mi:& etiam teste.G.vi.de utilitate ubi supra: & dicit ibidẽ Aui.ꝙ pulsatio huius uenæ nõ nocet pulmoni quãuis pul set in raro membro:quia hæc uena non est tante duritiei si cut aliæ uenæ.i.arteriæ quæ pulsant in membris duris. Et Aui.dicit ꝙ alia uena quæ dicitur arterialis non est ita con ueniens pulmoni ad suam dilatationem & constrictionem sicut ista, quæ est mollis:& ideo dicit ꝙ natura locauit illã s.uenam arterialem ad postremum pulmonis a parte dor/ si:in qua parte non multum mouetur pulmo. Istam uero uenam.s.arteriam uenalẽ locauit in parte antecedente pul monis:& diuiditur in ramos per pulmonem:& dicit ibidẽ ꝙ hæc arterialis uena duos tantum habet pãniculos ad in/ teriora declinantes.s.in apertione cordis : ut supra dictũ ẽ. Complexio huius uenæ pulsatilis est talis qualis est com/ plexio aliarum uenarum:aliqualiter tamen calidior est: qa est propinqua sinistro uẽtriculo cordis calidiori dextro : & hoc dico in opinione medicorum:quia Ari. aliter sentit: fi/ gura sua est rotunda concaua oblonga:quantitas sua est sa tis lata.Situs eius est in uentriculo sinistro cordis quãtum ad sui principium:medium uero & finis eius est in substan tia pulmonis usq; ad minimos ramos diuisus. Colligantia huius uenæ est cum corde, & cum pulmone, & cũ trachea

arteria a qua recipit aerem & cui reddit supercalefactum tamen & hæc uena defert etiã sanguinem uaporosum pulmoni ut supra monstratum est de mente Aui. & .G. qui etiam ubi supra .c.xvi. dicit ĩ uenis pulsantibus pulmonis est sanguis/ & caliginosus aer.

¶ Nota tamen ꝙ qãuis in ista uena pulsatili sint foramina quibus mediantibus penetret aer a trachea arteria ad cor: & ꝙ econtra a corde ad tracheam arteriam per eandem uiam expellatur aer super calefactus: propter hoc non transit ille sanguinis qui est in ista uena pulsatili ad tracheam: quia si trãsiret sanguis ad tracheam necessario semper sputum esset sanguinolentum: maxime sputum cum tusi: quia sputũ naturale non uenit a pulmone: sed a sub lingua ut dicemus loco suo/ sed natura fecit orificia talis uenæ pulsatilis adeo stricta ubi alligãtur ramis tracheæ: ꝙ per ea trãsire potest aer & non sanguis nisi uiolenter: teste .G. viii. de iuuamentis .c.i. Iuuamẽtum huius uenæ teste Haly. est ut cor deferat ad pulmonem sanguinem & aerem: & etiã spiritum & ut aer differatur ad cor.

¶ Nota lector ꝙ .G. vii. de iuuamẽtis membrorum .c.ii. uoluit ꝙ ista uena pulsatilis moueatur interdum motu dilatationis & constrictionis: & ꝙ suus motus non proportionetur motui cordis: sicut neq; pulmo ita ꝙ non semper dyastolãte corde & systolãte ipsa diastolat & systolat: imo uult .G. ꝙ suus motus proportionetur motui pulmonis. Tursianus tamen secundo techni .c.xxxv. dicit .G. non recte sentire/ nam ipse Tursianus tenet ꝙ ista uena sequatur motum cordis: non autem motum pulmonis/ cuius oppositum ipse probat esse in aliis arteriis corporis: quia dicit nisi ita eẽt nihil per eam duceretur ad cor/ quia in constrictione cordis clauditur orificium huius arteriæ siue uenæ pulsatilis tendentis ad pulmonem: sicut aperitur in cõstrictione cordis orificium arteriæ ahorti. Tum etiam quia cor dilatatur per istam uenam pulsatilẽ/ & ex ista aer ad cor ducit̃/ neq; in ipsa est aer nisi quando cor dilatatur.

¶ Videtur tamen uelle .G. in libro introductorio pulsuum ad teucrum: & tertio uirtutum naturalium: omnes arterias uicissim & alternatim aperiri & constringi quando cor: sunt tamen aliqui teste Zerbo: qui dicunt interpretando

dictum prædictum.G.ꝙ huiusmodi uicissitudo per oppo/ situm auditur ordinata.s.ꝙ quando cor dilatatur omnes arteriæ constringuntur/ sic ergo dicunt etiam arteriam ue/ nalem cõstringi dum cor dilatatur/ & aperiri dum cor ape ritur/saltem quantum ad principiũ eius uersus cor: & quo usq; cor repleatur: quod quidẽ cõmune est omni arteriæ: quæ omnes cõsimiliter alternatim pulsant / & in motibus suis illi famulantur si non in eodem tempore præcise saltẽ parum post: dum.n.cor constringitur pellit a se ipsa uena pulsans semper sanguinẽ(spiritum / & aerem calefactum: dum uero cor dilatatur attrahit ab ea / in cuius euacuatiõe ipsa euacuatur/ & sit constringitur. In aliis autem locis nõ propinquis cordi : licet ut inquit Zerbus possit dilatari & constringi/ non dilatatur cõsimiliter cordi/ sicut etiam aliæ arteriæ: & ita dicit Zerbus ꝙ Tursianus nihil concludit cõ tra.G.ubi supra: sed quod opinio.G.manet firma / dicunt tamẽ sequaces Tursiani ꝙ.G.i li.de uti.& in libro de iuua mentis membrorum tenet ꝙ dum cor dilatatur trahit ad se aerem per uenam pulsantem : & sanguinem per uenam chilim: sed contrariantes Tursiano tenent ꝙ in apertione cordis constringitur orificium uenæ pulsantis: & etiam to ta uena/ sed dicunt ꝙ in tali cõstrictione uenæ exit aer cale factus : & intrat etiam aer nouus ad cor una & eadem uia & hora: quia dicunt per unam partem uenæ lateralem ex/ pelli aerem: & per aliam attrahi: qui aer attractus ingredit cor omnino: quãuis claudatur orificium talis arteriæ uena lis/ quia dicunt tale orificium non perfecte claudi: sed dimi nute/ & propter hoc dicunt aerem posse ingredi cor: qcqd sit de hoc ego nolo determinare super hoc : quia hæc sunt magis imaginabilia quam probabilia . Et super hoc uide Vgonem Bentium secunda primi & alibi / & Forliuien/ sem qui aliqua dicunt notatu digna. Conciliator etiam dif ferentia.lxxx. ponit in ista uena pulsatili arterialis uena di/ cta : duplicem attractionem : una quidem qua attrahitur aliquid a corde/ mediante orificio cordi continuato/ alia q̃ attrahitur aer a pulmone: mediãtibus extremitatibus eius proximioribus tracheæ arteriæ quæ sũt i pulmone ad mi nima diuise: & in constrictione talis uenæ ut referunt qui/ dam aer attrahitur ad cor/ & a corde extra pellitur/ quia di

cunt ingeniosam naturam præcepto dei gloriosi separare aerem frigidum contentum in hac uena ab aere supercalefacto: & etiam spiritum & sanguinem ab istis partibus aereis: & ita dicunt uno & eodē motu expellere a corde aerē supercalefactum & sanguinem & spiritum simul: & eodē motu dicunt etiam cor attrahere aerem frigidum ad se: qa dicunt istos motus aeris se inuicem non impedire: cum dicant istam uenam pulsatilem esse satis latam maxime prope cor: & isto modo dicunt aliqui ꝙ semper est aer ĩ ista uena: siue sit clausa siue aperta: respectiue tamen: sed ista ut p̄dixi sunt imaginabilia. Passiones huius uenæ sūt quæ aliorum membrorum: & hæc sufficiant de ista arteriali uena.

De Anatomia Venæ Arterialis.

Hec uena dicitur a Mūdino uena: quia defert sanguinem: & dicitur arterialis: quia est duarum tunicarū sicut aliæ arteriæ totius corporis, quarum ortus est a uentre sinistro cordis: & hæc uena arterialis est unum ex duobus uasis extrahētibus materias a corde: licet Zerbus dicat eam esse unum ex uasis intromittētibus solum materiam in corde: qđ quidem non est uerum: quia hæc uena arterialis & arteria ahorti extrahunt etiam materiam a corde sicut alia duo uasa. s. uena chilis & arteria uenalis seu uena pulsans intromittit etiam materiam ĩ corde. s. aerem & etiam extra riuat materiam a corde: & aliqui dicūt ꝙ hæc uena pulsans plus trahit de materia ad cor quam extra riuet ab eo: dicentes ꝙ totus aer attractus ad cor quāuis supcalefiat non totaliter expellitur: sed dicunt portionem notabilem remanere mixtam sanguini: ex quo generātur spiritus, & ꝙ isto modo ex aere attracto generantur spiritus: qui postea per omnes ramos arteriarum transmittuntur p corpus, & ut sic dicunt plus de materia per istam uenam pulsantem trahi ad cor quam expelli, & dicūt ꝙ quāuis fumi capnosi: & aliqua portio spirituum & sanguinis ab ista uena extra riuētur a corde ad pulmonē pro suo nutrimento & uita & propter refrigerationē cordis, propter hoc nō est quin maior quātitas materiæ per istam uenam arterialem trahatur ad cor quā sit illa q̄ expellitur ad pulmone m:

quia dicunt maiorem portionem aeris ingredi ad genera/ tionem spirituum necessariorum pro toto corpore: quam sit portio sanguinis & spirituum tendentiũ a corde ad pul/ monem per istam uenam pulsanté : & quã sit portio fumi capnosi ab ista uena pulsanti extra riuati a corde : quia ista uena pulsans.s.arteria uenalis non dat multam quantitaté sanguinis pulmoni.sed dicunt magnam quãtitaté sangui/ nis tendere ad pulmonem a uentriculo dextro cordis per uenam arterialem:anatomiæ cuius nunc ĩsistimus. Et hæc uena arterialis in modo substantiæ cõuenit totaliter cum arteriis in qua sunt duæ tunicæ sicut in aliis arteriis:quarũ interior est grossior & spissior exteriore in sexcuplo sicut di cebat Erosilus / in quarum tunica ĩtrinseca sunt uilli lati se cundum.G.sicut sunt in aliis arteriis:quãuis sint aliqui alii de istis uillis aliter sentientes:uolo tamen remittere istã al/ tercationem ad alios auctores sicut supra dixit ĩ anatomia arteriæ ahortæ.Et substantia huius uenæ fuit densa & dua rum tunicarum:quia in ea est sãguis subtilissimus collatus & depuratus in ultimo subtilitatis:ut possit nutrire substã/ tiam subtilem pulmonis:nam teste.G.v.de uti.c.x. pulmo indiget nutriri sanguine subtilissimo:non enim erat possi/ bile nutriri pulmonem ex sanguine feculento & grosso si/ cut hepar:sed subtili leui & uaporoso:quia ut ipse inqt om ne membrum nutritur ex sibi simili nutrimẽto:& quia pul mo est leue cauernosum rarũ & uelut ex spuma aliqua san guinea coagulata/propter hoc est egens uaporoso & subti li & puro sanguine:uenæ autem pulmonis.s.pulsantẽs ha bent paucissimum spiritum & caliginosum & grossum: & ideo.G.uult inferre ꝙ ratione cõtenti in prædictis uasis na tura fecit uenam arterialem ex duabus tunicis compositã & arteriam uenalem ex una:& ideo pulmo ut ibidem inqt G.habet sua uasa.s.uenas & arterias econtrario mõ ad alia membra:& dicit.G.tales uenas esse notabilis magnitudi- nis/ut si uenæ non contineant multum de sanguine neces sario ad nutritionem pulmonis præ sua grossitiæ: ut illum contineant sua magnitudine:& dicit ibidem ꝙ non solum uenæ iste nutriunt pulmonem:sed ꝙ etiam arteriæ eũ nu/ triunt mediante sanguine in eis contento.

¶Nota tamen lector ꝙ multi admirantur de uena pulsan/

te quæ non habeat duas tunicas ratione cōtenti: sicut habet ista uena non pulsans: quia dicunt sanguinem & spiritum contentum in uena pulsante esse subtiliorem sanguine nutriente pulmonem: & dicunt ꝙ.G.& sequaces non assignant ueram rationem harum tunicarum: & dicunt illum solum scire hæc quia alia nouit: & hoc magis dicunt: quia etiam.G.ibidem dicit talem uenam arterialem habere duas tunicas propter cōtinuum motum pulmonis quē habet a pectore: & dicūt si sic est quare etiam arteria uenalis non habet duas tunicas: & propter contentum: & propter motum pulmonis: cum contentum in ista arteria uenali sit etiam subtile: & etiam cum arteria uenalis ultra motum pulmonis moueatur semper systolando & dyastolando: & sic dicunt aliam rem esse in causa talis differentiæ tunicarum prædictarum arteriarum & uenarum contentarū in pulmone quā sit causa recitata a.G. quæ dicta ego non approbo nec reprobo: sed tāquā medicus: medicis & suis rationibus credo, & eo maxime cum prædicta sint persuasibilia magis quā demonstrabilia: dicunt etiā aliqui ꝙ hæc uena arterialis est duarum tunicarum ut sanguis qui est in ea subtilis non euaporet ut possit digeri: quia dicūt de mēte.G.& sequatium ꝙ sanguis iste in uena prædicta existēs aliqualiter digeritur extra cor in substātia huius uenæ mediāte calore cordis & pulmonis. Ista tamen ratio nihil facit pro duabus tunicis: quia etiam Aui.prima primi de anatomia arteriæ uenalis dicit in ipsa arteria etiam digeri sanguinem, quæ uena est dicta pulsans & si sic est etiam ad suā digestionem requiritur mora sanguinis in uena, qui sanguis est subtilissimus aptus euaporare eque bene sicut sanguis uenæ arterialis: & tamen hæc uena pulsans non habet nisi unam tunicam.

¶Complexio huius uenæ ē calidior aliis uenis: primo qa est propinqua fonti caloris: tum etiam quia i ea est sanguis subtilior quam in aliqua alia uena: nam in isto sanguine est multa quātitas coleræ rubeæ naturalis: nec est materia cōtenta in hac uena pura colera naturalis ut putant quidam: sed est sanguis cui est admixta multa colera rubea naturalis: teste Aui.prima primi.c.de humoribus cum dixit naturalis colera est spuma sāguinis: cuius color ē rubeus clarus

& est leuis

& est leuis acuta/ & quanto magis fuerit calida erit eius rubedo maior/ quæ cum in corpore generatur in duas diuiditur partes/ quarum una cum sanguine uadit/ & altera transmittitur ad kystim felis/ illud uero quod ex ea uadit cum sanguine cum eo penetrat causa necessitatis & iuuamenti: necessitas uero est ut sanguini admisceatur ad nutrienda membra in quorum complexionibus magnam coleræ rubeæ partem esse oportet secundum modum quem merentur de diuisione/ sicut pulmo. Aui. etiam ibidem. c. de complexionibus membrorum dicit/ scire tamen debes ꝙ pulmo in sui substantia & natura non est humidus uehemēti humiditate: omnis. n. complexio membri naturalis similis est ei: ex quo nutritur: & secundum suam accidentalem cōplexionem assimilatur ei ꝙ ab ipso superfluit/ pulmo autē nutrit᷑ calidissimo sanguinæ & multæ admixto coleræ. Figura huius uenæ est sicut aliarum uenarū. Numerus partium eius est una sola uena in exitu cordis: in pulmone uero eius numerus est confusus/ & nō notus/ ueritas est ꝙ qualibet penula secundum aliquos habet de ista uena unum notabilem ramum: qui postea diuiduntur ad minima per totam substantiam pulmonis/ tamen Aui. prima primi capitulo de anatomia uenæ arterialis non uidet᷑ uelle ꝙ hæc uena arterialis uadat ad omnes penulas pulmonis: quia dicit etiam non uicinari pulmoni nisi a parte dorsi/ & dicit arteriam uenalem spargi ī parte anteriori pulmonis/ & si sic est/ hæc uena arterialis non diuiditur ī omnes penulas pulmonis: sed aliqui dicunt ꝙ ueritas est ꝙ uena arterialis est a parte dorsi/ & etiam a parte anteriori ut pulmo nutriatur melius undequaqꝫ: sed dicunt eam magis esse a parte dorsi quā a parte anteriori pectoris: & dicunt ꝙ sic ītellexit Aui. & etiam eodem modo dicūt arteriam uenalem esse magis a parte anteriori/ sed quod etiam est a parte dorsi: & dicūt ꝙ Aui. sic debet interpretari. Sed Mūdinus cui in hoc ego consentio: dicit ꝙ quando hæc uena arterialis: & etiam arteria uenalis: & etiam trachea arteriæ ad pulmonem ueneriut: in duos diuidnntur ramos: quorū cuiuslibet unus uadit ad partem dextram/ & alter ad sinistram/ & quilibet eorum iterum diuiditur in duos ramos magnos/ quoꝝ unus uadit ad partem superiorem pulmonis: & alter ad partem

inferiorem/postea uadunt omnes se diuidendo usq; ad ra/
mos capillares/ & adinuicem continuantur & intexuntur
sicut rhete componentes substantiã pulmonis: & dicit etiã
Mundinus q rami tracheæ arteriæ sunt iusta ramos uenæ
arterialis/ & iuxta ramos arteriæ uenalis / & ita ẽ ad sensũ:
concludẽdum est ergo q uena arterialis & arteria uenalis
simul cum trachea uadunt ad omnes partes pulmonis/tã
anterioris quam posterioris/ & sic est/ & dicant aliter quid
uelint alii auctores/ & q sit uerum q arteria uenalis & ue/
na arterialis sint per totam substantiam pulmonis faciliter
potest probari quia pulmo debet habere undequaq; p ipsi
us substantiam spiritum uitalem & etiam sanguinem eum
nutrientẽ/ & sic in omni parte pulmonis sunt prædictæ ue
næ & arteriæ:in omni etiam parte pulmonis est trachea ar
teria ad minima diuisa/in qua stat aer:ueritas est sicut dicit
G.vii.de uti.c.viii.q trachea arteria est in medio uenæ &
arteriæ:ut inuicem cibentur:& secundum aliquos est etiã
trachea in medio earum uenarum & arteriarum ne sua du
ritiæ cartilaginosa læderet substãtiam mollem pulmonis:
& uena arterialis in qualibet penula tendit ad partem dor
si:& arteria uenalis semper tendit ad partem anteriorem:
trachea uero arteria est in medio earum / & causa propter
quid uena arterialis tendit in qualibet penula ad partem
dorsi est ista.s.quia ẽ spissior & grossior arteria uenali/ quæ
sua spissitudine & grossitiæ est apta tendere longius absq;
periculo magis quam sit arteria uenalis/ & istam sententiã
ponit.G.ubi supra istis uerbis / cur autẽ retro ad dorsum ẽ
uena:ab ante autem arteria: quoniam longius producere
a corde imbecilem & subtilem habentem tunicam arteriã
non erat tutum decenter:igitur hoc quidem uas ortum a
corde mox ad pulmonem produxit. Alterum uero q forti
us abducit longius retro arteriæ/hæc utiq; erit causa horũ:
& sic ex prædictis apparet situs talium uenarum. Colligan
tiam huius uenæ est cum uena chili:teste Aui.prima primi
& ita etiam dicit Haly. tertio theoricæ.c.xii. de anatomia
uenæ chilis ascendentis:nam dicunt cum hæc uena chilis
est in directo cordis emittit a se tres uenas quarum pri[illegible]
tendit ad pulmonem.G.tamen.vi.de uti.particularũ.c.xi.
aliter sentit quia dicit istam uenam oriri a substãtia cordis:

densa & nō a uena chili: quia uena chilis est subtilis & mollis a qua non potest procedere uas durum neq̧ grossum: sed necessario talis uena arterialis oritur a corde. Dicit.n. in primo capituli: quoniam.n. utilitas omnium mēbranorum mōstrata est esse maxima: & adhuc magis: uena quæ ipsum pulmonē nutrit sufficienter grossa & dura existens. Consequenter erit dicendum quoniam non erat possibile explantari ex cōcaua uena/ neq̧ uas arteriosum/ neq̧ mēbrana talia: quoniam igitur arteriosum uas ex uenosa non erat possibile explantari omnibus utiq̧ manifestū. Vna.n. tunica est uenæ & subtilis: non autem una neq̧ subtilis ea quæ arteriæ: sed sunt ei duæ tunicæ/ grossa quidē sufficienter & dura & densa: quæ ab intus ad inullos est diuisa transuersos.i.latos: mollis autē & subtilis & rara est quæ extra: qualis est ea quæ uenæ: non igitur erat possibile ex una & simplici tunica qualis est quæ concauæ explātari duplicē & grossam: neq̧.n.ex ipso corde quāuis grossum sit ex omni parte prodit uas arteriosum uel uenosum: sed ex subtilibus quidem & mollibus/ simplicia mollia & subtilia: duplicia uero & rursus grossa & dura ex strictionibus: alia littera dicit ex durioribus eius implatatur particulis. At uero neq̧ membrana super germinari tā magna & talia qualia nunc sunt in orificio arteriosæ uenæ: alia littera dicit & melius uenæ arteriosæ possibile erat absq̧ corde. Sedem.n. aliquā in fallacem ea habere debebāt in qua firmētur & admiscētur: ut recta & in flexa permanentia resistant fluxibus materierum ad id quod retro: quando torax agens fortiter totum quidem pulmonem intus colligit & contrahit: comprehendens in circuitu præmit & stringit uenas/ hæc.G.

¶Nota tamen lector ꝙ quāuis uideatur aliqua discordia inter.G.ex una parte: & ex alia parte inter Aui.& Hali.non propter hoc inter eos est multa discordia: quia pro quāto a uena chili ascendente portatur sanguis qui nutrit pulmonem. Aui.& Hali.bene dicunt ꝙ a uena chili oritur ramus nutriens pulmonem: & forte ꝙ tunica exterior uenæ nutriens pulmonem est continua cum uena chili: est bene uerum ꝙ tunica interior talis uenæ nutriens pulmonem nō oritur nisi a substantia dura cordis: & isto modo isti auctores non contradicunt sibi inuicem: tamē ego dico sicut ali/

aſ dixi ꝙ uere aliquod membrum nō oritur ab alio. In iſta etiam uena in orificio eius propinquo cordi ſunt tres mē-branæ hoſtiola dicta a Mundino: quæ aperiuntur ab intra ad dextra, & econtra clauduntur: ut ſupra alibi dictum eſt: quæ ſunt ad ueram formam littere C, teſte. G. vi. de util. c. xiii. Iuuamentum huius uenæ arterialias: teſte Hali. eſt ut hæc uena paſcat & nutriat pulmonem.

¶Paſſiones omnium modorum poteſt pati hæc uena. Cuius ſolutio notabilis eſt mortalis: quia non poteſt conſolidari: primo quia difficillиſſime uel ut melius dicā quia nullo pacto poſſunt congrue ei applicari medicine: eſt etiam mortalis quia hæc uena eſt in membro continui motus a quo impeditur conſolidatio: eſt etiam talis quia materia i hac uena arteriali contenta eſt ſubtiliſſima & etiam acuta: quæ non poteſt retineri in loco ſuo: & ideo eſt incurabilis ꝑdicta diſpoſitio: & hæc ſufficiāt de corde & ď ortis ab eo.

DE ANATOMIA PVLMONIS.

TEXTVS MVNDINI.

EX dictis aliqualiter apparere poteſt ſubſtantia pulmonis et numerus partium eius, nam ipſe compoſitus eſt ex triplici uaſe, et carne molli et panniculis, ex uaſe triplici .ſ. ex uena arteriali, q̄ oritur ex dexrro uentriculo cordis, quæ portat ſanguinem nutriturum pulmonem. Secūdo ex arteria uenali quæ oritur ex ſiniſtro uentriculo cordis portans uapores capnoſos ad pulmonem, et apportans aerem ad cor a pulmone. Tertio eſt trachea arteria, quæ ad pulmonē portat aerem, et ab ipſo ad extra retro ducit.

¶Et hæc uaſa cōueniunt omnia in hoc, ꝙ primo quā

do ad pulmonē euenerint in duos ramos diuiduntur. Vnus uadit ad partem dextram eius, alter ad sinistram. Et quilibet eorum iterum diuiditur in duos ramos magnos, quorum unus uadit ad partem superiorem pulmonis, et alter ad partem inferiorem. Postea omnes uadunt se diuidēdo usq; ad ramos capillares et minimos: et adinuicem continuantur, et intexuntur sicut rhete, et componunt sicut rhete substantiam pulmonis, sicut uenæ componunt hepatis substantiam.

¶Et scias q rami tracheæ arteriæ sunt iuxta ramos uenæ arterialis, ut cibētur ab ea, et iuxta ramos arteriæ uenalis ut aerem transmittant ad arteriam uenalem, ut eū portent ad cor, et a corde ducāt aerem calefactum et fumos capnosus ad arteriam tracheam.

¶Istæ tamen uiæ uel rami quæ sunt inter has sunt ita stricti ut sint inuii sanguini, et peruii aeri intranti et exeunti, et ideo si dilatātur superflue potest fieri exitus sanguinis a pulmone sine ruptura aliqua.

¶Concauitatem et uacuitates huius rhetis replet caro mollis ipsius pulmonis, et hæc est pars secunda eius.

¶Tertia uero pars eius est pāniculus eius tarus, ad quē terminantur orificia horum uasorum, uerum est q orificia uasorum tracheæ arteriæ sunt maiora orificiis aliorum uasorum, et apertiora. Primo quia orta sunt ex stipite maiori et latiori. Secundo quia sunt cartilaginosa et non pelliculosa, et ideo cum sint duriora magis possunt stare aperta.

¶Et ex his nota ulterius uiam, per quam a pectore ad

pulmonem, et tracheam arteriam expellitur screatus nel sanies siue sanguis, emanans a uenis ipsius uelut in pleu resi, a concauitate eius, uel ut in emothoica passione et empimate, quia quando materia in his locis est congre gata ipsa diuiditur ad minima, et fortitudine pectoris expellitur ad pulmonem.

¶Et quando pulmo dilatatur, orificia ramorum tra/cheæ arteriæ magis aperiuntur, et per illa exugat materi am prædictam, et non per alia orificia aliorum uasorū, quia nō sic sunt lata, neq; dilatantur hora anhelitus, et tunc ex uasis illis, ille humor uel liquor expellitur ad ui as latiores. Et ex illis ad maiores donec ad originem per ueniat cannæ pulmonis, et tunc cum tussi extra expelli/tur, et tussis etiam adiuuat ad penetrandum hunc catar rum in canales iam dictos.

¶Et ex his apparet quomodo expurgatur hæc mate/ria, dato q non perueniat ad cor, sed si expurgaretur p alia duo uasa bene de necessitate pueniret ad cor. Hæc omnia habentur a Galeno quinto de interioribus capi tulo tertio, sic igitur patet numerus partium integran/tium pulmonem.

¶Partes eius quantitatiuæ sunt quinq;. s. duæ in parte sinistra, et tres in dextra, quarum tertia dicitur pomum granatum siue culcitra, quia supra ipsam sedet uena chi lis, et arteria indirecto cordis in loco ubi uena ascēdit.

¶Et ex hoc potes uidere quantitatem pulmonis, quia paruus si non sit inflatus, si tamen sufflando ipsum in/flaueris uidedis ipsum magnificari, maior tamē est quā/

titas eius in dextra quam sinistra, quia in sinistra est cor locatum, ibi occupans locum.

¶ Figura eius patet, quia ad figuram clibani figuratus est, in parte posteriori longiorem habens magnitudinē quā in anteriori, eius colligantia patet ex prædictis.

¶ Et iuuamentum, et ægritudines eius satis sunt notæ, nisi quod debes excorticare ramos tracheæ arteriæ, et uidere annulos rotundos, quos expuit peripleumonicus uel prisicus, quia illi sunt rotundi, sed habens ulcus in canna pulmonis de cuius anatomia statim prosequendum est non expuit annulos, sed cortices, sed si annulos expueret nō expueret rotūdos cuius cām dicemus.

COMMENTVM XXV. CARPI.

IN præsenti parte dux meus Mundinus ponit anatomiam pulmonis: & hic suus textus diuidit̃ in tres partes principales. In prima nāq; parte ponit cuius substātiæ sit pulmo: ponit etiam in ista prima parte: partes ipsum pulmonē integrantes: & numerat eas. Ponit etiā in ista prima parte, quantitatem ipsius pulmonis. In secunda uero parte ponit eius figurā. In tertia uero parte ponit iuuamenta & ægritudines pulmonis. Implicite tamen, & in ista parte docet quomodo possunt uideri anulli rotūdi pulmonis: quos expuunt ptisci & peripleumonici: si ulcus est in substantia pulmonis: si uero ulcus est in cāna pulmonis monstrat per anatomiam ꝙ anulli qui expuunt̃ non sunt rotundi: sed sunt in forma littere C uel ꝙ expuuntur cortices: hæc tamen cognitio de ulcere in canna pulmonis habebitur: melius quando tractabitur de anatomia dictæ cānne infra a Mundino. Secunda ibi, figura eius patet. Tertia ibi, & iuuamentū & ægritudines eius satis sunt notæ. Istæ partes & maxime prima posset multipliciter diuidi, & etiā

exponi:ſed quia totus hic textus eſt clarus : ſicut eſt maior pars totius Mundini/non laborabo in alia diuiſione eius neqꝫ in alia expoſitione/littera eſt clara lege eam.

¶Sed ultra ea quæ dicit Mundinus a nobis aliqua dicent ſcolaribus noſtris non inutilia. Et primo dico ꝙ pulmo eſt aeris & ſpirandi artifex & officina:unde alitur anima ſicuti cibis corpus:eſt.n.pulmo ſpungioſus natura & fiſtulis inanibus cauus:ideoqꝫ ſpiritus capax/a tergo ipſi ſpine iungitur/atqꝫ i duas fibras ungule bubale nolo diuiſus.Et Ari. tertio de partibus.c.vi.dicit ꝙ omnia animalia quæ ſpirāt habent pulmonem/quia pulmo officio ſpirandi delegatus eſt:& dicit ꝙ omnia pedeſtria ſpirant / & aquatilium non nulla/ut Balena/Delfinus/& Cæte:& dicit ꝙ origo ſui motus eſt ex corde:licet.G.aliter ſentiat ut ifra dicemus/& dicit ꝙ pulmo eſt fungoſus & ſpumæ ſimilis. Rabi Moyſes etiam prima ſuorum aphor.dicit ꝙ pulmo eſt inſtrumētū ſpiritus & uocis/& ꝙ omne animal quod non attrahit aerem per os & nares caret pulmone/& etiam dextra cellula cordis caret.Et hic pulmo a græcis dicitur pneumon:unde & pneumonia/ſeu peripneumonia/ & non inſcite pulmonaria eſt apoſtema calidum in pulmone : ab aliquibus etiam pulmo uocatur flabellum & uentilabrum : & eſt mēbrum ſpermaticum inſtrumētale: & ponitur inter uiſcera: cuius ſubſtātia eſſentialis eſt propria caro eius mollis laxa & rara/adinſtar ſpumæ/quæ replet ſpatia eius exiſtētia inter ramos tracheæ arteriæ/& uenæ arterialis/& arteriæ uenalis/ex quibus omnibus ſimul cōponitur hoc mēbrū/ꝙ ꝙ dicitur pulmo/& iſtam ſubſtantiam uellat unus pānicu/lus ſubtilis rarus ſecundum aliquos ortus a pleura. Et iſta ſubſtantia pulmonis eſt compoſita ex carne ſimplici / quā carnem infuſam ſeu confuſam appellant aliq.Et teſte Hali. ſubſtantia pulmonis fuit creata mollis & fragilis aeri ſimilis:ut eſſet imutationis aeris attracti ab animali primum organum/ad hoc teſte Zerbo ut talis aer facilius tranſportet in aliis membris:& ita pulmo muturat/alterat & præparat aerem in ſuam naturam/qua mediāte fit proximus naturæ aeris exiſtentis in corde:ex quo fit ſpiritus uitalis/& a corde ad cerebrum tranſmittitur:& efficitur ſpiritus animalis:& ita ad hepar fit ſpiritus naturalis/ ex quibus oībus

ad teſticulos

ad testiculos transmissus sit spiritus genituus secũdum ali quos. Et substantia pulmonis fuit rara ut possit extendi di/ latari & constringi in motibus cordis & pectoris: & teste Zerbo caro pulmonis i processu ætatiuo repitur fieri sem per rarior & porosior. Cuius causa est quia pulmo in qua/ cũq; constrictione nunq̃ expellit totum aerem attractum. Cuius aeris attracti aliquæ partes remanet i porositatibus eius: quæ extendendo continue reddunt pulmonem poro siorem. Item teste Ari. primo de hist: pulmo in se plurimũ continet sanguinis respectu aliorum membrorum: & hic sanguis qui reperit̃ in pulmõe est in uenis ambabus eius: & in capitibus prædictarum uenarum carni pulmonis in/ mersatum: qui sanguis stat sub forma sanguinis: quãuis sit extra uenas magnas: & dicit. Z. ꝙ ille sanguis nõ putrefit si cut putrefit extra uenas aliorum membrorum: dicit etiam Zerbus ꝙ non solum saluantur secũdæ humiditatis extra uenas in substantia pulmonis: sed dicit etiam sanguinẽ sub forma sanguinis in ea saluari: quia pulmo nõ est uiscus ita carniforme sicut alia membra quæ nõ sunt uiscera / in qui bus est inuentus sanguis extra uenas effusus saniari: & di/ cit ꝙ sanguis potest dici humiditas secunda: quia modicũ distat a substãtia pulmonis. Cuius signum est dicit ipse qa sanguis qui fluit a uenis minimis seu a substantia pulmõis reperitur rarus spumosus ubiq;: tã in superficie quã in fun/ do & in medio assimilans substantiæ pulmonis: sanguis au tem fluens a magnis uenis pulmonis reperitur spumosus solum in superficie: quæ spumositas semper est i sanguine pulmonis ratione aeris secum mixti: & ideo per prædicta concludit sanguinem a substantia pulmonis emanantẽ sa/ pere naturam secundarum humiditatum.

¶ Dicit tamen Zerbus ꝙ Ari. non consentit sanguinẽ esse nisi in uenis emanantibus a corde: & in corde: sed iudicio meo Medici concedunt sanguinem extra uenas existere i lacuna cerebri quæ platea uocatur: & istam lacunam Era/ cleus uocabat tertiam uenam: sicut latius dicemus in ana/ tomia cerebri. Et teste. G. v. de uti. c. x. pulmo nutritur san/ guine digesto subtili & uaporoso rubeo claro.

¶ Partes seu numerus partium pulmõis optime dicit Mũ dinus: quarum aliæ sunt intrinsecæ / & aliæ extrinsecæ: &

intrinsecæ sunt arteria uenalis / & uena arterialis : & tra/
chea arteria : quæ partes sunt sibi inuicem proxime / imo
sunt continuate simul: ut uena & arteria cibent ramos tra/
cheæ arteriæ: & earum omnium rami sunt ualde stricti: ita
ut sint inuii sanguinis/ & peruii aeri intranti ad cor & exeũ
ti a corde: & ideo ut inquit Mundinus si dilatantur super/
flue potest spui sanguis absq; crepatura alicuius uenæ i pe/
ctore: & rami prædictarum uenarum & arteriarũ diuisim
ad minima se continuantes ut prædictum est constituunt
quasi unum rhete: cuius rhetis cõcauitates replet/ ut supra
dictum est caro spumosa seu spongiosa pulmõis: inter istas
etiam partes ponit̃ panniculus rarus circũuoluens pulmo
nem: quo mediante pulmo sentit teste Aui. G. tamen in li/
bro de iuuamento anhelitus uidetur uelle ꝙ pulmo sit in/
sensibilis maxime caro ipsius: quæ circũdat̃ tribus panni/
culis: quorum duo procedũt/ ut inquit. G. a uena & ab ar/
teria quæ a duobus uentribus precedunt: & hæ duæ pelli
culæ sũt sensibiles : tertia uero procedit a trachea arteria q̃
est insensibilis quemadmodũ in ipsa trachea arteria a qua
procedit: & fit per hanc inspissatio aeris ad cor secundum
fistulas ipsius: quæ a trachea arteria procedunt.

¶ Nota lector ꝙ sunt aliqui docti qui negãt istum librum
de iuuamento anhelitus esse. G. & qui legit eum maxime
si sit instructus in uia. G. potest hoc iudicare de facili.

¶ Nota tamen lector ꝙ pulmo habet unum panniculum
eum circũdantem undequaq;/ qui oritur a pleura/ qui ha/
bet sensum notabilem/ & eo mediante pulmo sentit: tamẽ
qualitercunq; sit pãniculus pulmonis / aut simplex/ aut ex
pluribus compositus: est rarus & prorsus satis/ latorũ poro
rum: & hoc patet sicut dicit Mundinus ꝙ quando pulmo
dilatatur stante pleuresi saniata & non saniata: & stante ru/
ptura alicuius uenæ in pectore. Aperiuntur adeo tales po/
rositates ꝙ in pulmone igreditur sanies & sanguis : & alia
qualiscunq; sit materia: & tunc a paruis poris siue uiis pul/
monis ad magnas: deinde a magnis ad maiores: extra pel/
litur talis materia.

¶ Dicit tamen Mundinus ꝙ tales porositates aperiuntur
magis stante tali materia in pectore quã tempore salutis. s.
quando tantum dilatatur pulmo pro anhelitu : & hoc est

credendũ:quia si semper essent late in sui ultimo exiret san guis a pulmone ad pectus:sed sagax natura aperit tales po rositates magis quã sint naturaliter : quãdo intendit aliqd expellere a pectore per uiam pulmonis:nec pulmo dũ di/ latatur expellit materiam a pectore ut uolunt quidam Mũ dinum culpantes sic intellexisse:sed Mũdinus intellexit il/ lam materiam trahi in pulmone hora sue dilatationis:& il/ lam expelli hora sue constrictionis : sicut ipse tenet secũdo prognosticorum.c.xliii.declarans.G.sic itelligere quia ali/ ter non potest esse.

¶Extrinsecæ uero pulmonis partes quæ quãtitatiue dicũ tur a Mundino:sunt quinq;.s.duo in parte sinistra : & tres in dextra.

¶Nota tamẽ lector ꝙ quãuis pulmo appareat unum mẽ/ brum solum:ꝙ pulmo est duo membra : teste Rabi prima suorum afforismorum.xxi.quando dicit mẽbra aliqua cre dunt in corpore unum esse/ quæ in ueritate sũt duo : sicut cerebrũ/lingua/maxilla/pulmo/pectus / & matrix / & alia his similia.

¶Ego tamen credo ꝙ pulmo sit unum membrum : & nõ duo pulmones:sicut patet ad sensum / & etiam hoc credo quia Ari.secundo de hist.c.xvii.& ultimo:uocat hoc mem brum pulmonem:& non pulmones:& ibidem dicit ꝙ pul mo est simplex maxime in serpentibus:tertio etiam de par tibus.c.vi.in pluribus locis uocat hoc membrum pulmo/ nem & non pulmones:& primo etiam de histo.c.vi.uocat etiam pulmonem & non pulmones.Veritas est ꝙ dicit ibi dem pulmonem esse bipartitum. Dicit tamẽ ꝙ hæc distin ctio seu bipartitio minime apparet i homine:& dicit ꝙ pul mo hominis est simplicior nõnullorum animal procrean/ tium:nec est ita leuis : & credo ꝙ pulmo ꝓpter partitionẽ quã habet a mediastino dicatur ab aliquibus ꝙ sit duplica tum membrum:causa autem duplicatiõis & pulmonis & fere totius corporis cõmuniter est ista.s.ꝙ si accidat nocu/ mentum uni parti non contingat alteri / & forte ꝙ est alia causa occulta non scita nisi a primo artifice: quia aliqui ad/ miranť ꝙ sint duo oculi/& duo testes/ & duo renes/& duo pulmones/& duo cerebra/ & ꝙ non sit nisi unum cor / qď quamuis habeat latus seu uentrem dextrum & sinistrum

propter hoc nõ sunt duo corda ab auctoribus posita : sicut duo cerebra. Ista tamen sunt spectantia Philosopho rimanti secreta nature & nõ anatomico: cui hoc bonus relinquo.
¶ Et istæ partes exteriores pulmonis / sunt quinq; eius penulæ: quorum duæ sunt i sinistro latere : & tres in dextro: teste Aui.x.tertii. & pulmo est diuisus in istas penulas siue fibras ut melius possit dilatari & constringi circa cor : teste G.vi.de util.c.x.eo modo quo facit hepar circa stomachũ cum suis fibris: & ꝙ sit uerum ꝙ pulmo sit diuisus in duas partes propter hoc.s.si contingat nocumentum uni parti ꝙ non contingat alteri ad conseruationem indiuidui: sicut etiam supra patuit / probat Auer. dicendo ꝙ si uni parti pectoris acciderit dilaniatio: animal potest anhelare & uiuere per aliquod spatium / & forte ꝙ potest uiuere / si autem ambæ pulmonis partes sint perforate statim animal moritur: hoc etiam contingit in cerebro: teste. G.viii. de uti.c.x. ubi dicit ꝙ cõmunissima ratio omnium membrorum didimorum hæc est.s.ut si alterum patiatur reliquum famuletur: sicut contingit adolescenti uulnerato in altero uentriculorum anteriorum cerebri. Demum sanatum / ut putabatur uoluntate dei: sed nequaquã utiq; paucissimo tempore durasset ambobus plagatis. Ita autẽ & si absq; plagatione passio aliqua circa alterum accidat reliquo manente sano: in magis laudatur ad uitam animal: quã si uterq; pateretur simul: causa autem propter quid in parte dextra pulmo habeat tres lobos / & duos in sinistra: teste Aui.x.tertii est ista s.quia cor est magis decliue ad partẽ sinistram in qua non posset stare cor / & tertius lobus: &.G.vii.de uti.c.ii.dicit in pulmone esse quattuor lobos: quorum duo sunt in latere dextro: & duo in latere sinistro: i quibus quattuor lobis dicit esse uniuersa uasa.s.ramos tracheæ / & uenæ / & arteriæ. Dicit tamen ꝙ secundum dextram spatiositatẽ est alius lobus ultra prædictos: quem uocat quintum lobũ. Dicit tamen istum quintum lobum esse sedem quandam & uelut substramen concauæ.i.chili uenæ: & ibidem etiam.G.c.x. dicit etiam ꝙ quintus lobus pulmonis qui paruus est / qui est secundum dextram partem qui est triangulus.i.tertius in latere dextro gratia cõcauæ uenæ factus est: & hic lobus qui est stragulum seu culcitra uenæ concauæ habet certã

concauitatem ut facilius super ipsum ascẽdat uena magna & hoc apparet ad sensum: & quatuor primi lobi: teste Aui. & .G. ubi supra replent totum pectus dum dilatãtur: quintus uero lobus non præbet multum iuuamentum in anhelitu/ sicut faciunt alii lobi: sed magis est factus ut uena concaua apodietur ei.

¶ Nota lector ꝙ circa istum lobum quintum est etiam certa glandula de qua fecimus mentionem in. c. de anatomia uenæ concauæ ascendẽtis quæ uocatur amiga seu auriga: & morum: & thimum: alias thimes: de qua glãdula ut ubi supra dictum est. G. Hali. Rasis Aui. & Hali. faciunt mentionem: quam glandulam dicunt esse stragulum uenæ concauæ: & hæc glandula est notabilis magnitudinis: & est sita prope furculas superiores: est tamẽ uersus dorsum & in uitulis & in hedis a nostris uulgaribus hæc glãdula uocatur lacticinium: & animella: quæ ad comedendum est saporosi gustus & est multum in usu pro cibo humano.

¶ Complexio inata naturalis pulmonis est similis suo nutrimento: teste Aui. prima primi capitulo de complexionibus membrorum: igitur est calida: quia nutritur sanguine colerico: accidentalis uero eius complexio est humida: & forte interdum frigida. Calor pulmonis est similis sanguini colerico: maxime in fœtibus nondum natis: teste. G. postea calor in nati animali fit albus ratione aeris attracti: uictoria cuius est in pulmone: a cuius aeris multitudine pulmo quasi redditur diafanum: est etiã pulmo albus ratione reumatis albi distillantis ad eum. Ego tamen uidi multos fœtus habere pulmonem album: & istã albedinem in fœtu puto esse a flegmate descendente a capite ad pulmonẽ: ad quem & ad stomachum in fœtu multa flegmatis quantitas descendit.

¶ Figura pulmõis est ad formam unguis bubali seu bouis qui est in duas partes diuisus: deelinans tamẽ ad rotundũ cum aliquali quadrangulari forma: & est longior in parte uersus dorsum quia sequitur totum uacuũ pectoris: in parte uero anteriori est breuior: & ut breuiter dicã pulmo habet figuram illam præcise similem concauitati pectoris in qua continetur: & ita etiam habet illam quantitatem: in ꝗ tamen quantitate debet comprehendi quantitas cordis:

& Mundiuus assimilabat ipsum clibano.
¶Situs pulmonis est in partibus posterioribus & laterali/bus concauitatis pectoris:cuius aliqua maior portio est in parte dextra/ut parum ante dicebatur:quia i parte dextra sunt tres lobi:in sinistra uero sunt tantum duo lobi:& pul/mo in situ suo circũdat cor a lateribus & parum retro: fere autem nihil ante : quia partem anteriorẽ pectoris occupãt duæ particulæ panniculi mediastini:quæ distant ab inui/cem in parte anteriori per duor digitos/ubi alligantur ossi bus anterioribus pectoris.
¶Colligantia pulmonis est cum corde:cum hepate: cũ ce rebro mediantibus neruis uenientibus ad panniculũ eius: colligatur etiam diafragmati mediantibus quibusdam pel liculis per quas mouetur. Colligatur etiam epigloti medi ante trachea:qua etiam mediante colligat̃ cum stomacho i.cum meri. Colligatur etiam pulmo dorso in parte poste/riori. Iuuumentum pulmonis teste.G.vii. de uri.c.viii. est uocitatre mediante trachea arteria:& flare.s.expirare & in spirare:& ibidem.c.ix.dicit utilitatẽ respirationis esse maxi mam:respirationem.n.dicit esse custodiam inatæ calidita/tis:propter quam confestim corrumpuntur animalia pri/uata refrigeratione:dicit etiam spiritum animalem nutri/cari per respirationem. Ari.etiam tertio de partibus .c.vi. dicit pulmonem præstare iuuamentum refrigerationis spi rando : & dicit ꝙ nullum animal potest uiuere nisi spiret: pulmo igitur spirandi officio delegatus est : qui originem quidem sui motus accipit ex corde:quarto etiam de histo. c.ix.dicit pulmonem esse causam uocis:quia quibus pul/mo deest his nulla uocis emittende facultas est : & ita etiã est causa locutionis:quia locutio non nisi uocis per linguã explantatio est:uocales igitur littere a uoce & gutture: cõ/sonantes a lingua & labris proferuntur. Est itaq; pulmo in/strumentum sine quo non est uox:nec loquella: & iõ plus attrahit de aere quã indigeat cor in pulsu uno: & ut inquit Zerbus multum attrahit de aere:ut de illo possit dare cor/di:si contingat hominem submergi in aqua : aut quando emittit uocem longam continuam impedientẽ ipsum pul monem ab attractione aeris:aut cum homo non uult attra here aerem aliquem fœtidum:pulmo etiam iuuat i extra/

hendo a corde aerem capnosum obscurum supercalefactũ in ipso corde.

¶Passiones omnium modorum potest pati pulmo de quibus uolo quod ad principem decima tertii habetur recursus breuitatis gratia: & ad.G.quarto interiorum.c.octauo.

DE ANATOMIA ARTERIARVM ET VENARVM GVIDEZ, SEV APOPLETICARVM ET DVARVM AMIGDALARVM ET NERVORVM DESCENDENTIVM A QVIBVS ORIVNTVR NERVI REVERSIVI.

TEXTVS MVNDINI.

EXpedita anatomia pulmonis, oportet uidere anatomiam tracheæ arteriæ, quæ est uia ad pulmonem, sed ut eius anatomiam uideas perfecte oportet præmittere anatomiam quorundã, quæ cum ea colligantiam habet. Oportet igitur ut excories collum, siue gulam, et uidebis musculos longitudinales supra quos notabis uenas guidez ex utroque latere unã, quid sit iuuamentum horum musculorum dixi iam in anatomia pectoris, quos musculos eleua.

¶Et illis eleuatis inuenies duas amigdalas ex utroque latere unam, quæ sunt carnes glandosæ factæ ad formã et figuram duarum amigdalarum, quarum iuuamentũ fuit, ut humiditate quam generant et congregant, hu-

mectent tracheam, ne exsiccetur propter motum. Secũ dum iuuamentum fuit ut replerent et æquarent loca gulæ, quia gula propter epiglotum in parte superiori est ualde tumida, et in parte inferiori propter stricturã tracheæ est ualde gracilis. Amigdalæ igitur illæ positæ sunt infra epiglotum ut adæquent. Tertium iuuamentum est ut sint scutum uenarum et arteriarum apopleticarum, quæ portant sanguinem ad caput, et arteriæ portant spiritum, qui postea i rhete quod cõtexunt cõflato sub cerebro fit animalis.

¶ Et istæ uenæ uocantur apopleticæ, quia ex plenitudine earum frequenter fit apoplexia.

¶ Vocantur etiam uenæ somni, quia ex naturali opilatione facta in rhete iam dicto causatur somnus.

¶ Vocantur etiam profunde, quia sunt locatæ in profundo iuxta, siue supra musculos sphondylium colli.

¶ Et ut eius originem uideas scinde furculam, et accipe truncum arteriæ aborti ascendentẽ, et uenæ ascẽdẽtis.

¶ Et uidebis ꝙ antequam uena egrediatur furculam ramificatur. Primo in duos ramos, quorum unus uadit ad partem sinistrã et alter ad dextram, et antequam ad subassellam perueniant alter istorum uel ab alterutro descendit uena per sphondyles dorsi ad nutriẽdum costas et partes superiores pectoris, postea penetrat per assellam quælibet prædictarum, et uadit ad domesticam brachii, et in cubito uersus inferius apparet, idest in curuatura cubiti et dicitur basilica.

¶ Et ex his potes uidere quomodo basilica habet con-

tinuitatem

tinuitatẽ cũ uena, quæ nutrit partes pectoris ſuperiores.
¶ Etiã apparet, quæ ſit cã quare in pleureſi ĩ qua dolor
aſcẽdit ſupius uſqȝ ad furculã, cõpetit flobotomia baſi-
licæ, ut ponit Hip. ii. regiminis acutorũ, et Gal. ibidẽ.
¶ Poſtea uero egreditur furculam, et ramificatur in ra-
mos, quorum duo obliquantur, et unus eorũ uadit ad
brachium dextrum, et alter ad ſiniſtrum, et uadit ad ſil-
ueſtrem partem brachii, et apparet uerſus ſuperius in
curuatura cubiti, et dicitur cephalica, et habet euacuare
a capite, quia continuata eſt cum uenis duabus directe
procedentibus ſuperius ad caput. Quæ uenæ dicuntur
apopleticæ ſiue ſomni et ita arteriæ (ſicut dixi) eodẽ mõ
ꝓcedũt. Ex quibus fit rhete mirabile ut dicet̃ ſuo loco.
¶ Poſtea iuxta iſtas arterias et uenas apopleticas inueni
es neruos duos magnos deſcendentes a cerebro a ſexto
pari neruorum, unus a latere ſiniſtro et alter a dextro, et
ex utroqȝ ramificantur nerui reuerſiui, qui ſunt nerui
uocis, quos uidebis ſuo loco. Reſiduum nerui dextri
cum yſophago pro maiori parte coniungitur, et in os
ſtomachi ramificatur, et tẽdit uſqȝ ad fundum, licet ali-
qua pars eius in infra furculam cum uenis et arteriis ca
pſulæ cordis coniugatur, ſed ſiniſter pro maiori parte
cum membris ſpiritualibus complicatur. Et quantum
ad aliquod eius cum naturalibus membris cõiungitur.
¶ His membris excarnatis uidebis ſimiliter tracheam ar
teriam et yſophagum, ſed hoc non poteris niſi alia mẽ
bra oris eleues. Incide ergo mãdibulas ĩferiores a ſupio
ribus et illa ſeleua et hæc faciẽdo notes anatomiã oris.

IN hac parte Mūdinus postquā posuit anatomiam pulmonis ponit anatomiam uenarum & arteriarū guidez seu apopleticarum, tam profundarum, quā superficialium, & duarum amigdalarum, & neruorum descendētium a sexto pari neruorum cerebri, & diuiditur hic textus Mūdini in quinq; partes principales. In prima nāq; parte dicit ꝙ antequā uideatur anatomia tracheæ arteriæ oportet præmittere anatomiam quorundam membrorū cum ea colligatorum, & docet qualiter sit procedēdum in excarnando collum: quo excarnato apparēt uenæ guidez exteriores ex utroq; latera une, & musculi longitudinales qui dilatant pectus in parte superiori, & dicit tales musculos deberi eleuari. s. a loco suo, ut melius membra quæ sūt sub eis uideantur. In secunda parte ponit anatomiam duarum carnium glandosarū quas uocat amigdalas: quia habēt formam amigdalæ, & dicit tria iuuamenta talium carninm. In tertia parte ponit anatomiam certarum uenarū & arteriarum quæ sunt magis in profundo colli: quas uocat uenas, & arterias profundas, & apopleticas, & somni; & ostēdit earum originem, dicēdo prius debere scindi furculas superiores pectoris adhoc ut melius uideantur prædicta membra, & dicit qualiter tales arteriæ & uenæ antequam a pectore egrediantur furculam ramificātur primo in duos ramos, quorum unus uadit ad partem sinistrā: & alter ad dextram. Et dicit ꝙ antequā tales rami perueniant ad subascellam ꝙ ab alterutro eorum descendit una uena per sphondylos dorsi ad nutriendum costas & partes superiores pectoris: postea tales rami ascendunt ad ascellam, & penetrant per eam, & uadunt per domesticam brachii, & in cubito. s. in curuatura uersus inferius apparent, & dicūtur basilicæ: & sic ostendit qualiter basilica habet cōmunitatem cum uena nutriēte costas superiores, & dicit de mēte Hip. & G. causam quare in pleuresi fit flobotomia si dolor ascenderit usq; ad furculas superiores. Et ibidem dicit ꝙ quando tales rami arteriarum & uenarum ascendendo egrederint furculam seu furculas superiores prædictas obliquantur; quorum unus tendit ad brachium dextrum, &

alter ad sinistrum ad siluestrem partem brachii: & descēdē do apparent in curuatura cubiti seu in cubito uersus supe/ rius/ & dicuntur cephalicæ/ & dicit ꝙ habēt euacuare a ca/ pite:quia sunt continuati cum duabus uenis directe ascen/ dentibus ad caput/ quæ uenæ ascendentes dicuntur apo/ pleticæ/ & uenæ somni: & ita dicit etiam arterias procede/ re ad caput:ex quibus arteriis ascendentibus fit rhete mi/ rabile in capite ut dicetur loco suo. In quarta parte ponit anatomiam duorum neruorum magnorum descendentiū a sexto pari neruorum cerebri a quibus dicit oriri neruos uocis qui reuersiui uocantur:& ponit eorum descēdentiū situm & colligantiam. In quinta uero & ultima parte dicit quid est agendum ut trachea & meri possint bene anato/ mizari/ad quæ membra anatomizanda præmittit anato/ miam oris/ad quam uidendam dicit mādibulas inferiores debere separari a superioribus illas incidendo. Secūda ibi: & illis eleuatis inuenies duas amigdalas. Tertia ibi/ & istæ uenæ uocantur apopleticæ. Quarta ibi/ postea iuxta istas arterias &c. Quinta ibi / his membris excarnatis similiter uidebis &c. Quælibet etiam partium prædictarum posset aliter diuidi & etiam declarari siue exponi: quāuis littera sit satis clara:quam legendam relinquo:quia ad digressio/ nes meas tāquā ad magis utile accedo.

¶Dico igitur ultra ea quæ dicit Mundinus in præsenti te xtu ꝙ uisa anatomia membrorum spiritualium & mēbro/ rum ea continentium:nobis secundum ordinem Mundi/ ni:primo occurrit anatomia colli:in qua est notanda ana/ tomia unius membri qui reponitur inter membra natura lia.i.inter membra in quibus consideratur uirtus natura/ lis magis quē uitalis & animalis:& hoc membrum est gu/ la siue ysophagus uel meri: est etiam in collo notanda ana tomia maioris partis unius membri ex spiritualibus seu ex uitalibus:& hoc membrum est guttur seu gurgulio seu tra chea arteria:quæ est extra substātiam pulmonis: quorum quidem duorum membrorum prius esset ostendenda ana tomia:nisi timeremus destructionem aliquarum aliarū par tium colli:& etiā faciei:quas prius premittere oportet an/ tequā ad prædicta duo membra deueniamus.

¶Notent tamen legentes ꝙ guttur multis modis capitur

a medicis: nā a Celso libro quarto capitulo primo guttur e pars anterior colli: quia dicit ipsa autem arteria dura & cartilaginosa in gutture asurgit. Aui. autem. ix. tertii capitulo primo dicit ꝙ p guttur ipse ītelligit spatiū in quo sunt meatus anhelitus & cibi: in quo est uula & amigdale & galsamac: a. G. tamen. iiii. aphor. xxxiiii. dicitur ꝙ guttur est cāna pulmōis: idem dicit Hali. Arist. etiam tertio de partibus capitulo tertio dicit guttur spiritus dator est: hoc. n. spiritū animalia trahunt & reddunt respirando & expirando: quā obrem quæ carent pulmone collo etiam carent: & ita etiā dicit. G. s. ꝙ collum est factum propter tracheam seu guttur: multi etiam alii capiūt guttur pro trachea/ his uisis primo dico ꝙ quid sit collum iam patuit in catalogo posito ī principio nostri operis: cuius substātia composita est sicut multa alia mēbra officialia/ ex cuti/ pinguedine/ carne musculosa: & carne adenosa: ex ossibus/ ligamentis/ cartilaginibus/ pelliculis/ neruis/ uenis/ & arteriis ponēdo in collo etiam esse ceruicem: quæ autem sit figura eius & quantitas: & positio in homine/ & numerus eius: cuilibet notum est: est etiam nota eius complexio ex componentibus graduata: eius etiam utilitas est nota: passiones omnium modorū patitur. A cuti igitur colli incipiēda sunt dicta nostra: quæ cutis est excorianda leuiter a membris sub ea contentis ut ea deocultentur: sub ea. n. sunt nerui a superioribus ad inferiora descendentes: & arteriæ & uenæ ascendentes: & musculi/ & alia mēbra parū antedicta: sed excoriata cuti a musculis non debet incipere operator certos musculos longitudinales eleuando sicut dicit Mūdinus: sed debet remouere furculas superiores pectoris: & in pectoris superiori parte: debet uidere certos ramos uenæ chilis/ & arteriæ abor/ti nutriētes costas superiores & partes sibi uicinas: quibus uisis uidebit ascēdere certos d prædictis ramis ad ascellas: deinde uidebit alios ramos iterum ascēdere: de quibus aliquos uidebit tendere ad partes exteriores brachii: & iterū uidebit aliquos ascēdere: quos ascēdētes uidebit ab utroq; latere colli facere duos ramos: quorum unus ī quolibet latere est profundus satis: sub primis musculis imediate post cutim occurrētibus: & alter est imediate sub cuti supra musculos prædictos: uolo tamen de istis uenis remittere legē/

tes ad locum illum ubi supra ego determinaui de omnibus uenis ortis a uena chili. Et istæ pdictæ quattuor uenæ ascẽdentes ultimo loco dicte: tam superiores quã inferiores uocantur guidez: siue guadez: & guidegi: & ab Ari. tertio de partibus. c. iii. uocãtur uenæ iugulares: & a Celso dicũtur granges & sphragitides: dicuntur etiam Iuueniles: & pensiles, & organicæ: quarum aliæ sunt superficiales ut prædictum est quæ appellantur manifeste: aliæ uero dicũtur submerse & occulte: quæ occulte dicuntur etiam a Mundino uenæ apopleticæ & somni: his intellectis sicut dicit Mundinus debes primo cõsiderare uenas guidez. s. uenas exteriores prædictas ascendentes quas solas exteriores Mundinus uocat guidez: tamen etiam uenæ occulta uocãtur guidez ab Aui. & a sequacibus: quibus guidez exterioribus uisis & bene notatis debes eleuare musculos longitudinales gutturis quos Mundinus dicit esse eleuandos. Et ne cõtingat error in dictis nostris uidendũ est quid sit guttur: apud Mundinum, & est uidendum quot musculi sunt in gutture. Et primo dico sicut etiam supradixi: ꝙ multi dicunt guttur esse partem anteriorem colli: in qua sunt omnia mẽbra contẽta in parte anteriori colli. s. cutis, pinguedo, uenæ, arteriæ, & caro adenosa, & musculi: & trachea arteria simul cum meri: & sic etiam guttur capitur a Celso: & ut sic non est aliud guttur nisi collum.

¶ Dicamus ergo cum Mundino quem in præsenti sequimur: ꝙ in gutture. i. in parte anteriori colli sunt musculi illi qui dilatant partem superiorem pectoris: qui sunt duo notabiles: in gutture etiam sunt musculi alii qui dicuntur musculi epiglotis: & sunt alii qui dicuntur musculi colli: de qbus omnibus remitto legentes ad Aui. prima primi: & ad Rasim primo almãsoris: & ad Hali. iii. theoricæ. c. iii. & . iiii. Intellectis & uisis propriis musculis partis anterioris colli: & eleuatis musculis longitudinalibus sicut supra dictũ est: debes notare sub eis certas carnes glandosas, quas Mundinus uocat amigdalas, & solus Mundinus uocat has carnes amigdalas, de quo noĩe est nõ paruus rumor inter posteros Mundini: nam Nicolus septimo sermone: tractatu primo: summa prima, capitulo de anatomia colli, faucium, & gutturis, & Gentilis de Fulgineo. ix. tertii: capitulo primo:

& Zerbus/ dicunt Mundinum erraſſe/ dicẽdo unam & eã/
dem ſententiam/ quam ſequitur tota turba modernorum.
Et iſti dicunt iſtas carnes non eſſe proprie amigdalas: quia
iſte nõ ſunt in loco in quo poſſint tenere aerem/ & quia iſte
non inciduntur ſecũdum modum ꝑ quẽ Aui. præcipit in
cidi nona tertii.c.xv.c.de inciſione uueæ & amigdalaꝝ/ &
dicunt neceſſe eſt ergo ꝙ amigdale ſint quædam carnes q̃
poſt uueam apparent quandoq; eminentes & apoſtemate
& quæ digito aperto ore tanguntur.

¶ Notate tamen filii mei Scolares ꝙ quamuis Mundinus
dicat iſtas carnes glandoſas uocari amigdalas propter hoc
non eſt reprehẽſiõe dignus. Imo ego miror de Nicolo &
de Gentili qui audeant corripere Mundinum ſuper hoc:
quia ipſi de iſta reprehenſione ſunt culpandi/ & monſtrant
malo animo offeciſſe Mũdinum/ quia in rei ueritate in iſta
parte colli ſunt carnes glandoſæ quæ uocantur amigdalæ
a Mundino/ & non male/ quia maior pars carnium adeno
ſarum habet formam rotundam depreſam ſicut eſt ami/
gdala & interdum habent formam rotundam & formam
glandis/ & ideo uocantur cõmuniter carnes glandoſæ &
amigdaloſæ: & ſileant contra Mundinum prælacti aucto/
res & ſui ſequaces in iſtis carnibus quia iſtas carnes Mun/
dinus uoluit uocare amigdalas propter formam ſuam: &
quamuis non incidantur iſtæ carnes ſicut dicit Aui. & quã
uis nõ ſint in loco in quo non poſſint tenere aerẽ propter
hoc non eſt quin aſſimilẽtur amigdalis: & iſtas carnes glã/
doſas ſeu amigdalinas nã creauit i gula: teſte.G.viii.d uti.
&.ix.de iuua.mebr.c.i.ut repleant loca colli anterioris ſeu
lateralis/ & ut etiam inquit Mundinus ut ſua humiditate
humectent tracheam ne exſiccetur propter aerem attractũ
& exeuntem/ & ut ſint ſcutum uenis & arteriis apopleticis
& iſtæ etiam carnes glandoſæ in collo exiſtentes in uitulis
& hedis ſunt ſaporoſi guſtus/ ſicut etiam eſt illa glandula
morum ſeu thimũ dicta quæ eſt ad intra pectus in ſuperio
ri parte eius quæ eſt ſtragulũ uenæ chili aſcendenti/ & iſtæ
carnes glandoſæ colli in prædictis animalibus uocantur ẽt
animellæ ſeu lacticinia/ & ſunt multum in uſu cotidiano ꝑ
delicato cibo/ prædictis carnibus uiſis debes illas eleuare:
& ibi debes notare duas uenas guidez profundas.ſ.unã ab

utroq; latere/ & ita etiam duas arterias carotidas dictas: circa quas uenas & arterias uidebis ab utroq; latere duos neruos magnos/ qui uocantur descentes qui descendunt a sexto pari neruorum cerebri/ teste Mūdino/ de uenis prædictis maxime de incessu earum & de arteriis remitto legentes ad Aui. prima primi/ quamuis ad sermonem earum aliquando reuersurus sim: & maxime in anatomia cerebri.

¶Notent tamen legentes ꝙ aliqui sunt & Zerbus est inter illos/ qui a longo uidentur uelle corripere Mundinum de uenis prædictis. s. de guidez occultis/ quas ipse Mundinus uocat uenas apopleticas/ & uenas somni/ & dicit Zerbus ꝙ Mundinus non distinxit uenas ab arteriis/ & dicit etiam Zerbus ꝙ tales uenæ nō uocantur apopleticæ: neq; uenæ somni/ sed dicit pdictas arterias uocari apopleticas: quia ex earum plenitudine frequēter fit apoplesia: & dicit ꝙ Rasis appelat eas arterias letargicas/ & Aui. uocat arterias subeteni & dicit ꝙ Auerrois uocat eas arterias uenas sōni: quia etiam ex opilatione facta in rhete mirabili ad quod sanguinem deferunt causatur somnus: in cuius signum dicit auctoritate Arist. xxxv. particula problematum/ ꝙ harū uenarum constrictio causat somnum/ & subdit Zerbus ꝙ si amplior fieret constrictio/ efficeret stupor/ apoplesia: & sincopis: & mors: & propter hoc dicit istas arterias habere diuersa nomina/ & dicit Albertum uocare eas arterias uenas decolationis: quia si eas aliquis cōstringat accidit inde strangulatio: donec animal cadat quasi mortuus: quarum pulsus sentitur i duobus colli lateribus: & dicit Zerbus ꝙ Ari. tertio de histo. c. iii. dicebat de istis arteriis quando dixit his uenis foris aprehensis corruunt homines sensibus arreptis/ & palpebris compressis/ sed Zerbus errat/ & Mūdinus non/ quāuis expresse non nominauerit arterias prædictas suo proprio nomine: & non errauit etiam Mūdinus dicendo tales uenas uocari apopleticas & somni: quia uenæ prædictæ profundæ causant apoplesiam si bene cōsideret causæ apoplesiæ recitate ab Aui. & ab aliis auctoribus: causant etiam prædictæ uenæ somnum/ & tam arteriæ pdictæ quā uenæ possunt uocari apopleticæ & somni siue subeticæ/ nec est uerum sicut dicit Zerbus ꝙ Ari. tertio de hist. ubi supra dicat arterias prædictas deforis aprehensas

ſacere compreſſionem palpebrarum:& eripere ſenſus: ſed dicit uenas ortas a uena maiore hoc eſt a chili facere illud: ut poteſt uideri in Ariſtotelis littera/ & ita Zerbus mõſtrat non intellexiſſe Ari.

℄Credo bene ꝙ Ari.errauerit tenẽdo opinionem illam.ſ. ꝙ compreſſio ab extrinſeco talium uenarum faciat ſom/ num/quia ſomnus cauſatur a compreſſione arteriarum & non uenarum:nec credat aliquis ꝙ Ari.ibi per uenas intel ligat etiã arterias ſicut facit in pluribus locis: quia expreſ/ ſe ibi Ari.loquit̃ de ramis uenæ chilis:ueritas eſt ꝙ nõ cre do ꝙ ab extrinſceco poſſint comprimi ſeu conſtringi tales uenæ de quibus loquitur Ari.quin etiam non cõſtringant̃ arteriæ prædictæ/quia ſunt in uicẽ in paruo loco unite & arteriæ ſũt ſub uenis/ & credo ꝙ hæc fuerit cauſa quæ mo/ uerit Ariſt.ad dicendum ꝙ tales uenæ compreſſe faciunt corruere homines ſenſibus arreptis & palpebris cõpſſis.

℄Nota tamen lector ꝙ Ariſt.in primo de ſomno & uigilia dicit etiam ꝙ compreſſio uenarum aſcẽdentium ad caput facit animal inſenſibile:& ibidem Ari.tenet ꝙ ſomnus fiat in corde & non in cerebro/ & dicit in ſomno calorem natu ralem reuocari ad cor tanquã ad primum ſenſitiuum:quia dicit ꝙ principium ſenſus & motus eſt in corde:& ideo in eo eſt principium ſomni & uigiliæ:quæ ſunt paſſiones cor dis euenientes:nam cum principale omnium particularũ ſenſitiuarum & ad quod tendunt alia/patitur / patiũtur & reliqua/ & dicit ſomnum & uigiliam eſſe tanquam duo extrema ſibi contraria:& dicit ꝙ ſomnus nõ eſt aliud quã uigiliæ quædam priuatio. Vigilare autẽ eſt ſentire & mo/ ueri.Dormire uero eſt ſibi oppoſitum/dicit tamẽ ꝙ in dor miente ſemper eſt quædam particula ſentiens puta cor: iõ eſt neceſſarium omnem ſomnum excitabilem eſſe.Et dicit uigiliam magis eſſe gratia finis quã ſomnus:dicendo ſom/ num eſſe requiem quãdã.Et dicit ſomnum cauſari per re/ uocationem caloris ad interiora / dicẽdo ꝙ nutrimentum de foris ueniẽs uadit aduenas/ & ibi permutatur in ſangui/ nem:tendendo ad principium.i.ad cor:ꝙ nutrimentũ uir tute calidi ad ſuperiora eſt natum ferri:cum autem in ſupe rioribus fuerit ſimul:iterũ reuertitur ferturq; deorſum: & reuertẽdo propellit calorẽ: & ideo fiũt ſomni a nutrimẽtoꝛ

nam repente

nam repente tunc multa humiditas & corpulentia sursum fertur:cōstans quidem grauat & facit dormire deorsum repellendo calorem:& hoc faciunt omnia somnifera:ut opiū lolium uinum & huiusmodi grauando caput & palpebras inferius repellendo:dicit etiam ꝙ in laboribus fit somnus: quia eliquantur hnmores qui ascendūt/deinde cadunt:sōnus igitur est quidam conuentus caloris intrinsecus & naturalis reciprocatio:& ita infrigidātur extrema:quia eis deficit calor:& propter frigiditatem concidunt palpebre:& superiora quidem infrigidantur & exteriora:ideo cadunt homines subtracto calore:ibidem etiam de somno habenť alia multa notatu digna.

¶Sed de somno.G.aliter sentit:ipse.n.posuit primū principium sensitiuum & motiuum in cerebro:& ipse & sui sequaces tenent ꝙ somnus fiat a uaporibus nutrimenti opilantibus meatus cerebri:quibus opilatis non transit spiritus ordine consueto ad membra sensitiua & motiua:& aliqui putant ꝙ hæc opilatio sit in rhete mirabili:& aliqui ꝙ sit in uentribus/ quæ opilatio secūdum gradus causat somnum naturalem:& non naturalem:& apoplesiā:& epiplesiam:& stuporem:& similia.Et.G.quarto de accidenti & morbo.c.viii.contradicit Aristoteli:dicēdo ꝙ somnus nō causatur quia quiescat cor:sed dicit ꝙ illud membrum in quo est anima rationalis quiescit.s.cerebum:ꝙ cerebrum in uigiliis continuam facit actionem:in somno uero quiescit:proinde qui in magnis exercitiis se exercent sunt grauioris somni:quoniam ꝙ solitum erat in ipsis exercitantibus a cerebro descendere ipsis fatigatis:necesse est diuturna quiete restaurari:& subdit sicut post exercitiū facile citoq; dormitur:similiter suscepto cibo somnus facile uel facilius prouocatur:maxime quāto plus humidior extiterit: similiter si multum uini sumatur:aut in aqua calida laueť: hæc.n.omnia cerebrum implent humiditate:quæ necessaria est extenuatis in lōgo tempore:uel forti exercitio:& dicit.G.Arist.nāq; testatur somnum fieri capite ex humiditate repleto in particula quā de somno & uigiliis intitnlauit: ipsa.n.ceteris Philosophis potentior extitit præsumptiōe: non tamen potuit ostendere quare capite humiditate repleto primus sensus quiescat:nam eius intētio erat ꝙ pri

mus sensus esset in corde:unde bonum esset si diceret som
num fieri humectato pulmone:quoniam pulmo nõ ad ali
ud est constitutum nisi ut seruiat cordi.Et.G. probat ibidẽ
contra Arist.ꝙ hæc passio.s.somnus est in capite / mediãte
experientia:dicendo cur autem in stupore & frenesi ponũt
somnifera capiti cum somẽtis & cataplasmatibus:& in gra
uissimo somno cur etiam radunt capillos:& ponunt uento
sas:similiter in calida frenesi & in uigiliis non nisi in capite
ponunt medicinam:quia ibi est passio. Ego tamen sequen
do Ari.renuerem dicta.G.tãquã nihil concludentia: dicen
do ꝙ tales medicine inducunt somnum inferius repellen/
do calorem sicut dicit Ari. & dico in grauissimo somno ra/
suram capillorum & uentosas applicitas:ad superiora tra/
here calorem:& propter hoc dico somnum sedari : & dico
medicinas applicari capiti tãquã ad extrema membra ad
quæ attrahitur calor:& a quibus repellitur secundum exi/
gentiam:& dico ꝙ non solum capiti applicare medicinas
prouocatur & extinguitur somnus:sed etiam ad manus &
ad pedes tales medicine applicite idem faciunt:licet nõ tã
tum sicut ad caput:quia non habent illam propinquã col/
ligantiam ad cor quã habet caput : & etiam quia in capite
manifestantur plures sensus quã in aliis extremis:qui sen/
sus quiescunt in somno sicut est auditus.& uisus:& odora/
tus:& huiusmodi.Et quando.G.dicit ꝙ nunquã Arist.po/
tuit ostẽdere quare capite humiditate repleto primus sen/
sus quiescat:ego dicerem omnino in fauorem Ari.in som/
no primum sensum.i.cor quiescere / propter reuocationẽ
caloris.i.sanguinis & spiritus ad ipsum cor:ut tunc generẽ
tur & resocilẽtur spiritus/propter calorem magis unitum
in ipso corde:& sic cor quiescit quãtum ad uirtutem moti
uam & sensitiuam quã dat aliis membris:licet nõ quiescat
a suo motu naturali per quẽ stat uita animali:ueritas est ꝙ
non semp quiescit totaliter a uirtutibus seu operationibus
animalibus:quia interdum aliqui dormientes mouent se:
& somniãt:mediante phantasmate ut inquit Ari.& sic cre/
do.G.magis obliquæ quã recte & uere corripere . Aristo.
tamen quia medicus sum uolo etiã credere.G.quia utraqꝫ
opinio est imaginabilis.

¶ De somno tamen & uigilia remitto legentes ad tertium

canonem Aui.in capitulo de subet cum expositione Gēti/lis de Fulgineo:& ad Aui.secunda primi capitulo de his q̄ proueniunt ex somno & uigiliis/& ad suos expositores & ad alios auctores.

¶Notent iterum legentes ꝙ cum prædictis uenis apoplecticis seu guidez profundis sunt prædiæ arteriæ associate & in collo non sunt nisi istæ duæ arteriæ ascendentes quāuis sint quattuor uenæ/a quibus arteriis oriuntur aliqui parui rami membra conuicina cibantes spiritu:& ꝙ in collo non sint nisi duæ arteriæ notabiles apparet per Auic.prima primi capitulo de anatomia arteriarum ascendētium quas uocat subeteni:apparet etiam per.G.xvi:de utili.c.ultimo dū assignat loca ad quæ terminantur uenæ sine arteriis:&.G. ubi supra.c.xii.dicit ab istis arteriis tendere aliquos ramos ad musculos colli & ad adenes carnes: & istæ arteriæ secū/dū Zerbū dicuntur carotide a caros græce ꝙ est insensibilitas & imobilitas siue stupor:littera tamen Celsi dicit parotides & non carotides:his intellectis ad neruos descendentes redeo a quibus oriuntur certi nerui qui dicūt nerui uocis & reuersiui:qui etiam inferius descendendo implantā/tur in meri:& etiam circa os stomachi:& descendūt ab ore ad fundum eius.Implantātur etiam capsule cordis: & mē/bris spiritualibus : & in diafragmate : & etiam cum mem/bris naturalibus:teste Mundino:& q uult bene uidere anatomiam horum neruorum tam dextri quā sinistri:deberet habere unum corpus humanum:& incipere a loco isto colli:& sequi eos neruos indesensu suo : & uideret eos implā/tari membris prædictis:& sic ego interdum feci:& isto modo faciant qui uolunt certificari in sua anatomia.

¶Visis istis membris secundum prædictum ordinem Mūdini mandibule sunt incidende isto modo.s.ab utroq̧ latere oris:operator debet incidere cutim buce & suos musculos usq̧ ad aures secundum incessum mādibularum: capiē do bucam in isto loco pro ea parte intrinseca oris quæ spiritu inflatur:hoc facto debet uideri anatomia oris: propter aliqua membra in eo uidenda prius quā anatomia meri & tracheæ & epiglotis:quæ membra ut inquit Mūdinus impedirent ostēsionem epiglotis/& tracheæ/& meri:ad anatomia oris igitur deuenio.

DE ANATOMIA ORIS ET PARTIVM EIVS.

TEXTVS MVNDINI.

ORis primo occurrunt labia inferius et superius, et huiusmodi labia sunt conposita ex neruis, carne, cute, et panniculo, mira commixtione, ita q cutis a carne neq cato a neruis potest separari, neq pāniculus ab eisdem. Et hoc fuit, quia labia debebant moueri uersus omnem differētiam positionis. s. sursum et deorsū, ante et retro, a dextris et a sinistris. Vel igitur oportuit q haberēt diuersos et plures musculos quod est impossibile propter grauedinem, uel oportuit q carnē et neruos secundum omnem dimēsionē haberēt permixtos.

Cooperiuntur etiam labia panniculo, qui oritur a tunica intrinseca meri continuata cum tunica intrinseca stomachi, sicut et omnia membra oris. Vt sit sensus eis, sicut stomacho, et propter hoc euenit q in uomitu futuro tremit labium inferius.

Post labia sunt dentes numero. xxxii. duo duales inferiores, duo incisiui, duo canini quattuor maxillares, et sex molares, et totidem superiores.

Et dentes principaliter sunt facti propter cōtrictionē et diuisionem cibi.

Secundario propter uocē et distinctionem loquellæ, sicut et labia, et ideo carētes dentibus uel labiis nō bene loquunt, post dētes est lingua cuius anatomiā reserua.

¶Post uide pallatum habens concauitatem in cacumine superiori, ut fiat intonatio uocis, et reuolutio agilis ipsius cibi quando dentibus conteritur.

¶In fine pallati uidebis uueam pendentem admodum grani uuæ, et ideo uocata est uuea, in substantia existēs rara, spōgiosa, quia principaliter est facta ut superfluitatem descendentem a capite hora reumatismi recipiat, ne ad membra inferiora descendat, et ideo frequenter apostematur. Et propterea contingit ꝙ habentes abscisam uulam multū sunt catarosi, et ideo prohibetur ab auctoribus ne incidatur. Sed si sit putrida aut apostemata debet aduri. Est etiam alia causa, quia propter situm et substantiam eius quando inciditur raro cōsolidatur, sed sanies ibi aggregatur putrida, et semper sētitur fetor oris, et ideo melius est ut cauterizetur ferro ignito. Modus autem est, ut habeatur canulla ferrea uel lingnea linita luto sapientiæ, siue creta, ut ponit Aui. quarta fen, primi canonis, capitulo de cuta per cauteriū, et aperto ore, et interpositio inter maxillas ligno rotūdo in una extremitate cauillæ imponatur uula, postea ferrū ignitum per concauitatem cauillæ intromittatur, et attingatur uula et cauterizetur. Est etiam formata ut uocem modulet in frangendo aerem, qui est materia uocis.

¶Sed iuuamentum eius etiam est ut aer, qui ad pulmonem uadit, et attrahitur per nares et os repercutiendo aliquantulum in ore retineatur, et ne frigidus sed alteratus perueniat ad pulmonem.

¶Post uulam uero sunt fauces, et sunt loca ampla glā-

dosa, apta suscipere superfluitates. Et ideo frequenter apostemantur: et apostema eorum licet extra non emineat, eminet tamen intus. Et ideo si os aperiatur et in profundo aspiciatur apparet tumor, et ideo fit ibi squinantia in secunda specie q̄ uocāt uulgares Bononiēses gothuni, et in fine eorū existit principiū cānæ, et meri.

¶Et ibi uidebis membrum unum cartilaginosum cū magna sapientia a natura fabricatum, quod uocatur coopertorium, quia hora transglutionis cibi claudit foramen epiglotis, ad hoc ut aliquid cibi uel potus non descendat ad pulmonem qui possit esse causa suffocationis. Et ideo euenit ꝙ si aliquis ridendo transglutiat quod tunc uadit aliquid ad pulmonē, quia hora risus stat epiglotis aperta et tunc uidetur suffocati.

COMMENTVM. XXVII. CARPI.

IN superiori littera Mūdinus ponit anatomiam oris & partium eius: & diuidit hic suus textus in sex par partes principales. In prima nāq; parte ponit anatomiam labiorum: & dicit eorum compositionem & colligātiam. In secunda parte ponit anatomiam dentium: dicēdo eorum numerum nomina & situm & sua iuuamēta. In tertia parte ponit anatomiam palati dicendo eius figuram & sua iuuamenta. In quarta parte ponit anatomiam uueæ & dicit eius nomen & suam substantiam & iuuamēta eius: & ponit eiusdem uueæ aliquas ægritudines: quarum ponit curam: & iterum repetit alia eius iuuamenta. In quinta uero parte ponit anatomiam faucium: & dicit quid sint fauces: & ubi sint: & dicit earū aliquas ægritudines. In sexta uero parte implicite tamen: loquitur de uno certo mēbro cartilaginoso quod uocat coopertorium claudens foramē epiglotis: ne cibus uel potus descendat ad pulmonem: qui

si contingat descēdere puta in risu uel in loquella: quia tūc tale coopertorium stat apertum uidetur homo tūc suffocari/ de isto tamen membro inferius in anatomia epiglotis latius dicetur. Secunda ibi/ post labia sunt dentes. Tertia ibi/ post uide palatum. Quarta ibi/ in fine palati uidebis uueā. Quinta ibi/ post uueam sunt fauces. Sexta ibi/ & ibi uidebis membrum unū cartilaginosum. Istæ omnes partes sicut & alia omnes superius diuise & etiam inferius diuidende possent multipliciter diuidi: sed quia ut inquit speculator Gentilis Fulgineus super prima tertii: tractatu quarto: capitulo primo: capitulo de subet & somno/ hæc forma diuisionis & introductionis non est nisi pro eis qui male intelligunt: & hic noster labor non est pro male intelligentibus: ideo ab ulteriori diuisione supersedeo/ pro ut superius etiam feci/ & ut inferius faciam: legatur ergo littera Mundini q̄a est clara/ alia expositiōe nō īdigēs nec hic nec alibi.

De Labiis.

SEd ultra ea quæ dicit Mundinus a nobis aliqua dicētur. Et quid sit os primo esset dicendum: sed in catalogo satis late apparuit quid sit buca & os: ad illū igitur locum remitto legentes: & sequendo ordinem Mundini primo ocurunt labia siue labra/ nomina etiam quorum dicta sunt in catalogo/ & i catalogo dicta sunt etiam nomina aliquarum partium adiacentium ori. s. nomina genarū & maxillarum siue mādibularum/ & quid sit buca/ & quid sit mētum/ & quid sit gelasinus/ siue umbilicus ueneris: & quid sit lacuna quæ est sub naso in medio labii superioris: & quid sit Musa/ & quid mistax/ & quid barba/ omnia. n. hæc sunt circa os: ad labia iterum deuenio quæ sunt duo. s. superius & inferius & omnibus nota sunt.

¶ Substantia quorum teste Mundino: est cōposita neruis: carne/ cute/ panniculo/ mira cōmistione: ita ꝙ unum non potest superari ab alio/ ad hoc ut possent moueri ad omnē differentiam positionis/ & mixtio fuit talis: quia si fuissent ex multis musculis prægrauedine non potuissent moueri: & dicit Mundinus ꝙ omnia membra oris/ teguntur panniculo uenīēte a meri/ qui orit a tunica intrinseca stomachi:

& propter hoc euenit ꝙ in uomitu futuro tremit labiũ in/
ferius/ hic tamen pániculus est grossior in ore quam alibi:
qui continue usqꝫ ad fundũ stomaci efficitur rarior & mol/
lior/ & ratio assignatᷣ a.G.iiii.de uti.c.viii.dicendo: organũ
enim quod primo obuiat cibariis antequã aliquã suscipiat
elaborationem rationabile fuit fieri omnium uix passibilis/
simũ:labia tamen habẽt proprios musculos: qui sunt quat
tuor teste.G.xi.de uti.c.xvi. & teste Aui.prima primi/ quo
rum unũ par trahit superius aliud inferius.&.G. ubi supra
dicit tales musculos inuicem misceri antequam misceãtur
cuti/ taliter ꝙ sue partes sunt inseparabiles / quorũ duo in
cipiunt ab inferiori gena:reliqui uero duo parum sub po/
mis faciei/ & sunt quattuor:quia in ore sunt quattuor prin
cipia motus labiis alterutrinqꝫ / quorum duo mouẽt ad de
xtram/ & duo ad sinistram dum mouẽtur obliquæ/ & cum
recte mouentur trahunt superius & inferius : labia tamen
mouentur etiam a musculis mandibularum tam a superio
ribus quam ab inferioribus:teste Auic.ubi supra : de labiis
multa sunt scripta quæ magis spectant phisionomo quam
medico a quibus supersedeo:quia hoc opus traditur medi
cis:figura/ quantitas/ & numerus/ & situs labiorum omni/
bus nota sunt:eorum colligantia est cum cerebro per ner/
uos:& cum corde per arterias: & ideo in compressione eo
rum interdum cognoscuntur affectus animi/colligãtur eti
am cum hepate per uenas/ & cum stomacho per pannicu/
lum intrinsecum:& cum toto mediante cuti.Iuuaméta la/
biorum sunt multa:nam teste Ari.sunt ad tutellam dentiũ:
sunt etiam ad bonam faciei formam:sunt etiam ad loquel/
lam/sunt etiam labia ori sicut ostium domui aperiendo se
& claudendo in necessariis/ & labia habent motum propri
um a suis musculis.s.a superiori ad inferius: & a lateribus si
ne motu maxillarum: & habent motum alienum.s.a maxil
lis qui motus est uersus utrũqꝫ latus / & quia labia de facili
mouentur & non sunt multe grauitatis:ideo fit in eis titila
tio: & idem contingit in palpebris.

¶ Passiones omnium modorum patiuntur labia : & inter
alias patiuntur ragadias / & tremorem per cõmunitatem
a stomaco/ & in crisibus per communitatem a cerebro : te/
ste Auicenna.

De Anatomia Dentium.

De Anatomia Dentium.

SVbstantia dentium secundum aliquos est ossosa du/
ra: & teste Celso libro.viii.capitulo primo sũt durio/
res osse: & dicũt aliquis eos esse membra simplicia.
Aliqui tamen dicunt dentes etiam pro maiori parte ad na
turam carnis declinare: tum quia sentiunt: tum quia rena/
scuntur. Constantinus tamen dicit dentes tenere medium
inter os & carnem. Sed Auicẽ. numerat eos inter ossa dicẽ
do: nullum.n.ossium sentit præter dentes: ex quo infertur
eos magis declinare ad naturam ossis quã carnis: est tamẽ
certum dentes teste experientia: & teste Ari. toto tempore
sue permanentie gratia finis crescere: quia aliter non dura/
rent & masticatio esset mala: ex qua abbreuiaretur uita: &
ideo natura præparauit ei superfluum nutrimenti mandi/
bularum/ quod nutrimẽtum sapit naturam spermaticam:
quia remansit superfluum spermaticum ad ossa capitis q̃
fuere ultimo loco formata: a quo superfluo generantur dẽ
tes etiam quasi in senio: & ab eodem nutrimento augent̃:
& sic est opinio cõmunis: qua autem de causa dentes a na/
tura constituti sint/ & cur partim decidant: denuoq; rena/
scantur & partim non: uide Ari. quinto de generatione. c:
viii. secundo etiam de hist. c. iiii. loquitur de dẽtibus: & ter
tio de partibus capitulo primo. Numerum dentium ponit
G. xi. de uti. c. viii. quos dicit esse. xxxii. in uno ordine secũ/
dum utrãq; genam. xvi. locatos: anterius quidem incisiuos
nominatos acutos & amplos: qui mordentes abcidũt. Cõ/
sequenter autem dentes caninos amplos quidem secũdũ
inferiorem basim: acutos autem in superiori fine: ut si non
abscidatur aliquid ab illis præduritie: hoc his frangere pos
sint: his uero consequenter consios quos & molares nomi
nant asperos/ amplos/ & magnos: ut incisa ab incisiuis: uel
fracta a caninis terere possint certitudinaliter: quorum siq;
dem permutaueris quodcũq; sermonem utilitatem inue/
nies corrũpi: neq;.n.si lenes certitudinaliter facti essent ido
nei ad proprium opus existerent: quoniã ab inæqualibus
& asperis melius teruntur omnia: propter hoc.n.& molas
quibus molunt triticum quando quidem in tempore terẽ
tes lenes fiunt. Rursus incidunt & asperãt: & subdit q̃ par/

ui dentes habent unam radicem:maiores uero duas: maximi uero quattuor:& ibidem.G.& etiam.c.ix.&.x.dicit aliqua de dentibus notatu digna.

¶Tamen Aui.prima primi clarius dicit nomina dentium & eorum numerum:dicendo q dentes sunt.xxxii.qui interdum non sunt nisi.xxviii.qa deficiunt interdũ ab utroq latere duo: quos ipse uocat neguegidii qui sunt quattuor extremi:& nomina eorum sunt ista i qualibet parte oris.s. in superiori & in inferiori incipiendo in medio oris primo in parte superiori sunt duo satis lati æquales:qui dicuntur duales:a lateribus quorum sunt duo dentes unus a qualibet parte qui dicuntur incisiui:a Mũdino quos Aui. uocat quadruplos.G.tamen uidetur uelle etiam duales esse incisiuos:& a lateribus istorum duorum incisiuorum a quolibet latere est unus:qui duo uocantur canini: qui canini ab aliquibus uocantur gelasini dentes:eo quia non apparent naturaliter nisi in risu:& dicuntur gelasini:quia gelao interpretatur rideo:& ideo gelasini dicti sunt: uel dicuntur gelasini:quia sunt in regiõe illa faciei:in qua est gelasinus seu umbilicus ueneris:de isto loco ample dixi in catalogo: sũt tamen aliqui q dicunt q illi omnes dẽtes qui uidentur dũ homo ridet dicuntur gelasini:sunt deinde molares dicti ad molendum:qui in aliquibus sunt octo: & in aliquibus sũt decem:& sic sunt uel.xxxii.uel.xxviii.dicendo sic:duo duales:& duo quadrupli seu incisiui:& duo canini:qui omnes sunt sex:& decem sunt molares:qui in parte superiori faciunt numerum.xvi.& totidem sunt in parte inferiori: & sic sunt in totum.xxxii.Si autem nõ sint nisi octo molares nõ erunt in altera partium nisi.xiiii.dentes:& sic non erunt nisi.xxviii.in totum. Mundinus tamen distinguit molares in duas partes dicendo q in numero.xxxii.dentium sunt tãtum quattuor molares in altera partiũ:superioris.s.uel iferioris, & sex sunt qui uocantur maxilares. Ari.etiam tertio de partibus capitulo primo uidetur ponere tãtum tres species dentium.s.primo occurrentes acutos:ut seccẽt:& maxilares latos ut molant:& discriminant eos utrosq: qui canini appellantur.Celsus etiam ubi supra dicit primos uocari quaternos:in quibus ipse comprehendit duos duales: & duos incisiuos:qui a græcis nominantur temnici:dein-

de ponit quattuor caninos superius: & quattuor inferius: & ita sunt octo in altera partiū: ponit deinde quattuor maxilares utrinq; prope caninos. s. superius octo: & etiā octo inferius qui in totum sunt i altera partiū. xvi. & in toto. xxxii. de quibus quattuor quos utrinq; ponit/dicit eorum tres serogini: & dicit priores habere unam radicem: & maxilares binas: & tres & quattuor: & dicit ꝙ recti dentis recta est radix: & curui flexa est: sed dentium nomina & gingiuiarum uide a Ludouico Celio in libro secūdo lectionum antiquarum: & ita etiam omnia alia membrorum nomina qui doctissime scribit ea. Et dicit Aui. ꝙ dentes guedeguil. i. quattuor ultimi secundum plurimum nascuntur in medio temporis augumenti hominis: & hoc quidem est post sperma tis emissionem: & ante consistentiam quæ est circa. xl. annum: ideo dicit illos dentes uocari dentes sensus: multi tamen uocant istos dentes: dentes sapientie: & dentes intellectus: & dentes consistentie: quia in ætate sapientie intellectus & consistentie oriuntur. Figura dentiū est diuersa: teste Auic. quia aliqui habent unam radicem acutā, & extra foramen ossis dentes sunt latiores: & prope os maxile habent unum aditamētum ꝙ dentem circūdat & stringit: ut eius fortiora sint ligamenta: & unus quisq; dētium preter molares habet unam radicem: sed molares in inferiori mādibula ad minus habent duas radices, & ultimi duo iferiores habēt quattuor radices: sed in superiori mādibula qsq; molaris ad minus habet tres radices: & fortasse plura & xime ultimi: & dicit Aui. auctoritate. G. ꝙ dentes sentiunt gratia finis: mediante uirrute cerebri ut ipsi discernant iter calidum & frigidnm. Situs dētiū & quantitas est nota, colligantia etiam per prædicta nota est: quia infixi sunt maxilis & per neruum alligantur cerebro. Et Ari. quarto de generatione animalium. c. viii. dicit ꝙ priores prius nascunt quā molares: quia prius secatur quod comeditur quā molitur: minores igitur sunt primiores quā maxilares: & dicit ꝙ primi decidunt. i. mutantur, tum note melioris gratia: tū necessario: primo modo quia cito hebetescit quod acutum est: itaq; alii succedunt: lati autem non hebetātur: sed tempore attriti leuigātur: secundo modo. s. necessario decidunt primi, quia generātur intenui & subtili osse: molares

uero generantur in lata maxilla: & ualido osse continentur unde fit ꝙ primi nascuntur denuo ꝙ in osse adhuc nascente oriuntur. Iuuamenta dentium sunt ad præparandum cibum pro digestione/ & ideo dicebat Aui. nutriens masticatione aliqualem recipit digestionē: masticatio.n. est necessaria multis ciborum spetiebus/ tamen non habentes dentes: arte præparant sibi cibos quasi masticatos. s. molles & lenes ne gingiue eorum lædantur: & ut facilius cibus digeratur: dentes etiam in homine sunt ad formandam & dearticulandam loquellam: & dicit Ari. tertio de partibus. c. i. ꝙ dentes sunt homini tot & tales numero/ locutionis gratia: & ad litteras exprimendas conferunt primi dentes: sūt etiam dentes arma nature/ magis tamen in brutis quā i homine. Passiones dentibus euenientes cōmuniter sunt/ dolor/ cōmotio/ corosio/ putrefacio/ congelatio/ elongatio a suo loco/ ruptura eorum: alteratio coloris eorum. Et cōtra Serapionem Aui. tenet omnia ossa posse apostemari/ & sic patiuntur omne genus ægritudinis.

De Gengiuiis.

Visis dētibus aliquid de gengiuiis ē dicēdū ut opus nostrum in completum non transeat: gingiuie.n. cōmuniter dici solent carnes/ in quibus infixi sunt dentes: teste Aristote. primo de histo. c. xi. dum dicit bifida oris compago tonsille multifida gingiuie appellantur: carne he constant/ intusq; dentes ossei coherēt: & ut sic carnes circundantes dentes gingiuie dicuntur: & a Serapiōe dicūtur gumaur seu algumur nomine tamē cōmuni/ gingiuie appellantur: & dicitur gingiue a gignendis dentibus: teste Lactantio: & gengiuas nominat Iuuenalis: dicendo frangēdus misero gingiua panis inermi: cuius substātia est ex carne simplici/ teste Hali. in qua carne sunt minores uilli/ quā in musculosa carne: sicut supra diximus in capitulo uniuersali de carne: & ē caro satis dura: teste Alberto: cuius signū est/ quia homo absq; dentibus cōterit res satis duras: in cuius substantia sunt tot foramina quot sunt dentes.

¶ Numero gingiue sunt due/ superior uidelicet & iferior: figura earum sequitur figuram mandibularum & dētium:

ſua quãtitas eſt conſpicabilis:ſitu eſt poſſita inter dẽtes uel circa dentes tanquã ueſtis maxime uerſus radicem. Colli/gantia gingiuiarum eſt cum dentibus & cum maxilis. Iuuamẽtum earum:teſte Hali.& Serapione:& ſequacibus eſt firmare dentes/ & dentibns carentibus præbet iuuamẽtum maſticationis : diminutum tamen in rebus groſſis & duris:gingiue etiam confortant dẽtes ſuo calore: quia ſua complexio eſt calida : & quãuis in gingiuiis ſit durities in eis tamen mediantibus uillis nerueis eſt ſenſus notabilis: quia in ſua ſubſtantia nerui ſunt diuiſi ad minima ſicut in carne exiſtente in extremitatibus digitorum:in quibus locis ſenſus eſt excellens.Paſſiones omnium modorum pa/tiuntur gingiuie.

¶De Palato.

Viſis gingiuiis occurreret ſermo de lingua:& de par/tibus eius:ſed ſequendo ordinem Mundini de lin/gua inferius dicetur:ueritas eſt ꝙ de gingiuiis aliq̃ diximus:quia de eis nihil dicit Mundinus:ſed ad ordinem Mundini redeundo dicẽdum eſt de palato : palatum.n.eſt pars oris:teſte Ariſt.& aſſimilatur celo fornacis:in quo co/quitur panis:& ideo aliqui appellant celum oris : & Hali. uocat eum altum oris:& aliqui dicunt dici palatum: q̃a pa lam in apertione oris nobis oſtenditur:uel quia ẽ latũ ſen/ſibus.ſ.manifeſte latum uidetur / & palatum non eſt aliud niſi illa ſpecioſitas quæ eſt in ore ſiue aperto ſiue clauſo q̃ eſt ſupra linguam:quæ pars eſt compoſita ex oſſe & aliq̃li carne tecta a pellicula quæ eſt cõmunis toti ori : quæ etiã iudicio meo oritur a pellicula interiori ſtomachi:i qua me/diantibus neruis uiget notabilis ſenſus guſtus:cuius com/plexio eſt iudicanda frigida:quia eſt plurimũ oſſoſa: in iſto tamen palato uidetur eſſe ſæpiſſime caliditas intenſa ma/xime accidentalis ſicut in febribus i quibus fit alcolla:quæ ut plurimum eſt paſſio palati:figura eius eſt concaua con/nexa ad inſtar celi furni:ſua quãtitas eſt conſpicabilis:ſitus ſuus eſt in parte ſuperioris oris ad intra dẽtes ſupra linguã: in cuius extremo eſt uuea de qua infra fiet ſermo.

¶Nota tamen lector ꝙ in iſto palato non eſt aliquod fora

men notabile:sicut putant aliqui dicentes in palato esse so ramen colatorii:sed est bene uerum ꝙ supra istum palatũ est notabilis concauitas quæ tẽdit a foraminibus nasi usq; ad summã partem meri:& usq; ad summã partem tracheæ arteriæ in fine oris:& per istam concauitatem fit respiratio & per istam concauitatem descendunt mucositates nariũ: ad ante & retro:quæ per os spuuntur:descendũt etiam ad stomachum tales mucositates tales quales sunt: & aliquid de eis etiã distillat per epiglotim ad pectus: sed foramẽ colatorii seu foramina sunt i osse basilari ut dicem' loco suo.

¶Iuuamẽta palati sunt ꝙ clauso ore calefiat aer attractus per nares necessitatis tẽpore:ne sua frigiditate noceat cordi:& hoc cognoscitur:quia hiemali tempore & in loco frigido homo claudit os suum:& ita aier calidus ueniẽs a corde retentus in ore:refrangit aerem ingrediẽtem frigidum: & sic non nocet cordi neq; pulmoni. Iuuat etiam palatum in retinendo aerẽ ex quo refocilatur cor:quare homo claudit sibi nares propter aerem fetidum:ex qua clausione cor non attrahit aerem ab extrinseco:sed reficitur ab aere retẽto in ore uirtute uacui palati. Iuuat etiam palatum in retinendo aerem uocalem:& ideo aliqui dicunt palatum esse rugosum ut mediantibus rugositatibus exeat aer quasi undosus pro diuersitate uocum seu loquelle: & teste.G.vii.đ uti.c.v.palatum est tanquã campana præiacẽs laringe:gargareon autem.i.epiglotida seu lingua quæ cooperit laringam tempore transglutionis:est uelut percussorium quoddam.s.aeris:materia uero uocis est efflatio.i.aer exies a pulmone/palatum est etiam concauum ut in ore sit agilis cibi reuolutio:qui cibus reuoluitur a motu lingue.Iuuamentũ etiam palati cum toto ore mediante pellicula omnes partes oris tegente iuuat digestionem:teste Aui. concurrente saliua secundum aliquos/dicentes triticum in ore masticatum magis digerere furunculos siue aldemeum quam triticum in mortario pistatum cum aqua & similibus.

¶Passiones omnium modorum patitur palatum : & inter alia patitur alcolam ut prædictum est: patitur etiam tempore nostro ulcera putrida & corrosiua:depẽdentia a morbo gallico:cum corruptione ossis & sine: & cum corrosione uueæ.

De Vuea seu Vula.

VVla est unum membrum paruum in fine palati ane xum ad instar unius grani uua: & ideo uue seu uula dicitur. Crescit tamen hoc membrum & augmentatur præter naturaliter: & elongatur interdum ad formã caude muris a materia relaxante eum & elongante: dilatatur etiam in latum: & interdum est molle: & interdum durum: & hoc membrũ est soli homini sicut diximus in principio nostri operis: & hoc membrũ ab Ari. primo de histo. c. xi. uocatur uuigera & columella. Et uuea. vi. đ regimine sanitatis a. G. uocatur uuigera & columella: quæ si intumescat ut dicit Ari. ubi supra strangulat. G. etiam. xi. de util. c. xi. uocat uueam gargareon: & columnũ: quã dicit pendere in faucibus: & Alexãder aphrodiseus suorum aphor. sectione quinta in trãslatione Georgii Valle aphor. ii. uocat hoc membrum uueam & gargareon: & dicit hoc membrũ uocari uueam cum est inflãmatum: & ꝙ dicitur gargareon a sonitu: conficto uocabulo sicut sibilus & tintinabulum.

¶ Nota tamen lector ꝙ idem Alexander aphrodiseus in secundo libro suorum aphor. Secundum translationẽ Theodori Gaze: aphor. ii. uocat istud membrum gargar: merito soni ab eo facto: sicut est murmur, & sursurũ genus & huiusmodi: & dicit hoc membrum dici columellam si in longum perfluctionem adducatur: & dicit ꝙ uocatur uua si ꝑ inflãmationem accipit spetiem uue acini. Et subdit ibidẽ ꝙ aliqui uocant hoc membrum fundibulum: eo quia superius est amplius & infra arctius. & Hippo. iii. prognosticoꝝ in translatione Laurentiani: uocat hoc membrũ gurgulionem: dum inquit. Gurgulio cum periculo secatur & scarificatur quo ad rubidus magnusq; fuerit: & ibidem in translatione Copi Basiliensis dicitur gurgulio: si cum rubore tumescit sine periculo præcidi non potest: hoc tamen nomẽ gurgulio etiam conuenit tracheæ arteriæ: nam Lactantius in de opificio dei inquit: spiritus contra qui e st in corporalis accepit uiam patẽtem quæ uocatur gurgulio. G. etiam libro quarto de interioribus in traductione Copi prædicti accipit gurgulionem pro sumitate epiglotis: dum inquit. Nos uero sanguinem qui a cerebro ad gurgulionis partes

ternas quæ faucibus præposite sunt affatim descẽdebat tu
sciendo educi sæpe numero conspeximus: & gurgulio ex
sexto festo Pompeio libro nono: & ex Sipõtino peroto: &
& ex Calepino: uocatur illa fistula quæ est a pulmõe ad na
res: constans cartilagine & carne: per quam spiritus meat:
& quia lingua fistule est principalior pars talis fistule. s. tra
cheæ arteriæ: ideo Hali. uocauit eam gurgulionem: quam
linguam posuit habere duos musculos.

¶ Notent igitur legentes prædicta nomina membrorum
& ruminent bene ea: quia tanta est uarietas interpretantiũ
libros de Greco & de Arabico in Latinum ꝙ omnia sunt
quasi confusa: & ideo non solum debemus aduertere mẽ/
brorum nomina sed eorum essentialia: & secũdum opinio
nem cuiuslibet auctoris illa debemus notare & bene intel/
ligere: & sic faciẽdo multos euitabimus errores: & hoc mẽ
brum Zerbus auctoritate Rufi uocat gargareõ: & dicit ibi
dem Zerbus ꝙ Hali. tertio theor. c. iiii. uocat hoc membrũ
gurgulionem: dicens ꝙ Hali. assignat huic membro duos
musculos: & Zerbus est in errore: quia uula non habet ali/
quem musculum: & hoc patet ad sensum quia non habet
aliquem motum uoluntarium: sed Hali. per gurgulionem
ut supra d[illegible]exit linguam fistule seruientem laringe.

¶ Nota etiam lector ꝙ Nicolaus Leonicenus ĩ certo libro
intitulato de erroribus Plinii tenet ꝙ Hali. per gurgulionẽ
intelligat fauces: & dicit fauces esse illud spatium quod est
cõmune gule & gutturi: & dicit hoc spatium de mente. G.
uocari isthmum quoniam angustum est & oblongum: cor
pus autem ipsum: s. isthmum comprehendens faringa no/
minant. i. fauces: quibus utrinq; unus est musculus: qui lo/
cutioni & deglutioni serui.

¶ Rogo tamen Leonicenum ut mihi uel aliis dicat amica
biliter docendi causa: ubi sit in corpore nostro aliquod par
ticulare membrum ꝙ uocetur faux a latinis: & a grecis fa/
ringa seu isthmum profecto non reperiet eum: cum faux
& faringa per ipsum sit illa concauitas post uuam quæ est
cõmunis parti sũme laringe & gule: & si sic est ergo in ista
parte debent esse prædicti duo musculi: quos dicit Hali. eẽ
in gurgulione: sed in isto loco ad sensum non est nisi sũma
pars gule & laringe: & in gula nõ sunt aliq musculi secũdũ
Leonicenum

Leonicenũ cũ auctoritate.G.q ad longũ tenet ibidẽ ꝙ Aui. ergo isti duo musculi necessario erunt in laringa:& pars suprema laringe habet ibidem illam linguam fistule quæ habet duos musculos:teste.G.ergo ibi erunt illi duo musculi gurgulionis quos ponit Hali.& gurgulio erit lingua fistule:quia est principalior pars laringe:teste.G.vii.de utilit.c. xiii.&.xiiii.Et hæc lingua fistule habet duos musculos:teste.G.ubi supra:ergo Hali.intellexit per gurgulionem istã linguam fistule:quia in laringa nõ est aliqua alia cartilago quæ iuuat deglutionem & uocem sicut facit lingua fistule. Et isto mõ duo musculi gurgulionis.i.lingue fistule iuuãt deglutionem.s.ꝙ in deglutione trahũt linguam prædictã inferius:& claudunt laringam:& sic iuuãt ne cibus uel potus cadat i tracheam:& dum hæc lingua fistule stat depressa.Cibus habet locum ampliorem quã haberet ante talem depressionem:& sic iuuatur deglutio:quia si esset hæc lingua eleuata obstaret cibo in descensu suo:& sic iũuant deglutionem:ꝙ autem musculi isti mouentes istam linguam fistule iuuent uocem omnibus notum est:imo est principalissimum instrumentum uocis:nec isti duo musculi possũt esse in gula:dato ꝙ gula haberet musculos:quia si essent in gula musculi isti non iuuarent uocem:sed deglutionem solum.Et Leonicenus ibidem uidetur redarguere notabiliter Aui.de musculis meri seu gule:dicit.n.ꝙ Auicẽ. prima primi capitulo finali de uirtutibus animalibus motiuis ponit uirtutem attractiuam uoluntarie in transglutiẽdo:quæ completur per uillum lacerti transglutiendi : & ideo dicit Aui.posuisse lacertos in meri:& dicit etiam Auic.xvi.tertii tractatu primo querendo causam dilatationis meri ponere musculos in meri:istis uerbis & secunda est causa ꝙ penetranti in meri non attribuitur ex uirtutibus naturalibus nisi uirtus una:quãuis uolũtas adiuuet ipsum : & subdit ꝙ Aui.in fine talis capituli ponit etiã lacertos in meri:his uerbis.Et non mouetur aliquod istorum membrorũ quæ sũt uia cibi per lacertos nisi duo extrema.i. caput & est meri: &inferius:& est fiсteri:& ibidẽ dicit Leonicenus ꝙ Auicẽ. etiam posuit in colon paralexim:ergo in itestinis dicit Leonicenus esse musculos de mente Aui.& de hoc mordet cũ. Et dicit etiam Leonicenus ꝙ Aui.posuit musculos in meri

viii.tertii.c.de suffocationibus:& Leonicenus dicit ꝙ nullibi Aui.particularem fecit mẽtionem de istis musculis meri:& ideo dicit motum meri esse purum naturalem: eo maxime quia.G.ponit in libro uirtutum naturalium:meri naturaliter moueri:& non uoluntarie:& ita dicit.G.idem alibi sentire:sunt tamen aliqui Leoniceno ꝯtrarientes i hoc: quia dicunt Aui.prima primi posuisse musculos meri in capitulo de anatomia musculorum epiglotis: dum dicit ꝙ ẽ unum par musculorum quod numeratur inter musculos gule trahens ad īferiora:& gula est idem ꝙ meri & in alio capitulo infra prædictum.Aui.dicit gutturis uero musculi sunt duo musculi gutturosi:qui sunt apud gulam positi in transglutiendo adiuuantes:ex quibus uerbis Aui.concludunt ꝙ gula quæ est idem quod meri habet secundũ Aui. duos proprios musculos:& duos uenĩetes a gutture.i.a laringa iuuantes gulam in deglutione:& ita dicunt Leonicenum male sentire : quicquid sit de hoc ego magis crederẽ G.quã Aui.maxime cum Aui.in libro de animalibus dicat deglutionem fieri a uillis longis & latis meri: tamen deglutio iudicio meo est magna operatio:quo iudicio multorũ i diget forti motu:& aliqui dicunt ꝙ si uolumus deglutire deglutimus:si autem non:non deglutimus:& ideo dicunt deglutioni seruire non solum uillos longos per solam uirtutem naturalem:sed ꝙ ei seruiunt uilli musculorum ꝑ uirtutem animalem:& dicũt deglutionem esse motum compositum ex animali & naturali . Et si meri habet musculos possumus audacter dicere ꝙ habet eos in parte superiori: & ꝙ illi musculi trahunt ad superiora epiglotim:quia epiglotis secundum aliquos mouetur uoluntarie ad motũ uoluntarium meri:ut patet ad sensum:sint tamen memores legẽtes ꝙ deglutio adiuuatur etiam a lingua:super hoc tamen multa dicit Leonicenus:contra Aui. persuadentia de musculis meri ad quem omnino remitto legentes.

❡Substantia cuius est carnosa:teste Auic.ix.tertii:pendẽs super supremam partem epiglotis sicut uelamen:in q̃ sunt uenæ & arteriæ:cuius signum est multa sanguinis emanatio in sua incisione:taliter ꝙ cauterio indigemus saltem potentiali.Complexio eius est calida & humida:figura eius ẽ ad figuram granisuue:uel papille uberis:latior i radice quã

in cuſpide. Numero eſt ſolum unum membrum: interdũ tamen diuiditur in duas ab ulcere aliquo: & tunc cognoſcitur iuuamentum eius: quia tũc uox efficitur diuiſa ſeu rauca: ſicut pluries ego uidi in multis indiuiduis. Sita eſt ut ſupra dictum eſt in fine palati ſupra epiglotim: ſicut ſtat digitus fiſtulatoris ſupra fiſtulam: teſte. G. hoc tamen ego non concedo: quia ſic non eſt ut patet ad ſenſum: eſt bene uerũ ꝙ uuea eſt pendens circa partem ſuperiorem epiglotis inter tonſiles. i. inter carnes duas glandoſas: quas Aui. uocat amigdalas: & ſupra radicem lingue: & hora cibi hoc membrum eleuatur ad ſuperiora & interiora: & tunc magis declinat ad uiam cibi hoc eſt ad gulam ſeu meri quã ad fiſtulam aeris. ſ. ad tracheam arteriam: cuius ſumitas eſt epiglotis: in hora autem in qua non ſumitur cibus: hoc membrũ declinat uerſus coopertorium epiglotis quod eſt dictũ lingua fiſtule: & ſic refrangit aerem ingrediẽtem & exeuntẽ. Iuuamenta uueæ ſunt plura: teſte Hali. unum quorum eſt ad uocis magnitudinem & decorem: ad magnitudinem. i. ad longam perdurationem cum decore & modullatione: tamen carentes uuea habent magnam uocem. i. groſſam: & ideo fertur: teſte Zerbo quoſdã cãtores gallos ſibi uueã abſcindi facere: ut groſſam aquirant uocem: hoc tamẽ ego non credo: quia uidi omnes carentes uuea habere raucam & peſſimam uocem: & multos uidi de eis: & omnes erant cum mala uoce: & ut ſupra dictum eſt uuea refrangit frigiditatem aeris in ingreſſu ne noceat pulmõi & cordi. Iuuat & uuea retinendo humiditates deſcentes a capite: & ideo carentes uuea ſũt catarroſi. Iuuat etiam uuea ne fumus & aer puluerulẽtus ingrediatur pulmonem/ ita de facili ſicut facit in carentibus uuea. Et ut prædictum eſt uuea confert ad diuerſas uocis modulationes. Iuuat etiam uuea ad prohibendam ſitim: quia ſtante uuea non ingredit̃ tantus aer ad pulmonem nec ad cor/ nec ad ſtomachum/ quantum faceret abſq; uuea: ex quo non ſequitur tãta exſiccatio: & cõſequenter: nec tãta ſitis. Paſſiones omnium modorum patitur uuea: & præcipue corroſionem a catarro: cuius cura ponitur a principe nona tertii/ & ab aliis multis: apoſtematur etiam & mollificatur a catarro deſcendente: quorum omnium cura eſt alibi dicenda & quærenda.

De Faucibus.

QVia Mūdinus post uueæ anatomiā: dixit post uueā sunt fauces: ideo quid sint fauces dicamus: & est notandum primo ꝙ Mundinus p fauces intelligit certas carnes quas Aui. uocat amigdalas: quæ carnes non sūt proprie fauces: est bene uerum ꝙ tales carnes sunt in faucibus ut infra dicemus: & uere fauces idem sūt ꝙ faringa: & guttur in uia Aui. & fauces sunt idem guttur tamen nō est nisi trachea arteria: cuius suprema pars est epiglotis: seu laringa: sed guttur secundum Aui. est illud spatium in quo ē meatus anhelitus & cibi: in quo sunt uua/ & amigdale: & algasemach/ & ita secundum Aui. guttur & fauces sunt idē quæ fauces exsiccatur propter nimium calorem/ & ideo dicebat Ouidius caret os humore loquentis & fauces arent uix est uia uocis in illis: dicit tamen Plinius libro. xi. ꝙ summum gule fauces uocantur; postremum uero stomachus: tamen uere guttur secundum Celsum est pars anterior colli ut alibi dictum est. Cōmuniter tamē a latinis guttur: est trachea arteria licet per guttur aliqui capiant partem supremam tracheæ arteriæ. Ad propositum igitur redeamus & dicamus hoc membrum uel hæc membra: quæ Mūdinus uocat fauces: dici glandule a Celso libro. iiii. c. primo dum dicit atqꝫ in ipsis ceruicibus glandule posite sunt. s. a parte anteriori ceruicis: quæ interdum cum dolore intumescūt: & teste Ruffo hæc membra dicuntur paristhmia: & Plinius uocat eas tonsillas in homine/ & in porco glangulas: & teste Ari. primo de hist. c. xi. sunt bifide tonsile. i. iste carnes sunt in duas partes diuise: & has carnes Aui. ix. tertii uocat amigdalas quæ sunt in radice linguæ/ & sūt ille de quibus supra dixi Gentilem & Nicolum corripere Mundinum: licet obliquæ & in iuste/ & dicit Aui. ꝙ iste amigdale sunt q̄si auricule parue/ & sunt carnose neruose sicut duæ glādule: ut sint fortiores: & sunt ex mō suo: sicut due radices aurium duarum & sicut iter ad meri/ & adiuuant aerem ad caput canne sicut archa: ut non expellatur aer penitus cū sit attractio cordis & deficiat animal. Cōplexio earum est calida/ numerus/ & figura/ & substantia/ & quātitas est tacta. Situs earum est a lateribus faucium siue gutturis in radice

lingue ad superiora tendens: quæ teste sensu lingua depressa uidentur & ita dicunt omnes auctores: sed cum intumescunt notabilissime uidentur. Zerbus tamē dicit auctoritate Nicoli certas alias carnes uideri ī ore: & dicit eas nō esse ueras amigdalas de quibus loquitur Auic. in isto loco non credo ꝙ Zerbus intelligat se ipsum & hoc uideant alii quia iudicio meo sic est. Colligantia earum est cum radice lingue: & cum epigloti/ magis quā cū aliis partibus faucium/ sed pro quanto in eis sunt nerui/ uenæ/ & arteriæ/ colligantur/ cerebro/ cordi/ & hepati/ iuuamenta sunt dicta superius ab Aui. Passiones omnium modorum possunt pati iste glandule: sed nunc temporis in habentibus morbū gallicum apostemant/ & indurantur/ & ulcerantur/ & suscipiunt humiditates a capite propter quas ut inquit Mūdinus apostemātur: & fit in eis una species squināntiæ: & hoc apostema Bononienses uocant gotuni: & alibi uocantur dragonzelli: uel gaioni/ uel stranguioni. Cura talium ægritudinum ubiq; est posita: de algasamach: & de alsaich/ seu alsaich infra in anatomia epiglotis tractabo, & etiam ibidem loquar de illo coopertorio cartilaginoso: quod dicitur lingua fistule a Mundino.

De Mandibulis Inferioribus.

Ouisa anatomia partium prædictarū operator debet ad completiorem anatomiam habendā uidere maxillas inferiores: & primo est notanda eius cutis: q̄ in uiris cōmuniter ē tota plena pilis: & post cutim sunt musculi: nam teste Aui. prima primi in mādibula inferiori sūt tres motus necessarii. s. motus aperiendi os: & motus claudendi ipsum: & motus masticandi & molendi. Aperiēs autem mandibulam ad inferiora descendere facit: & claudēs ipsam eleuat: & molēs ipsam circuire & ad duas partes declinare facit: manifestū est igitur ꝙ oportet ut modus claudendi sit per musculos: qui a superioribus descendūt & ad superiora trahunt & aperiendi econtrario: & molēdi cum transuersione: & ibidem Aui. dicit locum istorum musculorum: ad quem remitto legentes breuitatis gratia: de istis etiam musculis & de aliis faciei musculis optime loquitur

G.xi.de uti.c.ii.iii.iiii.&.v.quæ uideant legentes. Hali.etiã & Rasis de musculis totius corporis difuse loquuntur ad quos etiam remitto legentes: sed inter eos. G.est princeps de maxilis uero superioribus in anatomia capitis loco suo fiet sermor. Visis musculis potest operator denudare ossa maxilarũ prædictarum: quæ ossa sunt non multũ dura nec dẽsa & in eis suut foramina in qbus figunť dẽtes: numero maxile sũt due: teste Rabi prima aphor. aphor. xxi. & ideo cõmuniter dicitur hominem habere quattuor maxilas, duas. s. iferiores, & duas superiores: quia utraq; earum habet diuisionem in sui medio uix perceptibilem: quæ est tãquã iunctura: inter istas tamen iuncturas nõ est alaguaich. i. cartilago aliqua, & . G. xi. de uti. dicit q hæc iunctura est ualde firma ut non faciliter secundum uehemẽtes motus dissoluatur, & huius maxile pars anterior dicitur mentum: teste Ari. primo de hist. qui autem quales & quanti sint dentes istarum maxilarum patuit supra: situs harum maxilarũ & figura, & quantitas, & colligantia, & cõplexio, & substãtia simul, & iuuamenta omnibus patent. Passiones omnium modorum patiuntur his uisis operator debet uacuare anatomia meri & tracheæ arteriæ eo modo quo infra dicetur.

DE ANATOMIA MERI ET TRACHEE ARTERIE.

TEXTVS MVNDINI.

His expeditis eleua quæ sunt superflua ut agilius et leuius uideas anatomiam residuorum. s. meri cum trachea, et his eleuatis nota primo substantiã eorũ nam substantia meri est pellicularis et mollis, substãtia tracheæ est pellicularis, et cartilaginosa, et causa fuit qa meri est uia cibi, qui interdum deglutitur in magna quantitate, propter quod oportet uiam eius interdum

dilatari, sed trachea est uia aeris penetrãtis ad pulmonẽ, qui cum leuis sit et non solidus per uiam penetrat quæ stat aperta. Via autem pellicularis propter moliciẽ non stat aperta, sed paries unus cadit supra alterum : et non fuit hæc cãna ossuosa, quia debet esse flexibilis, propter formationem uocis. Item impediret transitũ cibi multi, et solidi per meri. Et propter hanc causam nõ fuit tota cartilago una, sed fuit plures cartilagines, continuate per pelliculas simul, et isti sunt circuli quidam nõ tamẽ completi sed in figura. C.

¶Residuum autem cartilaginis nõ complete cõtinuat substãtía pellicularis in directo meri, et hoc fuit ne sub stantia dura et cartilaginosa comprimat meri et ĩpediat trãsitum cibi. Et ideo scire debes ꝙ a parte anteriori can na est cartilaginosa, et uersus partem illam non contã-git meri. Mediante qua cartilagine quæ est dura uersus anterius magis tuetur a nociuis, sed uersus partem po-steriorẽ est pellicularis, usqꝫ ad epiglotim, quæ postea est tota cartilaginosa propter causam quæ dicetur. Et sic apparet substantia canne pulmonis.

¶Sed substantia meri est composita ex duplici panni-culo, siue tunica. s. ex intrinseca, quæ uillos longitudina les ad attrahendũ habet, et extrinseca quæ uillos habet latitudinales aptos ad expellendum illud quod attrahi-tur ab intrinseca, uerum est ꝙ prima principalior est secunda, in uirtute.

¶Et ex his patet iuuamentum horum, et numerus par-tium eius, præter numerus partium quæ partem quan

dam principalem habent, quæ dicitur epiglotis, cuius anatomiam postea ponam.

¶Tertio uideas differentiam ex parte quantitatis, nam meri est longius et maius canna, quia tendit usq; ad diafragma, et infra ipsum continuatur cum ore stomachi, sed canna pulmonis non descendit nisi usq; ad furculã. Et causa patet, quia pulmo statim est sub furcula, sed os stomachi est imediate sub diafragmate.

¶Differunt quarto in situ siue loco, nam meri est positũ magis in profundo, uersus sphõdylos colli et dorsi, sed trachea arteria magis est posita anterius, et causa fuit triplex.

¶Vna fuit quia cũ trachea sit magis dura cartilaginosa et meri panniculosum potest magis tueri canna ab extrinsecis alterantibus quam meri, ideo canna magis fuit posita exterius.

¶Secunda causa fuit quia per tracheam attrahitur aer, cuius continuus debet esse ingressus, et ideo ipse debuit habere situm directum ad os, et sic habet, ideo posita est anterius sicut os.

¶Tertia causa fuit quia si meri fuisset positũ anterius uersus gulã, uel oportuisset ꝙ post finem tracheæ meri obliquasset uersus dorsum, uel ꝙ a fine cannæ usq; ad principium oris stomachi fuisset uacuitas, sed utrunq; est inconueniens nam secundũ est impossibile, primũ autem faceret nocumentum et impedimentum in actu trausglutiendi.

¶His uisis eleua meri incipiendo a parte inferiori cum

diligentia

diligentia ne tangas aliquem neruum reuersiuum, uerũ est ꝙ faciliter separatur a trachea, usq; ad epiglotum, ibi uero difficulter. Propterea quia tunica meri dispersa est in epigloto, et ideo ab eo non facilie separatur, et hoc fecit natura sagaciter ad hoc ut in hora transglutionis, cum meri eleuatur ad os ad attrahẽdum cibum, epiglotis etiam eleuetur, ne sui dutitie et soliditate impediat transitum cibi.

¶Et ista continuatio nõ fuit necessaria in tota trachea quia ipsa secundum totum præter epiglotum non est cartilaginosa, et ex hac anatomia manifestatur sentẽtia Gal. in libro de motibus liquidis .s. ꝙ epiglotis hora transglutionis nõ mouetur sursum quia aliquo modo moueatur ex se, sed quia trahitur ab œsophago propter continuationem dictam. Et hæc sufficiant de anatomia œsophagi meri et cannæ pulmonis.

COMMENTVM. XXVIII. CARPI.

IN isto textu Mundinus docet qualiter operator debet procedere in uolendo uidere anatomiam meri: siue gule: uł œsophagi: & tracheæ arteriæ: & qa ista membra sunt satis magna & etiam simul unita: in quibus parum laborant anatomiste: in isto textu non est ponenda aliqua diuisio: quia Mundinus de istis duobus mẽbris coniunctim determinauit: & dicit optime eorum substãtiam: & eorum partes/ & iuuamenta/ & dicit aliquam colligantiam/ & situm/ & dicit causas situs/ & causas colligantie: & facit operatorem cautum ne lædat certos neruos quos uocat reuersiuos/ littera est clara lege eam: quia in isto textu aliud non intendo.

¶Sed ultra ea quæ dicit Mũdinus a nobis aliqua dicent:

dico igitur ꝙ qui uult bene itelligere anatomiam meri & etiam tracheæ: oportet ꝙ in anatomizando stomachum. i. uentrem relinquat aliquã partẽ de parte superiori uentris siue celle cibi anexam cum meri: & aliquam partẽ de parte superiori pulmonis cum trachea: & debet etiam bene scire loca neruorum reuersiuorum: ne in operando incidat eos: ut possint demonstrari quãtum ad omnia eis neruis in anatomia requisita: hoc facto cum uenit ad anatomiam istorũ duorum membrorum. s. meri & tracheæ: debet leuiter ab inferiori incipiendo separare unum eorum ab alio: cum tali diligẽtia ne rumpat aliquem neruum reuersiuum: & sic debet ascendere excarnando unum ab alio usq prope epiglotim / & hoc totum faciet cum pauco labore: operator autem post prædicta debet notare substantiã meri: quod alio nomine uocat œsophagus: & stomachus: & gule: sicut patuit in anatomia stomaci: cuius substãtia est tanq̃ intestinũ carnosum. s. pellicularis cum aliquali carne mixta ut sit habilis dilatari: & hæc substantia maxime in intrinseca parte est durior uersus os: quã uersus uentrem: ut supra dictũ est in capitulo de ore: & teste Arist. tertio de partibus hæc substantia constat carne & neruo / & est carnea ut suo calore aliqualiter digerat cibum in descensu suo: & hæc substantia non est dura sed mollis / ut per uillos possit contrahi ad omnem partem: & in eo non sunt ruge sicut in lingua & in palato: ut cibus facilius descendat: hæc tamen substantia est magis pellicularis quam carnea: & ideo putãt aliqui ꝙ sua complexio non sit multum remota a complexione uẽtris seu stomachi: tamẽ iudicio meo i meri est maior copia carnis quam in uentre: & hoc ostendit suus color qui est tendens ad rubeum magis quã color uẽtris: figura eius est rotunda concaua sicut intestinum illeon ad longũ declinans: & est strictior uersus uentrem quam uersus os: a quo uentre ascendendo semper dilatatur non multum tamen: cuius summitas est latior quacunq alia parte eius: ima uero eius pars est strictior: quæ i imo imo corrugat ab humore melancolico: ad ipsum transmisso a splene ut supra patuit: & meri in sua sũmitate in guture seu in faucibus: post uueã uersus foramen ꝙ est supra palatum / de quo supra dictũ ẽ: & etiam infra dicetur: est ualde latũ: quia huic sue parti for

tissime alligatur epiglotis/quod est membrum cartilagine um durum & grossum aptum impedire deglutioné cibo℞ nisi esset magna latitudo i meri a natura ordinata i ista par/ te superiori: & huic parti superiori meri sunt alligati secun dum aliquos certi musculi de quibus infra fiet sermo:q se/ cundum eos uoluntarie iuuant deglutionem qui musculi per accidens mouent epiglotim:qui dum mouent partem superiorem meri ad superiora & ad inferiora propter forté colligationem quam simul habent in isto loco meri & epi/ glotis:epiglotis mouetur necessario a motu meri:ut etiam latius infra dicemus:sua quantitas per longum est a uétre ad os:sua latitudo est conspicabilis: quæ est latior in gulo/ sis:nam operatio magnificat membrũ : & est meri longius trachea arteria:quia uenter cui alligať meri est sub pulmo/ ne cui alligatur trachea arteria:& ideo meri est longius : & meri tédit ab ore usq3 infra dyafragma parum: quia aliqua liter clauditur a dyafragmate ne reascendant cibaria & ua/ pores ad superiora:& hoc est unum ex iuuamentis dyafra gmatis:& tunica meri ubi alligatur uentri est grossior & la tior quam sit tunica duodeni intestini/& ratio est quia per meri transeunt cibaria solida nõ digesta. Numero meri est unicum membrum:sufficiens ad deferédum masticata & potata:numerus partium eius est caro cũ duabus pellicu/ lis/ & suis uillis:quæ pellicule sunt due terse & pulite non rugose:quarum una est interior:altera exterior:& interior est durior propter cibaria ei obuiantia:in qua sunt uilli lon gitudinales attrahentes cibaria:exterior uero est magis car nea & minus neruosa interiori:sicut sunt etiam tunicæ sto machi seu uentris / & in ista exteriori tunica sunt uilli lati: ad expellendum superius in uomitibus:& iferius in deglu tionibus.G.etiam tertio uirtutum naturalium ponit uillos obliquos in meri ad retinendum paruo tamen tempore re tinent:sed tales uilli expellunt:teste Zerbo/ hi tamen uilli sunt pauci:& propter hoc Aui.non nominauit eos.

¶Situs meri est ab ore per collum & per partem dorsi de/ scendens usq3 ad uentrem:& terminatur circa decimũ ter/ tium sphondylum dorsi exclusiue:& descédit directe p to/ tum collum usq3 ad quartũ sphõdylũ ex superioribus dor/ si:& tunc declinat parum ad sinistram partem:teste.G.in li

bro de anatomia uiuorum.G.etiam.vi.de utilit.c.iiii: dicit œsophagum.i.meri declinare ad partem dextram / & ita ē & ita etiam dicit Aui.& alii multi:& meri est uersus posterius.Trachea uero est anterius:qa trachea sua duritie tuet̄ meri:est etiam sic:quia trachea continuatur anterius cum ore:propter aerem continuo attrahendū/ & hæc continua necessitas non est ad cibum attrahendum:& ideo meri fuit posterius & trachea anterius. Colligatus est meri cum ore cum stomacho:& cum trachea/notabilissime colligatur ēt cordi per aliquas arterias:& hepati per uenas : & cerebro per neruos . Colligatur etiam spine per ligaméta aliqua a sphondylis exeuntia: & credo ꝙ alligetur pleura per certum panniculum ortum ab ipso pleure:& sic puto meri habere tres tunicas eo modo quo uenter.Colligatur etiā meri dyafragmati:& fortissime alligatur epigloti : taliter ꝙ ab eo separari non potest nisi ferro:per quam colligātiā trahitur epiglotis ad superiora & ad inferiora:teste.G.in libro đ motibus liquidis.Iuuamentum meri est ut sit uia nutrimē ti ad stomachum:& uia expulsionis superfluitatum per uomitum:& per eructationem/teste.G.v. de īterioribus.c.v. est tamen eius principale iuuamētū in deglutione / & quā uis deglutio sit cōmunis opatio stomachi & meri:teste.G. tertio uirtutum naturalium.c.viii.deglutio tamen perficit̄ a duabus tunicis meri mediātibus suis uillis:stomachus tamen seu uenter dum famescit rapit a meri quasi uiolenter comesta:teste.G.ubi supra.Et ista uirtus deglutiua secūdū aliquos est composita ex naturali operatione & uoluntaria naturali tamen superante.Et de istis duabus uirtutibus loquitur Aui.prima primi doctrina.vi.c.ultimo : ubi loquit̄ de opationibus/istis uerbis:& similiter transglutiendi operatio duabus completur uirtutibus:una est attractiua naturalis:& altera est attractiua uoluntarie:& prima quidem suam operationem complet per uillum qui secundum longum protenditur qui est ī ore stomachi & œsofago:& secūde operatio completur per uillū lacerti transglutiēdi : cūq; una harum uirtutū destruetur/transglutiendi operatio duriter prouenit:sed quando non fuerit destruetur/sed cū illa non operata fuerit erit transglutiēdi operatio difficilis / nōne uides ꝙ cum desiderium nō recte procedit duriter pro/

uenit operatio transglutiendi illud qđ non desiderat / imo cum aboremus aliquā rem nausea nobis prouocatur / & cū eam postea transglutire uoluerimus & terita fuerit ab ea uirtus nostra attractiua desideratiua / dura erit operatio uo/luntarie transglutiendi. Transitus quoq͡ nutrimenti perfi/citur uirtute membri impellentis a quo procedit: & attra/ctiua membri ad quod accedit / & similiter superfluitatum egressio quæ fit per duas uias. Et dicunt aliqui ꝙ sicut ex/perientia comprobatur est dicendum ꝙ deglutio rei ami/cabilis est mediante uirtute uoluntaria & naturali / uolūta/ria uincēte / deglutio uero rei abominabilis est etiam a dua bus prædictis uirtutibus naturali uincente. Aliqui tamen tenent oppositum / dicendo ꝙ deglutio rei tristabilis com/pletur principaliter uirtute motiua uoluntarie cum renitē tia attractiue naturalis stomachi & meri: & per consequēs dicunt istam deglutionem rei tristabilis esse nominandam magis uoluntariam quam naturalem: quia completur per uoluntatem dependētem a ratione / quæ dictat illud deglu tiri debere ratione boni futuri: sicut faciunt deglutiētes fu/mumterre: & abscinthium: & aloes: & similia: quāuis talia sint stomacho & apetitui horrida / & propter hoc res trista biles tarde deglutiuntur propter resistentiam attractiue na turalis: & hæc operatio deglutiōis rerum abominabilium: & tristantium secūdum aliquos fit per musculos: de qbus infra dicetur: fit etiā per uillos latos exterioris tunicæ meri & per grauitatem: & forte per fluxibilitatem simul cū gra/uitate rei deglutite: & in hoc cognoscitur ꝙ facilius deglu/titur quā euomatur ratione apetitus stomachi ad cibū illū ad se trahentem: & ratione grauitatis: cuius propria passio est descendere & non ascēdere: in quo quidem uomitu iu/uat contractio stomachi in se: quæ quasi fugit & renuit ꝙ ī se habet: & sic dum uenter comprimitur ab inferiori ad su/perius fit uomitus: adiuuante semper tunica exteriori uen tris & meri: adiuuante etiam uentositate eleuante contēta in uentre: adiuuantibus etiam musculis inferioris uentris.

¶ Passiones omnium modorum patitur meri: & iterdum patitur opilationem causatam ab aliquo osse uel spina ali/cuius pissis: quæ multum tormentāt patiētem: his uisis & intellectis potest operator remouere totam illam partem

meri quæ erat a ſtomacho uſq; ad medietatem colli: & illā abſcindere: deinde debet uertere ſe ad tracheam arteriam modo infra dicendo.

De Anatomia Tracheæ Arteriæ.

D Iximus ſuperius pulmonem habere in ſe tria uaſa: quorum unum eſt arteria trachea dicta a cōmuni uſu medicorum: & ab Ari. primo de hiſt.c.xi. dicit gurgulio: quod uas i ipſo pulmone ad minima deductum: tandem de minimis eius ramis i extremis locatis termina-tur ad maiores uerſus eius centrum: deinde ad maiores: & iterum ad maiores: uſq; quo ueniant ad unum truncum ſo lum magnum: qui truncus uocatur a Celſo iter: & aſpera arteria: & ab aliquibus uocatur ſpiritalis fiſtula: ſicut meri uocatur fiſtula cibalis: hic truncus etiam cum ſuis ramis ſic uocatur: uocatur etiam arteria uocalis: ſed Ari. uocat arteri am / & gurguliōem: & a multis uocatur guttur: & laringa: & gargareon: & aliqui uocant hoc membrum gurgulionē &.G.vii.de uti.c.ſeptimo: dicit eam componi ex brōchis: ſue nāq; cartilagines bronchii ſiue branchii uocantur: & iō tota bronchum uocatur. Bronchum.n.ſecundum aliquos eſt res dura oſtrachoſa: & aliqui dicūt ꝙ eſt quidam piſcis ſeu uermis habens plures nodos per pelliculam inuicē iū-ctos ad inſtar tracheæ arteriæ: & trachea arteria a Raſis di citur canalis pulmonis. Et iſta trachea habet ſuam ſubſtan tiam cartilaginoſam a multis nodis diuiſam mediante pan niculari ſubſtantia: & in ſubſtantia pulmonis ſiue ſint par-ui rami ſiue magni habet trachea cartilagines ſuas itegras ſ.rotundas circulares totas cartilagineas: extra uero ſubſtā tiam pulmonis habet cartilagines in cōpletos.i.non totali ter circulares: ſed ſunt ad formam littere.C.& dicūtur car-tilagines ceformiæ: teſte.G.vii.de uti.c.iii.& quāuis ſit car tilaginea non eſt multum dura: ſed lenis & ſolida: & eſt cō poſita ex pelliculis & cartilagine: quia debet moueri.& eſt pellicularis propter reſpirationem: & ne impediat deglu-tionem: quia eſt ſupra poſita & alligata meri: quia niſi fuiſ-ſent hæc: fuiſſet tota cartilaginea: nō fuit ergo cartilaginea uerſus meri ut cederet locum cibo deſcendenti: & non fuit

ſecundum longum tota cartilaginea ut poſſet moueri : qa
melius per eá inundat aer:& ideo dicebat.G.ubi ſupra.c.v.
&.vi.ꝙ eſt ſacta pellicularis & mollis propter reſpira tionē:
cartilaginoſa uero propter uocem:& ꝙ trachea non ſit car
tilaginea uerſus meri propter deglutionē: teſtis eſt. G. ubi
ſupra.c.vii.iſtis uerbis.Si.n.circularis certitudinal iter ſin/
gula cartilaginum eſſet ſacta cum eo ꝙ comprimeret ſto/
machum.ſ.meri imitens in ipſum gibboſitatem.Anguſta/
tionem quandam non paruam præberet in maiorum cor/
porum tráſglutionibus/nunc.n.in his temporibus, tunica
arteriæ quæ ibi eſt ab his quæ tranſglutiuntur pulſa & ad
amplitudinem cartilaginum cōuerſa toti circulo ſtomachi
concedit ut famuletur tranſitui cibi. Tunc autem gibboſi/
tas cartilaginum incidens diſtantiis ſtomachi multá utiq;
partem eius amplitudinis clauderet/ & i hoc ſtriſtam ope/
raretur ciborum uiam . Et hæc trachea eſt principale iſtru
mentum uocis:teſte.G.ubi ſupra.c.iiii.v.&.vi. & in ea nó
eſt ſanguis maxime in canali eius/niſi in ea īgrediatur a pe
ctore uel ab aliis uaſis exiſtētibus in pulmone:hoc eſt : uel
a uena uel ab arteria:quia ſi ingrediatur aut per dilatatio/
nem uiarum aut per ſolutionem earum expuitur cú tuſſi:
& de hoc ſunt pleni codices:& etiam teſte Aui.trachea ha/
bet anullos ſeu circulos cartilagineos eo modo quo ſupra
dictum eſt coniunctos.ſ.in illa parte in qua non tangit me/
eri ſeu ſtomachum uel œſophagum . Alii anulli ſeu circuli
ſunt imperfecti/quaſi ſemi circuli / parum tamen amplio/
res:& tales anulli ligantur inuicem per pelliculam ſatis ſo/
lidam & etiam groſſam:& ſic eſt facta ut moueatur ad mo/
tum pulmonis in reſpiratione:qa ſi fuiſſet tota integra car/
tilaginea dediſſet impedimētum reſpiratiōi ut prædictū ē.
Et dicit.G.ubi ſupra.c.vii.ꝙ natura fecit uiá cibi de per ſe.
& uiam aeris de per ſe:quia deglutio & reſpiratio non poſ
ſunt per eandem uiam fieri uno & eadem tempore. Et no/
tant medici in actu practico in pleureſi & in aliis diſpoſitio
nibus pectoris & pulmonis ꝙ medicine tranſeuntes ꝑ me
ri maximę leniendo:ſicut ſunt electuaria in forma loc/ & ēt
in forma iuleb/ & ſirupi/lābendo tamen , conferunt prædi
ctis diſpoſitionibus:quia penetrant ambas tunicas meri ꝑ
ſuas poroſitates:& penetrant etiam pelliculā tracheæ ſecū

alligatam in ea parte in qua deficiunt cartilagines tracheæ & sic operantur medicine in pulmone: quia per aliam uiā nisi ualde ualde a remotis non transeunt medicine ad pulmonem, maxime cum sua substātia solida. Complexio tracheæ est frigida: figura eius est rotunda tum ex cartilagine tum ex pellicula complente rotunditatem ubi deficit cartilago: & sua forma rotunda perfecte apparet quādo est plena spiritu: & ꝙ in meri non est aliquid prohibens eius dilatationem ad rotunditatem: & sua figura est talis: teste Azaranio tractatu. iiii. c. xiiii. & etiam teste Auer. s. accipere unā partem unius cannæ: & tertiam partem ipsius secundum longum abscindere duabus partibus canne integris remanentibus: & deinde supra ponere pergamenum illi canne in parte illa abscissa: & sic habebis formam tracheæ: in parte. n. illa in qua est carta trachea est similis parti pelliculari uersus meri: in parte autem in qua est substantia canne est similis parti cartilaginose: sed melius potest quilibet uidere đ facili tracheam alicuius animalis: puta uituli: agni: uel hedi: & uidere etiam ipsum meri: & isto modo percipietur sua figura: sed per optime talis figura uidetur in trachea anseris uel anatis : & optime uidetur in homine . habet. n. trachea ad extra connexum: & ab intra concauum: & trachea est rotūda ut sit tuta a nociuis: & est dura ut sit tutior : quia est ualde necessaria animali: fuit etiam rotunda ut esset capatior contenti: quātitas tracheæ ē tanta quanta est collū hominis: sua latitudo est conspicabilis. non. n. est maior sicut dicit Albertus omni alia uena corporis: quia in homine uena chilis ē latior ista trachea: & hoc patet sensui, & habuit trachea notabilem longitudinem: ut aer digereret & præpararetur in ea: nam si pulmo fuisset prope os aer ingrediens ad pulmonem fuisset aliqualiter frigidus: & itulisset nocumentum cordi.

¶ Numero trachea extra pulmonem est una : in pulmone habet plures partes: & sicut pulmo dicitur duo pulmones sic pōt dici trachea ingrediens pulmonē : quæ trachea ad infinitos ramos terminatur: sue partes sunt cartilago: & pāniculus: & ligamenta: & pāniculi sunt duo: unus interior: alter exterior: q satis sunt grossi: & interior est ualde durus: teste Aui. ut resisteret catarris acutis & uaporibus capnosis

& motibus

& motibus continuis:fuit etiam tales:teste.G.vii.de utilit. propter fluere ſerum flegmatis ſalſi:& propter malum aerem in quo eſt acuitas: & propter ſaniem expellēdam per pulmonem in criſibus/ fuit etiā durus:teſte Aui.ut eſſet ſonorus in uoce/ ſita eſt trachea in fine fauciū p collū tēdens uſq; ad pectoris partem ſuperiorem: & ibidem ingreditur ſubſtātiam pulmonis:& ſituata eſt ante meri per rationes dictas a Mundino. Colligata eſt cum meri/ & cum pulmone/ & cum arteria uenali/ & cum uena arteriali:conſequenter cum corde: & cum hepate/ & mediantibus panniculis eſt alligata cerebro per neruos. Et hæc trachea eſt miro ordine alligata cum uenis & arteriis pulmonis:taliter q unū uas imbibit aliud/ eſt etiam trachea ipſa ſibi inuicem fortiter alligata per ligamenta ligantia ſuas cartilagines eo modo quo anulli caude Cancrorum ſunt alligati: & ut dixi p̄dicti anulli in pulmone ſunt completi / qui ſi ſic completi exeunt in ulceribus pulmonis arguunt ptiſim & peripleumoniam:in ulcere autem canne pulmonis non ſunt niſi incompleti uel ſicut cortices: Iuuamentum præſtat trachea ī anhelitu aſpirando & reſpirando:teſte Ari.primo de hiſto. Iuuat etiam uocem ut infra dicemus.

¶Paſſiones omnium modorum patitur trachea / ſed in ea uulnus ponitur letale:ego tamē ſanaui aliquos quibus uere trachea erat perforata. Auicen.etiam in capitulo de ſquinantia perſocante dicit tracheam arteriam poſſe aperiri ut animal reſpiret/ ſed Zoar uult q in tali caſu poſſit aliq̄ pars ſubſtantiæ tracheæ abſcindi/ ſed aliqui negant hoc: & ego ſum ex illis:quia ſua ſubſtantia eſt ſpermatica & nō poteſt renaſci uere:cum difficultate etiam cōſolidatur quia eſt in aliquo continuo motu licet diminuto.

¶Viſis prædictis operator abſq; læſione tamen aliquorū neruorum reuerſiuorum poteſt incidere & eicere maiorē partē meri/ & tracheæ/ debet tamen relinquere ad minus quantitatem trium digitorum de trachea arteria alligantē epigloti ut melius poſſint uideri ea de quibus infra fiet ſermo:debet etiam operator relinquere aliquam partē meri de parte ſuperiori eius alligatā epigloti / ut melius uideat eorum colligātia/ & qualiter meri in ſuo motu mouet epiglotim.

DE ANATOMIA EPIGLOTIS ET MVSCVLORVM EIVS ET NERVORVM REVERSIVORVM.

TEXTVS MVNDINI.

ELeuato meri uidebis extremitatē cannæ pulmonis grossam et solidam, quæ nominatur epiglotis, et hæc epiglotis est composita ex quadruplici substantia. s. pelliculari, qua uellatur propter cām dictā et ex musculis, et neruis, et cartilaginibꝰ.

¶Musculi ut dicit Gal. octauo de iuuamentis. M. c. ii. sunt. xx. s. xii. Inter cartilagines eius, et octo inter epiglotim et membra circūiacentia, non tamen perfecte omnes possunt discerni.

¶Neruos autem inuenies ascendentes ab uno quoqꝫ latere tracheæ arteriæ unum, et isti sunt rami orti a neruis descendentibus supra dictis, et oriuntur ab eis iuxta cor, et superius reuertuntur. Et ideo isti uocati sunt nerui reuersiui, siue nerui uocis, quia proprie sunt principium motus uocis.

¶Et causa quare hi nerui sic reuersiui fuerunt et non directe ad epiglotim uenerunt a cerebro, fuit quadruplex, ut ibidem ponit Gal. Vna causa est quia isti nerui sunt principium magni et fortis motus, propter quē debuerunt esse fortes et sicci, quia nerui motiui quanto sicciores tāto fortiores. Nunc autem sunt sicciores quāto a cerebro magis remotiores, quia iuxta cerebrum et

originem eorum nerui ſunt ualde molles. Propter qđ ut eſſent remoti a cerebro natura trāſmittit eos uſq; ad cor. Poſtea reflexit ſuperius, et reflexit iuxta loca calida ut cor, et ad arteriam aborti ut fierent ſicciores.

¶ Secunda cauſa fuit quia cum uox ſit motus quidam uoluntarius, uel facta a motu uoluntario, eius principium debet eſſe cerebrum. Et quia cerebrum non poteſt multum moueri taliter ordinauit natura iſtos neruos, ut cerebro modice moto moueretur epiglotis ſecundū imperium uoluntatis ipſius, modo iſtud fit per hoc ꝙ nerui illi ſunt ſituati ad modum freni et habenarum. Et ideo ibi dicit Gal. ꝙ cerebrum utitur his neruis ad mouendum epiglotim, ſicut miles utitur freno et habenis ad mouendum equum.

¶ Tertia cauſa eſt iſta, quia licet uox dependeat a cerebro tanquam a principio uoluntarii motus, dependet etiam a corde tanquam ab eo in quo formatur conceptus, et ideo cū ſit operatio cōmunis cerebri et cordis, nerui qui ſunt inſtrumenta uocis, debent cōmunicare cordi et cerebro, et ideo cum ortum habeant a cerebro tranſitum debuerunt habere iuxta cor.

¶ Quarta cauſa fuit quia nerui ad muſculos debent ꝑuenire iuxta principium eorum et non finem. Principium autem muſculorum epiglotis eſt uerſus partem inferiorem quare nerui ad eos uenietes ab inferiori parte ad eos debent peruenire, ideo fuerunt reuerſiui, et iſti nerui licet manifeſte appareant tantum duo, tamē multiplicātur poſtea ſecūdum multiplcationē muſculorū.

¶ Et ex his potes uidere quomodo ex incisione istorũ neruorum potest accidere læsio et amissio uocis, potes etiam uidere ꝙ quando inciduntur nerui descendẽtes partes quorum sunt isti reuersiui simul amittitur uox, et exitus aeris cum anhelitu, et flamen sine ictu et flamẽ cum ictu et etiam loquella, quando uero inciduntur soli reuersiui amittitur tãtum uox, et aliæ operationes non impediuntur.

¶ Post neruorum anatomiã eleua neruos et musculos et conspice tres cartilagines.

¶ Prima ãterior maior est omnibus, clipealis appellata siue scutalis, ad similitudinẽ scuti siue clipei. Itẽ posita est ad exterius, quia est ad defendendum ut clipeus.

¶ Secunda uero est ad complendum totum quod defi cit ex prima, et græce uocatur nomen non habens, et causa quare fuit facta epiglotis complere cartilaginosa est ut sit magis sonora, et ut in ipsa sit melior refractio, et nõ ĩpediat cũ hoc transglutiõem, quia eleuatur hora transglutiendi ad superiora cum meri propter causam supra dictam.

¶ Tertia est quæ existit ĩ medio, et uocatur cimbalaris. In medio autem eius est lingua dicta lingua fistule ad similitudinem linguæ fistulæ artificialis, melius tamen esset assimilare linguam fistule huic lingue naturali, et esset conuenientius dictum.

COMMENTVM. XXIX. CARPI.

HIc præsens textus Mundini diuidit in quattuor partes principales. In prima nanq; parte ponit anatomiam epiglotis in uniuersali: dicens q componitur ex substantia pelliculari qua uellatur & ex musculis: & neruis: & cartilaginibus. In secūda uero parte ponit anatomiā musculorum epiglotis: & dicit de mēte. G. q sunt. xx. s. xii. inter cartilagines eius: & octo inter epiglotim: & membra circūstantia: dicit tamē q perfecte omnes prædicti musculi non possunt discerni. In tertia deinde parte ponit anatomiam neruorum reuersiuorum. Et primo dicit eorum sitū & dicit propter quid dicūtur reuersiui: & dicit causam seu causas quare tales nerui a cerebro non uenere directe ad epiglotim: quas causas Mundinus satis clare ponit in littera. Et dicit qualiter ex incisiōe talium neruorum potest accidere amissio uocis: & dicit qualiter per icisionem neruorum descendentium amittitur non solum uox, sed uox, & flamen cum ictu: & aliæ operatiōes. In quarta uero & ultima parte ponit anatomiam epiglotis in particulari: dicendo q componitur ex tribus cartilaginibus: quarum prima est maior aliis: clipealis seu scutalis appellata: & dicit eius situm. Secunda uero uocatur nomē nō habens: quam dicit esse ad complendum totum quod deficit ex prima & dicit causam ꝓpter quid epiglotis est tota cartilaginea: & dicit causam propter quid non impedit deglutionem quamuis sit tota cartilaginea: quæ est quia hora deglutionis epiglotis trahitur ad superiora a meri propter fortem colligantiā quā ista duo membra habent adinuicem. Tertia uero cartilago uocatur cimbalaris: quæ existit in medio. s. prædictarū duarum cartilaginum: & dicit Mundinus q in medio eius est lingua dicta linguæ fistulæ: quæ sic est nominata ad instar linguæ fistulæ artificialis: dicit tamen sicut dicit. G. q melius esset nō assimilare corpus hoc fistularum linguis. s. artificialibus: sed illas huic. s. artificiales linguas assimilare huic linguæ naturali: & sic esset conuenientius dictum: q a melius est assimilare artificialia naturalibus: quam ecōtra: quia natura est prior arte. Secunda ibi: Musculi ut dicit. G. octauo de iuuamentis sunt. xx. Tertia ibi: Neruos autem in

uenies ascendentes. Quarta ibi: Post neruorum anatomiā eleua neruos & musculos. Istæ prædictæ partes non indi-gent alia expōne nec diuisiōe: littera tota est clara: lege eā.

¶ Sed ultra quæ dicit Mundinus de prædictis mēbris ali-qua a nobis dicentur notatu digna, & in ordine demōstra-tionis secundum digressionem nostram incipiemus a ner-uis reuersiuis: deinde ad musculos epiglotis transiemus tā quā ad partes primo occurrentes quā epiglotis: tertio ue-niemus ad epiglotim.

¶ Est igitur primo notādum ꝙ iuxta arterias carotidas & uenas apopleticas seu guidez profundas prædictas reperi-untur duo notabiles rami neruorū: ab utroqꝫ latere unus: qui uocantur descendentes: a quibus cum pertransierint epiglotim: teste Auicē. prima primi: capitulo de anatomia neruorum egredientium: a cerebro exeūt rami qui ad mu-sculos uadunt capita ad inferiora habentes: & ipsi sunt qui ad cimbalarem claudendam sunt necessarii cum ad inferio-ra trahere necessarium est: & propter hoc uocantur nerui retro redeuntes. Veritas est ut ibidem dicit Auicē. ꝙ ad ali-quos alios musculos epiglotis ab istis neruis descendenti-bus uadunt aliqui nerui qui non sunt retro redeuntes seu reuersiui qui alligantur musculis habētibus sua capita uer-sus superius: qui musculi mouent alias cartilagines epiglo-tis: mouent etiam cimbalarem eam aperiēdo: sed nerui re-uersiui secundum Aui. mouent cimbalarem mediantibus: musculis sua capita inferius habentibus eam claudēdo: & isti nerui reuersiui dicuntur nerui uocis a cōmuni usu me-dicorum. Isti nerui sunt in substantia & in colore & in cō-plexione similes aliis: sunt tamen duriores aliis descenden-tibus a cerebro propter motum quem debent habere. Nu-mero isti nerui sunt duo ab eis tamen oriuntur multi rami qui ad musculos tendunt: quātitate sunt parui: teste sensu: & teste. G. in libro de uoce: maxime secundum grossitiem sed sunt notabilis lōgitudinis: sua figura est sursum reflexa & ideo reuersiui dicti sunt. Situs & colligantia istorum ner-uorum dicitur a. G. in pluribus locis: & ipse. G. dicit i libro de motibus liquidis inuenisse eos: qui multo tempore fue-re ei ignoti: & dicit ꝙ aliqui uocabant eos neruos licet fal-so neruos apopleticos: & situm eorū optime dicit. G. octa-

uo de iuuamentis membrorum capitulo secundo/ dicẽdo ꝙ ex parte posteriori cerebri oritur par sextum neruorum & exit per pendiculariter & descendit in collo a duobus la teribus canne pulmonis:& cum eo aliud par paruum cõiũ ctum cum ipso.

¶Nota lector ꝙ Aui.ubi supra tenet ꝙ a quinto pari ner/ uorum cerebri ad istud sextum par ueniant aliqui nerui q sunt continui cum isto sexto pari:& ideo est concors cum G.quia parum supra dixit ꝙ cum sexto pari est unũ aliud par paruum neruorũ:& istud par uenit a quinto pari:teste Aui.& dicit ibidem.G.ꝙ isti nerui descendentes per collũ sunt ualde magni:propter quam magnitudinem aliqui ra mi ex eis uadunt ad cor:& quidam ad œsophagum:& qui dam ad stomachum.i.uentrem:& quidam ad hepar:& q/ dam ad splenem.Et.vii.de uti.c.xiiii.dicit:& quidam ad re nes:& quidam eorum diuidũtur in pectore super radices costarum/ & dicit ꝙ de isto met ramo descendente:quãdo iam descenderunt ad pectus ramificãtur ex utroq; illorum rami:deinde reuertuntur ascendentes superius per uiam per quam uenerunt duo nerui apud descensum eorum:& sic habent in pectore reuersionem sicut est reuersio equoꝝ currentium in campo:& dicit ibidem ꝙ isti nerui copulan tur ad sex musculos erectos epiglotis : quia ergo principiũ istorũ neruorũ est ex cerebro : quando cogitatio uoluerit mouere musculos epiglotis attrahit cerebrum neruos qui sunt copulati cum eis:sicut equitans attrahit equum ꝑ fre/ num:& sic peruenit motus qui incipit a superiori ad inferi us in totum collum:& in aliquantulum spatium pectoris: deinde reuertitur ad superius quousq; perueniat in epiglo tim : & quia isti nerui copulant se cum musculis quos di/ ximus unusquisquæ sex musculorum ad inferius attrahit rem. Et dicit ibidem ꝙ ista reuersio fuit posita in pecto/ re & non superius propter diuersas causas:una est quia ali bi non est locus seu membrum super quo possint reuer/ ti seu reflecti nisi in pectore:& membrum super quo reuer tuntur prædicti nerui est uena pulsatilis magna exiẽs a cor de:& ueniens apud dorsum:quæ quia facit ramos laterali ter tendẽtes ad partem superiorem pectoris & ad brachia: est tanquã bacham:seu parua rota:seu sicut dicit Aui.ut gir

gillus:est autem bacham & girgillus ut fertur/illud instru/
mētum rotula dictum:quo de puteo hauritur aqua : supra
quam labitur corda:& ita istæ arteriæ lateraliter se haben/
tes sunt illud membrum super quo & sub quo reflectūtur
nerui prædicti:ut sint tanquā basis super quo firmetur mo
tus in attrahendo musculos : & consequēter epiglotim ad
inferiora. Idem de situ talium neruorū dicit. G. vii. de utili.
c. xiiii. uerba tamen sunt diuersa:& ibidem uocat istam re/
flexionem dyablum : & ita dicit ꝙ latio eorum assimilat
diablo : & dicit etiam ibidem ꝙ id super quo reuertuntur
tales nerui uocatur flector:in omnibus aliis textus de utili/
tate est concors cum textu de iuuamētis membrorum : ex
quo optime potest inferri ꝙ isti duo libri sunt unus liber di
uersis linguis seu nominibus interpretati. Iacobus .n. de
partibus super prima primi in capitulo de anatomia mu/
sculorum mouentium rascetam manus licit ꝙ liber de uti.
est traductus de græco in latinum: & ille de iuuamentis est
traductus de Arabico in latinum : & tamē unus ē idē liber
& idem ego alibi supra dixi: & de istis neruis reuersiuis ad
omnia requisita in eorū anatomia principes medicine sūt
concordes. Veritas est ꝙ. G. ut ipse testatur ubi supra ad in
uenit cognitionem primam talium neruorum. Et isti ner/
ui reuersiui:teste Aui. non sunt orti principaliter ab alio pa
ri de prædictis neruis ante sextum par:quia iam tales ner/
ui erāt terminati ad sua loca:qui nerui etiā anteriores erāt
molliores istis:neq; isti nerui reuersiui sūt orti a septimo pa
ri:quia descēdissent obliqui:sed sunt orti a sexto pari quia
descendunt recte:& etiam quia sunt aliqualiter duri : quia
quanto magis nerui cerebri sunt uersus posterius cerebrū
sunt duriores:sunt ergo orti nerui reuersiui a sexto pari ꝓ/
pter duritiem eorum & propter rectitudinem:quia si fuis/
sent solum orti propter duritiem essent orti a septimo pari
sunt igitur isti nerui orti a cerebro solum & nō a nucha:nā
si a nucha orirent traherent musculos epiglotis ꝑ transuer
sum:non fuere etiam isti nerui orti a nucha:teste. G. & Aui.
quia mouent epiglotim cum uoluntate: & melius mouēt
cum uoluntate nerui orti a cerebro quā a nucha:instrumē
ta.n. uocis debent esse coniuncta cum eo qui regit uocē.s.
cum cogitatione quæ est in cerebro : mittūtur.n. a cerebro
sensus

sensus & motus uoluntarii ad alia membra. Vox autē nobilissima actio uoluntaria fit ex nobilissimo motu animæ .s. ex cogitatione & deliberatione: cum ergo cogitatio uoluerit mouere musculos epiglotis attrhahit mediāte cerebro neruos prædictos, sicut equitās attrhahit equm per frenū teste. G. ubi sdpra, & hæc est una ex causis quare membra ad quæ uadunt tales nerui descendentes sunt tam nobilis sensus. s. quia oriuntur sui nerui a cerebro.

¶ Nota tamen lector ꝙ quamuis isti nerui reuersiui ponātur numero duo. s. unus a dextris & alter a sinistris multiplicantur tamen secundum numerum musculorum.

¶ Nota etiam lector ꝙ sextum par neruorum cerebri diuitur in tres ramos: & a tertio ramo eorum maxime a maiori oriuntur nerui descendentes oriuntur etiam a tertio simul misti: teste Galleno & Hali. ex quibus aliqui rami tendunt ad intestina & ab eis etiam oriuntur nerui reuersiui, & de istis omnibus ramis uide Aui. prima primi capitulo de anatomia neruorum cerebri & ibi habebis omnia de prædictis neruis.

¶ Nota etiam lector ꝙ secundum. G. ubi supra neruus reuersiuus sinister non se habet in loco reuersionis sicut se habet dexter: hic enim qui est in parte sinistra: teste Auicē. & Galle. in locis prædictis inuenit arteriam magnā in parte sinistra exeuntem a uentriculo sinistro cordis tanquam stipitem magnum: ibidem bipartitum pertransēūtem uersus dorsum superius & inferius: & super hanc apertissime inuenitur reflecti neruus sinister reuersiuus non egens alia firmitate ab ea quā cōsequitur ab hac arteria: sed alius neruus dexter reuersiuus non inuenit hanc arteriam sibi proximam sinistrā. s. cum grossitie & situ: sed inuenit illam sibi uicinam postquā est facta minor propter plures ramos ab ea diuisos: & non occurrit illi arteriæ recte ascēdenti & descendenti sicut facit sinister neruus: sed occurrit illi transuersaliter & obliquæ declinanti ad ascellam dextrā: & qa hæc arteria tendens ad ascellam dextram non est grossa solida & firma sicut est in bifurcatione ascendente & descendente in qua uel super qua flectitur neruus reuersiuus sinister: fuit congruum ut daretur res aliqua socia in parte dextra arteriæ tendenti ad ascellam dextram: quæ esset cau-

ſa firmandi talem arteriam paruam:ad hoc ut equæ bene poſſēt regi & gubernari ĩ motu nerui reuerſiui dextre par/tis ſicut & nerui ſiniſtre partis:& ideo natura per ligamēta & per alias arterias ſibi uicinas ĩ dextra parte fortificauit taliter arteriam aſcellarem dextram ꝙ fuit ſufficiens ſuffer/re neruos reuerſiuos dextros circa ſe reuolui & plicari: te/ſte.G.& Auic.ubi ſupra:& cauſa propter quid natura fecit iſtos neruos reuerſiuos ſunt dicte a Mundino de mēte.G. & bene:& cauſa principalis fuit:quia debent trahere ad inferius muſculos epiglotis:&.G.in libro de utili. ubi ſupra: probat ꝙ nerui oriuntur a cerebro:& non a corde : quia ſi orirentur a corde natura non feciſſet eos deſcendere a cerebro:& poſtea aſcendere eo modo quo faciunt : ſed feciſſet eos aſcendere directe a corde ad muſculos epiglotis / & ſic ad inferiora cum pauco labore dediſſet motum epigloti/& certe iſte eſt bona ratio ante dicta ad probandum ꝙ nerui oriuntur ſenſibiliter a cerebro & non a corde.Et ultra iſtos neruos reuerſiuos ad motum epiglotis/ teſte.G. ubi ſupra ſunt alii nerui orti a ſeptimo pari neruorum cerebri/ & etiã ſunt aliqui nerui mouentes epiglotim / teſte etiam.G. ubi ſupra/qui oriunť a nucha. Et ſupra dictum eſt a ꝙ neruis deſcendentibus poſt quam ſeperati ſun ab eis nerui reuerſiui/de parte eorum quæ remanſit deſceodendo/aliqui rami in plantantur ad capſulam cordis & ad eius panniculũ & ad pulmonē/ & ad diafragma/& ad mēbra naturalia / ut patet ſenſui. Iuuamenta neruorum uocis ex prædictis ſunt quaſi nota.Et licet uox poſſit ledi a multis cauſis/principaliter tamen leditur per leſionem prædictorũ neruorũ & nocumenta prædictorum neruorũ.i.exprædictis neruis contingentia/ſuut multa/de quibus meminit .G. quarto de interioribus.c.vi.& ibidem habentur multa notatu di/gna de iſtis neruis reuerſiuis/ ſed debent notar e legentes ꝙ quamuis uox cauſetur a motu prædictorum neruorum tamen ad uocem etiam cõcurrunt aliqua alia:& primo cõ/currit aer:qui debet eſſe materia uocis:& nõ poteſt cõcur/re aer niſi moueatur pectus aerem attrahendo: & expellendo:& ideo.G.ubi ſupra notat quinq; actiões neceſſarias homini dependētes ab aere:& a membris pectoris: gutturis: & oris:quarum quinq; una ſequitur aliã.Et prima & prin/

cipalis est exitus aeris cum anhelitu. Secunda est flamen sine ictu siue sine strepitu. Tertia est flamen cum ictu. Quarta est uox. Quinta est loquella: sed ad intelligẽtiam talium operationum est notandum/ ꝙ emissio siue exitus aeris cũ anhelitu: non est aliud nisi respiratio inuiolenta: flamẽ uero sine strepitu siue sine ictu: est expiratio aliqualiter uiolẽta: quæ aliud non est nisi insufflatio: & insufflatio teste. G. ubi supra: est aer cum multa quantitate ad exteriora subito ueniens: & exitus aeris cum anhelitu differt ab insufflatione in hoc. s. ꝙ exitus aeris cum anhelitu ut prædictum est: est inuiolenta expiratio: in qua expiratione nõ multa quãtitas aeris subito ad extra uenit. In insufflatione autem exit ad extra pectus subito multus aer: flamen uero cum ictu & sonitu est quando insufflatio facit aliquem strepitũ in aere: qui strepitus est duorum modorum: & unus assimilatᷣ aliqualiter uoci porcorum quæ uocatur grunitus: & ad istã operationem flaminis cum ictu exit aer cum maiori uiolẽtia: quã in flamine siue ictu: uox uero ĩ homine differt a flamine cum ictu in hoc. s. ꝙ uox facit aerem multum sonorũ inarticulatum tamen. Imo uox animalis non est aliud nisi aer sonorus: flamen uero cum ictu nõ facit aerem multum sonorum/ ergo flamẽ cum ictu est tãquã diminuta uox: qa uox significat omnem sonum & strepitum causatum tam in trachea arteria quã in epigloti: & flamẽ cum ictu magis causatur in extremitate superiori tracheæ quã in epigloti: & isto modo differunt flamẽ cum ictu: & uox. s. ꝙ uox causatur in epigloti: flamen uero cum ictu causatur in extremitate superiori tracheæ: & uox est magis sonora quã flamen cum ictu.

¶ Nota tamen lector ꝙ flamẽ cum ictu sicut supra dixi est duorum modorum: & unus eorum fit a leui insufflatione: qui uocatur nixus: ꝙ aliud non est nisi nichiare seu nicsurare/ & de isto non intelligit principaliter. G. quia iste fit quasi eo modo quo fit uox: & nixus non est aliud nisi uox diminuta: qui causatur a neruis reuersiuis dum debiliter mouẽtur: sed alia speties flaminis cõ ictu causatur a musculis gule comprimentibus tracheam: per quam compressionem quasi uiolentam exit aer & facit aliquem strepitum in epigloti: sed istum exitũ aeris adiuuat motus dyaphragmatis:

& ad hoc concurrunt etiam musculi uentris inferioris : &
ista speties flaminis cum ictu diffet a prima in hoc. s. ꝙ ista
fit cum maiori uiolentia exitus aeris quã fiat nixus : & ad
istam ultimam necessario concurrit motus musculorũ uen
tris:ad nixum autem non concurrunt nisi musculi epiglo/
tis:diminute tamẽ respectu ad ꝯcursum uocis:est bene ue/
rum ꝙ.G.non dixit ad flamen cum ictu cõcurre musculos
uentris neq; dyaphragma:sed dixit flamen cum ictu causa
ri a musculis gule:& bene dixit : quia quãuis ad flamen cũ
ictu concurrant dyaphragma & musculi uẽtris:tamẽ prin/
cipaliter ad eum concurrunt musculi gule: & ideo.G.non
dixit nisi solos musculos gule causare flamen cum ictu : &
quilibet potest experiri hoc:& de facili comprehendet : ꝙ
ad nixum non concurrunt neq; musculi uentris:neq; mu/
sculi gule:licet concurrat dyaphragma secũdum.G.neces/
sario ad omnes prædictas quinq; operatiões:sed in alia spe
tie flaminis cum ictu quæ non est nixus : comprehenditur
ꝙ necessario cõcurrũt musculi gule tãquã principaliores:
& etiam musculi uentris tanquã adiuuantes subitum aeris
exitum ad tracheam:ex quo causatur hæc secunda speties
flaminis cum ictu:quæ assimilatur grunitui porcorum : &
hæc speties est etiam diminuta uox:pro quanto uox ẽ aer
sonorus quia in quacunq; spetie flaminis cum ictu perci/
pitur sonus.Et loquella quæ est quinta operatio nõ est ali
ud nisi uox articulata . Loquella.n.est illud uerbũ quod in
loqueñdo proferimus.

¶Et est sciẽdum sicut dicit.G.ꝙ si lædatur exitus aeris cũ
anhelitu qui exitus aeris est prima opatio de ꝑdictis quin/
q; necessario lædũtur omnes aliæ operationes:quia ad fla/
men sine ictu:& ad flamen cum ictu:& ad uocem:& ad lo/
quellam:necessario concurrit exitus aeris cum anhelitu:&
ideo si lædatur prima operatio læduntur aliæ quattuor: &
si lædatur secunda operatio.s.flamen sine ictu:etiam neces
sario læduntur aliæ tres operationes: quia ad omnes ipsas
tres concurrit flamen sine ictu/ & ita si lædatur tertia ope/
ratio.s.flamen cum ictu/necessario læditur uox / & si lædit
uox:necessario etiam læditur loquella:Sed si loquella pri/
mo læditur non necessario lædit uox/ nec flamẽ cum ictu:
nec sine ictu/nec exitus aeris cum anhelitu/ & ita si læditur

uox non læduntur aliæ primæ tres operationes: sed bene læditur loquella/ & si læditur flamen cum ictu/ nõ læditur flamen sine ictu: sed bene læditur uox & loquella/ & si læditur flamen sine ictu: propter hoc nõ læditur exitus aeris cum anhelitu: sed bene læditur flamen cum ictu/ & uox/ & loquella/ & ita si læditur exitus aeris cum anhelitu/ ut prædictum est: necessario læduntur omnes aliæ quattuor prædictæ operationes.

¶Et est sciendum ꝙ talis læsio prædictarum operationũ: uel est in uno latere tantum pectoris & gutturis: uel in duobus lateribus/ si est in uno latere tantum: ut inquit. G. ubi supra: tantum aufertur medium talium operationum: si uero est læsio in utroq; latere/ totum de prædictis operationibus aufertur: & si auferatur prima operatio suffocatio emissa uoce cito generatur/ & ideo dicit. G. ꝙ oportet medicũ scire per anatomiam/ unde dependeant tales operationes: quæ omnes perficiũtur mediantibus lacertis: & secũdum G. ibidem exitus aeris cum anhelitu: fit cum actione lacertorum pectus comprehendentium: & talem actionem perficit dyaphragma/ secũdũ ꝙ dicit. G. ibidem. c. iiii. dicit. n. inuiolentus anhelitus non fit nisi cum solius dyaphragmatis actione. Et. c. vi. dicit insufflationem existentem fortem expirationem proprie esse cum lacertis inter costas existẽtes/ & hæc insufflato dicitur flamen sine ictu: ad quam operationem ut ipse inquit. c. iiii. ubi supra: concurrunt musculi mouẽtes partem superiorem pectoris/ & . c. vi. ubi supra dicit/ & ictualem insufflationem. i. flamen cum ictu: fieri cũ lacertis gule: & per gulam secundum aliquos itelligit partem anteriorem colli. Et uocem dicit fieri cum lacertis gutturis. i. cum lacertis epiglotis/ & dicit loquellam fieri a lingua adiuuantibus dentibus/ & labris/ & naribus/ & foramine ꝙ est supra palatum uersus os: ad quam etiam loquellã fomandam dicit uueam adiuuare.

¶His uisis & intellectis/ debent notare legentes ꝙ littera Mundini erat corrupta: quia prius dicebat imen cum ictu: & sine ictu: ubi debet dicere flamen/ ꝙ flamen dicitur flatus a uulgaribus/ & forte non male: sed noster Zerbus interpretabat Mundinum & dicebat imen. i. pellem: dicẽdo ꝙ quando inciduntur nerui descendentes per collum/ simul

amittitur uox. Et dicit ꝙ amittitur etiam simul imen. i. pel
lis cum ictu. i. cum incisione illorum neruorum/ & dicit ꝙ
est quidã modus uulgaris loquẽdi/ cum dicitur/ si hoc per
petratus fueris amittes pellem. i. uitam: quia dicit ꝙ impos
sibile est saluari uitam incisis his neruis: sed Zerbus dixit ꝑ
fecto rem ridiculosam: quia littera Mundini non dicit imẽ/
sed flamen/ & debet necessario dicere flamen: & miror de
Zerbo qui ignorauerit dicta antedicta Mũdini: & .G. Nec
ut putat Zerbus dyaphragma mouet a solis neruis descen
dẽtibus ad eũ a cerebro: sed dico ꝙ hẽt neruos a nuca colli:
teste Aui. prima primi: & teste .G. in libro de uoce adiuuan
tes eius motum: cuius motus duæ partes ueniunt a nucha
teste .G. in libro de uoce: & nerui descendẽtes ad eum ma/
gis præstant ei sensum quam motum mouent tamen: nec
etiam musculi iter costas: nec musculi superiores pectoris:
nec musculi anteriores colli: mouentur a neruis prædictis
descendentibus: ut dicit Zerbus: sed si sequatur mors pro/
pter incisionem neruorum descendentium prædictorum.
non sequitur ratione motus principaliter: sed forte ratiõe
magne læsiõis sensus: & forte propter alias causas: nec .G.
dicit ꝙ si incidantur nerui descendentes ꝙ amittantur ꝑdi
ctæ quinq; opationes: ut putãt aliq & forte male: qa exitus
aeris cũ anhelitu: ut supra patuit & flamẽ sine ictu: & flamẽ
cũ ictu: principaliter nõ depẽdẽt a neruis descẽdẽtibus: sed
depẽdẽt a pectore: & a gutture seu collo: & ẽt a dyaphrag/
mate: si uero incidant soli reuersiui amittitur tantum uox
& loquella: & aliæ prædictæ operationes non læduntur.

¶ Passiones omnium modorum possunt pati nerui reuer/
siui: & sæpe inciduntur reuersiui cum descẽdentibus a chi/
rurgicis operantibus in collo/ ignorãtibus anatomiam/ &
sæpe etiam deteguntur nerui descendẽtes in aliquibus ul/
ceribus colli & infrigidãtur & amittitur uox: qui si postea
tegantur carne & calefiant reddit uox/ & si in uno latere tã
tum hoc contingat læditur solum medietas uocis/ si uero
in ambobus lateribus hoc cõtingat læditur tota uox: & iõ
curantes scrofulas debent esse cauti: & omnino læsio istorꝫ
neruorum reuersiuorum & etiam descendẽtium maxime
a re soluente & incidente est cũ magno timore/ quia impos
sibile est quasi lædere hos neruos quin etiam lædantur ali/

qua alia mēbra multū nobilia q̄ sunt sibi uicinia / sicut sunt cum descendentibus arteriæ & uenæ apopleticæ / quarum incisio est pessima / & ita non possunt incidi siue solui ab extrinseco reuersiui: quin & lædantur mēbra sibi uicina: hæc tamen omnia sunt nota soli bono anatomico. Et hæc suffi/ciant de neruis reuersiuis seu de neruis uocis: & qui plura quærit recurrat ad. G. in libro de uoce & in libro de utilitate respirationis / & in libro interiorum.

De Anatomia Musculorum Epiglotis.

TEste. G. in libro de uoce Epiglotis: ab ipso ibidem di/cta laringa: mouetur pluribus motibus. Ampliat̃. n. quando scutalis cartilago peltalis dicta distat a carti/lagine nomen non habente / & angustatur siue stringitur quando scutalis cartilago coniungitur cartilagini nomen non habenti: aperitur etiam laringa secundum aliquos q̃n cimbalaris cartilago separatur apeltali siue scutali. Claudit̃ autem dum cimbalaris peltali coniungitur: & iudicio meo est oppositum. s. q̧ laringa aperitur quando cimbalaris cartilago dilatatur uersus peltalem & clauditur dum cimbalaris apeltali tendit uersus cartilaginem nomen non habens & uersus cētrum laringe: & hos motus numerat. G. ubi supra / & propter hos motus laringa pluribus musculis indi/guit. Et musculi famulantes laringe sunt. xx. numero: teste G. vii. de uti. c. xi. & . xii. & isti. xx. musculi sunt trium manerierum / eorum nāq; quidam inueniuntur epiglotim seu larigam constringentes: applicantes cartilaginem clipealem cartilagini nomen non habenti: alii uero reperiuntur laringam claudentes: applicando cartilaginem cimbalarem nomen est habenti: alii sunt aperientes laringam elongando cimbalarem nomini habenti. Et. G. viii. de iuuamentis. c. ii. etiam dicit cartilagines epiglotis moueri per. xx. muscu/los: quos. xii. sunt intra ipsam: & . viii. alii copulantur inter ipsam & mēbra sibi uicinantia: & subdit q̧ musculi qui co/pulant̃ inter primam & secundam cartilaginem sunt quattuor: & musculi qui copulantur inter secundum / & tertiā sunt etiam. iiii. sed quia anatomia horum musculorum est difficilis. i. de difficili ostensibilis. Et nō possunt ad sensum

discerni: sicut possunt multi alii musculi: ideo remitto legẽtes ad infrascripta loca musculorum & ad suprascripta, & etiam de eorum situ. & de eorum officio: nam. G. vii. uti. c. xi. & xii. & xiiii. de istis musculis loquitur ad longum: & ẽt in libro de uoce: & in libro de utilitate respiratiõis, & quarto de interioribus. Et Aui. prima primi de musculis epiglotis etiam diffuse de istis musculis loquitur, ad quæ omnia prædicta loca breuitatis gratia remitto legentes. Leonicenus tamẽ uidetur uelle in libro intitulato de erroribus Plinii ꝙ de istis musculis sit discordia inter. G. & Aui. uide ibi.

De Anatomia Cartilaginum & Pellicularum Epiglotis.

Visis neruis & musculis epiglotis quæ sũt partes ipsius secundum Mũdinum ad alias eius partes. s. ad cartilagines eius est deueniendum: sed antequã ad alias partes eius deueniamus in uniuersali de eo aliqua dicemus. Et primo dico ꝙ hoc nomen epiglotis uere non indicat laringam sed: linguã fistulæ, tamẽ a barbaris epiglotis summitur pro summa parte tracheæ arteriæ: cuius compositio distincta quamuis sit admiratione digna: non ponitur ab Ari. neq; a Celso, sed Ari. solum primo de hist. uocat hoc membrum extremum arteriæ, ꝙ cum lingua ima coniungitur. Et Celsus libro quarto capitulo primo uocãs tracheam: asperam arteriam: nominat solum epiglotidam: dicendo exiguua in arteria sub ipsis faucibus lingua est, quæ cum spiramus atollitur, cum cibũ potionemq; assumimus arteriam claudit, ipsa autem arteria dura & cartilaginosa i gutture assurgit, ceteris partibus residet: cõstat ex circulis quibusdam compositis ad imaginem earum uertebrarum quæ a spina sũt. Epiglotis ergo seu laringa nõ est aliud nisi extremitas sũme tracheæ arteriæ cõposita ex pluribus cartilaginibus ut ĩfra dicetur: quæ laringa seu epiglotis est cõtinua cũ faringa, & aliqui uolũt ꝙ laringa faringa & bronchium & trachea arteria sint idem, licet Zerbus uideat uelle ꝙ faringa differat ab arteria: aliqui etiam uolũt ꝙ faringa, & fauces, & gutur, ſm Auic. sint idẽ & ꝙ significẽt illud spatiũ ꝙ est circa radicem linguæ, in quo est uuea, & principium meri, & caput tracheæ arteriæ: & illud foramen ꝙ

tendit

tendit obliquæ supra palatũ ad nares. Dicit tamen. G. viii. de uti. c. primo ꝙ sæpe equiuocãdo faringa capitur pro laringa: ibidem tamen. G. tenet faringam & tracheã esse idẽ dicẽdo collum factum esse propter faringam nisi littera sit corrupta: & tũc dꝫ dicẽ laringa: sed laringa est: teste. G. ea pars tracheæ arteriæ quæ in collo anterius eminens apparet: quæ tangentibus dura uidetur: & recurrit transglutiẽdo: uocatur etiam hoc membrum nodus gutturis a. G. & ab aliquibus uocatur gurgulio: & gargareon seu gargaleõ licet gargaleon & gurgulio interdum capiãtur pro lingua fistule ab aliquibus & ab aliquibus pro uua: & hoc mẽbrũ a. G. quarto de interioribus. c. vi. uocatur guttur: tamẽ hoc nomen guttur diuersimode intricat mentes audientium: quia ut diximus parum supra: & in catalogo: aliqui capiũt guttur per supremam partem gule. i. meri seu œsophagi: & alqui capiunt per guttur totũ meri: sicut Gulielmus Placentinus: quãdo dicit in gutture siue i meri intrare ossa spinas & huiusmodi: & docet modum extrahendi ea: & ita ẽt capiunt multi alii Moderni. Guttur etiam capitur pro faucibus ab Aui. ix. tertii. i. pro spatio illo in quo est meatus cibi & potus: i quo etiam Aui. ponit uueam algasamach seu galsamach & alsaich. Et Aui. prima primi de musculis epiglotis capit guttur per tracheam arteriã: & ita capiunt multi alii latini: sed multi dicunt guttur esse totam tracheam simul cum epigloti seu laringa: & aliqui dicunt guttur solũ esse epiglotim seu laringã: & aliqui uolũt ꝙ guttur solum capiatur ꝓ lingua fistule: quæ etiam dicitur gurgulio: sicut etiam tota trachea dicitur gurgulio: ut alibi monstratũ est. Sed Celsus libro. iiii. c. primo: uocat partem anteriorẽ colli guttur: & iudicio meo cum Celso est ambulãdum apud latinos medicos: distinguant igitur legentes dicta auctorum: & secundum opinionem cuiuscunqꝫ intelligant nomina: & hoc est difficile. quia quilibet non habet tẽpus paratum ad hoc: nec forte libros: parcant tamẽ mihi legentes si de gutture etiam alibi aliqua dixi: quia hoc feci ne ipsi decipiantur a nominibus. Et aliqui uocant hoc membrum iugulum: sicut Hali. licet iugulum sit aliud. Cõmuniter tamen & improprie dicitur epiglotis: ab epi græce ꝙ latine sonat idem quod supra: uel apud: & glotos lingua: quasi

supra uel apud linguā: proprius tamen epiglotis ui uoca/
buli indicat epiglotidam quæ est lingua fistule supra posi/
ta cimbalari cartilagini: de qua infra fiet sermo: & Arabicæ
laringa dicitur augena alias haugera: & hoc membrum.s.
laringa est ex substātia cartilaginea: & teste. G. viii. de iuua
mentis capitulo primo est non multe duritiei: est tamē du
ra ut uox sit sonora: & est cum aliquali mollitie ut uox nō
sit aspera: sed dulcis & amena: & ideo uidemus ꝙ pueri &
mulieres habent dulciores uoces: quia suæ tracheæ & suæ
laringæ sunt aliqualiter molles: & ut infra uidebitur natu/
ra ordinauit certam carnem adenosam supra seu infra lin/
guam fistule illi adherentem ad mollificandam epiglotim
seu laringam ut uox non sit aspera/ & etiam ne lingua præ
dicta exsiccať ex suo continuo motu/ & ut nō exsiccetur ab
aere ingrediente & exeūte. Epiglotis numero est unū mē
brum. Et. G. ibidem. c. ii. dicit numerum cartilaginum eius
dicendo ꝙ epiglotis non indiget minus tribus cartilagini/
bus/ neq; pluribus/ neq; paucioribus/ quia nō idiget ut nō
habeat nisi duos motus.s. motū per quē expāditur epiglo/
tis/ & per quem contrahitur/ & motum per quem aperiť
& clauditur/ & uterq; istorum duorum motuum fit per du
as iuncturas in duobus lateribus/ quare propter primum
motum fuit posita in utroq; laterum iunctura/ quæ est posi
ta inter primam cartilaginem & secundam/ & propter mo
tum secundum/ iunctura quæ est inter secundam/ & tertiā
cartilaginem/ & cum non indigeat tertio motu/ non indi/
get quarta cartilagine. G. etiā in libro de uoce dicit ꝙ epi/
glotis ex tribus cōponiť cartilaginibus inequalibus & dis/
similibus. Auicē. etiam prima primi capitulo de anatomia
musculorum epiglotis dicit in eo tātum esse tres cartilagi
nes. G. etiam. vii. de uti. c. xi. dicit laringam cōsistere ex tri/
bus magnis cartilaginibus/ non assimilantibus eis quæ se/
cundum tracheam arteriā/ neq; magnitudine/ neq; figura:
uidetur tamen uelle. G. ibidē ꝙ i laringa sint quattuor car/
tilagines/ seu quattuor membra: quia ultra tres primas car
tilagines componētes laringam/ dicit intra eam laringam
esse unum corpus ꝙ est figura simile lingue fistule/ cuius
substātia est membranosa/ & adiposa/ & dicit ꝙ in corpore
non est aliud tale membrum.s. cuius substantia sit adiposa

& membranosa/ & subdit ita quidem habet constructionẽ propria substantia laringe/ ex istis ultimis uerbis ego con/ cludo de mente. G. ꝙ uera substãtia laringe est composita ex quattuor cartilaginibus: quia in isto mẽbro quod dicit lingua fistule/ est aliqua pars cartilaginea teste sẽsu/ & teste G. octauo de iuuamentis. c. ii. & teste Mundino/ quæ est te cta coopertorio membranoso: & circa istud membrum est aliqua pinguedo, maxime in loco ubi ipsa alligatur cartila gini scutali. G. tamen in multis locis non dicit in isto mem bro esse cartilaginem: sed ad sensum i eo uidetur cartilago: maxime circa medium eius: quæ cartilago habet formam linguæ humanæ/ seu linguæ fistulæ: dico etiã ꝙ ad sensum uidetur ꝙ cartilago dicta cimbalaris/ non est una cartilago sola: sed sunt duæ cartilagines ab inuicẽ diuise: sunt tamen unite simul per certum panniculum satis solidum, sicut in fra dicemus/ ex quo ego isero ꝙ epiglotis componitur ex quinqꝫ cartilaginibus/ quæ cartilagines possũt distincte ui deri & monstrari ad sensum: præfacti tamen auctores & fe re omnes/ alii dicunt epiglotim seu laringam solum cõpo/ ni ex tribus cartilaginibus/ sed ipsi de cimbalari cartilagine non faciunt duas cartilagines sicut facit natura & sensus & ego/ & ipsi nõ ponunt epiglotidam. i. linguã fistule / pro substantia laringe/ sicut ego facio/ & ego multum miror de G. qui i eodem capitulo dicit laringam solum habere tres cartilagines: deinde dicit epiglotidam seu linguam fistule esse de substantia laringe/ & etiam miror de uno dicto a. G. viii. de iuuamentis capitulo primo qui dicit se dixisse in li/ bro de uoce ꝙ epiglotis est primum instrumentum uocis: & ꝙ est cartilago pura: deinde. c. ii. ibidem dicit/ corpus au tem quod est in interiori epiglotis simile lingue fistule: est primus instrumentorũ uocis: ex quibus uerbis ego de mẽ te. G. concludo/ ꝙ lingua fistule seu epiglotis uel epigloti/ da: necessario est in substantia laringe / & si sic est', necessa/ rio per prædicta/ in epigloti seu in laringa sunt quinqꝫ car/ tilagines: reducte tamẽ sunt a cardinibus medicine ad tres & huius causa est mihi ignota: ut igitur imitemur ueritatẽ sensus & non auctoritates/ dicamus nos esse quinqꝫ cartila gines in epigloti. Laringa situ est posita sub mẽto ante me/ ri: sua figura secũdum quosdam est similis capiti piscis mu

gili hoc tamen negant aliqui/ quæ tamen sit eius figura &
quantitas omnibus est conspicabile/ & est sensui credēdū.
Colligantia laringe est cum corde/ cerebro/ & hepate/ me/
diantibus neruis arteriis & uenis/ ad musculos/ & ad pel/
liculas eius uenientibus: sed est mirabilis colligantia inter
ipsum & meri: nā meri in suprema eius parte a parte poste
riori epiglotis est adeo firme ei alligatum/ ꝙ uidetur ut tu/
nica meri sit dispersa in laringa: & ideo est difficilis ab inui
cem earum separatio: tamen ferrum separat omnia mem/
bra corporis humani ab inuicem & facillime/ & est adeo fir/
ma colligantia inter meri & laringam: ꝙ dum meri moue/
tur/ mouet laringam/ nam teste Aui.xiii.tertii capitulo pri/
mo pāniculus interior meri est alligatus ab ore usq; ad po/
stremum uentris: ut attractio sit continua/ ex qua attractio
ne sequitur adiutorium ad subleuandum epiglotim/ seu la
ringam ad superiora cum fit deglutio cum extensione me/
ri ad inferiora: ita ꝙ epiglotis dicit ascendere: quando uilli
meri trahunt ad inferiora ipsum meri/ nam hoc est experiē
tia cōprobatum: ꝙ epiglotis ascendit quādo nos uolumus
deglutire: & suus ascensus est propter attractionem accidē
talem: quia secundum aliquos uilli meri trahunt ipsum ad
superiora hora deglutionis: ut cedat locum cibo descendē
ti in loco angusto: quia aliter per meri ad inferiora non de
scenderet cibus: quia epiglotis sua grossitie & duritie im/
pediret cibi descēsum/ natura igitur trahit sagaciter epiglo
tim ad superiora/ tanquam in loco amplo ne īpediat descē
sum cibi/ cum autem cibus est ingressus partem angustam
meri post laringam tunc descēdit epiglotis relaxato meri
a uillis & a musculis eius & sic fit deglutio/ & isto modo ue
rificatur dictum.G.in libro de motibus liquidis sicut dicit
Mundinus.s.ꝙ epiglotis hora trāsglutionis non mouetur
sursum quia aliquo modo moueatur ex se: sed quia trahi/
tur ab œsophago seu meri seu gula propter cōtinuationē
prædictam/ & ibidem a.G.c.x.de deglutione per diuersa
exempla habentur multa notatu digna .G. etiam .viii. de
iuuamētis membrorum.c.ii.dicit ꝙ in deglutione epiglo/
tis ascēdit & meri seu œsophagus descendit/ istis uerbis &
dico ꝙ epigloto quamuis sit cartilago circumquaq; tamē
non constringit œsophagum in hora transglutionis cibi:

quoniam œsophagus descendit ad inferius in hora trãsglu tionis/ & epiglotis superius ascendit / & sic diuersificantur eorum motus & situs in deglutione : & sic extremum œso phagi occurrit cãne pulmõis: & epiglotis occurrit palato. ℂ Nota lector quod multi putant laringam seu epiglotim sursum trahi a musculis existentibus in meri: & etiam a uil lis ipsius meri. Sed Nicolaus Leonicenus in suo libello in/ titulato de erroribus plinii multis suis rationibus ꝓbat me ri non habere musculos/ sed dicit epiglotim trahi ad supe/ riora uirtute naturali a uillis longitudinalibus meri/ ego ta men dico ꝙ mihi uidetur ꝙ epiglotis ascendat uoluntarie & hoc ad sensum patet cuicunq; ergo ascendit aliqbus mu sculis ipsum ad superiora trahentibus : & non a uillis solis meri/ & licet sit magna auctoritas illa. G. in libro de moti/ bus liquidis dum dicit ꝙ laringa nõ ascendit de se/ sed ascẽ dit quia trahitur sursum a meri: tamen quia in meri secun/ dum Leonicenum non sunt musculi: & nos uidemus larin gam seu epiglotim uoluntarie ascendere: ideo est dicendũ ꝙ non ascendit solum quia trahatur a uillis meri: sed ascen dit mediantibus aliquibus musculis: & isti musculi secun/ dum aliquos possunt esse aliqui musculi existentes in mẽ/ bris sibi uicinis sicut sunt musculi qui sunt in radice lingue alligati ossi laude: super quo mouetur lingua: uel est dicen dum ꝙ si epiglotis mouetur a solo meri ꝙ meri habet ali/ quos musculos quos negat Leonicenus: & q cupiunt hæc clarius uidere uideant Leonicenum & alios auctores: quia hic breuibus pertranseo ne sim in scribendo longus & te/ diosus doctis: sciant tamen docti ipsos aliquando fuisse ru/ des: & ideo sine indignatione patiantur si aliquid interdũ ampliuscule iuuenibus discendi cupidis ellaboratum sit. ℂ Qui bene cupit uidere talẽ anatomiã: debet separe tota liter epiglotim a meri : & debet relinquere aliquam partẽ tracheæ arteriæ unitam cum parte inferiori epiglotis pro pter dicenda: & debet excoriare omnes musculos qnos po test ab epigloti: maxime usq; quo possit uidere substãtiam cartilagineam epiglotis circũquaq;/ hoc facto debet opera tor incipere a parte anteriori & superiori epiglotis: & uide bit primo unam cartilaginem quæ est maior omnibus ali/ is: quæ ab Aui. uocatur peltalis/ & scutalis: seu ut ĩquit. G.

vii.de uti.uocatur scutiformis:uocatur etiã clipealis / quia habet figuram scuti seu clipei:peltalis etiam dicitur ab interprete Aui.quia pleta idem est ꝙ scutũ/ꝙ est corpus habens concauum & conuexum : sub quo tegũtur homines in prælio/ & ideo dicebat Virgilius primo Aeneidos.

Ducit amazonidum innatis agmina peltis.

Pantasilea furens mediisq̃ ꝙ in milibus ardet.

Et alibi.xi.Aeneidos dicit.

Pantasilea refert magnoq̃ ululante tumultu.

Fœminea exultant lunatis agmina peltis.

Hali.autem propter hoc assimilabat istam cartilaginẽ umboni. Vmbo.n.est media pars scuti : & hæc cartilago teste G.in libro de uoce est maior aliis.Situs eius est ab ante uersus superius/quia etiam ante uersus inferius est cartilago nomen non habens de qua infra fiet sermo/ & scutalis cartilago est illa quæ sub mento tangitur:quæ est eminentior pars gutturissiue gule.i.colli/ hæc cartilago est alligata cartilagini nomen non habenti ad partem posteriorem mediantibus certis additamẽtis quæ habet cartilago scutalis:'q̃ sunt quasi similia duobus adiutoriis humanis:& i quolibet latere est unũ'tale additamentum: quæ additamenta ligantur per propria ligamenta/ & talia ligamenta obedinnt aliqualiter dilatationi & constrictioni laringe:hæc etiam cartilago peltalis est alligata eisdem ligamentis cartilagini nomen non habẽti uersus tracheam arteriam/ nam cartilago nomen non habens est persecte circularis forme in parte inferiori:super quo circulo tanquã super uno annulo ;quiescit scutalis cartilago:& ita uidetur ad sensum.s. ꝙ mediantibus certis ligamentis seu panniculis ligamẽtalibus in parte anteriori & inferiori istæ duæ cartilagines sunt simul alligate:& in parte laterali uersus posterius in fine prædictoꝝ additamentorum:sunt etiam alligate : & sic uisa est figura: & colligantia cartilaginis clipealis : & operator cum ferro potest separare tales cartilagines in prædictis colligantiis absq̃ lesione alicuius substantiæ cartilaginis. Iuuamẽta huius cartilaginis simul cum aliis sunt formare uocem: & ista scutalis est exterius:teste Mundino ad defendendum epiglotim.Passiones omnium modorum potest pati.

¶ Visa ista cartilagine operator debet uiderẽ qualiter ei est

mirum imodum alligata lingua cartilago dicta fistula / sed antequã operator uideat aliquam particularem partem laringe / debet bene prius uidisse totam laringã ab ante: a retro / a superiori / ab inferiori: & debet bene scire nomina partium laringe / & debet uidisse earum partium / situ / figurã / & colligantiam / & numerum partium earum / deinde potest uidere in particulari totam laringam / & ita post quam supra est uisa in particulari anatomia cartilaginis scutiformis / debet operator uelle uidere primo anatomiam illius membri ꝙ uocatur lingua fistulæ quod ab Aui.ix.tertii uocatur algasamata / alias galsamach / licet multi dicant Auic. per algasamat nõ intelligere hoc membrum / sed sit qui uelit hoc dicens est in errore: quia in isto loco fauciũ non est aliud membrum ꝙ sit carneum & panniculare ꝙ cooperiat caput canne pulmonis nisi hæc lingua fistule. Dicunt tamen aliqui ꝙ algalsamach seu galsamach nõ potest esse lingua fistule / quia Aui. ubi supra dicit algasamach est caro pãniculosa annexa palato sub uua pendens cooperiẽs caput canne / & lingua fistule non est annexa palato / ergo non est algalsamach: ad hoc est dicendum ꝙ littera Aui. est corrupta: quia caro aliqua panniculosa non reperitur annexa palato pendẽs sub una / & ꝙ sit corrupta littera probatur per uerba Aui. ibidẽ: quia dicit & supra algalsamach est alsaich & est os habens quattuor latera: duo superius: & duo inferius / ista uerba monstrant ꝙ algalsamach non adhereat palato / si os alsaich est supra algalsamach / qa alsaich est os existens in radice lingue: quæ est infra palatum notabiliter / & ut sic algalsamach non adheret palato / ergo littera Aui. est corrupta / & id quod me magis mouet ad dicendum ꝙ algalsamach est lingua fistule / est ꝙ nullum aliud est mẽbrũ particulare circa finem palati / nec circa fauces ꝙ sit carneũ & panniculare cooperiens caput canne nisi lingua fistule / ideo lingua fistule erit algalsamach / hæc etiam lingua fistule uocatur coopertorium a Mundino / & gurgulio ab Hali. tertio theor. c. iiii. & a. G. i libro de uoce uocatur epiglotis: istis uerbis: uox autem non fiet nisi cum aer percutit primã dicit una littera alia ipsam epiglotim / & est posita supra caput tracheæ arteriæ ad modum instrumenti quo musici tibicenes utuntur. vii. etiam de uti. c. xiii. uocatur glotida: &

epiglosis & epiglotida/ & Ari.tertio de partibus i antiqua translatione uocat etiam hoc membrum epiglotim/ & epiglotidam/ & Theodorus uocat linguam/ & ita etiã Celsus libro.iiii.c.primo uocat etiam linguã laringe: & uocat ostium seu porta tracheæ/ & clausura epiglotis: & operator debet primo notare eius substantiam quæ est cartilaginea: teste.G.& ad sensum: etiam est pannicularis de natura coopertoriorum: est etiam carnea: eius tamen caro est pinguis teste.G.vii.de uti.c.xiii.& octauo de iuuamentis capitulo secundo dicit ꝙ hoc corpus est pingue ut humefaciat epiglotim propter suam humiditatem naturalem: & fuit eius humiditas uiscosa ut remaneat & non cito disoluatur: & talis humectatio in epigloti est necessaria ne exsiccetur ab aere ingrediente: & etiam ne hæc lingua exsiccetur a suo continuo motu.

¶Complexio huius mẽbri est participãs humiditate multa: pro quanto in eo est caro pinguis: & pro quãto in eo est panniculus & cartilago est participans siccitate: tamen alii qui dicunt ꝙ est calidum & humidũ: ego tamen teneo oppositum: figura eius est dicta: quia est figure lingue humane seu lingue fistule: dicit tamen.G.octauo de iuuamentis: &.vii.de uti.c.ubi supra: ꝙ esset melius assimilare linguam fistule huic membro: q̃ hoc membrum assimilare lingue fistule: quia natura est prior & potior arte. Et ideo recte dicebat Mundinus: sicut dicit.G.vii.de utilitate: ꝙ melius eẽt assimilare linguas fistularum artificialium huic membro: q̃ hoc membrum assimilare illis: & sicut dicit Mundinus eẽt conuenientius dictum: seu conuenientior assimilatio.

¶Numero hoc membrum est unũ: & solum animalia pilosa pulmonem habentia quibus nec cortex nec pena est teste Ari.tertio de partibus habent hoc membrum.

¶Quantitas huius membri est maior foramine laringe: teste.G.viii.de iuuamentis: & teste sensu: licet interdum uideatur minor: quia sue partes laterales contrahuntur.

¶Situ est supra os extremũ laringe: & sua pars acutior tendit uersus meri claudẽdo partem superiorem cartilaginis cimbalaris: in medio cuius cimbalaris maxime in parte superiori hæc lingua fistule est sita: est tamen colligata solum cum cartilagine scutali mediantibus duobus musculis quibus ipsa

bus ipsa mouetur/ & est aligata ad partem eius interiorem ab inferiori uersus superius semper cum ligamentis tenacibus/ & hoc uidetur ad sensū ab operatore si uult bene anatomizare omnes partes laringe/iuuamenra huius coopertorii sunt reuerberare & modulare aerem uocis percutiendo supra cimbalarem:iuuat ēt hoc membrū ne cibus seu potus in deglutiēdo descendat ad cannā pulmonis : & isto modo hoc membrum iuuat deglutionem/interdum tamē in risu: & i loquella dum comeditur:uel præcipitose comedendo aut ꝙ accidat cibo motus propter meri conturbatū descendit aliquid cibi uel potus ad cannam : & tunc uidet̃ ꝙ suffocetur homo & statim prouocatur intensa tussis. Iuuat etiam hoc coopertorium claudendo epiglotim : ne aer ingrediatur & exeat a pulmone & a corde : quando homo non uult aerem fœtidū attrahere:& quādo natat sub aqua & aliqui dicunt ꝙ tūc dyaphragma cessat a suo motu : sed ego dico ꝙ etiam tunc dyaphragma mouetur: quia mouetnr cor & pulmo:& pulmo mouet dyaphragma: leuiter tamen:& tunc cor trahit ad se eundem aerem quem miserat ad pulmonem: quāuis sit aer calefactus:& trahit etiam cor aerem ad se per arterias a porositatibus cutis: & isto modo reficitur cor:& etiam tunc.s.stante clausa epigloti euentat̃ aer super calefactus per arterias:quāuis hæc euentatio per arterias semper fiat:& isto modo euentationis homo suffocatus ab aliqua causa circa tracheā : potest aliquali tēpore uiuere:& isto modo uiuunt aliqui laqueo suspensi:qui si cito deponantur a laqueo possunt interdum uiuere : & isto modo ego uidi aliquos per laqueum ad gulam suspēsos ꝑ horā:qui uidebātur mortui:qui postea reuiscere: & hoc fuit quia cor euentabatur per arterias ad cutim: & forte ꝙ laqueus non cōstrinxit totaliter tracheam : isto etiam modo uiuitur per aliquod spatium in squinantia & in aliis suffocationibus. Passiones omniū modorum patit̃ hoc mēbrū.

¶ Visis istis duabus cartilaginibus iudicio meo primo est uidenda anatomia illius cartilaginis quæ dicitur cimbalaris:ab Auic. quæ est tertia cartilago epiglotis secundum eū quæ dicitur a.G.vii.đ uti.c.xi.antinoydea seu aritenoydea uel eritenoydea a similitudine ipsius figure ad ħas prochoas seu armillas quas euritenas quidā nominant:& ab Aui.

prima primi uocatur cartilago coopertorialis: & cimbala/
ris: & ab Alberto uocatur coniunctiua: iudicio tamen meo
Aui. prima primi & etiam in libris de animalibus uidetur
non cognouisse locũ cimbalaris fistule: quia ponit ipsam
claudere foramen supremum epiglotis: & illud officium fa
cit lingua fistule: & errorem Aui. solum potest cognoscere
qui sit ueram anatomiam epiglotis: nec ista indigent uer/
bo neq; scriptura: sed tactu & uisu: & sileant qui uolunt sal
uare Aui. qa in ueritate Aui. non cognouit bene epiglotim
& ratio est in promptu: quia Aui. non ponit linguam fistu
le concurrere ad uocem quam uocat algasamach seu galsa
mach. ix. tertii: nec assignat ei aliquos musculos nec prima
primi nec alibi: & tamen lingua fistule a. G. in pluribus lo/
cis ut supra patuit: ponitur pro principali instrumento uo
cis: quæ lingua fistule habet duos musculos: teste. G. vii. de
uti. c. xiiii. qui duo soli: teste. G. musculis systolantibus tora
cem resistunt: qui claudentes laringam apprehendunt glo
tidã. i. linguam fistule/ & ꝙ me mouet ad dicendum quod
Aui. non cognouit locum neq; operationes tertie cartilagi
nis ab eo cimbalaris dicta: neq; ꝙ cognouit bene linguam
fistule: est quia ipse. xiii. de animalibus capitulo de anato/
mia tracheæ arteriæ dicit ꝙ dum clauditur epiglotis poni
tur super ipsam cartilago cimbalaris: & non est uerum: sed
ponitur super ipsam lingua fistule.

¶ Nota tamen lector ꝙ hæc anatomia epiglotis seu larin/
ge: est posita tam a. G. quam ab Aui. & ab aliis multis mul/
tum intricata: sed secundum opinionem meam: & secũdũ
sensum: in ueritate epiglotis seu laringa habet quinq; carti
lagines ei seruiẽtes in uoce: sicut supra dixi: quarum tertia
posita ab auctoribus ponentibus in epigloti solum tres car
tilagines secũdum sensum est posita a me pro duabus carti
laginibus: & ita est: & ita post istas duas cartilagines sunt
aliæ tres. s. clipealis cartilago: & cartilago nomẽ non habẽs
& cartilago dicta lingua fistule.

¶ Nota etiam lector ꝙ sunt aliqui qui uolunt ꝙ Aui. intel
lexerit per cartilaginem cimbalarem linguam fistule: & ꝙ
posuerit ipsam pro tertia cartilagine: qbus ego respondeo
hoc esse impossibile: quia in libro de animalibus ubi supra
ponit linguam fistule & etiam cimbalarem i eodẽ mẽbro:

tamen ibidem non dicit utilitates lingue fistule: hæc tamē quæ dixi hic & alibi tam contra Aui. quā contra alios au/ ctores: dixi cum fiducia sensus: cum timore tamē: & hoc fa cio ut irritem iuuenes ad perquirendam uirtutem se exer/ cendo in libris auctorum: & in secando uiuorum & mor/ tuorum corpora ut inueniatur ueritas anatomiæ.

¶ Nota iterū lector ne decipiaris ab aliquibus nostris mo/ dernis qui intricant anatomiam cum auctoritatibus & nō cum sensu ꝙ sunt aliqui qui uolunt ꝙ algalsamach sint cer te pellicule quæ sunt in extremo oris uersus fauces a lateri bus alligate cum amigdalis quas ponit Aui. & non est uerꝫ quia tales pellicule non claudunt seu cooperiunt caput cā ne pulmonis sicut dicit Aui. algalsamach cooperire: sed ille pellicule prædicte sunt amigdalis alligate: & sunt ille quæ sunt arce aeris: quia sunt aliqualiter concaue retinentes in tra se aerem quando opus est & sua concauitas nō est sicut kystis: sed tales pellicule habent concauum & conuexum non spicum: & in concauitate earum retinetur aer: ideo ab Aui. amigdale dicuntur arce aeris: & tamen amigdale ipse non sunt arce: sed sue pellicule sole retinent aerem: qa ami gdale sunt corpora satis solida non retinentes in se aerem: sed retinet in se illam humiditatem quam debēt ad hume/ ctanda loca gule ne exsiccentur ab aere continuo attracto & respirato. Substātia cimbalaris est cartilaginosa: & ēt pel licularis: cuius complexio ponitur frigida & sicca: sua quā/ titas est maior quā lingua fistule: non multum tamen: sed est minor scutali: & nomen non habentis: figura eius est te ste Hali. ad stricturam magnam: idem dicit. G. i libro de uo ce. Numero hoc membrum licet uideatur unum: & faciat unicum officium: est tamen compositum ex duabus carti/ laginibus: quarum quælibet de per se separata a pelliculis eas ligātibus habet iudicio meo figuram cuiusdam instru/ menti: ꝙ dicitur furca seu furcula: quæ est in naui: super q̄ ponuntur remi ad mouendas naues: sua tamen figura est conspicabilis: quia omnino non est similis figure cum fur/ ca prædicta: & istæ duæ cartilagines sunt coniuncte simul per unum panniculum satis densum: & talis cōiunctio est ualde firma: & est talis firmitudinis ꝙ propter suam fortē colligantiam: dictum est ab auctoribus istas duas cartilagi/

nes esse unam solam: & quando istæ duæ cartilagines con stringuntur faciunt intra se unum foramen simile forami/ni fistule: & constringũtur quãdo homo uult facere uocẽ: & ita aer tunc transit per illud foramen factum ab istis dua bus cartilaginibus magis unitus: & iõ tunc melius fit uox: sed in puro anhelitu & in flamine sine ictu cimbalaris non constringitur: sed permanet aperta: & ita comprehenditur ꝙ cimbalaris ultra linguam fistule est principalius concur rens ad uocẽ quã aliæ cartilagines: & iste cartilagines clau duntur & aperiunt̃ sicut faciunt duæ aseres: una ab utroq; latere claudẽtes fenestram seu portam. Situ hæc cartilago est posita in interiori parte laringe: ad partem uersus carti/laginem nomen nõ habens: magis uersus superius quam uersus inferius: & sua concauitas quando clauditur est con uersa ad porum aeris. i. ad meatum anhelitus: teste. G. in li bro de uoce: & teste sensu: sua colligantia est cum cartilagi/ne nomen non habente: & est fortis inter istas cartilagines colligantia: ueritas est quãdo clauditur hæc cartilago cim/balaris: ꝙ prædictæ duæ suæ cartilagines occurrũt uersus peltalem: sed ipsi non alligantur: neq; continuant̃: teste sen su: & teste Aui. & Albertus dicit istam cimbalarem habere duo additamẽta in nominata: & est uerum ꝙ istæ duæ car tilagines habent in medio sui duo additamenta: quæ addi tamenta uertũtur unũ uersus aliud in medio sui corporis: & ista additamenta uocantur dentes a. G. in libro de uoce: & certe apparent ꝙ sint dẽtes canini: sed per ista additamẽ ta mediantibus ligamentis: istæ duæ cartilagines alligant̃ cartilagini nomẽ non habenti: & ista additamẽta sunt tãq̃ cardines super quibus uertuntur tales cartilagines eo mo/do ꝙ uertitur porta ad ostium domus: & licet multa de ista cartilagine sint tradita ab auctoribus: tamẽ a me satis i bre/ui sermõe est tradita. Sua figura: sua substãtia: sua quãtitas: suus numerus: suus situs dicta sunt: & etiam implicite sunt dicta eius iuuamenta: quæ sunt solum ad uocem forman/dam. Passiones omniũ modorũ potest pati hæc cartilago.
¶ Visa anatomia cartilaginis cimbalaris: seu cartilaginum ad aliam cartilaginem quæ nomen non habens uocat̃ siue cartilago innominata me conuerto. Et teste Zerbo de mẽ/te. G. vii. de uti. uocatur endinoydea: hoc nomẽ tamen ego

non inueni in.G.nec.G.imponit ei aliquod nomen: sed so lum uocat eam secundam cartilaginem: quia est secũda in ordine numerationis cartilaginum epiglotis secundum or dinem quem tenet.G.licet a nobis sit posita in ordine pro qnta & ultima cartilagine laringe: & hæc cartilago posset uocari cartilago perfecti circuli seu ãnularis: quia facit per fectum circulum ut infra dicetur:sua substãtia est cartilagi/ nea/ & numero est una sola cartilago : sua figura est circula ris sicut annulus/ maxime in parte inferiori uersus tracheã arteriam:& est teste.G.vii.de uti. strictior in parte supeiori quam in parte secundum quam tãgit tracheam : ita etiam dicit Hali.sua quantitas licet sit conspicabilis:tamen est mi nor peltali/ & maior aliis cartilaginibus/situ pars eius supe rior est uersus meri:& teste.G.viii.de iuuamentis.c.ii.cõ/ plet illud quod diminuitur ex prima cartilagine.i.ex pelta li de rotunditate.s.laringe:quæ est rotũda: quoniam illud quod occurrit œsophago ex epigloti/nõ est corpus ex ge/ nere coopertoriorum uel caro:sicut occurrit ex canna pul/ monis:sita est etiam hæc cartilago:teste.G.ubi supra uer/ sus suum inferius imediate supra ultimum anulũ tracheæ arteriæ/ & occurrit toti ipsi tracheæ:ex ãteriori/ & posterio ri/& dextro/& sinistro/& super istam cartilaginem a parte anteriori residet cartilago scutalis / est igitur hæc cartilago nomen non habens etiam in parte anteriori:maxime secũ dum illam partem eius circularem quæ annullo assimilatᷣ: & ita est ante:& retro:& per totũ a lateribus/ & hoc mani/ festissime uidetur ad sensum:ultra dictum.G. & ideo quia facit circulum perfectum sicut annulus posset dici:sicut su/ pra dictum est:cartilago perfecti circuli:seu annularis.

¶Colligãtia eius est cum peltali cartilagine in tribus locis s.inferius & a duobus lateribus:colligata est etiam cum tra chea:colligata est etiam firmissime cum meri: ut supra pa/ tuit:& mediante sola ista cartilagine totus epiglotis moue tur a meri/per prædictam colligantiam:sua complexio est frigida & sicca/iuuamenta huius cartilaginis est complere totã laringam ab eo a quo defecit peltalis cartilago. Iuuat etiam cum aliis cartilaginibus ad integrandam uocem / & omnes ꝑdictæ epiglotis cartilagines:teste Aui.xiii. de ani/ malibus sunt cooperte uno pãniculo satis dẽso:qui est cõ/

munis laringe & tracheæ: & hic pāniculus est obediēs mo tibus predictarum cartilaginum, est tamē durus ut resistat catarris, & aeri intranti & exeunti q̄lecūq; fuerit, aut purū aut in purum, & iste omnes cartilagines sunt mirabiliter i simul colligate per propria ligamenta ultra prædictum pā niculum: & habent proprios musculos mediantibus qui/ bus mouentur in necessitatibus: de quibus musculis remis si legentes ad Aui. & ad. G. in locis suis: licet de p̄dictis mu/ sculis multi alii auctores scribant. Passiones omnium mo/ dorum potest pati hæc cartilago, & hæc sufficiant de ana/ tomia neruorū reuersiuorū: & epiglotis: & musculoꝝ eius.

DE ANATOMIA LINGVE.

TEXTVS MVNDINI.

Expeditis his, quæ circa pulmonem et cannā eius et epigloti remanet lingua quæ substen tata est ab osse facto ad figurā litteræ laudæ. Habuit. n. in suo fundamento os, ut ab eo sustentetur et etiam quia diuersis et uariis motibus debet moueri, ut ei initiatur, et eidem affigatur, quia omnis motus lo calis debet esse ad aliquod fixum. Et hæc est causa qua re os istud fuit figure laudæ, quia si fuisset totum unū oblongū aut processisset recte deorsum, et tūc penetras set epiglotim uel meri, uel si stetisset a latere uno tunc lingua nō existeret directa sed ad idē latus ossis plicata. ¶ Scinde igitur linguam per medium, et uidebis plures magnas arterias, ad eam uenientes ut magnificetur, uide bis etiam duo paria neruorum motiuorum ut faciliter moueatur, qui magis profundantur in profundo et in

radice linguæ et ſenſitiuorum, qui in ſuperficie et pāni/
culo eius expanduntur ad dandū ſenſum, guſtus, et ta/
ctus, et ſic iam perueniſti ad anatomiā unius paris ner/
uorum motiuorum ortorum a cerebro, et unius paris
ſenſitiuorum in lingua.

COMMENTVM. XXX. CARPI.

IN ſuperiori textu Mundinus ponendo anatomiam linguæ duo breuiter facit. Primo ponit anatomiam cuiuſdam oſſis ſuper quo mouetur lingua. Secūdo ponit anatomiā linguæ: poſſent iſtæ duæ partes multiplici ter diuidi: ſed non eſt uis: quia littera eſt clara lege eam.
Sed ultra ea quæ dicit Mundinus de iſtis duobus mēbris a nobis dicentur aliqua notatu digna: & ſeruādo ordinem Mundini primo incipiemus ab anatomia oſſis laude: dein de de lingua fiet ſermo: licet forte eſſet melius incipere ab anatomia linguæ in oſtēſione anatomica quæ cōmuniter fit in ſcolis: quia primo occurrit lingua in oſtenſione dein/ de os lauda: tamen ſequemur Mūdinum. Et dico iſtud os uocari os laude: quia aſſimilatur litteræ λ laude græce. G. tamen. vii. de util. uocat iſtud os os yoydeum: quod quidē os non eſt iunctum alteri oſſi: ſed ſolum per certa ligamen/ ta ut infra dicetur iungitur cartilagini peltali uerſus cartila ginem nomen non habens: & iſtud os ab Aui. ix. tertii dici tur alfaich ſeu alſaich. Subſtantia huius oſſis non eſt multū dura: eſt tamen oſſoſa: quātitate iſtud os inuenitur paruū. Figura ſua ſecundum Zerbum & Mundinum eſt triangu/ lata: ad formam λ litteræ græce: & eſt figuræ talis ut meli/ us poſſit tenere linguā in medio oris: quia ſicut dicit Mun dinus ſi fuiſſet tantum unum os oblōgum: aut proceſſiſſet recte deorſum: & tunc penetraſſet ad epiglotim uel meri: uel ſi ſtetiſſet a latere uno: tunc lingua nō exiſteret directa: ſed ad idem latus oſſis plicata: ſed Albertus dicebat hoc os eſſe quadri laterū: quia dicit quod habet quattuor coſtas. Aui. etiam ubi ſupra dicit ꝙ habet quattuor latera: duo ſu/

perius: & duo iferius: & ita uidet ad sensum q̄ habeat quattuor additamenta: quorum duo sunt maiora aliis: illa uidelicet quæ sunt bifurcata uersus epiglotim: quæ cum sua bifurcatione uadunt a dextris & a sinistris cartilaginis peltalis: alia uero duo additaméta sunt minora quæ sunt uersus linguam: & lingua ab istis duobus ultimis substentatur in sui medio/ cũ sua uero extrema radice substentatur ab aliis duobus additamentis maioribus.

¶ Nota lector q̄ ista quattuor additamenta q̃ sunt in osse linguæ nõ sunt nisi in lingua magnorum animalium ut in pluribus: sed in homine/ tale os ut plurimum est triangulatum: interdum etiam est quadratum. s. habens quattuor p̃dicta additamenta.

¶ Situs & colligátia huius ossis sicut etiam supra dictũ est est ante epiglotim in gula: & cum sua magna bifurcatione amplectitur epiglotim & ei alligatur: ne substentando linguam: ipsa lingua labatur hincinde & ẽ ante epiglotim ad instar defensorii cum suis musculis alligatum & cum suis ligamentis: teste. G. vii. de uti. c. xix. dicit. n. super alatum autem in gibbis laringe hoc yoydeum os & multis mnsculis ad multas partes occultatum ab illis ipsis firmatur: ea quæ in omnibus est iuxta equipotens: sibi inuicẽ oppositos musculos operante: quoniam autem & abscindi quosdam & pariliticari horum musculorum cõtingebat: & maxime q̄ sunt ante laringam: & periculum erat in huiusmodi passionibus ad sottem peruenire: & a media regiõe laringe reuerti & conuerti ad plurimum uersus obliqua: melius putauit non solis musculis cõmittere equiparationẽ eius: sed construere quasdam fortes colligationes: harum igitur colligationum gratia: non erat contenta duobus lateribus yoydei: sed alias cartilaginosas apophises. i. colligationes rotundas uriq; lacertorum implantauit: & dicit ibidem. G. q̄ tales colligationes uadunt usq; ad meri: & ultra meri alligãtur uersus caput. Numerus partium huius ossis est quaternus ut prædictum est: quia quattuor habet latera seu additamenta. Complexio sua est frigida & sicca. Iuuaméta eius sunt multa: nam. G. ubi supra dicit hoc os habere maximas utilitates. Multi. n. linguæ musculi ex eo sũt: & ad sensum percipitur q̄ musculi eleuantes linguam fistulæ iplantant

in centro

in centro talis ossis:& teste Auic.multi musculi gutturis & linguæ implantantur ad istud os:istud os etiam tuetur cartilagines laringe:istud os etiam est basis super quo residet & moueť lingua/cui ipsa affigitur & alligatur/sui musculi sūt recitati a .G.ubi supra/& ab Aui.prima primi de qbus quia sunt difficiles ad ostendendum in ostensione cōmuni anatomica a me nō fiet alius sermo/sed Aui.ubi supra dicit ꝙ istud os habet proprios musculos / & habet etiā musculos cōmunes alteri membro/sed dicit ꝙ sui prorii musculi sunt tria paria/quos numerat/uide ibidem Aui. multi etiā alii auctores loquntur de istis musculis ad quos remitto legentes breuitatis gratia/passiones omniū modorū potest pati istud os & hæc sufficere uolo de anatomia ossis laude.

Lingua post prædictū os nobis occurrit q̄ est mēbrū organicum/de cuius custodia natura multū solicita fuit/& merito/qa lingua humana est incōparabile donum in quo diuina maiestas/in extimabili munificētia hominem inter cetera animantia tanquam legitimum filium est amplexata/nulla est.n.homini dos post ratiōem/q̄ e terra eum celitus constituat/sicut est illa regina rerū eloquētia/qua coartamur/persuademus/perteritos a timore abducimus/gestientes comprimimus/cupiditates/iras/restringimus/hæc nos socios facit/hæc uos auita in mani & ferra segregauit/nō ne est hæc amicitiæ cā/& dulcius amicitia nihil est:& ex hac ueniunt diuitie undiqꝫ pullulantes: quæ sunt hodierne felicitatis causa/hæc uictum dat miseris:hæc dat leges etiam polliticā economicā qꝫ docet: hæc docet argute:& ad delitias usqꝫ ita delectat afficiturqꝫ ut ꝙ de olimpio dictum est:non græciam modo sed uniuersa sete ualeat permiscere:in modulatum etiam celestemqꝫ exit cantum:hæc igitur omnia sunt diuine maiestatis munera: & licet dicatur multa mala ex lingua contingere.s.rixas/rāgores/odia/mortes/rapinas/& multa alia incōmoda: hoc non est principaliter a lingua: sed a rationis priuatione. Eius.n.substātiam fecit opifex summus:raram:fungosam: & mollem:in quo quidem paruo corpusculo: est neruorū multitudo:tum ad motum:tum ad sensum: uenarum etiā & arteriarum:teste.G.& Auic.in isto mēbro: & in uirga:est maior copia quā in alio membro sibi simili magnitudine.

Caro.n.linguæ est fere tota musculosa:mollis tamen:& lingua ultra propriam substantiam redditur mollis ab humiditatibus ei aduenientibus a cerebro & a stomaco : reddit etiam mollis per carnes glandosas existētes in eius radice: quæ semp sunt plene humiditate saliuali. Plurimo.n.motu & sensu indiget lingua:ideo in ea sunt multi nerui:plurimo etiam eget spiritu seu calore & nutrimēto : ideo habet multas & magnas uenas & arterias:substantia etiā linguæ uestitur panniculo uestiente totum os:& meri: & uētrem: & de suis uenis sub ea reperiuntur duæ uenæ notabiles : q̄ manifestantur in eius eleuatione quæ interdum sunt uirides:quæ nominantur ranine:quia in regione illa maxime sub lingua est interdum quædam substantia quæ assimilat capiti rane:sed aliqui dicunt tales uenas dici raninas : quia sunt uiridis coloris sicut sūt aliquæ rane:& istæ uenæ phlobotomātur in multis dispositionibus oris:& phlobotomātur ultimate in squinantia:& in apostematibus amigdalarum & nerui dantes motum linguæ sunt distincti a neruis dantibus sensum:& qui dant sensum tactus, dāt etiam sensum gustus : teste.G.iiii.de interioribus.c.ii. & aliqui dicunt q causa propter quid citius corrumpitur gustus quā tactus i ore:est quia gustus est magis subtilis & inuestigatiuus: tactus uero est materialior:& grossior : sicut sensus uisus est i materialior & subtilior aliis sēsibus:& post uisum subtilior est auditus:sicut odoratus est grossior post tactum : & situs neruorum gustus est in superficie linguæ:nerui uero motus sunt acentrati:teste.G.x.de iuuamētis : & nerui gustus ueniunt a tertio neruorum cerebri:teste.G.iiii.de interioribus:&.ix.de uti.c.vii.qui uero dat motum ueniunt a septimo pari:de istis neruis uide.G.x.de iuuamētis.c.v.sub lingua uersus illam partem ubi est finis suæ colligantiæ: teste Hali.tertio theoricæ.c.xvi.& teste Aui.vi.tertii.c.primo:& teste.G.xi.de uti.sunt duo orificia seu ora seu fontes a quibus exit saliua & duo habitacula saliue uocant:etiā ab Aui. dicuntur generatiua saliue : & in illis orificiis ingreditur stilus: teste Auicē.& teste sensu:& taila orificia aperiuntur & constringuntur per suas pelliculas sicut clauditur & aperitur bursa:& interdum aliqui chirurgici ignorantes propter aliquod opus manuale faciendum in isto loco incidē-

do aperiunt talia orificia: taliter q̃ sue pellicule non pos/ sunt postea claudi tempore debito: & tunc perpetuo uelit uel nolit patiens ille: semper est cum ore pleno sputamine & ego habui tales casus præ manibus: quos fõtes deuasta/ uerat quidam Cursor de Vercello Baptista uocatus uolen do curare ranulam sub lingua: & tales fontes implantãtur ad carnem glãdosam quæ est sub lingua uersus radicem q̃ est multa: & est semper plena sputo: suscipiens illam humi ditatem a uenis sibi propinquis: quæ uenæ sunt illæ quæ nutriunt cerebrum: & ideo in eis est multa humiditas: qa cerebrum nutritur sanguine phlegmatico: & talis humidi/ tas præstat iuuamentum linguæ ne exsiccetur in suis moti bus: & etiam ne exsiccetur ab aere ingrediente os: & nulla est caro glandosa in corpore in qua sit tanta humiditas si/ cut in ista gratia prædicti finis.

¶Complexio linguæ respectu partium eam componenti um redditur calida & humida. Color eius est rubeus: teste Hali. propter carnem eius musculosam & propter multitu dinem sanguinis arterialis & uenalis in ea contenti & pro/ pter subtilitatem sui panniculi: figura linguæ est omnibus nota: & ita etiam quantitas: & etiam situs eius: tamen teste Arist. primo de hist. aut lingua est lata: aut angusta: aut me/ diocris: melior tamen lingua est illa quæ est secundum po/ tentiam loquendi: cõmensurata in longitudine sua & in la titudine: teste Aui. vi. tertii. Numero licet lingua uideatur unum membrum est tamen duo membra: teste Rabi pri/ ma suorum aphor. aphor. xxi. superius in medio habẽs cõ/ missuram nerualem: & est membrum ac si esset compositũ ex duabus linguis: cõmuniter. n. natura creauit sensus du/ plices: ut si contingat nocumentum uni parti q̃ non cõtin gat alteri: & teste Auic. cutis supetrensa lingue est diuisa p longum in duo latera: idem dicit. G. xi. de utilit. c. x. & pro pter istam dualitatem dicit in lingua esse duas arterias: & duas uenas: & dicit ibidem. G. q̃ non fuit lingua diuisa in duas partes in homine propter masticationem & propter loquellam: sed rationabiliter dicit suas duas partes esse uni tas: & conuenerunt in idem/ sui nerui/ sue uenæ: & sue ar/ teriæ. Iuuamenta linguæ/ ultra prædicta in principio sunt iuuare reuolutionem cibi in ore: nã teste. G. xi. de uti. c. iiii.

lingua uelut manus mutat & uertit cibum in ore: dicit etiã viii. eiusdem. c. v. ꝙ lingua iuuat loquellam : masticationẽ: & deglutionem: lingua etiã renuit inimica gustui: & acceptat amica: de musculis linguæ remitto legentes ad Auic. prima primi qui dicit eos esse nouem: & dicit eorum loca & figuram: & sua iuuamẽta. G. etiam in libro de anatomia uiuorum: & alibi loquitur de istis musculis: & dicit eos eẽ. ix. & fere omnes auctores idem dicunt ad quos uolo ꝙ habeatur recursus. Passiones omnium modorum potest pati lingua. Et hæc sufficiant pro anatomia linguæ: & partium eius. Et in isto loco etiam finem impono anatomiæ uentris medii: de quo laudetur qui trinus & unus est.

DE ANATOMIA VENTRIS SVPERIORIS .S. DE CAPITE.

TEXTVS MVNDINI.

His expeditis assũme caput quod est uẽter postremus continens membra animata, et specialiter cerebrum quod caput est ĩmobile, et ideo caruit musculis situs eius est pars superior corporis. Causa autem eius situs est supradicta.

¶ Et ex his apparet primum. s. substantia eius, quia de se ossuosum est potius quam musculosum.

¶ Apparet secũdo situs et locus eius, et ex prædictis et sequentibus apparebit colligantia eius.

¶ Apparet tertio quantitas eius, quia hic uenter in homine est magnæ cõcauitatis respectu aliorum animaliũ eiusdem quantitatis cum homine, quia habet cõtinere cerebrum, quod maius est in homine quam in aliquo

animali eiuſdem quantitatis. Et debet habere uentricu-
los maiores et etiam magis diſtinctos.

¶ Quarto figura et forma capitis apparet, quia eſt figu
ræ ſpericæ leuiter compreſſæ ex utraqꝫ parte, ita ꝙ ſecū
dū anteriora et poſteriora tuberoſitates quaſdā habet,
ſecundum dextrum uero et ſiniſtrum habet planiciem.
Cauſa autem quare fuit figuræ rotundæ leuiter tamen
compreſſæ ex utraqꝫ parte eſt, quia talis eſt omnium
capaciſſima, et quia ipſa nō poteſt tangi niſi in puncto
et per conſequēs a rebus exterioribus eſt tuta. His duo
bus indiguit caput, quia debet eſſe capaciſſimum pro-
pter cerebrū, et quia eſt ualde diſpoſitum extrinſecus
a nocentibus, debet eſſe tutum ab eis, quare figuræ fuit
ſpericæ, non tamen fuit perfectæ figuræ rotūdæ, ſed de
preſſæ ex utraqꝫ parte propter uētriculorum cerebri di
ſtinctionem, et propter ortum ſenſuum particularium
a parte anteriori, quare fuit figuræ prædictæ.

¶ Et ex his apparet quintum quod conſueuit inquiri
in anatomia cuiuſcunqꝫ membri, ſcilicet iuuamentum
eius, quod eſt cōmune et generale continere membra
animata, et ſpecialiter cerebrum, et orta ab eo.

¶ Sequitur ſexto et ultimo uidere numerum partium
eius, partes autem capitis ſecundum Auicennam tertio
canon. fen. prima capitulo primo ſunt. x. ſ. capilli, cutis,
caro, panniculus exterior, craneum, panniculi intrinſeci
duo, cerebrum, duo panniculi inferiores, rete mirabile,
os baſilare, et adde. xi. ideſt orta ab eis.

¶ Capilli in capite fuerunt generari ex neceſſitate mate-

riæ et ex necessitate finis. Ex necessitate materiæ quia cũ caput sit caminum totius corporis recipit fumosas superfluitates a toto corpore quæ sunt materia pilorũ, et ideo per cutim eius egrediuntur et formantur pili magni qui dicuntur capilli. Necessitas finis fuit, quia cum caput sit expositum rebus exterioribus alterantibus habuit capillos ut per eos tueretur a nociuis extrinsecis alterantibus.

¶ Cutis capitis grossa est, quia capilli debent esse firmati et fixi ĩ ea, q debẽt habere radices magnas et grossas, et ideo cutis grossa fuit, et etiam eẽt uelamẽ et scutum ossis et cerebri, cum super craneum non sint musculi.

¶ Caro autem apparet in fronte ĩ temporibus et circa mandibulas.

¶ Eleuata cuti a craneo apparebit tibi panniculus exterior factus propter tria iuuamenta, unum ut craneum a cuti et cutis a craneo sine medio non tangatur. Secundum ut craneum per hunc panniculum sentiat. Tertiũ ut per hunc panniculũ dura mater suspẽdatur craneo, quia hic panniculus generatur ex neruis et ligamentis oris a dura matre penetrantibus per cõmissura et poros cranei extra craneum, ex quibus contexitur panniculus hic exterior.

COMMENTVM. XXXI. CARPI.

IN præsenti textu Mũdinus postquã determinauit de anatomia uentris inferioris: & de anatomia uentris medii. Incipit determinare de anatomia uẽtris

ſuperioris.ſ.de capite:& hic ſuus textus diuidit̄ i duas par/
tes principales.In prima nāqꝫ parte:tractat de capite i uni/
uerſali:dicendo ꝙ in capite ſunt membra animata & ſpe/
tialiter cerebrum:& ponit eius capitis ſitum:& eius ſubſtā
tiam:& quantitatem:& figuram:& eius iuuamenta:& nu/
merum partium eius:quas partes dicit eſſe decem:auctori
tate Aui.prima tertii:& numerat eas:dicit tamen ꝙ partes
capitis ſunt.xi.addendo illis.x.unam partem.ſ.orta a capi/
te:ſicut ſunt nerui & nucha. In ſecunda uero parte tractat
de capite in particulari nnmerādo aliquas ex prædictis.xi.
partibus.ſ.capillos:cutim:carnem:& panniculum exterio
rem capitis:& dicit materiam capillorum:& cauſam fina/
lem eorum:& dicit ſubſtātiam cutis capitis:& ſua iuuamē
ta:& dicit ſitum carnis capitis:dicit etiam iuumenta panni
culi exterioris:& dicit ſubſtantiam ex qua componitur ta/
lis panniculus:& dicit unde ueniat talis ſubſtantia. Secun
da ibi:ſequitur ſexto & ultimo uidere numerū partiū eius.
Iſtæ duæ partes poſſent diuidi:ſed nō eſt uis littera eſt cla/
ra lege eam.

¶Sed ultra quæ dicit Mundinus de capite in uniuerſali &
in particulari a nobis aliquid dicetur.Et primo dico caput
ſic dici:teſte Varrone:eo quia in iſto membro ſenſus initiū
ſuum uere capiunt:a græcis caput dicit̄ cephas:uel cepha
le:& adorienſibus dicitur cotida:dicitur etiā clipeus & ſcu
tum cerebri.Caput.n.ſecundum Caſium felicem eſt arx ſū
ma corporis:& honorabile ac neceſſariiſſimum domiciliū:
& ſecūdum Thimeum eſt honoratior pars corporis cui re
liqua mēbra parent iure merito:& Conciliator diffe.xcvii.
dicit caput eſſe membrum diuinum imo diuiniſſimum:cū
in eo habitet anima rationalis:& in capite fit ſtrenutamētū
ꝙ eſt ſignum augurale ſacrum & ſanctum:teſte Ariſto. pri
mo de hiſto.c.xi.Et caput eſt organicum & nobiliſſimum
membrum:quia ipſum eſt locus & habitatio animæ ratio/
nalis:teſte.G.locis aſſignatis in catalogo noſtro de nomini
bus membrorum:& Plato dicebat in Thimeo caput nō ſo
lum principale:ſed etiam totum in corpore nuncupauit.
Caput.n.in homine habet locum arcis:ob cuius dignitatē
dicunt aliqui:ꝙ illis quibus a nobis exhibetur reuerentiæ
cultus:his caput noſtrum aperitur & detegitur in ſignum

ꝙ totum corpus præbet his reuerentiam. Maior pars substantiæ capitis est ossosa/ & in capite pro ut in præsenti caput capitur a Mundino non est facies sed tantum sunt in capite pili/cutis/caro/pericraneum/craneum panniculi intra craneum/ & cerebrum cum suis uentribus/ & rete mirabile/ & os basilare/ complexio eius secundum aliquos / & maxime secũdum Nicolum est frigida & sicca: frigidior tamen quam siccior. Ari. tamẽ secundo de partibus.c.xiiii.dicit in capite ẽe multũ de calore: sed aliqui dicũt caput esse ualde humidum/ & hoc probant per exeuntia : ista tamen sunt alibi declaratam:figura eius est optime tacta a.G. secũdo techni maxime bona figura:& a multis aliis etiam est tacta : optime dicit etiam eam Mundinus: & dicit causam talis figuræ:situs eius:teste Ari.primo de histo.c.xv. superiorem situm corporis obtinet : quia homo ad uniuersi orbis habitum institutus est . Ideo habuit partem istam.s. caput respondentem parti sublimi uniuersi:sua quantitas est etiã nota:quæ autem sit eius bona quãtitas dictum est a.G.in pluribus locis. Iuuamentum capitis principale est teste.G. ut contineat oculos in alto:& dicit ꝙ caput est factum propter oculos. Aliqui tamẽ uoluere ꝙ caput esset factum propter cerebrum:& hic fuit Ari.& aliqui uolunt ꝙ sit factum propter utrunq;:quæ nam opinio sit uera adhuc sub iudice lis est.Passiones quæ possunt uenire huic membro sunt omnium modorum.

Viso capite in uniuersali ad eius partes numeratas in isto textu a Mundino est deueniẽdum : & primo ad capillos qui non sunt inter partes essentiales capitis quia non sunt membra.Capilli enim dicti sunt capitis pili. Materia pilorum:teste.G.secundo de complexionibus est humidum uiscosum:& etiam Aui.prima primi dicit materiam pilorum esse fumositatem congelatam:sua tamen uiscositas non est multa:& pr[illegible] hoc aliqui dicunt illã materiam esse terrestrem:Et secundum aliquos causa efficiẽs intrinseca capillorum est frigiditas cutis:& ossium capitis: extrinseca uero causa est aer exsiccans causa remota efficiens est calor eleuãs fumos a toto:& propter hoc est maior copia pilorum in corpore calido & humido:teste Aristo.secũdo de partibus.c.xiiii. qui dicit in capite propter calorẽ

plurimum

plurimum & humiditatem plurimam multos generari pilos: & ibidem dicit ꝙ homo omnium animalium maxime est piloso capite: causa necessitatis materiæ: & causa præsidii, quia cerebrum humanū est magnum: & ideo magnā cautellam desiderat quam faciunt capilli: in infantibus.n. & in eunuchis & in mulieribus non est multa copia piloꝝ: quia non abundāt calore nimio: etiam humiditas impedit ortum pilorum: sicut nimia humiditas supra terrā impedit ortum herbarum: & ideo circa ulcera ualde humida cadūt pili: & est signum difficilissime cure: quia superflua humiditas impedit cōsolidationem ulcerū: ut patet quarta quarti.

¶Nota lector teste Hali. secundo theoricæ. c. xvi. ꝙ pilorū duplex reperitur modus in genere: nam quidam sunt qui generantur ex necessitate materiæ: alii sunt qui generant gratia finis: est etiam notandum de mente Auer. secundo colliget. c. viii. ꝙ cōmunis utilitas omnium pilorum corporis: est ꝙ ipsi mundificant corpora a superfluitatibus serosis quæ conuertuntur in materiam pilorum: & ita mundificant corpus: sicut lupini mundificant malas humiditates a terra: ut illud ꝙ postea seminatur sit ĩ suo ortu purius: sed ultra istam cōmunem utilitatem illi pili qui generant a natura gratia finis: habent utilitatem spetialem: quia qdā sunt ad ornatum solum: ut pili supercliorum & palpebraꝝ qui non fiunt ex necessitate materiæ & loci: sed propter ornatum solum: quod apparet: quia ibi non est multa materia: propter densitatem loci: sed capilli sunt propter utrūq; nam in cute capitis aggregantur multe humiditates superflue & fumi ascendētes ad caput: tāquā ad caminum in domo: ad quod tendunt fumose superfluitates totius: & etiā cutis est rara propter quā raritatē materia figitur ĩ ea: & sic generantur pili a causis prædictis: & ex fine naturæ: capilli etiam generantur ad ornatum primo: & secundo ad defensionem ab extrinsecis: pili uero ascellarum inguinum pectinis & similium partium: generantur gratia materie magis & propter raritatem loci: qa talia loca sunt emulctoria cordis & hepatis.

¶Nota etiam lector ꝙ in generatione pilorū ex parte agētis: teste Dino in de natura fœtus: est differentia: nam pili qui generantur ex necessitate naturæ. i. gratia necessarii si-

nis:generantur a uirtute informatiua:si uero generent ma
gis ex necessitate materiæ quã ex intentiõe naturæ:nõ ge/
nerantur a uirtute iformatiua:& hoc apparet quia ea quæ
fiunt propter finem in corpore animato:fiunt a uirtute ge/
neratiua:sed pili qui generantur ex intentione nature: fiũt
propter finem in corpore animato:ergo. Maior patet quia
in generatione animalis concurrunt duo agentia.s. uirtus
generatiua:tãquã agẽs principale:& calidum cũ quo agit
ꝙ est tãquã instrumentum:calidum autem habet duplicẽ
actionem. Determinatam & regulatam a fine: & actionem
indeterminatam nõ regulatã a natura gratia finis sed gra/
tia materie. Actio.n.caloris regulate a fine generat pilos p/
pter finem:sicut sunt pili superciliorum & palpebrarũ ca/
pitis. Actio uero in regulata generat pilos gratia materiæ:
sicut sunt pili ascellarum & inguinum : maxime si materia
sit parata & uie apte:sed est etiam aduertendum:ut habeat
uera notitia generationis pilorum:ꝙ duplex est intẽtio na
turæ in generatione membrorum:una est prima:& alia se/
cunda:prima intentio est generatio membrorum animato
rum:quia cum uirtus generatiua sit uirtus animei ideo pri
us generat membra animata:& propter istam actiõem nõ
generantur pili:sed generantur per secundã:quia pili non
sunt animati:nec sunt membra sed superfluitates: & sũt ge
niti ad bene esse.s.ad tuendum & ad ornatũ uel ad utrũq;
& membra animata generantur a calore naturali in quãtũ
calor naturalis ẽ regulatus ab anima:pili autem generant
a calore naturali in quantũ calidum naturale:non tamẽ re/
gulatum ab anima:& ex hoc comprehẽditur quare aliqui
pili crescunt:& abscisi & euulsi regenerãtur/ & hoc non fa/
ciunt membra:quia non habent materiam sibi uniformẽ:
& etiam uirtus informatiua non est æque fortis sicut erat i
utero matris. Et ob hoc etiam pili augentur in mortuis:nõ
tamen generantur in eis:teste Arist.tertio de hist.c.xi. & ra
tio quare pili augẽtur in mortuis est:quia ut dictum est:ad
generationem pilorum concurrit superfluitas quæ est eo/
rum materia:& agẽs ꝙ est calidum naturale:modo tale au
gumẽtum fit a calido in quãtũ calidum magis:quã inquã/
tum calidum naturale:& propter superfluitates ibi existen
tes:quia circa principium quãdo sunt nouiter motui: mul

ta superfluitas conuertitur in fumum:in quam agit calor q remansit in corpore:tãquã calor elementalis' existens i mixto non animato:& ideo pili augentur & prolongant: sed non regenerantur:& ideo etiam dicebat Arist. tale augumentum fieri aliquãdo in senescentibus & in ægris:& hoc propter multas superfluitates in eis genitas ex indigestiõe & propter debilitatem calidi innati tales superfluitates cõuertuntur in fumum, & exalant:& ultimo coagulãtur a frigido:& in mortuis nõ possunt generari pili:quia in eis nulla est uirtus animæ:nec calor in eis est tantus ꝙ possit eleuare materiam in fumum:nec etiam alibi est materia apta: quia condẽsatur post mortem:& pori sunt stricti: sed bene augẽtur:quia a principio statim post mortẽ ut ꝑdictum est multa superfluitas conuersa fuit in fumum: quæ cum illo calore elementali potest esse causa prolongationis pilorũ: sed non noue generationis.

¶Complexio capillorũ est siccior omni alia parte corporis:teste Auic.prima primi:capilli tamen sunt flexibiliores ossibus propter suam subtilitatem & uiscositatẽ:figura eorum est nota:sua quantitas est secundum complexionẽ hominis:& secundum naturam cutis:& ideo possunt arte minui & augeri capilli:situs eorum est notus:colligantia sua ẽ cum cuti. Iuuamentum capillorum est tueri caput a frigore:& etiam a sole:sua tamen iuuamẽta etiam dicta sunt ab Auerroe:quia mundãt corpus a malis superfluitatibus:ornant etiam corpus:& aliqui sunt ad defensionem oculorũ: ut supercilia & cilia:& in uiro pili sunt in facie gratia ornatus dicunt multi:mihi tamẽ plus placet facies sine pilis seu barba quã cum barba:& multi dicunt feminas esse formosiores uiris:quia carent barba:sed ego credo ꝙ pili in uiris sint in facie gratia materiæ magis: quia in corporibus uirorum & maxime calidorum est barba:i frigidis uero nõ est: est bene uerum ꝙ ultra materiam cõcurrunt etiam alia ad generationem pilorum:quia sunt aliqua corpora i quibus non generatur pilus:propter nimiam raritatem pororum sicut etiam non generatur in cicatricibus propter dẽsitatẽ earum:multa etiam alia concurrunt ad defectionem pilorũ sicut meminit Aui.vii.quarti capitulo primo:ad quem locum de pilis:& de nocumentis eorum omnino remitto le-

gentes: & ibi in ista sen habetur omnes dispositiones quas possunt pati pili: & uolo hæc sufficere de pilis.

De Cuti Capitis.

Substãtia cutis capitis est ualde grossa: & est grossior quacunq; alia cute & est etiam dēsa & solida & grossa propter pilos. In substantia cutis capitis sunt rami neruorum dantes ei sensum: teste. G. x. de iuuamentis mēbrorum. c. v. istis uerbis: ad cutem autem in qua sunt capilli perueniunt ex omnibus membris neruorum superiorū rami parui distincti latentes similes filis tele aranee ut per eos sentiamus: sicut per alia mēbra corporis: cutis autem frontis quia mouetur uoluntarie indiget ramis manifestis sensui quoniam sub cute frontis est musculus fortis tenuis ad quem perueniunt ex multis neruis partes multe: & cutis ista non potest separari ab isto musculo sicut separatur i aliis membris. Aui. etiam prima primi de anatomia neruorum nuche colli: dicit q secundum par neruorum dat sensum tactus capiti: & in ista cute secundum aliquos per totū est quædam substãtia carnis cuti permixta teste sensu: hoc tamen melius comprehenditur in uulneribus capitis quādo intumescunt licet sit pauca: & in temporibus: & in fronte sub cuti sunt aliqui musculi: & ideo in fronte & in tēporibus uidetur maior quantitas carnis ratione musculorum in fronte & in temporibus existentium: & ideo ibidem uulnera sunt magis dolorosa quā alibi: quia ibi est sensus ratione cutis & ratione musculorum. Cutis capitis in complexione quia est aliqualiter carnosa est calidior aliqua alia cute siccior tamen est in parte anteriori quā i posteriori: quia teste Nicolo cutis capitis habuit plus de substantia carnis in parte posteriori quā in parte anteriori: & hoc fecit natura ne pars posterior cerebri magis sicca quā anterior: ab extrinsecis superflue exsiccaretur propter cuius oppositū facta fuit siccior i parte anteriori: figura cutis capitis: & situs & quantitas eius est nota: numero est una cutis exterior: & alia interior: sicut sunt alia cutes: sed secunda est uera cutis: Iuuamentum cutis est uelare pericraneum: & craneum: ut sit ei scutum. Iuuat etiam ad retētionem pilorum: sua gros

sitie & soliditate: dat etiã sensum capiti licet diminutum. Passiones omnium modorum patitur cutis capitis: & iter alias patitur tineam, & fauum/alopitiam/tiriam/surfures: & multa alia recitata ab Aui.vii.qrti:& ab aliis auctoribus.

De Carne Capitis.

CAro sub cuti capitis a Mũdino nõ ponit nisi in frõte & in temporibus: quæ quidem caro est musculosa: de quibus musculis fiet sermo in anatomia frõtis:& temporum loco suo. Nicolus tamen tertio sermone ponit carnem aliquã sub cuti:& maiorem quãtitatẽ in parte posteriori quã in anteriori:& dicit sicut supra patuit ꝙ ẽ maior copia carnis in parte posteriori quã i anteriori: ut ab humiditate carnis tueatur cerebrum ab extrinsecis exsiccãtibus:& ideo dicit caluitiẽ fieri in parte anteriori & non in posteriori: propter maiorem siccitatem cutis esse in parte anteriori quã in pȯsteriori:& ad sensum etiam in uulneratis in capite uidetur ꝙ in parte suprema capitis & alibi ultra frontem & tempora sit caro:& ideo dicunt aliqui Nicolum optime sentire.

¶Nota tamen lector ꝙ iudicio multorum sub cuti capitis non est aliqua caro distincta a cuti maxime exceptuado tẽpora & frontem: nam teste Arist.secundo de partibus.c.x. in capite/nec ante/nec retro sub cuti est caro: sed si est aliq̃ caro. Illa caro est mixta cuti:& est pauca: & taliter cuti mixta ꝙ ab ea separari non potest:& ideo dicunt auctores ꝙ sub cuti nõ est caro: est bene uerum ꝙ cutis capitis est grossa & grossior in parte posteriori quã in anteriori: & quãuis in labiis uulnerũ capitis uideatur aliqua caro: propter hoc secundum aliquos illa caro non erat ibi talis ante uulnera: sed dicũt ꝙ est caro ibi genita post uulnus in porositatibus uenarum & arteriarum cutis:& ꝙ sit uerum: patet in uulneratis sub craneo: sub quo iter eum & duram matrem nõ est aliqua caro:& tamen dura mater apparet carnosa quando debet generari orosbot: quæ tamen est pura membrana:& hoc nõ est propter aliud/nisi quia a porositatibus dure matris exit sanguis: qui coagulatur in carnem: & ꝓpter hoc ibi apparet ꝙ sit caro: & uera caro: tamen naturaliter

nõ erat ibidem prius caro nisi mixta cuti quæ caro est pauca: & ita multotiens sicut diximus in nostro libello de fractura cranei: aliq decipiunt uidẽtes ibi sub craneo carnẽ generari: qui non putant ꝙ sit uera caro: sed putant ꝙ sit dura mater apostemata: & tãquã ignorantes forte præcipitãt in cura: uidemus etiam inter substantiam & cranei & aliorum ossium generari carnem: & tamen prius nõ erat ibi caro: igitur est concludendum ꝙ in capite nõ est caro nisi eo modo quo dictum est supra exceptis temporibus & frõte quæ est ibidem tãquã in musculis existẽtibus in istis locis necessitatis causa: & hæc sufficiant de carne capitis.

De Panniculo exteriori Capitis.

Post cutim & carnem extra os capitis occurrit quidã panniculus circũuoluens totum dictum os uocatum craneum, qui panniculus uocatur circum ossalis mẽbrana: & sic etiam uocantur omnes alii panniculi circũuoluentes ossa: & hic panniculus a Galeno. viii. de uti. c. ix. uocatur pericraneum membranum: & ab Aui. quarta quarti uocatur almocati: & cõmunis usus uocat istum panniculũ gingiam matrem: & pãniculum seu membranam exteriorem capitis: largo modo etiã uocatur siphac, & peritoneõ: & est panniculus durus prout ego uidi millies experientia locus eius est exterius super craneo sub cute: & sub carne ubi caro est: sua substantia est ea quæ aliorum panniculorũ & ita sua cõplexio: sua quantitas, & figura eius: sequitur figuram & quãtitatẽ capitis, numero hic est unus panniculus solus: iuuamenta eius sunt ne cutis a craneo, & ne craneum a cuti sine medio contangatur: ne inuicem lædãtur: Iuuat etiam iste panniculus: teste Mundino & Nicolo: ut craneum sentiat, iuuat etiam ut per istum panniculum dura mater suspendatur craneo, nam secundum quosdam: & maxime secundum. G. ix. de iuuamentis. c. v. hic panniculus generatur ex neruis & ligamentis ab ipsa dura matre ꝓdeuntibus per poros cranei: qui expãsi super manifestum: teste occurrunt & copulantur adinuicem, donec sit ex eis coopertorium unum: ꝙ continet manifestum totius testæ: idem dicit. G. viii. de utili. c. ix. & istis ligamentis medianti-

bus alligatur & suspenditur dura mater craneo ad itra per totum sicut facit iste panniculus exterior ad extra per totũ sicut diximus in nostro libello de fractura cranei. Et ita apparet colligantia huius pánículi. Passiones omnium modorum potest pati: & hæc sufficiant de isto panniculo.

DE ANATOMIA CRANEI.

TEXTVS MVNDINI.

CRaneum est os magnum circundans cerebrũ exterius, in concauitate cuius existit cerebrũ locatum, et ideo magnum est hoc os ĩ homine sicut et cerebrum ꝙ uelatum est partibus prædictis propter necessitatem dictam et uelant etiam cerebrum propter necessitat em eandem.

¶ Istud craneum non fuit unum et continuũ sed partes habuit, et hoc propter multa. Primo ut si fieret nocumentum in una parte alteri non cõmunicaret uel toti. Secundo ut fumositates possent per iuncturas extra craneum expelli. Tertio ut uirtus medicaminum tempore necessitatis possit ad substantiã cerebri penetrare.

¶ Iste partes continuatæ sunt iuncturis, quæ uocantur adoreæ. s. seratiles, nõ. n. fuerunt nodatiles quia non debent moueri illa ossa, sed fuerunt seratiles ut firmiorem facerent colligantiam, et ideo dentales sunt, et fuerunt duplices, scilicet ueræ et mendosæ. Mendosæ sunt duæ scilicet in utroq; tempore una, et dicuntur mẽdose, qa non penetrant interius, sed tantum apparent exterius.

Vere uero sunt tres sicut tres sunt uentriculi, scilicet coronalis facta ad modum coronæ.

Sagittalis prorumpens secundum longitudinem ad modum sagittæ uel lineæ.

Et tertia est adorea lauda quæ continuat craneũ posterius, quod est figuræ laudæ, et fuit figuræ istius os posterius, quia cerebrum posterius est figure piramidalis, quæ sit causa istius apparebit in anatomia substãtiæ cerebri posterioris.

Et ex his apparet ꝙ in genere quinq; sunt ossa capitis, scilicet os frõtis, duo parietes cranei, os laudæ, et basilare quod statim uidebis.

Et ex his patet quod sit iuuamentum cranei et partium eius, et egritudines eius sunt omnium generum. Potest enim pati malam complexionem, apostema, et solutionem continuitatis, in qua nota ꝙ ipsa est periculosa quando discoopertum est aeri exterius alteranti, et maxime si fiat in loco iuncturarum, et specialiter in loco qui dicitur bregma, et est pars mollior, et gracilior q̃ sit ĩ craneo et tardius induratur ĩ pueris, et hoc est quia ibi fit coniunctio siue unio duarum cõiuncturarum.

COMMENTVM. XXXII. CARPI.

IN isto textu post quam Mũdinus determinauit superius in uniuersali de capite, & in particulari de aliquibus partibus essentialibus eius: sequendo ordinem suum: tractat in particulari de osse capitis: quod os uocat craneum: & hic præsens textus diuiditur in tres partes principales. In prima namq; parte tractat de craneo aliquo

modo

modo uniuersali/dicendo quid sit craneum/ & dicit suam quantitatem/ & dicit qualiter in eo est locatum cerebrum: & dicit causam propter quid craneum & etiam cerebrum est uellatum prædictis partibus.s.pilis cute/carne:& pericraneo membrano. In secunda uero parte tractat etiam de craneo sed minus in uniuersali quam in prima parte/dicēdo ꝙ craneum non fuit unum os cōtinuum sed ꝙ habuit partes: & recitat causas talium partium/in tertia uero parte dicit anatomiam partium cranei in particulari/ numerādo iuncturas prædicti cranei in particulari per quas est disiunctum & non unum: & dicit iuuamenta prædictarū iuncturarum:& dicit ægritudines quas potest pati craneum: & dicit ꝙ est periculum in solutione eius si exponatur aeri & maxime si læsio est in bregmate. Secunda ibi: istud craneum non fuit unum & continuum. Tertia ibi: istæ partes continuate sunt iuncturis:istæ omnes partes sunt clare alia expositione neqꝫ alia diuisione indigentes ut patet in littera lege eam.

❡Sed ultra ea quæ de craneo a Mundino dicta sunt:a nobis secundum solitum aliquid dicetur. Et primo dico sicut dictum est in catalogo:ꝙ totum illud os capitis ꝙ est a supciliis:& a naso:& ab auribus supra:quod est concauum rotundum in quo continetur cerebrum cum suis panniculis illud dicitur craneum seu cranion ab Auic.prima primi doctrina quinta:summa prima.c.ii.& ita cōmuniter tenēt alii auctores:idem uidetur uelle Aui.prima tertii.s.ꝙ os continēs cerebrum dicatur craneum:sed prima primi ubi supra c.iii.uidetur uelle:ꝙ tātum duo ossa quæ sunt in suprema parte capitis in medio uerticis dicant craneum licet implicite hoc dicat:tamen si ponderentur eius uerba dicit craneum est factum necessario rarum:& dicit alia ossa capitis eē dura.s.os posterius:& os frontis:& ossa lateralia : nec talia ossa sunt porosa sicut illa duo ossa antedicta quæ sunt i medio supreme partis capitis:& talia ossa uocantur a.G.xi. de uti.c.xx.ossa bregmatis:& Iacobus de partibus super prima primi.c.iii.ubi supra dicit etiā ꝙ Aui.per craneum intellexit illa prædicta duo ossa facientia cōmissuram sagittalem quæ ossa a multis uocātur ueruália:eo quia sua cōmissura in eorum medio cōiuncta cum coronali est similis ma

nubrio terebelli seu uertellie ut tarelle: sicut cõmissura hæc cõiuncta laude similis est sagitte. G. etiam. vi. ingenii. c. vi. tenet ꝙ craneum sit ex prædictis duobus ossibus in supma parte capitis existentibus: quãdo dicit scio nãq; ꝙ caput cu iusdam uidi craneum cuius fractum erat & os quod tẽpo/ra dicuntur passum est: tunc tempora dimittẽs os ꝙ in cra/neo erat incidi & eger sanitati restitutus est & adhuc uiuit: ecce ꝙ. G. ponit differentiam ab ossibus temporum: ab os/sibus cranei quæ sunt ĩ supre ma parte: & ideo craneũ duo/bus modis capitur: uno modo pro toto osse continente ce/rebrum: in quo teste. G. xi. de uti. c. xx. ponitur etiam os ba silare. Alio modo sũmitur pro illis duobus ossibus raris a q bus fit sagittalis cõmissura: quæ ossa a. G. uocantur ossa bre gmatis: & ab Hali. ossa uerticis: tamen uirtute nominis cra/neum est totum os capitis: quia craniõ est idem ꝙ durum siccum contentiuum in se aliquid: sicut testa: & in isto loco cranion est os continens cerebrum: & ita cranion seu cra/neũ uel cranium: & testa olla/capitis/calua/cytos/ scutum & clipeus cerebri sunt idem: & sunt tãquã sinonima & idi/cant os capitis. Substantia cranei est ossosa: licet non sit æq̃ dura ubiq; sicut sunt multa alia ossa: nam ossa suprema ca/pitis ante dicta non sunt sic dura sicut ossa lateralia quæ pe trosa dicuntur: nec ita dura sicut os frontis: nec sicut os lau de: nã teste. G. xi. de uti. ubi supra: ossa bregmatis sunt duo & sunt laxa: & propterea in capite desuper iacent & conti/nentur utiq; a duris ossibus & densis: quæ parietes dicunt & parietes sunt duriores: quia sunt expositi læsionibus. ra/ro. n. contigit aliquem cadere super capitis cacumen. Et te ste. G. x. de iuuamẽtis. c. ii. factum fuit craneum totum po/rosum: licet sit in aliqua parte porosius sicut in supmo eius ne si fuisset densum suo pondere cerebrum grauasset & to tum corpus: neq; craneum fuit ualde tenue ut posset custo dire id quod sequitur eum ex membris: quoniam res quæ potest transire per eum de facili perueniret ad alia mẽbra sequentia propter paucitatem spissitudinis & breuitatem spatii: & propter hoc non fuit tenue neq; spissum: idẽ dicit . G. ix. de uti. c. ii. & craneum & suum meditulium secũdũ aliquos fuit creatum porosum sirãgosum: & cauernosum: ut in suis porositatibus sanguis reseruaretur/qui cranei nu

trimentum est: & hic sanguis est ille qui exit in rasparioni/ bus & trepanationibus chirurgicalibus: Iudicio tamē meo ille sanguis non est in cauernis illis: sed est in ramis uenarū & arteriarum trāseuntium per craneum: & etiam ita uidet uelle Auic. quarta quarti. c. de fluxu sanguinis: quando di/ cit de facili cōstringi sanguinem in arteriis cranei: & ad sen sum uidetur per expertos in chirurgica operatione: ꝙ san/ guis non uenit a cauernis cranei: sed a certis poris paruis i eo existentibus qui sunt pori uenarum & arteriarum tran/ seuntium per eum: & in craneo etiam sunt notabiles pori uenarum & arteriarum in multis locis: locum quorum nō sciunt nisi ualde experti in anatomia: & tales pori satis no/ tabiles sunt iuxta cōmissuram sagittalem ab ambobus late ribus per totum secundum lōgum: & hoc potest uideri ad sensum in craneis: ad intra quos. s. circa superficiem iterio/ rem apparet unus canalis ab utroq; latere cōmissure sagit/ talis: in quo canali alligātur craneo uenæ duræ matris per poros satis notabiles: i osse etiam basilari sūt foramina ma/ gna per quæ ingrediuntur ad intra craneum uenæ & arte riæ: sed tales antedicte cauernositates in craneo sunt ut cra neum sit leue & porosum: per quos poros debent fumi ce rebri ad extra riuari: & quia i aliquibus partibus cranei re/ periuntur cauerne notabiles: & sunt tales ꝙ uidetur ut cra neum sit duplicatum: ideo aliqui dicunt craneum habere duas tabulas: & ideo cōmunis chirurgicorū usus dicit uul/ nus esse exclusiue uel inclusiue usq; ad secundam tabulam nihilominus hoc dictum est uulgare: quia si bene in aliqua parte craneum uidetur esse duplicatum propter hoc non habet duas tabulas: quia si haberet duas tabulas ueras ha/ beret quattuor superficies: & non habet nisi duas superfi/ cies tersas & pulitas satis: unam uersus duram matrem: & aliam uersus pericraneū: & si tales superficies fuissent aspe/ re sicut medituliium: teste. G. ix. de uti. c. primo raderent & uulnerarent sibi uicina membra. s. pericraneū: & durā mi/ ringam. Et quamuis natura fecerit in craneo multas sutu/ ras: tamē pro resolutione omnium uaporum & fumorum corporis ad caput ascendentium non fuere sufficientes: & propter hoc fecit poros alios multos: & ideo dicebat. G. at uero uidebitur innane factum fuisse craneum sirangosum

sufficientibus suturis ad trāspirationem fumorum & uapo
rum qui feruntur sursum in directo earum: sed non suffici/
unt ad reliquorum qui multo plures sunt: sunt igitur mul/
ti pori in craneo per quos resoluuntur uapores: & ut supra
monstratum est per quos etiam alligatur dura mater peri/
craneo. Substantia igitur cranei per prædicta potest assimi
lari spongiæ: quæ substantia est circa tempora subtilior: q̃
in posteriori: est etiam craneum subtile in bregmate: & in
aliquibus est tale ꝙ quasi pericraneum attingit duram ma
trem: quia sunt aliqua corpora in quibus tale os ultimate
concrescens tardat suum cōplementū usqꝫ ad pfectā ætatē.
¶ Nota tamen lector ꝙ corpora quæ non utuntur aliquo
coopertorio seu bireto supra caput suum habent craneum
grossius & durius quā alia corpora. Et ego uidi hoc multo
tiens experientia in trepanādo eorum capita: quia in simili
bus corporibus non portātibus biretum: sicut sunt cōmu/
niter uillici: & ignobiles personæ: natura sibi ipsi succurrit
ad tutellam cerebri ingrossando craneum & eum induran
do: & ob hoc patresfamilias a pueritia non deberent pone
re aliqua coopertoria uel leuissima capitibus puerorum ut
natura non relinquæret caput in fortificādo eum: quia cū
natura percipit in aliquo membro iuuamētum ab arte nō
succurrit illi membro multum abunde: sed diminute: & iō
natura fortificat craneum abunde in non portātibus caput
coopertum: & ita etiam sunt multi qui debilitant stomacū
suum supra ponendo ei coopertoria: quæ si non ponerent
natura ingrossaret cutim & alias partes ante stomacum ad
sui tutellam: est igitur imitanda natura: nec est impediēda
ab arte: & hoc notent in experti: complexio cranei est frigi
da & sicca. Color eius est albus: sua quantitas est conspica/
bilis. Habet. n. continere magnum membrum in homine:
nam in homine cerebrum est longe maioris mollis quā in
alio animali sibi simili magnitudine: teste sēsu: & teste Ari.
quia homo est animal prudentissimum cerebrū habuit ma
gnum. Figura sua est rotūda a lateribus leuiter compressa:
sicut dicit. G. secundo techni: faciens proram & pupim: &
ista est sua bona figura: male autem capitis figure sunt isti
contrarie: & fuit talis figure: teste Hali. quia rotunditas est
maioris capacitatis: fuit ēt talis figure craneum: teste Auic.

ut esset magis tutum a nociuis: quia rotundum non tangi-
tur nisi in puncto: & ita percussio de facili labitur: habet ta-
men craneum aliqualem lōgitudinem: & fuit tale quia cū
eminētia anteriori tuetur oculos & neruos odoratus: & cū
eminētia posteriori tuetur nucam: & propter talem formā
sit melior uentriculorum cerebri distinctio: & ideo qui ha-
bent caput longum habent uentres distinctos & bene dis-
currunt: qui uero habent caput rotundum, habent uentri
culos confusos & male discurrunt: & ideo dicebat Conci-
liator ꝙ ianuenses & aliqui ex partibus galliæ: erant confu
si in operationibus intellectus, quia dicebat obstetrices &
alios prædictorum locorum comprimere capita īfantium:
& arte dare capitibus eorum formam rotundam in supre-
ma parte acutam: forte ꝙ Ianuenses illud faciebant tēpore
Conciliatoris: sed nunc prout a fide dignis accepi de præ-
dictis nihil faciunt: sicut etiam apud nos non datur forma
aliqua capiti nisi illa quæ datur a natura: quæ autē sint ma
le forme cranei seu capitis ad longum de eis loquitur. G.
ix. de utili. c. xvii. q auctoritate Hip. ponit quattuor figuras
capitis, tres malas, & unam naturalem: quæ tangitur a. G.
secundo techni: quæ est rotunda ad latera leuiter compres
sa: Easdem figuras ponit Auic. prima primi de mente. G. &
Hip. ad quæ loca remitto legentes.

¶ Numerus ossium capitis non est unus sicut in capite ca-
nis, teste Ari. tertio de hist. c. vii. sed calua i homine est osse
cōpacto serraturis multis, quibus redditur quasi cōtinuū
non fuit tamen unum sed partes habens gratia necessitatis
antedicte, tum etiam si contingat puttefactio uel nocumē
tum uni parti illud nō cōtingat alteri: teste Aui. & . G. ix: de
uti. c. xvii. istis uerbis, est igit: & propter hoc utile ex mul-
tis ossibus compositum esse craneum, ut si aliquando pla-
gatum rumpatur. Multotiens. n. talia contingunt nō usq
ad totum rupture eius procedant sed detineātur & cessent
secūdū illas partes eius quas & ipsum plagatum os cessat.

¶ Nota lector ꝙ ex isto textu comprehēditur ꝙ si lædatur
caput in parte una ꝙ non potest lædi in opposita, sicut etiā
diximus in nostro libello de fractura cranei de mēte Pauli
& Dini, tenentes contra multos Modernos, qui uolūt tāq
ignorantes ꝙ si lædatur caput in parte anteriori: ut etiam

poſſit iterdū lædi in parte ſibi oppoſita/& in noſtro libello
adduximus ratiões quæ poſſunt elligi ex prædicto textu.
G.ſ.ꝙ cõmiſſura impedit tranſitum rupture ab una parte
ad aliam/ & ſi bene ut inquit Nicolus interdum aliquis ui/
det læſionem i locis duobus ſibi oppoſitis / hoc eſt ſicut di
cit Dinus de fractura cranei: quia fuere duæ cauſæ primiti
ue rumpentes.ſ.una a qualibet parte. Fuit etiam craneum
non unum os ſed plura oſſa/ teſte Conciliatore diff.xxxix.
& teſte Aui.prima primi propter diuerſitatem ſuam indu/
ritie/ & molitie raritate/& denſitate/groſſitie/& denſitate:
fuit.n.neceſſe partes laterales & poſteriores cranei eſſe du
riores/ quia ſunt teſte.G.xi de uti.c.xix.expoſita caſibus &
percuſſionibus/ſuperiores uero ſunt molliores quia non
ſunt læſionibus ita apte ratiõe ſui ſitus : nam ibidem dicit.
G.ꝙ multotiens homines moleſtantur a lateribus capitis:
& dicit ꝙ nullus cadit ſuper ſūmitatem faciliter/neq; prō/
pte percutitur ſecundum hanc partem ſupremam capitis:
ſunt etiam rariores propter uapores ad eos aſcendētes / &
de numero particulari oſſium.G.xi.de uti.& Raſis primo
Almāſoris: & Auer.primo colliget ſunt cõcordes a quibus
aliqualiter uidetur Aui.diſcrepare:tamē implicite Aui.eſt
cõcors cum eis/ſi bene ruminētur eius littere/& Albertus
tenet opinionem Aui.quam tamē cõfundit ſicut facit mul
ta alia/&.G.& alii excepto Aui.& Alberto dicunt oſſa capi
tis.ſ.cranei eſſe ſeptem/ſimul ſecū ponēdo os baſilare : ſed
ſine oſſe baſilari ſūt.vi.& ea ita numerat.G.xi.de uti.c.xx.
inquit:quæ igitur bregmatis nominantur duo exiſtentia
& laxa/ & propter ea in capite deſuper iacent & cõtinētur
undiq; a duris oſſibus & dēpſis / a retro quidē ab eo quod
eſt ſecnudū ocipitium/ ab ante uero ab eo quod eſt ſecūdū
frontem ab utrinq; uero quæ ſecundum tempora rationa
biliter diſtincte ſunt limitatiõibus.Septimum autem ultra
hæc eſt id quod eſt ſecundum palatum/ꝙ quidē ſuperio/
ris gene/quidam uero capitis exiſtimāt iniacēs ambobus
ad inſtar cranei:ſunt igitur ſecundum .G. & ſequaces oſſa
cranei ſeptem/duo quidem ſuprema interdum craneum
& oſſa uerticis & bregmatis nominata/quæ habent in me
dio ſui cõmiſſuram ſagittalem/ & duo oſſa lateralia petroſa
ab Aui.dicta & os frõtis unū:& unū os occipitii/& ſeptimū

quod est basilare.

¶ Nota etiam lector q sunt aliqui & est Zerbus ex illis/ & sunt etiam multi alii qui diuidũt ossa cranei in multas par/tes/nam dicunt ad intra caput esse in medio basilaris uer/sus frontem & nares certum os ad instar criste galli/qui di uidit aliqualiter cerebrum in dextrum & sinistrum in dire cto narium:dicunt etiam ossa paris esse ossa faciei & nõ cra nei: post aures etiam ponũt certe eminẽtie ossose clauales seu acuales dicte/quibus implantantur corde certorũ mus culorum/ista tamẽ ossa : teste Conciliatore magis distingũ tur figura & officio quam per cõmissuras & per essentiam sicut etiã distinguitur os anche in multa nomina per figu/ram/ & per locum/ sicut supra patuit in nostro catalogo/ & sicut dicit Alexander medicus. Ossa tamẽ totius capitis ex ceptis dentibus teste.G.xi.de uti.c.xx.sunt.xviii.s.septem cranei & nouẽ gene superioris & duo mãdibule inferioris.

De Ossibus Bregmatis seu Verticis.

SVnt in uertice capitis duo ossa: in quorũ medio est linea seratilis cõmissura sagitalis seu uerualis dicta/q ossa a.G.dicta sũt ossa bregmatis/& ab Hali.ossa uer/ticis/ab aliquibus ossa cacuminis : ista tamẽ ossa Aui.&.G. vi.ingenii uocãt craneum/substantia horum est laxa/rara porosa/& talis ut uapores possint resolui/& ut ligamenta dure matris & pericarnei inuicem firmentur/ut utrunq p dictorum panniculorũ firmiter adhæreat craneo/ uel sicut dicit Zerbus/ ut saltem ligamenta dure matris ueniãt usq ad siringas cranei intrinsecas ut suspenderent illic duram matrem/sed teste.G.ut supra patuit illamet ligamenta trã seunt ad superficiem exteriorem cranei: & componunt pe ricraneum/figura prædictorom ossium est quadrãgularis: lata:extensa:ut faciant cacuminem cranei : situs eius est in cacumine:declinando unum eorum ad dextrum : aliud ad sinistrum:in medio eorum est cõmissura seratilis sagittalis dicta : & hæc duo ossa uersus latera eorum uersus inferius superequitãt a duobus ossibus lateralibus : & ista duo ossa bregmatis subtiliantur in illa parte in qua superequitãtur: & ista superequitatio facit cõmissuram non ueram sed mẽ

dosam: seu cõmissuras duas: unam a quolibet latere: subti-
liantur etiam illa duo ossa superascendentia prædicta ossa
bregmatis: & ex ambobus subtiliatis & simul supra & ista
positis i loco talis cõmissure redditur craneum æquale ac
si esset unum os: & prædicta quattuor ossa inuicem iuncta
sicut squame integrãt craneum ac si esset unum os solum:
& quãuis ista ossa lateralia inferiora sint dura: tamen etiam
habent aliquos poros: quibus mediantibus alligatᷣ craneo
dura mater: tamen dura mater est magis alligata craneo in
parte superiori quã in lateribus: est tamen alligata aliquali
ter per totum etiam supra os basilare: colligantia prædicto
rum ossium est cum pericraneo: cum dura matre: & cũ aliis
ossibus sibi uicinis mediantibus cõmissuris: est tamen ma-
gis contiguitas quã ꝯtinuitas in prædictis membris: & per
uenas & arterias hæc omnia membra alligãtur cordi & he
pati: & per panniculos cerebro.

De Ossibus Parietalibus.

OSsa parietalia: sunt ossa temporum a. G. xi. de uti. c.
xii. lapidiformia dicta: & c. xviii. squamiformia: ab
Hali. ossa dicuntur lapidea: & Aui. uocat ossa petro
sa. Substantia eorum est dura ut lapis: ut resistant percussio
nibus ibidem occurrere aptis: spissiora tamen sunt uersus
aures: quia uersus ossa bregmatis subtiliata sunt ut supra
ponantur eis: sua figura tendit ad quadrangulum/ non ta-
men tantum sicut faciunt ossa bregmatis: numero sunt
duo: situ sunt unus a dextris alter a sinistris: & secundum
aliquam partem super equitant ossa bregmatis: ut supra
patuit/ propter quam super equitationem aliqui putant
ꝙ non sint inter ossa principalia cranei/ sed re uera talia
ossa tangunt secundum magnam partem eorum duram
matrem/ & sunt inter uera ossa cranei/ quia si sic non essent
craneum non esset undiqꝫ solidum/ planum/ & continuũ
seu cõtinguum/ & inter uera ossa cranei ea numerat. G. cũ
suis sequacibus cuius opinionẽ semper tenemus nisi ubi
discordat ab ipso sensus/ colligantᷣ hæc ossa cum ossibus
bregmatis in parte superiori p cõmissurã corticalẽ/ & etiã
in parte inferiori colligantur per cõmissuram corticalem
cum aliis

cũ aliis ossibus petrosis in quibus sunt aures/sed cõmissura sua superior est quasi incomphẽsibilis inferior uero est notissima/ quæ ossa aurium etiam dicũtur petrosa/ quia dura & lapidea sunt/a parte uero anteriori colligantur cum osse frontis/a posteriori cum osse laude.

¶Nota tamen lector ꝙ sunt multi:& Aui. est ex illis qui credunt ꝙ ossa in quibus sunt foramina auriũ sint illa duo ossa petrosa lateralia:sed nõ est sic imo differunt / & talia ossa sunt supra ossa aurium:nam ossa auriũ ut patet ad sensũ uidentur esse partes ossis basilaris/ & os basilare nõ est unũ os/sed plures habet partes ut infra dicetur/ sed supra talia ossa auriũ/inter ipsa & ossa bregmatis ab utroq; latere / est unum aliud os durum satis/quod non est æque porosum sicut ossa bregmatis/ quod per unam cõmissurã mẽdosam unitur ossi bregmatis/& talis cõmissura est isto modo .s. ꝙ hoc os inferius superequitat os bregmatis/ quæ tamen cõmissura est uix perceptibilis/propter quam fortem unitatẽ & bonam coniunctionem & in perceptibilem uisionem cõmissure multi putãt ꝙ ossa bregmatis a uertice descẽdãt usq; ad ossa squamosa aurium/ & decipiũtur/quia teste .G. ossa lateralia sunt duriora ossibus bregmatis/per rationem alibi supra assignatam/ & ꝙ hoc sit uerũ ad sensum apparet imediate/ꝙ supra ossa aurium substantia cranei sit magis densa/& compacta/ & dura/quam sint ossa bregmatis circa cõmissuram sagittalem ab utroq; latere per quattuor digitos/ & omnino ad sensum uidetur esse a certum uestigiũ ligature seu cõmissura in craneo a quolibet latere descendendo a uertice uersus aures/per quãtitatẽ ad minus quattuor digitorum per latum : deinde ab ista cõmissura iterũ descendendo ad latera capitis: sunt ossa lateralia prædicta: lata ad minus p tres digitos in latum/ quæ ossa superequitantur ab ossibus lateralibus in quibus sunt aures / & talis cõmissura in superequitatione ista ultima:est satis manifesta:& ita i quolibet latere sunt duæ cõmissuræ mẽdosæ/ & corticales/ & dicat oppositum qui uelit quia sensus sic est: & in anatomia locus ab auctoritate contra sensum non habet ueritatem/est bene uerum ꝙ auctores dicunt ossa temporum : & ossa aurium superequitare ossibus bregmatis: sensus tamen negat hoc. Et iterum dico esse multos aucto/

res ex modernis: qui dicunt ossa temporum esse ossa paris: & aliqui dicunt de mente Aui. ꝙ sunt duo: ut Conciliator & Zerbus: & aliqui ꝙ sunt quattuor: ut Iacobus de partibus: tamen de mente Aui. prima primi ossa paris non sunt illa ossa temporum in quibus sunt aures: quæ numerátur ab eo inter parietes capitis: & iudicio meo ossa paris non sunt nisi duo: unum. s. ab utroq; latere: & talia ossa paris sũt cõtinua cum ossibus aurium: & sunt duo ossicula quasi rotunda: grossa sicut est medietas minimi digiti: quæ ossa uadũt ab ossibus auris uersus illd̄ os qd̄ facit malas seu poma faciei: & cum tali osse faciei coniungitur per cõmissuram seratilem: & tale os paris uadit secundum longitudinem tẽporum. s. secũdum anterius & posterius capitis: & istud os cum osse pomorum faciei facit certum antrũ supra os cranei in quo locátur musculi mouẽtes maxillam inferiorem: qui indigent magna custodia: quia si lædantur: ut inquit Iacobus de partibus inducunt spasmos febres rigores stupores & desipientiam: quoniam sunt ualde propinqui cerebro: & hoc totum dicitur a. G. xi. de uti. c. iii. & ideo non male & non sine ratione/ uulgares timent uulnera talium locorum/ quæ etiam sunt timenda ratione arteriarum ibidem existentium: & de istis ossibus & de istis musculis uide Iacobum prædictum/ qui optime dicit: ipse tamen non cognouit cõmissuras antedictas/ nec ossa prædicta/ & in rei ueritate numerus ossium capitis positus ab auctoribus est intricatus/ & non multum cõfert medico esse sic uel sic: iõ remitto legentes ad auctores: ut se confundant: sed de ueritate qui uult certificari/ uadat ad cimiteria & coquat inter/ dum capita de recenti anatomizata & sic certificabitur qa ego non possum concordare opiniones auctorum sup̄ hoc sed iudicio meo exceptis ossibus aurium: in capite sũt duo ossa frontis/ & duo laude ut' infra dicam/ & duo bregmatis: & duo parietes antedicti supra ossa auris: & ossa aurium/ q̄ sunt partes ossis basilaris: iudicio meo quia pro parte substentant cerebrum: & ego de numero ossium capitis ponã silentium: quia ego non sum cócors cũ aliis: maxime quia ego solus uideor ponere ossa duo superflua: ultra alios auctores: in ceteris sum concors cum. G. & sequacibus.

De Osse Frontis.

OS frontis & os coronale est illud quod est ab oculis supra usq; ad coronalē cōmissuram: substantia eius est teste Hali. temperata in duritie tamē est satis dura: & inter ossa dura capitis ponit: respectu tamen bregmatis ossibus est dura: & est subtilior i parte superiori: & istud os uersus nares in parte inferiori est secundum certam partem diuisum in duas tabulas secundum anterius & posterius habes in se satis notabilem uacuitatem: & in ista uacuitate est aer complātatus propter odorem qui alteratur ab odoribus seu fœtoribus extrinsecis: & hic aer penetrat ad nares: & ad os supra nares p porositates cranei: & in isto uacuo aer ingrediens iuuat ad expulsionem superfluitatū narium: quando homo uult impellere mediāte sufflatione ad extra nares tales supfluitates: & sic aer ueniens ab exteriori & a pulmone ascendit ad nares: & supascendit usq; ad istas uacuitates: & inferius uertitur impulsus ab alio aere ascendente: & sic iste motus aeris expellit superfluitates narium sicut etiam facit machina bellica globū ferreum uel alterius condictionis. Et ego aliquos curaui uulneratos in capite in tali parte: & quia ego sum solitus lauare uulnera capitis cum uino & aliis rebus ad propositum: uidi talem concauitatem tendere ad nares: quia dum lauabam uulnus intromittēdo uinum: tale uinum exibat statim per nares & per os: & astantes credebant q tale foramē siue uulnus penetraret ad intra totum craneum: & nō erat uerum: sed tātum penetrabat primam superficiem cranei usq; ad concauitatem illam antedictam: & æger i breui sanatus est: & inter alios curaui de isto casu quēdam Ioānem Ruberiam in Ciuitate Mutine: cui præcise hic prænarratus casus contigit: & sanatus est: & adhuc uiuit: & ad istum casum erant multi doctores / sua figura / suus situs / sua cōplexio / sua quātitas / est nota / sua iuuamēta sunt tueri cerebrum: & neruos uisus: & odoratus: sua colligantia prædicta est nota.

¶ Numero hoc os est duplicatum per certam cōmissuram in eius medio: in aliquibus manifestam: & in aliquibus nō uidetur aliquo modo propter fortem colligantiam: & habet in se duo foramina oculorū satis magna: & aliquas po-

rositates ad nares tendens diuisas per certum os simile cri/ste galli: & iuuamenta talis diuisionis in osse frontis sunt iuuamenta dualitatis.

De Osse Laude.

HOc os dicitur os laude cõmuniter: quia habet figuram laude: & dicitur os puppis capitis/sua complexio/sua figura/suus situs/sua quantitas/sua colligantia/omnibus nota sũt/per sensum/& per antedicta sua substantia: teste Hali. secundo theoricæ. c. iii. est durior osse frõtis ut sit tutum a nociuis: quia in puppi non sunt oculi qui tueantur istud os ab incommodis: sicut facit os frontis mediante uisu: sua iuuamenta sunt complere craneum & tueri nucam/suus numerus est duplicatus/fortissime tamẽ est colligatus in sui parte media: & ita etiam os frontis est duplicatus in medio sui habens cõmissuram/ & iste cõmissure non possunt discerni nisi in paucis corporibus: ĩ quibus natura interdum non unit tales partes: sed manifeste uidẽtur: & tales cõmissure optime uidentur in pueris nondum natis: & ẽt ĩ istis pueris manifeste uidẽt̃ partes cranei: & sic est ad sensum: & in isto osse laude: teste Zerbo in parte inferiori eius est maius foramẽ q̃ sit ĩ toto capite: & p istud foramen exit nuca a cerebro ad spinam dorsi/& huic foramini alligatur prima sphondylis & non ossi basilari ut putant aliqui secundum ꝙ dicit Zerbus: sed Zerbus secũdum aliquos errat: quia foramen per quod exit nuca est uere ĩ osse basilari nisi uellemus dicere sicut dicit Zerbus ꝙ pars ossis laude pro parte facit os basilare: tamen si coquantur capita ĩ aqua uidebitur manifeste orificium prædictum per quod exit nuca esse in osse basilari: & nõ in osse laude: & sic est ad sensum/& dicant aliter qui uelint: quia negare sensum est ruere ueritatem: est bene uerum ꝙ os basilare cum osse laude est coniunctum per certam cõmissuram inperceptibilẽ in loco illo ubi corde ceruicis alligãtur extreme parti ossis basilaris/& ideo aliqui putant ꝙ tale foramẽ sit in osse laude: & sic putauit Zerbus: tamen errauit secundum aliquos ei contrarientes eo modo quo apparuit supra: & est tenendum pro certo ꝙ errauerit: quia totum illud os super quo

residet cerebrum dicitur os basilare pro quanto est basis cerebri: sunt igitur modo meo ossa cranei nouem numero exceptis ossibus aurium quæ ego pono in osse basilari pro parte: sed. G. non posuit cum suis sequacibus nisi septē ossa quia non bene uidentur ad sensum alia duo ossa nisi modo meo antedicto/ & Aui. non posuit nisi quinq;: quia ossa late ralia sunt adeo coniuncta cū ossibus bregmatis/ ꝙ illa quat tuor ossa non uidentur nisi duo/ & sic ad uerum sensum in aliquibus capitibus sepissime non uidētur nisi quinq; ossa: s. os basilare/ & ossa bregmatis coniuncta cum lateralibus: & os frontis & occipitii ut cerebrum tueatur a nociuis. Passiones omnium modorum possunt pati prædicta ossa.

De Osse Basilari.

OS basilare est pars inferior cranei/ quæ teste. G. xi. d uti. c. xx. dicitur os qđ est secūdum palatum nō ꝙ solum illud os qđ est supra palatum dicatur os basi lare/ sed totū illud os capitis qđ est uersus palatū. i. uersus i ferius dicitur os basilare: & est septimum os capitis seu cra nei secundum. G. incipiendo a superioribus inferius descē dendo: & dicitur basilare quia est basis cerebri: teste Auic. littera tamen Aui. dicit paxillare: sed est notandum ꝙ pri/ ma uertebra colli quæ etiam athlas dicitur: uocatur os pa/ xillare ab aliquibus a paxillo qui dicitur palus secundum Zerbum/ qui ponitur pro signo diuisionis terreni inter ci/ ues: & sicut palus ille diuidit possessiones terre: ita prima uertebra separat caput a toto/ & de isto osse hic non dicitur sed de osse substinēte cerebrum & alia ossa capitis supra ip sum cū sibi annexis: quod os a Rasi alguededi: & ab Auer. geteth. i. os colatorii secūdum ꝙ dicit Iacobus de partibus cuius substantia est ceteris capitis ossibus durior/ primo ut substineat alia ossa/ & propter duritiem minus est ab humi ditatibus putrefactiōis susceptiuum/ teste. G. xi. de uti. c. xi. Humiditas. n. est putrefactionis causa: & ideo dicit ibidem G. eorum quæ sunt ex basi capitis est quæ esse dura idigēt: quoniam decurrentibus ei superfluitatibus desuper ssa/ ketum alias saketū. i. discōtinuationē paterētur utiq; parti/ cule & putrefacte si laxum factum fuisset/ propterea durum

& ſpiſſum factum eſt: cum eo ꝙ etiam quia medium iacet
inter ſuperiorem genam & caput: propterea eſſe forte idi/
get: idem dicit Aui. prima primi. Complexio ſua eſt nota:
figura ſua non eſt plana equalis ut putant aliqui: ſed habet
multas inequalitates uerſus cerebrum: ut ſenſu percipitur
& uerſus os: & nares: cauernoſum & anfractuoſum reperit
& ibidem non eſt terſum & pulitum ſicut uerſus cerebrū:
ſed eſt inequale: & uidetur ad ſenſum propter ſuos anfra/
ctuſ ꝙ habeat multa oſſa: & uerſus cerebrum ad ipſum per
totū nō ueniunt humiditates: ſed ſolū ueniūt humiditates
ad certū eius locū ubi ſupra ipſum incruciātur nerui reuer
ſiui: ſub quibus in incruciatione eſt certa glandula: ad quā
tranſcolantur humiditates cerebri per embotum quēdam
quem dicemus in anatomia cerebri: & ibidem a glandula
prædicta tranſcolātur tales humiditates ad iſtud os ſolum
ſupra palatum/ & non alibi/ quia dura mater non eſt alibi
perforata niſi mediātibus eius poroſitatibus: & aliunde ni/
ſi uiolenter ueniunt ſuperfluitates cerebri ad palatū: & iſte
locus uerſus cerebrum eſt paruus/ & non eſt maior latitudi
ne unius ducati cōmunis/ & a prima ſua ſuperficie uerſus
cerebrum deſcendendo uerſus palatum tale os eſt etiā ſub
tile ſicut unguis humanus: & eſt poroſum per quas poroſi
tates trāſcolatur humiditas cerebri/ & ſub iſta prima ſuper
ficie ſunt aliæ partes oſſoſſæ etiam ſubtiles poroſæ cauer/
noſæ: per quas deſcendit ad inferius talis humiditas: quæ
humiditas interdum igroſſatur imo ſepiſſime & quaſi ſem
per ingroſſatur a colore naturali & ab aere exſiccante in ta
libus anfractibus & cauernis quæ ſunt uerſus nares & os:
deinde uel per os uel p nares expelluntur in ea forma quā
quilibet ſcit: & interdum tranſeunt ad ſtomacum deſcēdē
do uerſus poſterius ſupra palatum/ imo ſemper tales mate
rie pro parte tranſcolantur ad ſtomacum/ & etiā ad pectus
ſepiſſime: ſed quando uadūt ad ſtomacum & ad pectus nō
ſunt multum groſſe: ſed ſubtiles: & in pectore ingroſſantur
a calore naturali & ab aere: & expuuntur cum tuſci: q̄ au/
tem uadunt ad ſtomacum aliquo modo terminātur ad in/
teſtina mixta cibo/ & educuntur cum fecibus & interdum
cauſant colicā & ſtomachi dolores/ & uomitum & ſimilia:
& dum infans adhuc eſt in utero matris ex prædictis ſuper

fluitatibus repletur suus stomachus: ut in de generatione fœtus diximus. Cetera pars ossis basilaris non est porosa si/cut ista: & si. G. dicat suam substantiam esse spissam & durã intelligit de aliis partibus/ & non de ista in qua est colatori um prædictarum superfluitatum: est bene uerum quãuis talis pars non sit spissa: ꝙ est dura ut non putrefiat median tibus humiditatibus & superfluitatibus per illam partem descendentibus imo est ita durum ꝙ frangitur quasi ut ui/trũ: & hoc pluries ego uidi/ & credo ꝙ istud os per quod transcolantur humiditates cerebri sit naturaliter durius ce teris aliis ossibus capitis ne humiditates per eum descendẽ tes putrefacerent eum: sicut dicit. G. sed istud os nõ est eq̃ durum sicut sunt ossa aurium/ & sicut sunt aliquæ aliæ par tes ossis basilaris: quia humectatur ab humiditatibus p eũ descendentibus: & sic puto ꝙ sit humidius aliis suis ossibus per accidens/ quia naturaliter est siccum ut resistat putrefa ctioni ut inquit. G.

❡ Quantitas sua est tanta ꝙ complet rotunditatem capitis ab inferiori: & est sicut ostium uel porta claudẽs & cõplẽs uacuitatem illam quam relinquunt uersus inferius ossa cra/nei quod quidem foramẽ est magnum: & iudicio meo os super quo seu ossa super quibus substentatur cerebrum sũt lõge maiora quocũq; alio osse capitis/ & ita est: situs huius ossis est contra oppositus cacumini capitis: est enim uersus collum: sua colligantia est cum aliis ossibus cranei: & cum rhete mirabili in aliquibus locis/ & in aliquibus cum dura matre/ uersus inferius habet colligantiam cum osse palati: & cum ossibus narium.

❡ Numerus partium eius: teste Zerbo est diuisum in plu/ra ossa. s. in quattuor petrosa: & sunt duo parietes a dextra & a sinistra in quibus sunt aures: & dicunt petrosa propter sui duritiem: & in ossa oculorum/ & in ossa narium cauer/nosa & porosa: & in ossa paris dura lateralia: cooperientia neruos transeũtes in temporibus/ sed iudicio meo ossa pa/ris lateralia non sunt in osse basilari: credo bene ꝙ pars su/perior orbitarum oculorum sit pars ossis basilaris: & etiam credo ꝙ ossa supra nares: & non ossa narium sint in osse ba/silari. Credo etiam ꝙ ossa in quibus sunt aures quæ etiam sunt ossa temporum sint pro maiori parte in osse basilari:

& credo q tota illa pars ossis quæ circundat orificium per quod nuca egreditur a cerebro sit in osse basilari/ & tale os circundans orificium prædictum/ & illa pars per quam trā scolatur humiditas prædicta cū partibus sibi propinquis sunt principaliores partes ossis basilaris/ & ille locus p quē transcolātur tales humiditates qui locus est sub neruis obticis: est principalior pars totius ossis basilaris: & est tāquā cētrum eius: & ideo est etiam magis eleuatum quam aliæ partes ossis basilaris/ & est eleuatū ad superiora ut melius sufferat pondus cerebri: sicut sunt aliæ testudines domoꝝ eleuate magis in loco illo in quo est maius pondus ponendum. Et sunt sic ne cedant ponderi & ruant: & ita ex prædictis omnibus ossibus a me antedictis: componitur os quod substentat cerebrum: & ideo dicitur basilare: quia est tanq̄ basis & fundamentum substinens cerebrum: & ita ego teneo: & dicant aliter qui uelint quia sensus est mihi ductor & iudex. Iuuamenta ossis basilaris sunt substinere cerebrū: & alia ossa capitis: & secundum aliquam sui partem iuuat os basilare ad expurgandas superfluitates cerebri/ in parte anteriori cuius uersus nares sunt foramina per quæ ascēdit fumus seu aer faciens odorem bonum siue malum.

¶ Nota lector q prædicta omnia ossa cranei concurrūt ad unum iuuamentum cōmune/ q est tueri cerebrum a nocumentis undequaq; ei aduenientibus. Cetera iuuamēta ex antedictis possunt elligi. Passiones omnium modorū possunt pati prædicta ossa/ & sic sit finis de ossibus cranei ad alios auctores remittendo legentes breuitatis gratia.

De Cōmissuris Cranei.

Ossa prædicta capitis quia multa sunt necessario ad componendam spericam formam: indiguerunt cōiunctionibus multis: & quia talia ossa non debent moueri sed firma permanere: ideo non fuere colligata inuicem sicut multæ aliæ iuncturæ ossium per ligamenta flexibilia obedientia motibus/ neq; ad ossa capitis suis iuncturis sunt musculi: sed sunt ligata capitis ossa inuicem mediantibus iuncturis seratilibus: sicut dicit. G. ix. de uti. c. primo ut faciunt carpentarii iungendo ligna ut firma maneant/ licet

etiam

etiam in capite ossa aliqua sint iuncta non coniunctura se/ratili: sed cum alia iunctura quæ dicitur super apodiata: q̄ mediante certo glutine ipsa ossa inuicem ligante: & medi/antibus panniculis intra & extra ipsis ossibus supra positis manutenentur ne labantur hinc inde: & tales iuncturæ se/ratiles ab Aui. prima primi ubi supra capitulo primo uocā tur almodrus dicendo & almodrus quidem est cuius unū quodq; ossium habet uacuitates & dentes sicut serra/ & dē tes unius sunt taliter præparati ꝙ alterius ossis uacuitates ingrediuntur quemadmodum erarii eris tabulas compo/nunt: & hæc quidem iunctura uocatur senen & dorez: di/cit una littera alia dicit derzen: sicut sunt iuncturæ ossium cranei/ & tales iuncturæ a nostris latinis dicuntur cōmissu re. Ita etiam uulgares carpentarii dicunt cōmittere asseres & alia ligna inuicem quando ea iungunt simul/ & tales cō/missure arabice dicuntur senen/ & dore z/ & deczen. i. den/tosa: & teste Iacobo de partibus dicuntur doroz/ dores/ do rec: adoroz adores adorec/ & idem significant ꝙ cōmissura uel sutura/ uel cōmissura seratilis/ & dicūtur suture quia ta lia ossa uidentur simul suta sicut est uestis male suta/ in qua apparēt fila suture ad exterius/ uel sicut uestis bene suta sic arte: & ab Aui. xii. de animalibus dicuntur serre/ & certe ta lia ossa ubi est cōmissura seratilis sunt simul iūcta sicut duæ serræ quarum utriusq; dentes ingrediuntur alteram: & di/cit Iacobus ꝙ in singulari debet dici aderez: in plurali uero adore z: interdum tamen Aui. capit aderez pro uentre ut in sinonimis: & Ari. uocat istas iuncturas primo de histo. com missuras. Aliæ tamen harum iuncturarum sunt non serati/les q̄s. G. ix. de uti. xviii. nominat incollatiōes ossiū: & Hali. uocat complosa: quasi simul ossa complexa mediātibus ta/libus cōmissuris. Cōmuniter tamen dicuntur cōmissuræ: & cōmuniter auctores dicunt cranei cōmissuras in totum esse quinq;: & ego dico ꝙ sunt multo plures ut infra uide/bitur/ de quibus quinq;/ tres dicuntur uere: teste Concilia tore: quia sunt ad intra caput directe penetrātes/ & duæ di cuntur mendosæ: quia obliquæ penetrant. Auic. tamen & Mundinus dicebant eas non penetrare ad intra: tamen er/rabant: & ideo Aui. uocabat eas in libris de animalibus cō/missuras fallaces. G. autem. ix. de uti. c. xviii. uocat istas cō/

missuras squamosas/ & incollationes/ & istæ cõmissuræ se
ratiles interdum non uidentur/nec in uiro/nec in muliere
teste Ari.primo & tertio de hist.c.vii.utriusq3/q uidit unũ
caput sine suturis. Comuniter tamẽ in uiro ratione multi
caloris faciẽtis euaporatiões/ & ratiõe minoris uiscositatis
quam in muliere/sunt tres suture seratiles manifeste satis
late/in femina uero teste Cõciliatore sũt compacte/ & teste
Ari.ubi supra mulieres nõ habent cõmissuras / tñ ego uidi
oppositum / ut in pluribus sunt tamẽ compactiores in mu
lieribus ratione minoris caloris & ratione maioris uiscosi/
tatis humorum suorum/quia flegmatice sunt:& ideo Ari.
secundo de partibus dicit ꝙ uir habet plures iuncturas in/
capite quam mulier. Cõciliator tamen.x.prob.xlviii.dicit
se uidisse mulieres habuisse plures cõmissuras uiris: & aliq
dicunt ꝙ ut plurimum craneum mulierum habet suturã
per longũ a naso usq3 ad partem posteriorum in fine lau/
de capitis per medium:hoc tamen experientia est etiam in
uiro sicut in muliere:& iudicio meo ĩ muliere sunt paucio/
res cõmissure manifeste quã in uiro:& secundum comple/
xiones & secundum naturã fortem clauduntur & non clau
duntur suture prædicte:satis est scire pro ueritate ꝙ os frõ
tis & os laude sunt duo ossa pro quolibet diuisa in dextrũ
& sinistrum per cõmissuram siue occultam siue manifestã
tam in uiro quã in muliere:& ita de prædictis quinq3 com
missuris ut cõmuniter tenetur:tres seratiles dicte : diuidun
tur in coronalem:in sagittalem & in laude cõmissurã: duæ
uero mendosæ sunt squamosæ dictæ quarum omnium si/
tum dicemus infra.

De Coronali Cõmissura.

PRrima cõmissura occurrens:est supra os frontis:diui
dendo ipsum ab ossibus bregmatis: & ab ossibus pa/
rietalibus a me supra nominatis:& dicitur coronalis
ut dicunt quidam quia ibi coronantur Reges & Sponsæ
& alii coronas merentes:uel ut aliqui alii dicunt quia assi/
milatur hæc cõmissura coronæ:in figura circũferẽtiali : sua
tamen figura est arcualis ut semi circulus:a tempore ad tẽ/
pus tendens:& secundum hanc cõmissuram maxime in lo

co zuendech a pānis calidis: ego sæpe in me percepi alterationem notabilem: & ita dicunt multi alii: quāuis etiam sic sic scriptum & dictum ab auctoribus: & in ista parte craneum est rarissimum: & ideo ibi ponuntur localia ad confortationem cerebri: & de facili transeunt uirtutes medicinarum ad istum locum: & ideo. G. in de ingenio sanitatis dicebat percepisse in se ipso frigiditatem in loco isto: causatam ab oleo rosato: & ideo est bonū semp ibi aplicare medicinas.

De Sagittali Cōmissura.

AB ista coronali cōmissura i medio sui incipit una alia cōmissura quæ sagittalis dicta est: quia procedit directa per cacumē capitis usq; ad os laude: & dicitur sagittalis ut dicunt aliqui quia procedit directa sicut sagitta ab arcu: & ille locus a quo hæc cōmissura incipit tendere a coronali uersus posterius dicit fontanella capitis a nostris: & a Mesue dicitur zuēdeg. & est ille locus in quo pueris in capite os ultimate concrescit: & ibi incipit sinciput tēdendo uersus anterius: & iste locus in quo os ultimate cōcrescit: ab aliquibus dicitur sinciput capiendo partem pro toto: & in isto loco fiunt cauteria ad diuersas ægritudines: ut inquit Mesue: modus autem cognoscendi istum locum in capite in corpore uiuo non anatomizato: in quo quærit cauterizatio propter aliquam necessitatē: uel pulueris uel ceroti uel alicuius liquoris aproximatio in curando dispositiones aliquas capitis: est iste. s. ut aponatur radix manus patientis sūmitati nasi: & protensa manu cum extremitate digiti medii: ubi finitur extremitas talis digiti absq; dubio ut in pluribus hic est locus fontanelle: aliqui alii addūt extremitati digiti: tantam quātitatem quanta est ultima iūctura digiti prædicti: & ego uidi hoc fieri a multis: ista tamen mensura cum manu est fallax: quia unus habet interdum magnam manum & paruum caput & ecōtra: & ideo aliqui alii capiunt filum uel aliquam zonam: & ab aure ad aurem eam ducunt per medium frontis: deinde duplicant talem mensuram: & ad sūmitatem nasi ascendendo p medium frontis ponunt talem zonam duplicatam uel filum: cuius longitudo terminat pprie i fontanella seu in zuēdech:

tamen bonus anatomicus cognoscit hoc ad sensum: & sũt aliqua corpora ĩ quibus hic locus cognoscitur a quocũq;: & ista cõmissura per longum capitis tendens ubi coniungitur coronali: teste Auic. prima primi dicit uerualis: & huius quidem figura arcui similatur in cuius medio linea recta sicut perpendicularis est erecta: quæ est hoc mõ. —C.

¶ Nota tamen lector q̃ Iacobus de partibus prima primi ubi supra. c. iii. dicit q̃ cõmissura ista per mediũ capitis secundum longum tendens dicitur uerualis uersus cõmissuram coronalem: & q̃ dicitur sagittalis uersus os laude seu uersus cõmissuram laude similem: quia dicit coronalẽ cõmissuram esse similẽ manubrio terebelli: seu uertelie: uel tarele. Cõmissura uero ossis laude est magis similis arcu q̃ coronalis & sagitta ab eo ꝓcedit per medium capitis: quo quo modo sit cõmuniter cõmissura illa quæ est inter ossa uerticis dicitur sagittalis: de qua in præsenti est sermo: figura cuius est similis sagitte posite ĩ arcu: & ut in pluribus exclusiue est inter coronalem & laudã cõmissuram: sed in aliquibus ista cõmissura etiam seratilis transit per medium ossis frontis usq; ad sũmum nasi: & trãsit etiam per medium ossis laude usq; ad imum eius: & hoc ego uidi pluries: & iõ G. xi. de uti. c. xix. dicebat non apparet autem ipsa secundũ spissis ima ossium sicut est: id quod secundum occipitium: & frontem, & palatum: & extremam genam: unde ut puto & quomodo facta est ab anatomicis his quidem absq; sutura est enunciantibus omnino esse: his autem propter certitudinem compositionis & spissitudinem non apparere futuras: coctis tamen uel siccatis in tempore ampliori manifestas fieri.

De Cõmissura Lauda.

Hec sutura est secundum occipitium: & dicitur commissura laude: quia cõmittit & coniungit cum aliis ossibus cranei os occipitii quod est simile in forma litteræ laudæ græce ut supra patuit: & hæc cõmissura ab Aristotele uocatur uomeralis: teste Cõciliatore diff. xxxix. Conciliator tamen dicit q̃ dicitur imon. i. uomer: quia gerit illius aliqualem similitudinẽ: & ab aliquibus dicitur pa-

rismon: sua figura est uere ad triangulum tendens: in superiori eius angulo iungitur cōmissura sagittalis antedicta: & dicunt aliqui ꝙ sua figura est talis: quia uētriculus cerebri posterior est similiter figuratus: cuius uentriculi secūdum cōmunem opinionem operatio est reseruare & retinere intentiones. Cōseruatio. n. fit melior in loco cuius basis sit lata & cuspis acuta: & hæc commissura est uera & non fallax neq; mendosa: sed directa ad interius penetrás & serratilis sicut est coronalis & sagittalis antedicta.

De Cōmissuris Mendosis

SEcundum cōmunem opinionem sunt aliæ duæ cōmissuræ in capite quæ mendosæ & non uere dicunt & dicuntur corticales & in collationes a. G. quæ posite sunt inter ossa lateralia capitis:

¶ Nota tamen lector ꝙ sicut supra dixi istæ cōmissuræ mēdosæ non sunt solum duæ in capite: sed sunt plures nam sicut supra dixi in parte laterali cuiuslibet partis capitis sunt duæ de prædictis iuncturis: de quibus non nisi una est manifesta. s. illa quæ est magis uersus aures: sed supra istam cōmissuram quæ est uersus aures est una alia cōmissura fortissime alligata. Cuius omnino a diligenter inspiciente aliqd apparet uestigium ut supra dixi / & ita sunt duæ cōmissuræ mendosæ in qualibet parte laterali capitis: est præterea etiam in craneo una alia cōmissura mendosa qua mediante alligatur os laude cum illa parte ossis basilaris in qua est foramen nuche: & ita est: & hoc etiam uidetur ad sensum cum difficultate: tamen non uidētur istæ cōmissuræ a me dictæ nisi raro q̄ si uident uident i capitibus ultimate exsiccatis i cimiteriis: uel in ultimate coctis: & istæ iuncturæ omnes & etiam omnia capitis ossa debent uideri in capitibus exsiccatis: qa in anatomia cōmuni non possunt monstrari. Et Zerbus ponit in capite. xviii. cōmissuras: & primo dicit esse illas quinq; de quibus primo præteriit sermo. s. duas mēdosas / & tres ueras: ultra quas dicit ꝙ est una alia iuisibilis diuidens fauces: & per fauces itelligit os palati: & dicit septimam esse a tempore ad supercilium dextrum: & octaua est sibi opposita in sinistro: & ꝙ nona uenit ab aure per genā

dextram: & decima per genam sinistram : & undecima est diuisio frontis ex trãsuerso per gibbum superciliorũ: duo/decima sub osse laude & basi capitis in illorum ossium con iunctione: tertiadecima sub occipite sub osse quod dictum est basilare ubi illa duo coniunguntur: quartadecima ascẽ/dens ab inter medio superciliorum sub naso ad mediũ con iunctionis duorum anteriorum dentium superiorum qui duales dicuntur: quintadecima est linea descendens ab eo/dem inter medio superciliorum ad unum dentem caninũ in una parte: sextadecima est sibi opposita ad alium dẽtem caninum tendẽs: & dicit ꝙ septimadecima est in mediate sub naso a dextro in sinistrum secundum nasi longitudinẽ: decima octaua est in medio lõgitudinis nasi in ossibus eius triangularibus/primæ tamẽ cõmissure uere ut inquit Zerbus cõmuniter reperiuntur in omni capite humano. Ego tamen fateor non intelligere istas cõmissuras Zerbi/ sed q uult certificari de omnibus cõmissuris capitis non credat auctoritatibus sed habeat diuersa capita a tempore mace/rata/ & cocta/ & non cocta: & uidebit cõmissuras/ & nume/rum ossium modo suo: quæ cõmissuræ & etiam diuersitas ossium capitis sunt factæ propter diuersos fines primo pro pter diuersitatem substantiæ prædictorum ab inuicem: & ne ægritudines ita de facili transeant ab una parte ad aliã: quia facilius est transire per continuum quam per cõtiguũ & inter alias suturas suture primæ tres ueræ .s. coronalis: lauda: & sagittalis/ sunt facte ad euaporationem fumorum & uaporum tendentium a toto corpore ad caput tanquã ad caminum/ & teste Auic. prima primi omnes cõmissuræ sunt factæ ꝙ si contingat nocumentum uni parti ut nõ cõ/tingat alteri/ & ne in uno solo osse sit diuersitas/ in duritie: mollitie/ raritate/ spissitudine/ subtilitate/ & grossitie/ quæ diuersitas est necessaria capiti: & sunt factæ cõmissuræ capitis: ut inquit ibidem Aui. ut uilli neruorum/ a cerebro ua/dant per membra capitis/ & uiam habeãt/ & ut uenæ & ar/teriæ quæ interius ingrediuntur in capite uiam habeãt: & ut dura mater per ea suspẽdatur craneo: & hoc itelligiť ꝧm sui aliquam partem: quia etiam alibi quam per cõmissuras alligatur craneo/ & hæc uolo sufficere de cõmissuris & de ossibus cranei/ ad panniculos eius consequenter trãseũdo.

DE ANATOMIA PIAE ET DVRAE MATRIS.

TEXTVS MVNDINI.

EXpedito craneo uidebis duos pãniculos, sub eo, scilicet duram matrem, et piam matrem, factos ut uellent cerebrũ, et ut cerebruum nõ contangatur a craneo, quod est ualde durũ, et ideo iuxta craneũ imediate existit dura mater, q̃ solida et dura est, iuxta cerebrũ est pia mater, quæ mollis et humida est ut non lædat cerebrũ. Et etiam quia in ipsa continetur siue contexte sunt uenæ, quibus mediãtibus nutritur cerebrũ.

Et ex hoc apparet quare duo fuerũt panniculi, quia hoc fuit ut ne durus contangeret cerebrũ, et ut mollis non contangeret craneũ. Est etiam alia cã. scilicet ut si nocumentũ contingeret uni adhuc nõ communicaret cerebro.

Et dura mater magis est alligata craneo ut suspendatur ei, et ideo per ipsum siue per suas porositates transmittit neruulos et ligamenta, habet etiam dura mater continuitatem cum cerebro, unde penetrat in eũ in profundum fere usq; ad uentriculum anteriorem diuidẽs ipsum per medium in dextrum et sinistrum, et diuidit etiam ipsum in anterius et posterius. Et ideo diuidit anterius cerebrũ a posteriori, et fuit hoc necessarium quia unũ est diuerse complexionis ab alio.

¶Et ſicut diuidit dura mater ita etiã et pia mater, immo magis quia cum pia mater ſit ſuſtẽtaculũ uenarũ nutrientiũ cerebrũ diuiſa ẽ ꝑ cauernoſitates cerebri ut nutrimentũ tribuat cerebro, et ſic penetrauit uſq͡ȝ ad uentriculos crebri, qui et circũ circa uellati ſunt, pãniculo ſubtiliſſimo uſq͡ȝ ad finem medii, nã uentriculus poſterior panniculo non indiguit propter ſiccitatẽ eius reſpectu anterioris.

COMMENTVM. XXXIII. CARPI.

IN præſenti textu Mũdinus ponit anatomiam duorum panniculorum cerebri: quorum unum uocat duram matrem, & alium piam matrem, & diuidit hic textus in tres partes principales. In prima parte ponit anatomiam duræ matris & etiam pie aliquo modo in uniuerſali dicendo eorum iuuamenta cõmunia: & ſuum ſitũ & ſuam ſubſtantiam, & ſuum numerum. In ſecunda uero parte ponit anatomiam duræ matris ponẽdo eius colligãtiam, & dicit ſuam continuitatem quam habet cũ cerebro: & dicit locum talis continuitatis, & dicit aliqua iuuamẽta particularia duræ matris, & dicit neceſſitatem talium iuuamentorum. In tertia uero parte ponit anatomiam piæ matris, & dicit ſua iuuamenta particularia & ſuum ſitum. Secũda ibi: & dura mater magis eſt alligata craneo. Tertia ibi: & ſicut diuidit dura mater ita etiã & pia mater, iſtæ omnes partes ſunt clare diuiſione neq͡ȝ expoſitione indigentes: ut patet in littera quæ eſt clara lege eam.

¶Sed ultra ea quæ dicit Mundinus gratia nobilitatis mẽbrorum prædictorum a nobis aliqua dicentur medicis nõ inutilia.

¶Et primo dico ſicut dicit Mundinus ꝙ poſt craneum circa cerebrum, ſunt duæ membranæ ipſum undequaq͡ȝ iuoluentes. ſ. inferius ſuperius & a lateribus. Et operator ad uidendum iſtas duas membranas, primo debet cum ſerra

circũcirca

circũ circa ipsum craneũ serrare/taliter q penetret cũ serra ad intra craneum cum prudentia/ ne serret & laceret prædictos panniculos:saltem primum pãniculum occurrentẽ quia in secundo isto modo serrando non est periculũ læsionis ita de facili/ & locus ubi debet serrari craneũ est parum supra orbitas oculorum/ & parũ supra aures/ & sic in serrãdo craneum est seruãdus talis situs circularis/ ante/ a lateribus/& retro/ & ut hoc melius/ fiat serrator debet non totaliter penetrare ad intra uacuũ totius cranei:sed debet serrare taliter craneum q sola sola superficies cranei remaneat in serrata:sed hoc cognoscitur extimatiua operantis magis quam per aliud signum/ hoc facto operator debet eleuare superiorem craneum ab inferiori craneo cũ aliquo eleuatorio ferreo apto ad hoc/quod sit forte/& densum/ ut illa superficies intrinseca cranei subtilissima quæ remansit in serrata possit rumpi & frangi/ & etiam ut ligamẽta quibus alligatur dura mater ubiq craneo possint etiã rumpi/ quæ quando rumpuntur in tali actu faciunt strepitum/ & sonũ notabilem. Elleuato craneo occurrit sensui prima mẽbrana quæ est uersus craneum/quæ uocatur cõmuniter dura mater/sub ipsa est alia mẽbrana quæ dicitur pia mater/ de quibus duabus membranis hic intendimus aliquas digressiones. Et primo dico istas duas membranas prima tertii numeri inter partes essentiales capitis/ & ista duo membra Hali.rodoam secũdo techni uocat uellamina mirabilia/ & G.in pluribus locis appellat hæc mẽbra uellamina & mẽbranas/& aliquando coopertoria:& miringas alias Meningas cerebri/ & Aui.ubi supra uocat panniculos/ & uocat pãniculum primum panniculum durum/ & secũdum uocat panniculum subtilem/quem uocat etiam secundinam/ & in capitulo de fractura cranei uocat primum panniculum matrem/ & uellamen/ & siphac/& in capitulo de anatomia cerebri uocat ista membra uellamina/ & panniculos/ & in aliquibus locis uocat siphatia.i.siphac/ & Hali. uocat hæc membra operimenta/ & matres cerebri/ quia tanquã matres custodiunt cerebrum præstando ei nutrimentum/ & uestitum/ & ideo quia unum eorum panniculorum est durum ille cõmuniter dicitur dura mater & alius non est durus/ & ideo dicitur lenis/& pia mater/ pius.n.interdum ca

pitur pro non duro/ut hic. Substantia harum membranarum maxime duræ matris: est robustissima/ dura/ & ualida: nam cor & cerebrum: teste Ari. tertio de hist. c. xi. circūdantur a robustissimis membranis: quia hæc membra sunt principalia: & ideo cum ratione præcipuam tutellam desidetant: & Ari. in isto loco solum intelligit de dura matre: quia primo de histo. c. xvii. uocat piam marrem infirmiorem .i. minus firmam dura matre: & ideo si pia mater infirma est. i. nō firma & non dura: non est robustissima: & ibidem Ari. uocat duram matrem ualidam membranam: istis uerbis: sed homo plurimum cerebri proportiōe magnitudinis ac humidissimum habet: continent id membranæ duæ: altera ossi adhærēs ualida: altera ipsum cerebrum attingēs infirmior. Complexio innata ambarum membranarum: teste Zerbo est frigida & sicca: sua figura & sua quātitas dicetur in qualibet prædictarum membranarum particulari anatomia. Numero sunt duæ membranæ necessario. s. ut durum non tāgeretur a molli. & G. viii. đ uti. c. ix. dicit sicut natura posuit inter terram/ & ignem/ aquam/ & aerem/ ita natura posuit duas mitingas iter cerebrum & craneum: ne caliditas ignis & frigiditas terræ essent ꝑpinquæ sine medio: & ita ne durities cranei læderet cerebrum natura iterposuit duram matrem: nam si natura posuisset solam piam matrem inter craneum & cerebrum: craneum omnino in motibus cerebri intulisset nocumētum ei: quia pia mater est mollis & non potuisset tueri cerebrum a duritie cranei: & etiā dura mater nocuisset sua duritie cerebro: ut igitur durum nō tangeretur a molli nec molle a duro: natura fecit panniculos duos: unum natura molle propinquum cerebro: aliud natura durum propinquum craneo: & istorum panniculorum quilibet ē sapiens naturā medii: & ideo propter prædictos panniculos cerebrum nō læditur a duritie ossis cranei nec os læditur a mollitie cerebri. Situs istorum panniculorum est iste. s. ꝙ undequaq; dura marer uestit cerebrū supra piam matrem: & dura mater est sita uersus craneum ei adhærendo penetrat etiā in cerebrū dura mater secūdū longitudinem capitis fere usq; ad uentres eius: penetrat ēt in eum cerebrum diuidēdo ipsum cerebrum posterius ab anteriori: ut latius dicemus infra. Subtilis uero panniculus

pia mater dictus uestit cerebrum imediate & ei alligatur: alligatur etiam duræ matri & ingreditur in plicaturis substantiæ cerebri: & in uentribus eius: sicut etiam infra dicemus: iuuamenta cõmunia horum panniculorum sunt tueri cerebrum & eius uentres: & tueri neruos exeuntes a cerebro: & substentare uenas & arterias nutriẽtes cerebrum: & tueri etiam craneum inferius ab humiditatibus transcolátibus: & dura mater cum pericraneo tenet partes cranei unitas ne labãtur hinc inde: maxime circa cõmissuras mẽdosas. Passiones omnium modorum possunt pati isti panniculi: & hæc sufficiant de anatomia uniuersali panniculorum cerebri ad quarũ particularem anatomiã iã deuenio.

De Anatomia Duræ Matris.

DVra mater tegimen & coopertorium & mẽbranũ durum: & grossa & dura miringa uocatur. & .G. ix. de iuuamãtis. c. v. uocat eam uestem & scutum cerebri. Multa etiam alia habet nomina in qbus non est multa utilitas. Substantia sua est pánicularis: fortis, grossa, spissa, & dura, & est porosa per poros. n. eius exeunt uapores ad craneum: & a craneo ad poros cutis exeunt uapores p pericraneum: sua cõplexio est frigida & sicca: figura sua est sicut aliorum panniculorum: sua quantitas est ambiens totum cerebrum circũquaq;: penetrat tamen in substãtia cerebri: per medium cerebri secundum longum: & ibi in tali penetratiõe duplicatur: penetrat etiam inter cerebrum anterius & posterius eos diuidendo. Colligantia & situs eius est circa partem Interiorem cranei: colligatur etiam pie matri per uenas & arterias ut infra dicetur: colligatur etiã cũ pericraneo: non solum per cõmissuras: ut uolunt quidam Auic. sentire prima tertii: sed teste sensu dura mater adhæret craneo per totum. Et Ari. primo de hist. c. xvi. dicit ualidam membranam ossi adhærere. G. etiam. viii. de uti. c. nono uidetur uelle ꝙ dura mater adhæreat craneo per totũ istis uerbis. Natura ingeniata est ligamenta ad inueniens plura quã quæ a Vulcano fuerunt inuenta. Illa. n. solum ligere poterant: hic autem cum hoc & alia multa adsunt bona: quæ igitur sunt ligamenta & qualiter circũuoluantur

circa craneum & qualiter colligant id duræ miringæ & q̃ sunt aliæ cómoditates ab eis animali dicam. Ligamenta q/dem ab ipsa miringa prodeunt subtilia ut quædam mem/brane: uiæ autem eis ut excidant extra sub cute capitis sũt: protensa.n. hæc circa unáquáq; partem quæ secundum se & unde oriuntur improcedentes obuiant sibi inuicem: & copulantur & totaliter coinuant: & cõmune ex omnibus ipsis generát membranum pericraneum nominatum: qd' quoniam quidem colligat duram miringam craneo ante/quá uideatur per anatomiam iam apparet ratione: idem te net. G. ix. de iuuamentis membrorum. c. v. istis uerbis. Et quia impossibile est ut coopertorium spissum non sit appli catum cum testa propter remotionem eorum ab inuicem & fuit necessarium ut applicarentur: oriebantur ei ligamé ta: & ista ligamenta sunt coopertoria tenuia quæ oriuntur a coopertorio spisso: & uia eorum quádo exeunt a testa est porus teste capitis: & cum exierint quodlibet eorum expá ditur super locum ex quo exit: & expanduntur omnes sup manifestũ teste: & occurrunt & copulantur adinuicem do nec sit ex eis omnibus coopertorium unum: quod cõtinet manifestum totius teste: & sic ligat coopertorium spissum cum testa: ex prædictis uerbis. G. colligitur q dura mater sit alligata pericraneo per omnes poros cranei: & non solú per comissuras ut uolunt quidam: sed in anatomia non est credendum auctoribus: sed sensui: nam si undequaq; inte/gre serretur craneum simul cum substantia cerebrali: uide bitur dura mater adhærere craneo per totũ æqualiter: sed in anatomia cõmuni serrando craneum solum: & ipsũ ele/uando uioléter ut fit: nõ potest uideri q dura mater adhæ reat craneo per totum. Idem tenent Hali. & Auicé. in. c. de fractura cranei: quáuis alibi aliter sentiant. Idem de prædi/cta adhærentia duræ matris per totum cum craneo tenet Paulus: auctoritatem cuius adducit Rasis. xv. continentis: hoc idem esse uerum per alias auctoritates & per alia exé/pla ego monstraui in meo libello de fractura cranei: qué ui de super hoc: hæc dura mater præstat multa iuuamenta. Iuuat enim ne in motibus fortibus & in clamoribus cere/brum obuiet cra neo duro absq; medio: teste. G. & Auic. & omnes medici idem dicunt. Iuuat etiam dura mater sub/

ſtentando uenas quæ debent nutrire cerebrum.

¶Nota lector ꝙ teſte Aui.prima primi capitulo de anato/mia uenæ chilis aſcendẽtis:aliquæ uenæ ex ramis guidez manifeſte & ſubmerſe uadunt ad caput extra craneum ad panniculum tegentem craneum extra:quæ etiã uenæ ſub merguntur in craneo. Aliæ uero uenæ quæ remanſerunt ex guidez occultis:penetrant ad intra craneum i ſine.i.cir/ca cõmiſſuram inferiorẽ laude ab utroq; latere:& inde ſpar guntur tales uenæ in duobus panniculis cerebri ad nutriẽ dum eos:& ad ligandum panniculum durum cum molli: & poſtea exeunt ad exteriora cranei & ipſum panniculum exteriorem nutriunt:dicit deinde Auic. ꝙ uenæ prædictæ exiſtentes in panniculis deſcendũt a pia matre ad cerebrũ: & dicit tales uenas ſtringi a duplicatione duræ matris : a q̃ ſtrictura cadit ſanguis in locum amplum qui uocatur pla/tea:deinde ſeparatur.ſ.prædictus ſanguis ab ea platea: qui locus ſimul cum uenis uocatur torcular ſecũdum aliquos: & ſeparatur iſto modo.ſ.ꝙ rami propinqui plateæ prædi/ctæ deferunt ipſum ſanguinem expreſſum in plateam ad duas uenas ſatis magnas ibidem propinquas/ & illæ duæ uenæ trãſmittunt ſanguinem ex ſucatum a platea ad regio nem duorum anteriorum uentrium cerebri.i.ad partem interiorem cerebri/& arteriis obuiant ad locum illum aſcẽ dentibus/ex quibus arteriis:& ex quibus uenis texitur pã/niculus pia mater/qui recte uocatur ſecũdinũ. ¶Ad uotici am claram habendam prædicti textus Aui.eſt notandum ꝙ Auicẽ.prima tertii capitulo de anatomia cerebri dicit in duplicatione dure matris eſſe ſubſtentamentum uenarum prædictarum aſcendẽtium/ & dicit ꝙ ſub poſtremo huius reflexionis & in poſterioribus eius eſt ſanguinis effuſio in amplitudine quedam quæ eſt ſicut lacuna/ idẽ dicit Hali. ſed dicit ꝙ in iſta reflexione ſunt arteriæ & ꝙ ab arteriis ex primitur ſãguis in duplicatione dure matris/& dicit ꝙ iſte locus eſt rotundus concauus ſicut uena/quem locũ uocat tertiam uenã/ quia in eo mortuo animali reperitur ſanguis ſicut ĩ uena/& dicit ꝙ Eracleus uocat iſtũ locũ torcular/ſed dicit iſtam tertiam uenam ſeu torcular tendere uerſus pro ram capitis & mihi non placet dictum Hali.maxime quan do dicit ꝙ in iſta reflexione exprimuntur arterie quia non

est uerum ꝙ arteriæ exprimantur ibidem/ sed uene solum exprimuntur/ & de ista lacuna nihil loquitur Mundinus sed loquitur de emboto per quem trāsmittuntur superflui tateş humide cerebri ad os colatorii quod embotum uocat lacunam & non male ut infra dicetur.

¶Nota tamen lector ꝙ quamuis Auic. dicat ꝙ ista lacuna seu platea in qua effunditur sanguis sit in parte postrema reflexionis dure matris/ propter hoc non est quin sit etiam alibi/ imo est a puppi capitis in reflexione duræ matris usq; ad proram: sed quia basis eius & locus i quem cōmuniter reperitur sanguis est in parte posteriori: ideo Auic. dixit la/cunam esse in parte posterior. Et est notandum pro uerita/te/ & ita dicit. G. ix. de uti. c. v. ꝙ arteriæ deferentes spiritū cerebro ascendunt per anterius circa loca Retis mirabilis: & ista regio est locus neruorum obticorum/ & ipse nō apo diantur quāuis diuidantur ad minimas partes alicui mem bro in ascensu suo postquam transierunt craneum: quia de se sunt fortes: quia sunt duarum tunicarum/ & quia nō por tāt nisi sanginem spirituosum subtilem qui de se est aptus ascendere ad cerebrum & ad uentres eius: uenæ uero ascē/dunt per partem posteriorem capitis in directo cōmissuræ laudæ usq; ad sūmitatem capitis: & quia uenæ non habent nisi unam tunicam fuit necesse ut haberent in sui ramifica/tione & ascensu aliquod membrum cui apodiarentur/ & hoc membrum nō fuit sicut dicit. G. ubi supra aliud nisi du ra mater: in duplicatione cuius ascendunt tales uenæ usq; ad sūmitatam capitis: teste. G. ubi supra: & ascendunt non per extra craneum sub cute sola: ut putant aliqui: neq; ascē dunt ad intra craneum imediate: neq; ascendunt supra ce/rebrum imediate/ sed ingeniosus creator fecit eas ascende/re per duplicationem duræ matris diuidentem cerebrum anterius: aparēge falida. i. a parte posteriori cerebri: & istæ uenæ habent intra se sanguinem flegmaticum quia debēt nutrire membrum frigidæ & humidæ complexiōis/ & san guis flegmaticus ab Ari. secūdo de partibus animalium. c. iiii. uocatur sanies: licet etiam sanies capiatur pro sanguine uel alio humore corrupto. Ari. etiam tertio de hist. c. xx. uo cat serositatem lactis saniem dilutam: & tales uenæ tendūt a puppi usq; ad proram postquam sunt ramificate/ & tran/

ſeunt ad piam matrem ut ab eis nutriatur cerebrum: & qa iſte ſanguis eſt grauis/poſtquam aſcendit ad ſũmitatem capitis per uenas quæ ſtãt loco canalium & riuorum fluit ad itra ſubſtãtiã cerebri & eã nutrit: replicatio tñ duræ matris ɔprimit illas uenas/ & iõ facilius ſanguis fluit ad ceebrũ: & dicit.G.ꝙ ſicut aqua irrigat bene parata/ſi uenit ab alto ita ſanguis uenies ab alto loco melius irrigat ſubſtãtiam cerebri quando ad minima diuiditur/quia ſanguis ſua grauitate non poſſet aſcendere ad nutriẽdum cerebrum : ſic ergo ut dicit. G.neceſſario duræ matris duplicatio ſtringit uenas/non tantum in parte poſteriori : ſed etiam in anteriori ueritas eſt ꝙ quãuis dura mater ſtringat uenas prædictas: & ꝙ ab eis exprimat ſanguinem ad ſubſtantiam cerebri anteriorem tam dextram quam ſiniſtram propter hoc nõ exprimitur ſanguis in aliquem locum proprium in parte anteriori/ſicut exprimitur in parte poſteriori:quia i parte poſteriori naturam fecit baſim talẽ lacunã ſeu plateam in quã exprimitur ſanguis ut cerebri pars media:& etiam inferior poſſit nutriri:quia cerebrum eſt in tanta magnitudine maxime quãtum ad partem anteriorem eius ſeu ſuperiorem: ꝙ nutrimentum eius non poteſt penetrare ad partes eius inferiores/ & ideo natura ꝓuidit de iſta tertia uena/ ſeu platea/in qua aggregatur per expreſſiõem uenarum ſuperiorum tantus ſanguis qui poſtea ſugitur a uenis & nutrit partem mediam & inferiorem ſubſtantiæ cerebri. Et ꝙ ſit uerum ꝙ hæc platea ſeu lacuna de qua loquitur Aui. tendat uſq; ad proram capitis / patet per.G.nono de uti.c.vi. iſtis uerbis/cõmunicant autem ſecũdum ſũmitatem capitis duplationes miringæ quæ perducũt ſanguinem ad regionẽ quandam uelut peluim:quam propter hoc ipſum nuncupare conſuetudo eſt Erofilo palmẽtum:ab hinc autem uelut a ſcaturigine quadam omnibus ſubiectis particulis riuos mittunt:nec eſt dicere numerum eſſluxionum / quoniam neq; numerare poſſumus multitudinem particularum quæ nutriunrur.Effluunt autem quædam quidem ex ipſa media regione ad totam parãgeſalidam.i.partem poſteriorem cerebri ſciſe & inciſe diuerſimode:quædam autem ferũtur ex parte anteriori eius qui dicitur utiq; riuus ſanguinis quem palmentum ſuſcipit/ quẽ & ipſum ex groſſa mi-

ringa bene ingeniosa fecit: Copulatis.n.secundum palmē tum eius perducentibus sanguinem particulis / & aliquo misso illis subiectis particulis nequaquā ulterius cōmisit reliquum uni uenæ / sed adhuc per grosse miringe partes tensas alterius conductum creauit / & primo quidem ex eo multas effluxiones per totam uiam fecit.

¶ Ecce lector ꝙ ille locus qui torcular dicitur de quo loquitur Erosilus: & de quo loquitur Auicē. siue lacuna: siue platea:: siue tertia uena / siue palmentum: ut dicit Galen. de mente Erosili est in substantia duræ matris. s. īter tunicam & tunicam eius: in loco ubi duplicata est dura mater: & locus suæ duplicatiōis est in medio cerebri anterioris / qui locus est a medio ossis frontis per longum usq; ad os laude in extremo puppis / & ita torcular seu lacuna prædicta incipit a prora capitis & terminatur ad puppim: basis tamē huius lacunæ est ubi duplicata est dura mater diuidens cerebrū anterius a posteriori / & ibi reperitur sanguis sicut in uena.

¶ Nota tamen lector ꝙ ego pluries faciendo anatomiam capitis inueni sanguinem in prædicta lacuna seu platea / interdum tamen uidi ꝙ in tali lacuna non erat aliqua portio sanguinis / & credo ꝙ hoc sit possibile naturaliter: quia stat ꝙ sanguis qui fuit expressus in talem lacunam fuerit interdum totaliter ex sucatus a uenis sibi propinquis: & ita etiā stat oppositum / & ita aliqua hora credo ꝙ sit sanguis in tali lacuna / & aliqua hora non / & isto modo talis sanguis iterdum in tali lacuna reperitur & non reperitur prout ego uidi experientia in anatomiis publicis & priuatis: & ibidē in basi torcularis est maior amplitudo quā in parte media capitis: ubi etiam duplicata est dura mater / utrum autē torcular sit ipsa expressio sanguinis: ut uolūt quidam: siue torcular sint ipse uenæ a quibus exprimitur sanguis: siue torcular sit ipsa amplitudo in qua exprimitur sanguis prædictus nō est præsentis negocii: & quia quærere hoc parum confert medico / ideo sub silentio transeo. ¶ Vnū aliud uolo notare. s. ꝙ arteriæ principales cerebri & capitis ascēdūt iuxta glandulam per quam transcolantur superfluitates cerebri ad os colatorii supra palatum / quæ glandula est sub incrutiatione neruorum obticorū: ueritas est sicut dicit. G. xvi. de uti. c. xii. ꝙ ramus minor carotide arteriæ ascendit

a retro

a retro magis ad basim partis posterioris cerebri p magnũ foramen quod est in fine cõmissuræ laudæ : & istæ arteriæ præstãt magnam utilitatẽ : quia etiam ex istis iudicio meo fit spiritus animalis.s.ex suo spiritu ueniente a corde ut latius dicemus in anatomia Retis mirabilis.

¶Dico etiam ꝙ uenæ principaliores cerebrum nutriẽtes ascendunt per partem posteriorem capitis in directo commissuræ laudæ per duplicationem duræ matris diuidentẽ cerebrum posterius ab anteriori: & ibi prope est basis torcularis/ & dico ꝙ tales uenæ ascendunt usq; ad summitatẽ capitis & faciunt duas uenas notabiles quæ incedunt secũdum longitudinem capitis a prora usq; ad puppim: quarũ una est a dextris cõmissuræ sagittalis/ & altera est a sinistris & istæ duæ uenæ alligãtur pie matri in multis locis: & imbibunt uenulas pie matris/ per quas dispargitur sanguis a pia matre ad substantiam cerebri tam a dextris quam a sinistris: dico etiam ꝙ in aliquibus locis hinc inde: tam a dextris quam a sinistris dura mater alligatur pie etiam per ali quas uenulas ut patet ad sensum : & dico etiam ꝙ a uenis aliquibus intra craneum existentibus / & etiam ab arteriis uadũt aliqui rami ad craneum & etiam ad extra craneum: & hoc patet ad sensum : dico etiam ꝙ a uenis & ab arteriis existentibus extra craneum uadũt ad intra craneum ad duram matrem aliquæ uenæ & aliquæ arteriæ quæ omnes simul uniuntur & nutriunt membra sibi uicina & illa uiuificant: & hæc sufficiant de anatomia duræ matris.

De Anatomia Piæ Matris.

Pia mater a.G.uocat subtilis miringa: & coryformis: & corydea tunica: Rabi uocat eam pelliculam subtilem: ab Aui.uocatur panniculus secundinalis: uocat etiam secundina quia nutrit cerebrum sicut secundina pãniculus in matrice nutrit fœtum: teste.G.ix. de iuuamentis membrorum.c.v. Cõmuniter tamen dicitur pia mater: hæc.n. mẽbrana: teste.G.viii.de utili.c.viii. colligit omnes eas quæ sunt secundum cerebrum arterias & uenas ut nõ permutentur & circũplectentur: & appositione ingrediantur secundum motus non habentes basim firmam ceu sup

humidum & molle & paulo minus fragile corpus allate: huius panniculi substantia est neruea/ arterialis/ & uenosa: uenæ tamen & arteriæ non sunt de sua uera essentia. Com plexio eius innata est frigida & sicca: sua quantitas est ma/ ior quã dura mater quia intrat uentres cerebri: & quia sub stantia cerebri habet multas plicaturas in quibus ipsa igre dit ut patet ad sensum: ideo est maior dura matre: numero est unus pãniculus: sua figura ẽ pãnicularis & spherica sub tilissima tñ: situs suus & sua colligãtia ẽ ꝯspicabilis: colligat enim cerebro per ramulos uenarum & arteriarum ingre/ dientium substantiam cerebri: colligatur per uenas & per arterias duræ matri: colligatur etiam uermibus existẽtibus in uentriculis cerebri ut suo loco dicemus: pia.n.mater se/ quitur cerebrum: teste Aui. sicut dura mater sequitur cra/ neum: ita dicit Auer. & Hali. & sensus. Intrat enim pia ma/ ter in profundum cerebri & in omnibus partibus conca/ uis eius: teste. G.viii.de utilita.ubi supra. Et septimo de iu/ uamentis membrorum dicit idem istis uerbis. Et propter hoc non currit coopertorium cerebri super cerebrum tan/ tum: sed profundantur in ipso per omnes partes eius: & in uoluitur super ipsas & currit cum uenis cerebri ad omnes partes donec perueniat ad uacuitatem uentriculorum ce/ rebri. Galenus tamen.ix.de util.c.xii.&.iii.dicit ꝙ uentri/ culus posterior cerebri non tegitur pia matre: ego tamen uidi oppositum: & aliqui dicunt ꝙ ibidem non est pia ma/ ter: quia cerebrum posterius est durum de se: idẽ dicit.G. ix.de iuuamẽtis. Iuuamẽta piæ matris sunt p̃stare sensum cerebro: quia cerebrũ p se non sentit: & etiam manutenere substantiam cerebri ne fluat: sunt etiam nutrire cerebrum & substentare uenas & arterias cerebri: pia enim mater est cerebro tanquã uestis: teste. G.ix. de iuuamentis capitulo quinto. Hali. dicit piam matrem esse propter tres utilitates una est ligare arterias & uenas q̃ in cerebro sunt: solidetq; uenas quæ ad cerebrum ueniũt ne in suspense remaneãt. Alia utilitas est ut partes congreget cerebri: & eum operi/ at & defendat a matre spissa. Tertia est ut cerebrum pascat suis uenis non pulsatilibus: atq; naturalem inferat calorẽ his quæ in ea sunt arteriis. Passiones omnium modorum patitur hoc membrum. Et hæc sufficiant de pia matre.

DE ANATOMIA MEDVLLAE CEREBRI ET CONTENTORVM IN EA.

TEXTVS MVNDINI.

Visis panniculis apparebit cerebrum in homine maius in quantitate quam in aliquo alio animali eiusdem quantitatis, quia cor habet calidius eisdem, et indiget propter operationem intellectus pluribus spiritibus animalibus.

¶ Et hoc cerebrum duas partes habet, anteriorem et posteriorem, pars anterior diuisa est secundum dextrum et sinistrum, et hæc diuiso manifestæ apparet in substãtia cerebri, et ex consequenti in uentriculis, eius substantia est medullaris frigida et humidia diuersa ab aliis medullis, quæ non est contẽta ut craneum nutriat, sed potius craneum nutritur, ut contineat cerebrum et eius iuuamentum est ut spiritum uitalem sui complexione cõtemperet ut fiat animalis.

¶ Postea uero uade scindendo leuiter per medium donec peruenias ad uẽtriculum anteriorem magnum. Et antequam profundes usq; ad lacunam nota uentriculũ esse diuisum in dextrum et sinistrum ut dixi, etiã parietes hinc inde sunt descendentes usq; ad basim et diuidentes dextrum a sinistro, et tunc statim uidebis amplitudinem uniuscuiusq; scilicet in angulo anteriori locata est fantasia quæ retentiua est specierũ a sensibilibus

particularibus receptarū. In angulo posteriori est imaginatiua, quæ aprehensiua est harum specierum in fantasia retentarum, et eas aprehendit componendo et diuidendo, et non discernendo hoc esse hoc.

¶In medio uero huius est sensus cōmunis qui est aprehendēs species delatas a sensibus particularibus, et ideo sensitiua terminatur ad illum locum ut riui ad fontem ut uidebis. Et hæc omnia sunt secundum sententiam Auicen. de uirtutibus animalibus licet secundum sentētiam Aristotel. et. Gal. ibi tantum sit sensus cōmuuis, qui diuersimode potest dici et fantasia et imaginatio ut alias declaraui.

¶Et ex his possunt patere iuuamenta huius uentriculi quia iuuamenta sūt ut imaginatio fantasiæ deseruiat, et ut omnibus sensitiuis siue organis sensus spiritū tribuat animalem ut sentiant.

¶Et ex his apparent nocumenta, quæ in hoc uentriculo et cerebro anteriori contingunt quia in eo possunt omnes ægritudines fieri. Solutio continuitatis, mala cōplexio, quæ si sint in panniculo dolorem causant, et si totum circundant panniculum uocatur ouum siue dolor oualis, si mediam partem emigranea.

¶Potest etiam pati egritudinem quæ est apostema et si sit in pāniculis est calidū, et uocat sirsen, quod frequēter cōtingit et sit frigidū uocatur letargia. Si uero sit in substantia cerebri pessimum est et mortiferum.

¶Potest etiam pati egritudinem compositionalem, quæ est opilans non ex toto, aut est substantia uaporosa

et sic est uertigo et scotomia, aut humoralis et sic est stupor paralisis et huiusmodi.

¶Si sit opilatio ex toto aut opilat uētriculos et substātiam simul, aut uentriculos tantum. Si uentriculos et substantiam, sic est appoplesia, si uentriculos tātum sic est epilensia. Verum est q̄ hæc opilatio est opilās alios uentriculos, sed non tantum quantum anteriorem. Potest etiam pati malam complexionem, ut melancoliam et similia.

¶Antequam autem procedas ad medium uētriculum cōsidera inter media inter hunc et medium, et sunt tria, scilicet anchæ, quæ sunt sicut basis huius anterioris uētriculi dextri et sinistri, et sūt de substātia cerebri ad formam et figuram ancharum et a latere uniuscuiusq; anchæ inter uentriculos iam dictos est substantia una rubea sanguinea, facta ad modum uermis oblongi siue subterranei, ligata ligamentis et neruulis alterutrinq;, q̄ ad sui elongationem constringit, et claudit anchas, et uiam siue transitum ab anteriori ad medium, et ecōtra. Et quando homo uult cessare a cogitatione, et rursus in cōsideratione eleuat parietes, et dilatat anchas ut possit spiritus transire de uno uentriculo ad alios, et propterea uocatur uermis, tū quia assimilatur uermi subterraneo in substantia et figura, et etiam in motu contractiuo, et extensiuo.

¶Post hoc descende inferius paulatine, et primo tibi occurret lacuna, quæ est quedam concauitas rotunda, et oblonga in cuius medio est foramen tendens inferius

us ad palatũ diagonaliter, et ei occurit uia directa, quæ a medio uentriculo descendit directe ad collatorium, et hæc lacuna habet circũquaq; eminentias rotundas magnas, factas ad substentandum uenas uel arterias ascendentes a rhete mirabili ad prædictos uentriculos cerebri, et ideo in basi eius apparet glandula quæ est iuxta rhete mirabile eminens, et per istam lacunam uẽtriculi anteriores et cerebrum quantum ad medium eius expurgant suas superfluitates, sed cerebrum quantum ad partes anteriores magis expurgat suas superfluitates per colatoria narium.

¶His expeditis statim tibi apparet uentriculus medius qui est sicut quædam uia et trãsitus ab anteriori ad posteriorem, et in isto locata est uirtus cogitatiua, et merito quia hæc uirtus operatur componendo phantasiata et memorata ut ex sensatis eliciat non sensata. Item quia ipsa est uirtus regitiua totius animalis. Regimẽ autem totius animalis consistit in comprehensione præsentium memoria præteritorum, et prongnosticatione futurorum. Et ideo debuit esse in medio harum uirtutum apprehẽsiuarum et rememoratiuarum, fuit etiam in medio horum uentriculorum ut sit uirtus eius in directo ad cor, eo q; uirtus eius est uirtus imediate deseruiens intellectui, et ideo cogitatiua debuit esse in medio uentriculo, et in medio dictarum uirtutum.

¶Post istum uentriculum procedendo ti apparebit uẽtriculus posterior qui est in cerebro posteriori situatus et locatus, et hoc · erebrum est uelatum et distinctum

a primo duobus panniculis iam dictis, quia hoc est mol le scilicet anterius et posterius durum.

¶Illud cerebrum, posterius est locatum, quia est princi pium nuchæ, et quia est principium plurium neruorũ motiuorum. Motus autem fit per neruos motiuos qui quanto duriores tanto fortiores sunt.

¶Istud cerebrum est figuræ piramidalis, quia uentricu lus locatus in eo est etiam figuræ piramidalis, et causa quare uentriculus posterior est illius figuræ est ista.s. quia per partem inferiorem eius quæ est basis eius de/ bet recipere, et ideo debet habere latitudinem, per par/ tem uero superiorem debet continere, et ideo acumen et stricturam debet habere in cacumine ut retineat rece pta, quia species melius retinẽtur in stricto loco quam in amplo, et ideo fuit talis figuræ.

¶Et ex his patet quæ sint operationes, siue iuuamenta istius cerebri posterioris, qa unũ est ut sit principiũ ner uorũ motiuorũ et nuchæ. Aliud est ut sit instrumẽtũ uirtutis memoratiuæ. Et ex hoc patet passio propria eius quæ est.s. læsio memoriæ, et etiam uirtus motiua lædit sicut quãdo læsa est cogitatiua est propria passio uentriculi medii, et quando læsa est imaginatiua passio est in uentriculo anteriori et quando passio est com/ municans toti cerebro omnes uirtutes, et operationes harum uirtutum omnium sunt læse.

¶Sed tu dices quæ est causa ꝙ uentriculus medius nõ habuit cerebrum medium distinctum sicut alii uentri/ culi, dicendum ꝙ causa fuit, quia iste uentriculus est si/

cut uia et transitus istorum aliorum duorum, et ideo non debet esse distinctus ab eis secundum cerebrum et hæc de anatomia cerebri, etc.

COMMENTVM. XXXIIII. CARPI.

ISte textus diuiditur in sex partes principales. In prima parte ponit anatomiam cerebri: ponendo primo eius quantitatē: & assignat talis quantitatis causam: secundo assignat partes cerebri: quas dicit esse duas. s. anteriorem & posteriorem: & dicit partem anteriorem eē diuisam in duas partes. s. in dextram & sinistram: quæ diuisio non solum est in substantia anterioris cerebri: sed in uētriculis eius. Et dicit substantiam cerebri esse medullarem: diuersam tamen ab aliis medullis quia est frigida & humida: & non contenta in capite ut craneum nutriat: sed craneum nutritur ut eam contineat: & dicit iuuamentum cerebri esse ut spiritus uitalis contemperetur ad hoc ut fiat animalis. In secunda parte ponit anatomiam uentriculorum anteriorum: & docet qualiter operator debet procedere ī incidendo: ad uidendos tales uētres: & dicit anteriorē uentrem esse diuisum in duos. s. secundum dextrum & sinistrū & dicit primum uentriculum esse amplitudinem quādam in parte anteriori cuius ponit phantasiam: quæ est retentiua spetierum a sensibilibus particularibus receptarum: & dicit ꝙ in angulo posteriori est imaginatiua: quæ apprehēsiua est harum spetierum in phantasia retētarum: & eas apprehendit componendo, & diuidendo, & non discernēdo hoc esse hoc. In medio uero huius uētriculi: ponit sensum cōmunem: qui apprehendit speties delatas a sensibus particularibus: & ideo sensitiua terminatur ad illum locum: & dicit ꝙ ponit istas uirtutes in isto uentriculo sicut facit de mente Aui. quia dicit ꝙ Arist. & G. ponunt tantum in isto uentriculo sensum cōmunem: qui diuersimode potest dici phantasia & imaginatio: sicut ipse alias declarauit. Et ibidē dicit iuuamenta huius uētriculi: & ea numerat: dicit etiam sua nocumenta: & ea numerat in littera. In tertia parte numerat

merat certas partes intermedias inter ipsum & secundum uētriculum / & dicit earum partium situm/substantiam/figuram / & operationes / quæ partes sunt anchæ duæ / & unus uermis pro quolibet parte uentriculi/ siue sit dextra pars/siue sinistra. In Quarta parte ponit anatomiam certe cōcauitatis/ quam uocat lacunam/ & dicit eius figuram in qua dicit esse formam diagonalē tendens ad palatum/ad q̄ lacunam occurrit uia directa a medio uentriculo ueniens tendens ad colatorium/ & dicit ꝙ circa lacunam sunt certe eminentie rotunde ad substentandum uenas & arterias ascēdētes a rhete mirabili ad uētriculos prædictos/ & ideo in basi eius est glādula iuxta rhete mirabile/ & dicit per istā lacunam uentriculos anteriores & cerebrum quantum ad medium eius expurgari a suis superfluitatibus/ dicit tamē ꝙ pars anterior cerebri expurgatur per colatoria narium. In Quinta parte ponit anatomiam uētriculi medii cerebri quem dicit esse tanquam uiam siue transitum ab anteriori uentriculo ad postremum/ & in isto uentriculo dicit uirtutem cogitatiuam esse locatam/quia operatur componēdo phantasiata & memorata / ut ex sensatis eliciat non sensata & dicit ꝙ cogitatiua est ibidē quia ipsa est regitiua totius animalis/regimē uero totius animalis ꝯsistit in comprehēsiōe præsentium/ & in memoria præteritorum/ & prognosticatione futurorum/ & ideo cogitatiua debuit esse in medio aprehensiue & memoratiue/ fuit etiam ibidem hæc uirtus quia est in directo cordis eo quia uirtus eius in mediate seruiens intellectui. In Sexta parte ponit anatomiam uētriculi: & etiam cerebri posterioris quem uentriculum ponit in parte posteriori cerebri/ & dicit hoc cerebrum posterius esse distinctum a primo mediantibus duobus panniculis quibus est uellatum/ & dicit cerebrū anterius esse molle & posterius durum / & dicit situm posterioris cerebri / quē situm dicit esse posterius propter nuchā / & assignat causā talis situs seu loci/ & dicit figuram cerebri posterioris esse piramidalem / & dicit causam talis figure/ & dicit iuuamēta cerebri posterioris & numerat ea /dicit etiā propriā passionem eius/ & ibidem dicit causam propter quid uētriculus medius non habuit cerebrum distinctum per se/ sicut habuit uenter anterior/ & sicut habuit uēter posterior. Secunda

ibi / postea uero uade scindēdo leuiter. Tertia ibi/ antequā autem procedas ad medium uentriculum. Quarta ibi/ post hoc descende inferius paulatine. Quinta ibi / his expeditis statim tibi apparebit uētriculus medius. Sexta ibi/ post istū procedendo tibi apparebit uentriculus posterior. Iste partes sunt clare. Nulla alia diuisione neq; expositione indigētes quia littera est clara/ lege eam.

¶ Sed ultra ea quæ ibidem dicit Mundinus/ sunt a nobis multa notatu digna dicenda. In dictis nostris tamē auxiliū imploramus a Domino/ quia speramus de cerebro aliqua in lucem ponere posteris nostris non inutilia. Et primo dicimus cum Conciliatore diffe. xiiii. ꝙ cerebrū seu medulla capitis est in supremo corporis sita/ tribus seu quattuor uentriculis intercisa: duabus miringis uellata: sensus & motus organici incitatiua: & Hali. tertio theor. c. xi. dicit ꝙ cerebrum est ceteris mēbris corporis honorabilius & excellentius: & Plinius in undecimo. c. xxxvii. dicit cerebrū non esse medullam quoniam coquendo eam durescit: & forte ꝙ Plinius dixit hoc auctoritate Ari. quia dicit eruditi docēt cerebrnm esse aliud quam medullam: & Arist. secundo de partibus. c. vii. per longa uerba dicit ꝙ cerebrū non est medulla: quia medulla est calida: & cerebrum est frigidum: & ibidem dicit Arist. ꝙ cerebrum est de natura aquæ & terræ: & hoc constat: quia cum coquitur indurescit atq; siccescit ut humore ex acto a calore terrena portio relinquatur: & ibidem dicit Arist. ꝙ cerebrum non est excremētum: & ꝙ neq; est enumerandum inter partes cōtinuas: sed sui generis est: & quidem ratione optima natura eiusmodi sortitum est: & dicit ꝙ cerebrum non est continuum cum partibus quæ uim obtinent sentiendi: & dicit ꝙ hoc constat: q2 cum tangitur nullum efficit sensum: quemadmodum nec sanguis neq; excrementum animalium ullum. Dicunt tamen medici ꝙ cerebrum est cōtinuum cum membris sentientibus. s. cum neruis. Et ibidem dicit Arist. ꝙ cerebrum est datum animalibus ad nature totius salutem: & ibidem subdit ꝙ cerebrum natura mollita est aduersus sedē & calorem cordis: ut sua frigiditate temperet eū: & Plinius ubi supra dicit ꝙ cerebrum est omniū uiscerum excelsissimū: proximumq; celo capitis: sine carne: sine cruore: sine sordi/

bus:hic habent sensus arcem : hic uenarum omnis a corde uis tendit:hic desinit:hic culmen altissimum : hic mẽtis est regimẽ:omnium autem animalium in priora pronũ : quia & sensus ante nos tendunt / & ab eo proficiscitur somnus: & cõmuniter tenetur a medicis ꝙ cerebrum sit tãquã for/nax & radix animæ rationalis per quã est animus & discretio sensibusq; origo. Et. G. primo de regimine sanitatis di/cit ꝙ cerebrum est quædam domus animæ rationalis. Ce/rebrum prima tertii diuiditur in substantiam uelatiuã:me/dullarem:& in uentres eius / substantia medullaris eius sic dicta ab aliquibus quãuis non proprie sit medulla est ex spermate genita secundum medicos:& est inter prima mẽbra genita propter sui nobilitatem:nec est ex membris omnino compactis:& durat tm̃ quãdiu durat animal:& Albertus dicit naturam suam debere esse talẽ:quia est archa operationum animalium. Substantia cerebri : teste Auicẽ. fuit pinguis / nõ tñ est uere pinguis:sed uiscosa:quia pinguedo liquefit a calido:& cerebrum indurescit:& causa suæ uiscositatis fuit ut ab ea procederent nerui uiscosi & tenaces: sũt tamen aliqui qui dicunt ꝙ cerebrũ est aliqualiter pingue: quia dicunt in porco & in oue quæ sunt animalia pinguia suum cerebrum esse pinguiusculum cerebro humano. Iu/dicio tamen meo cerebrum humanum non est pingue: li/cet sit lene & non frangibile / terreum.n.est & aqueũ refra ctum simul, sunt tamen aliqui qui dicunt ꝙ cerebrum tẽ/peratum uiuum est etiam aereum ratione spirituum / & dicunt ꝙ cerebrum colerici est igneum / ad istud dicũt aliqui ꝙ cerebri substantia nõ est aerea neq; ignea : sed sunt tales ipsius spiritus. Et Hali rodoam secundo techni uoluit sub/stãtiam bonam cerebri esse mollem peruiam & claram ut in ea sigilletur cito figuratio formarum : si uero substantia cerebri est turbida tarde uel nũq; figurãtur ĩ eo phantasmata / & teste Aui. substantia cerebri non est de substantia propria neruorum eius quamuis sit uiscosa: imo substãtia neruorum est durior substantia cerebri:& in cerebro reperiuntur nerui tanquã uirgulte ab eo procedentes. Et Aui. dicit auctoritate. G. ꝙ cerebrum fuit molle : & lene / ut in eo fiat impressio ab imaginationibus & a formis rerum sensibiliũ Hali. etiam dicit ꝙ cerebrum est leue & molle ut in eo fiat

receptio imaginationum/ & receptio formatum idem sen tit. G.viii.de uti.c.vi.istis uerbis: etenim & hoc conuenie/ bat ei quidem quod omnes sensus recipit / omnes autem phantasias phantasiatur: & omnes intelligentias intellige/ re debet: quod enim est facile alterabile in omnibus huius modi operationum passionibus idoneissimum est molle. Alterabile autem semper est mollius duriori: propter hoc igitur mollius neruis est cerebrum.ix.etiam de iuuamētis c.iii. dicit. Dicamus igitur ꝙ substantia cerebri est propin/ quissima inter omnes res in assimilatione substātiæ neruo/ rum propter indigentiam origines neruorum ab eo / sed ē magis mollis eis: quia cerebrum recipit illud quod reddūt ad ipsum omnes sensus: & imaginat: & format omnes res intellectas/ & fuit mollities ei aptior quoniam omnes istæ operationes non fiunt nisi per instrumentum in quo facili us est alteratio & mutatio: sed res mollis leuius & citius al/ teratur quā res dura: & propter hoc cerebrū fuit mollius neruo. Albertus tamen mordet. G.dicēdo ꝙ si corpus hu/ midum recipit formas illas: recipit quia ille intrāt in eo cū motu & diuisione eius corporis: sicut fit receptio formarū in cera. Imaginatio autem & cetere uirtutes sensibiles non fiunt cum motu & diuisione cerebri. Et aliqui saluādo. G. dicunt ꝙ quamuis imaginatio fiat sine motu corporis ce/ rebri: præsupponit tamen motum spiritum animalium de ferentium phantasiata. Aui.tamen dicit ꝙ cerebrū est mol/ le & uiscosum ut ab eo oriantur nerui: & ut remolliat eos: & Albertus dicit ꝙ cerebrum est molle ut nerui prope eū sint molles ut recipiant uirtutes eius: & ꝙ gradatim a cere bro se ellongantes indurentur/ & ut nutrimentum ꝙ dat cerebrum neruis gradatim sit eis datum. G.tamen uidetur uelle ꝙ cerebrum non nutriat neruos: sed ꝙ eos nutriant uenæ maxime neruos nucha/dicit tñ etiā. G.ꝙ qlibet ner/ uus cerebri uestitur a pellicula orta a pia matre in qua sunt uenæ: quæ iudicio meo nutriūt etiam cerebri neruos. Sub stātia etiam cerebri fuit uiscosa: & lenis ne de facili in ea spi ritus resoluerentur/substantia etiam cerebri fuit mollis & uiscosa: & etiam rara ut esset leuior & spirituum capax: & ideo. G.viii.de uti.dicebat partem exteriorem cerebri esse duriorem interiori/ quia exterior non est ita porosa / fuit ēt

pars exterior cerebri durior ut resisteret motibus & ut magis esset similis neruis: fuit ergo inequalis substãtie tam anterior pars cerebri quam posterior/licet multum diuersificet i duritie cerebrũ posterius ab anteriori: ut iferius dicet. ¶ In substantia cerebri ab auctoribus ponuntur esse multi anfractus/ quos Aui. uocat cõmissuras: & isti anfractus non sunt cauernositates aliquæ sensibiles quæ sint in substãtia propria cerebri: sed sunt certe pliche seu plicature uel crispitudines/ quæ sunt in parte exteriori: substantiæ cerebri/ sicut sunt plicature & crispitudines in uestibus sericeis laneis & lineis nõ totaliter extensis: sed circũuoluẽtis nostris corporibus quando non sunt totaliter extense/ & ideo faciunt illas plicaturas/ quarum aliquæ sũt paruæ/ aliquæ mediocres/ & aliquæ magnæ/ & simili modo sunt in cerebro plicature quas plicaturas sequitur pia mater ad intra eas: quia pia mater semp adhæret substantiæ cerebri. Et est opinio cõmunis modernorum ꝙ in istis plicaturis / anfractus & cõmissuræ nominate: penetret spiritus animalis: qui teste Zerbo digeritur in istis anfractibus/ istæ igitur cõmissuræ seu anfractus præstant istud iuuamentum antedictum: & teste Auicẽ. mediantibus istis cõmissuris seu anfractibus spiritus animalis transit a pia matre ad substãtiam cerebri sicut transit in uentres eius/ & sic exponit Iacobus de partibus Auic. prima tertii. §. illo: cõmissuratio uero quæ existit in uẽtribus cerebri: & subdit Iacobus ꝙ causæ propter qd oportet ꝙ spiritus animales habeant trãsitum in substantiam cerebri sunt tres: prima est: quia uentres cerebri nõ sũt aperti omni hora taliter ꝙ spiritus habeant liberum transitum ad operationes suas excedendas: cessarent ergo operationes cerebri sæpe nisi spiritus per eius medullam diffunderentur: secunda causa est quia spiritus animales pauci inuenirentur & in sufficientes ad operationes animales exercendas si eis aperirentur solũmodo uentres absq; hoc ꝙ trãsirẽt & multiplicarẽtur per medullam & suturas ipsius: tertia causa est quia digestio spiritus completur diminuta i solis uentriculis a complexione cordis usq; ad'complexionẽ cerebri / ita ut in uentribus fiat spiritus decoctio assumpta ex complexione cerebri plena & perfecta: & illud ideo cũ ueniunt in primis spiritus de rhete mirabili ad ipsum cere

brum:primo sub intrant primum uentriculum / ut ibi co/
quantur & digerantur/deinde perueniunt ad medium uē
triculum/i quo crescit eorum decoctio : postea completur
ipsorum decoctio in uētre posteriori : sed decoctio optime
rei subtilis & facile mobilis quales sunt spiritus non com/
pletur nisi permixtionem rei digestibilis cum re digerēte:
& cōmixtione uehementi cum ea & penetratione in par/
tes multas rei digerentis:talis autem permixtio non fit in
uentriculis cerebri:sed in substantia medullari ipsius i quā
per suturas spiritus penetrant:sicut in hepate chilus digeri
tur ad parua diuisus in filis radicum uenæ concauæ & ue/
næ porte similibus pilis:hæc Iacobus:sed iudicio meo Ia/
cobns & omnes alii tenentes suam supradictam opinionē
errant quia quamuis spiritus animales diminute digerant
in uentribus/non digeruntur primo in eis transeundo dei
de ad minimas partes substantiæ cerebri ut melius digerā
tur:sed prius digeruntur in minimis uenis rhetis mirabilis
si datur rhete mirabile eo modo quo uoluit.G.& Aui.dein
de digeruntur in uenis seu arteriis ascendentibus a pia ma
tre ad cerebrum/ & ulterius digerūtur in porositatibus sub
stantiæ cerebri:deinde transeunt ad uētres: & ultimate ibi
digeruntur:sicut etiam ultimate sanguis digeritur in uen/
tribus cordis : nec spiritus animalis igreditur i anfractibus
seu in plicaturis cerebri ut uolunt quidam quando homo
uult cessare a cogitatione & ab aliis operationibus anima/
libus:sed illi spiritus pro parte remanent in uentriculis ce/
rebri siue dormiat siue uigilet homo: & pro parte ingrediū
tur poros cerebri quia sunt subtilissimi : uel forte ꝙ homo
cessat ab operationibus animalibus quia spiritus sunt reso
luti: uel ꝙ uie spirituum sunt oppilate sicut in somno/ & iu
dicio meo natura seruat istum ordinem in transmutando
spiritus uitales in animales:primo ascendit spiritus per ar/
terias apopleticas usq; ad piam matrem/ quæ arteriæ apo/
pleticæ nō faciūt iudicio meo aliquod rhete mirabile ime/
diate supra os basilare ut uolūt auctores sicut ego latius in/
ferius mōstrabo:sed uenæ seu arteriæ apopleticæ postquā
penetrarunt duram matrem in parte anteriori & in parte
posteriori ramificantur ad minimas arterias & alligantur
pie matri undequaq;:i qua pia matre ēt sunt uenæ nō pul/

ſatiles cerebrum nutrientes. Et pia mater undequaq; ambit cerebrum tam in plicaturis eius quam extra plicaturas & eum nutrit ſicut diximus in anatomia piæ matris:& uenæ & arteriæ prædictæ mittũt ſanguinem & ſpiritum per ſubſtantiam cerebri/ſanguis nutrit cerebrum/ſpiritus autẽ iam ſubtiliatus in minimis ramis arteriarum tranſeundo p ſubſtantiam cerebri poroſam digeritur & alteratur ſicut digeritur chilus in minimis ramis uenæ porte/poſtquam autem eſt iſte ſpiritus digeſtus & alteratus in ſubſtantia cerebri:tranſit ad uẽtres eius et ibi ultimate decoquitur/& qui aliter ſentit ignorat anatomiam/quãuis ex prædictis a me aliqua non poſſint demonſtrari in anatomia : ſed cuicunq; conſtat ꝙ arteriæ minime piæ matris ſunt ſufficientes pro ſubtiliatione ſpiritus animalis:quia ſunt ſubtiliores quam uenæ minime hepatis.Et eſt conſonũ cuicunq; ꝙ talis ſpiritus primo debet digeri perfecte antequam uadat ad uentres cerebri:ut in uentribus poſtea ultimate digeſtus poſſit perficere operationes animales/ſicut ſpiritus uitalis in uẽtribus cordis ultimate digeſtus poteſt perficere operationes uitales:nec ſpiritus animales iudicio meo tranſeunt a uentriculis cerebri ad anfractus ſeu cõmiſſuras prædictas: quia tales anfractus ſunt extra ſubſtantiam cerebri / & etiã ſunt extra ſubſtantiam piæ matris uerſus duram matrem: uidentur tamen ꝙ ſint ad intra ſubſtantiam cerebri : quia una pars cerebri in plicaturis tangit aliam. Et credo ꝙ natura fecerit tales plicaturas ĩ cerebro ut arteriæ ſeu ſpiritus earum alterarẽtur aliqualiter a ſubſtantia ſeu a complexione cerebri/ & mutarentur a ſuo primo calore:ad hoc ut melius poſſent etiam alterari ĩ poroſitatibus cerebri:quia ſpiritus uitalis non ſolum efficitur animalis per ſubtiliationẽ: ſed fit etiam animalis per complexionem quam acquirit a complexione cerebri:ut igitur eſſet gradata alteratio natura uoluit arterias piæ matris claudi ĩ anfractibus prædictis ut ibidem eius ſpiritus alterarẽtur aliqualiter : fecit etiam natura tales plicaturas ſatis ad intra penetrãtes ut ſanguis uenarum piæ matris qui eſt groſſus poſſet penetrare faciliius ad centrum cerebri:ꝙ non feciſſet ita de facili ſi non fuiſſent tales plicaturæ ſeu cõmiſſuræ uel anfractus in cerebro ſicut etiam diximus ſupra in anatomia piæ matris.

¶Complexio cerebri innata est frigida/teste Ari. secundo de partibus.c.vii.& ibidem dicitur q cerebrum est omniũ partium corporis frigidissimum/multi tamẽ glosant istud dictum Ari.quia dicunt q cerebrum est tale respectiue ad alia membra principalia sicut dicit Conciliator/& si est frigidius ceteris membris nõ est tale formaliter: sed effectiue seu uirtualiter:cum ab auctoribus medicinæ ponantur plura mẽbra respectu cutis frigidiora cerebro:sicut ossa & cartilagines. Cerebrum etiam potenter sua frigiditate resistit calori cordis/ut patet in somno.s.q frigiditas cerebri resistit calori ascendẽti a corde/& uapores sursum eleuatos ingrossat infrigidat & coagulat fere.Aui.etiam graduat prima primi cerebrum iter membra frigida respectu cutis/& idem dicit.G.secundo complexionum/& dicit.G.q cerebrum est frigidius quocunq; membro habente sanguinẽ: & ibidem graduat cerebrum inter membra humida.Isach etiam ĩ libro febrium dicit cerebrum esse terreæ & aqueæ naturæ/& fuit tale propter fortitudinem motuum uirtutũ animalium:& propter motum neruorũ ut resisteret inflãmationi/& ut resisteret caliditati spirituum uitalium/& ut transmutaret eorum complelexionem:quia si spiritus animales fuissent calidi:sicut uitales semper homo fuisset maniacus & furens:fuit etiã tale cerebrum ut temperaret caliditatem cordis:teste Ari.ubi supra.G.tamen non consentit hoc.viii.de uti.ubi loquitur đ utilitate capitis.Sua tamẽ complexio innata actuata per influentem a corde & hepate ponitur calida & humida:& ideo.G.viii.de util.dicebat si ruptum alicuius caput contractemus atq; etiam quando festinamus citissime abscindere ossa capitis ut non infrigidetur cerebrum nullus ignorat/& quoniam si infrigidetur malum ultimum est fracto osse: nunc autem & si æstas fuerit faciliter infrigidatur & indiget tunc foueri citissime:ceu non solum id non ens frigidum:sed etiam calidum.Gentilis etiam dicit q si tangatur cerebrum q est calidum actu: ego bene uidi forte tot uulnera capitis sicut Gentilis: sed iudicio meo non tangitur cerebrum cum manibus ut possimus arguere eius caliditatem/sed bene tãgi possunt eius panniculi/qui actu sunt calidi:nec ego auderem ponere digitum in substantia cerebri propter istam experientiã solã:

ne læderem

ne læderem cerebrum ex tactu digiti/ quia uulnera perue/nientia ad substantiam cerebri non debẽt nisi leuissime tractari: de quibus læsis in substantia cerebri ego sanaui quinq; ut dixi in meo libello de fractura cranei: cerebrũ tamen an/terius est calidius & siccius posteriori propter maiorẽ co/piam uenarum & arteriarum quã habet pars anterior: & propter maiorem quantitatem spirituum existentium in parte anteriori: tamẽ teste Conciliatore complexio innata cerebri est frigidior quam humidior. Et dicit Zerbus si cõ/siderentur caliditas & humiditas cerebri / ipsum inueni/tur calidius nucha & etiam humidius. Color cerebri est albus: & ut dicunt aliqui est albus quia nutritur sanguine flegmatico. Et ego credo q; si albus: gratia finis .s. propter spiritus animales/ ne sint in membro oscuro sed in peruio & claro/ & quamuis sanguis nutriens cerebrum sit flegmaticus est tamen rubeus/ sed dealbatur trãseundo in substã/tiam cerebri/ & ideo in anatomiis incidendo substantiam cerebri apparent in ea aliquæ partes rubeæ paruæ quæ non sunt aliud nisi sanguis qui est in porositatibus eius qui ibidem nutriẽdo cerebrum transmutatur de rubeo co/lore in album sicut facit in substantia aliorum membrorũ transeundo in secundas humiditates primo/ deinde in substantiam cerebri/ figura eius est qualis est cõcauitas cranei plicaturis multis inuicẽ in ipso cerebro constrictis: & teste Hali. est in figura tecti oblongi rotundi in similitudinẽ cir/culi spissi sic factum ut cõtineret multos spiritus in se / quã/titas cerebri teste Arsti. primo de hist. c. xvi. est plurima homini: quia homo est prudẽtissimum animalium/ & est multa quantitas cerebri in homine ut cõtẽperet cor eius quod est calidius extensiue ratione multitudinis spirituum quã in alio animali/ & inter homines/ mares habent cor calidi/us feminis/ teste Ari. secundo de partibus.

¶ Numero cerebrũ nõ est unum/ sed ẽ duo: teste Rabi prima affor. numerus partium teste Aui. est trinus. s. inter partes cerebri: primo uel lamina ipsius de quibus pteriit ana/tomia/ secundo est sua substãtia de qua etiam præteriit ser/mo/ tertio sunt sui uentres de quibus infra multa dicemus. Cerebrum igitur sunt duo membra .s. cerebrum anterius & cerebrum posterius.

Nota tamen lector ꝙ illa pars cerebri quæ dicitur anteri or est ita in parte posteriori sicut in anteriori/ & pars anteri or est iudicio meo in sexcuplo maior cerebro posteriori/ & cerebrum posterius nõ est circa cõmissuram laude in loco alto prope partem superiorem cranei/sed est in profundo cranei uersus os basilare/ & cerebrum anterius est supra ip sum/ & si applicantur medicine capiti pro utilitate cerebri posterioris debent applicari ubi os laude est propinquum ceruici/aliter illa medicina inferrent suã uirtutem parti an teriori cerebri/nec in cerebro posteriori est aliquis uenter ut cõmuniter tenetur sicut isra dicemus pro re noua nota tu digna/ & cerebrum posterius est uellatũ pia & dura ma/tre exterius tãtum sicut cerebrum anterius nec in cerebro posteriori sunt illæ plicature seu crispe quæ sũt in cerebro anteriore de quibus præteriit sermo Ari.n.primo de hist. c.xvi.uocat partem anteriorem cerebri cerebrum/ dicẽdo primum igitur cerebrum capitis priorem obtinet sitũ non solum in homine sed in aliis animalibus/ & subdit ꝙ cere/brum est bipartitum & per cerebrum iudicio meo intelli/git solum partem anteriorem/ quæ est bipartita in dextrũ & sinistrum quasi a sũmo ad imum/ & dicit pars bipartita iungitur postremo.s.cerebro quod non uocat ab ipso cere brum/ sed cerebellum:cõmuniter tamẽ alii auctores dicũt cerebellum esse cerebrum/ & per cerebellũ intelligunt unã partem cerebri.s.posteriorẽ / quæ est parua pars respectu partis anterioris/cerebrum etiam anteriorem uocanr cere brum quem dicunt diuidi in partem dextram/ & sinistram & ibidem dicit Ari. ꝙ cerebellum habet tactu & spetie for/mã diuersam a parte priori.s.a cerebro priori. Et dicit Ari. ꝙ cerebrum omnibus priuatum est sanguine/ nec cõtinet intra se ullam uenam/ & ꝙ ad tactum frigidum per naturã est/quamuis aliter dixerit.G.Et dicit ꝙ cerebrum habet in se cauum quoddam: & non dixit tres neq; quattuor uẽ/triculos sicut faciunt medici qui diligentius considerarunt uentres cerebri ipso Ari.& hoc fuit qa medici ponunt mul tas uirtutes in cerebro quas Ari. ponit in corde. Substãtia partis anterioris cerebri est mollior posteriori : quia ut di/cit.G.de util.debet esse principium neruorum mollium q sunt nerui sensuum.Substantia uero partis posterioris ce/

rebri est durior anteriori:teste.G.ix.de iuuamentis: & fuit durior quia ab ea disseminătur nerui duriores: plurimum nāq; neruorum motus oriuntur a parte posteriori cerebri teste.G.& teste Hali.& Aui.Et.G.viii.đ uti.dicit sicut nerui inter se differunt duritie & mollitie ita oportet ut differat cerebrum:qui nerui duri cerebri oriuntur a cerebro posteriori duro:& molles a cerebro anteriori molli:& ideo ex posteriori parte cerebri dicit.G.ꝙ oritur nucha:a qua procedunt nerui duri. Iudicio tamen meo nullus neruus neq; nucha oritur a cerebello:est bene uerum secūdum sensum ꝙ nucha & aliqui nerui oriuntur a parte anteriori cerebri tendendo uersus posterius:nō dico posterius uersus os laude:sed tendēdo posterius a parte anteriori cerebri usq; ad foramen nuche:quia a naribus usq; ad nucham pars anterior: inferior tamen/continue a molli substantia transit ad duram:sed pars anterior cerebri quæ est in parte uersus os laude non est multum distans in substantia a parte anterioris:durior tamen est ista supior posterior pars quā anterior sed non est tātum dura sicut est pars anterior cerebri: quæ est prope nucham:& credo ꝙ natura fecerit illam partem inferiorem cerebri anterioris duriorem: quia ab ea debent nasci nerui cerebri qui sunt duriores in parte posteriori cerebri quā in anteriori:ut igitur nerui non multum distarēt in substantia a substantia cerebri natura indurauit illā partem cerebri inferiorem posteriorem magis quā partem superiorem posteriorem:& hæc omnia a me antedicta uidēt ad sensum:& dicant aliter quid uelint alii: ego teneo cum sensu quia ad sensum non uideo aliquem neruum neq; nucham oriri a cerebello:& ideo ego teneo cum uero sensu q semper fuit mihi dux & magister in anatomia:est bene uerum ꝙ cerebellum est continuum cum parte anteriori cerebri in loco ubi incipit nucha:sed nucha in colore & i substantia assimilatur parti anteriori cerebri sibi uicine:dico ēt ꝙ nucha oritur a parte anteriori cerebri:quia sensus tactus defertur a nucha ad sensum cōmunem qui ponitur ab omnibus auctoribus in parte anteriori cerebri locatus in eius uentribus. Iuuamenta cerebri sunt: multa nam seundum Ari.cerebrum temperat calorem cordis iuuarit etiam cerebrum in lucidando & clarificando spiritus: membrum.n.

calidum facit spiritus fumosos & grossos/ & hoc non facit frigiditas & humiditas cerebri / si .n. cerebrum esset sicum semper homo fureret/ & si esset calidum semper elliquarẽtur humores ad oculos/ ad nares/ ad aures/ & ad instrumẽta sensiuum/ frigiditas etiam cerebri est causa somni ingrossando uapores ascendentes. Cerebrum etiam est causa uirtutum animalium perfectarum. Cerebrum etiam est causa motiua uoluntarie uirtutis/ & sensitiue secundum. G. & apprehensiue/ retentiue/ & cogitatiue: & licet Ari. dicat cerebrum solum esse factum ad temperamentum cordis. G. tamen contradicit ei potenter dicendo ꝙ si fuisset ꝑpter hoc cerebrum fuisset circa cor/ & dicit. G. ꝙ Arist. potuisset ita dicere calcaneum eẽ factum gratia cordis/ quia citius a calcaneo ad cor peruenisset infrigidatio quã a cerebro: qa nõ minus frigidos iuenies calcaneos ipso cerebro/ & uie a calcaneo ad cor magis patent. Passiones omnium modorum patitur cerebrum.

De Ventriculis Cerebri.

IN substantia cerebri reperiuntur certe cõcauitates quæ dicuntur uentriculi: & caruerne: siue cellule: & thalami siue camere/ qbus nunc insistimus/ quos uentriculos assignabimus prius secundum mentẽ illustriũ auctorum: deinde assignabimus eos secũdum opinionem nostram propriam/ quæ est diuersa ab omnibus aliis auctoribus. Dicamus igitur cerebrũ anterius esse diuisum secundum longum a prora ad puppim in dextrum & sinistrum: & hoc declarat sensus: ista autem diuisio secundum profũdum non penetrat usq; ad sui ultimum: sed finitur parum supra uentriculum assignatum pro anteriori uẽtriculo: maxime in parte media & anteriori ipsius cerebri: sed in parte posteriori penetrat usq; ad duram matrem tegentẽ cerebellum: & ista diuisio cerebri in duas partes secundum longum fit a dura matre: & natura fecit istam diuisionem ut si contingat nocumentum uni parti ꝙ non contingat alteri: sicut etiam natura fecit propter hoc duos oculos/ duas aures/ duas nares/ & multa alia membra didima / & cum isto fundamento dualitatis ego non cõuenio cum aliis de loco

uentriculorum cerebri: habeo etiam alia fundamenta ut la
tius inferius dicam. Ventriculi cerebri quantitate nõ fue/
runt equales/anterior.n.est maior posteriore ut dicunt au
ctores/ & posterior est maior medio/ isti uentres ponũtur
figuræ sphericæ quando sunt pleni spiritu. Cõmuniter uen
tres cerebri ab Aui.ab Hali.& a sequacibus ponuntur tres
primum uentriculum ponunt in anteriori parte capitis/ se
cundum ponunt inter primum & tertium ponendo tertiũ
in occipitio. Et errant quia secundum opinionem eorũ pri
mus uenter est ualde magnus: & ideo est non multũ distãs
a prora neq; a puppi/ sed medius uenter ẽ sub primo in sub
stantia cerebri parum distans ab osse basilari. Et errant etiã
quia posterior uenter est sub primo post illam concauitatẽ
quam ipsi ponunt pro uentre medio: q postremus uenter
est circa originem nuchæ. Et dicunt cõmuniter auctores
ꝙ quilibet uentrium prædictorum est diuisus ĩ partem de
xtram & sinistram: dicunt tamen ꝙ anterior uẽtriculus so/
lus habet parilitatem sensibilem ipsum diuidẽtem ex qua
parilitate multi dicunt uentrem anteriorem esse duos uen
tres/ & ideo. G. viii. de uti. & nono de iuuamentis posuit in
cerebro quattuor uẽtres/ & ita etiam Auer. primo colliget
dicendo ꝙ in parte anteriori sunt uentres/ unus in medio
& unus in posteriori. Aui. tamen non ponit anteriorem ni
si pro uno/ & sic etiam faciũt multi alii. Et omnes prædicti
uentriculi secundum cõmunem opinionem sunt tecti ad
intra eos certa pellicula orta a pia matre/ excepto uentricu
lo posteriore/ qui quia habet substantiam cerebri erga se so
lidam/ non indiget aliquo panniculo eum tegente. Ego ta
men uidi in uentriculo posteriori quem ponunt præfacti
auctoris piam matrem ad intra inuoluentem talem uen/
triculum/ in parte anteriori uentriculi medii sub uentricu/
lo anteriore est meatus quidem per quem expurgantur su
perfluitates cerebri qui uocatur lacuna a Mũdino/ de quo
meatu loco suo dicemus/ iuuamenta uentriculorum cere/
bri sunt ut sint organa uirtutum animalium/ quæ uirtutes
ab Auic. & a multis philosophis ponuntur quinq; ut patet
prima primi de uirtutibus. G. tamen tertio de accidenti &
morbo. c. iii. tanquam medicus purus posuit uirtutes ani/
males solũ tres. s. imaginatiuam quæ aprehendit sensibilia

& cognoscitiuam quæ discretiua etiam uocat: quæ discernit facienda a non fiendis: & memoratiuam quæ est prætetitorum retentio. Et istæ uirtutes quæ sunt sensitiuæ interiores a. G. ibidem uocantur regitiuæ: & Hali. uocat has uirtutes existimatiuam totius: & omnes simul dicuntur uirtutes mentales: & ꝙ sit uerum ꝙ istæ uirtutes sint in istis locis tãquã in organis patet ad sensum ut dicunt fere omnes: quia egritudines harum cellularum impediunt operationes illarum uirtutum: quod non fieret nisi ipse essent earũ organa. Arist. tamen secundo de partibus dicit ꝙ cerebrũ est factum solum ut contemperet caliditatem cordis: & harum uirtutum in pluribus locis ponit sedẽ in corde. Et medici dicunt ꝙ si lædatur imaginatio ꝙ confortatur & sanat ipsa imaginatio applicando medicinas prore capitis: si autem lædatur cognoscitiua & discretiua applicãdo parti media capitis medicinas sanatur, & ita sanat memoratiua læsa, applicãdo medicinas puppi capitis. Passiones omnium modorum possunt pati isti uentres: & inter alias passiones inuentus est unus puer: teste. G. viii. de uti. c. x. qui habuit uulnus penetrans ad unum ex uẽtribus anterioribus, qui sanatus est adiutorio tamẽ dei excelsi: & dicit. G. ꝙ si ambo uentres fuissent perforati ꝙ non uixisset uno puncto.

De Anatomia Primi Ventriculi Secundum Cõmunem Opinionem.

Ut bene uideatur anatomia huius uentriculi qui est sensibilissime diuisus in duos uentres, & unus eorũ est similis alteri secundum omnes eius partes: operator debet remouere multum de substantia cerebri superiori circa regionem ossium bregmatis: ab uno latere prius & debet remouere tantam substantiam ꝙ attingat usqꝫ ad cacumen uentriculi, quod quidem cacumen uocatur a. G. ix. de uti. c. vi. tectum, quia est sicut tectum domui: & dicit G. ꝙ huius uentris superficies est in anteriori parte super facie: & propter hoc dicitur a quibusdã Zac, & a quibusdã Zag: ista tamen superficies huius tecti iudicio meo est uerus uerticem. Et. viii. de uti. c. xi. G. uocat istud tectũ camerium & forficiforme, quoniam & talia edificiorum consue

tudo est archithethonicis camaria & forsices seu fornices nominare: &.G.ubi supra nono de iuuamentis dicit ꝙ utilitas istius tecti ad uentriculum / est sicut utillitas pontis ad edificationem propter fortitudinem ejus ad patiendum illud quod est supra ipsum de ponderositate: & quia res rotunda assimilatur sibi secundum partes est remotissima figurarum ab occasiõibus: & cum hoc est magis ampla omnibus figuris habẽtibus ysoperimetris: & illa proprietas.i. figura est multum laudabilis in uasis & canalibus & uentriculis: quoniam est magis capax quã aliæ figuræ.

¶Ecce lector ꝙ figura huius uentriculi ponitur sphærica: sua quantitas est magna / & occupat iudicio meo plusquã medietatem partis cerebri secundum longum: & tendit ẽt in postrema eius parte uersus latera.s.uersus loca aurium & hoc patet ad sensum.

¶Numero sunt duo isti uentriculi anteriores: & uiso uno alter debet uideri consimiliter ut de ambobus habeatur uera notitia/ quodlibet horum uẽtriculorum habet unum foramen in parte sua uersus anterius in sua basi: quæ duo foramina terminantur ad unum orificium solum per quod descendit humiditas superflua cerebri ad infusorũ quoddam ibi prope prope existens / ꝙ infusoriũ uocat̃ lacuna a Mũdino/ per ista etiam duo orificia in unum terminata descendit & transit spiritus animalis ad alios duos uentres: in principio quorum incipit pars anterior illius concauitatis quæ dicitur uenter medius ab auctoribus/ & ab illo uentriculo medio qui est tãquã uia transit spiritus ad uẽtrem posteriorem. Situs huius uentriculi anterioris q est duos uentres ponitur anterius a doctoribus: est tamẽ superior ut ante dixi: hic uenter anterior colligatur uentri medio: & infusorio: foramina.n.istius uentriculi in unum foramen terminata sunt supra partem in qua uenter medius unitus est in fusorio/ ista tamen non possunt ad plenum scribi: sed indigent præsentiali ostensione: tamen solers medicus per scripturam potest si non totum quod scribitur intelligere: saltem intelligit aliquam partem / & forte partem maiorem. Iuuamenta uentriculorum istorum: teste.G.viii.de utili.c.x.sunt ꝙ præstant inspirationem & expirationem & efflationem quæ a cerebro est/ quoniam prælaborãt & præpa-

rant ei animalem spiritum / & sunt organum odoratiuum & uelut riuus quidam ad superfluitatum effluxionem ido/ neus. Iuuant etiam mittendo organis sensuum exteriorũ spiritus per neruos sensitiuos. Iuuant etiam uirtutes apre/ hensiuas interiores. s. phãtasiam imaginatiuam & sensum cõmunem: tamen iuxta medicos sensus cõmunis & phan tasia idem sunt. Dicit. n. Hali. ꝙ phantasiæ actio propria/ ẽ res formare & imaginari & ad cogitatiuã transmittere. Pas siones omnium modorum patitur hic uenter.

De Vermibus.

IN basi uniuscuiusq; prædictorum uẽtriculorum est quædam substantia prolonga rubea quæ uocatur a G. viii. de utili. uermiformis epiphisis. i. explantatio & uocatur uermis ut referunt auctores: quia est longus & rubeus & mobilis sicut uermis / quem motum aliqui putãt esse naturalem & aliqui uoluntariũ & hoc membrũ uocat a. G. uermisimilis substantia. Et teste Aui. xii. de aialibus isti duo uermes. s. unus pro quolibet uẽtre uocantur ab aliqui bus duæ uenæ: quia sunt rubei ut uenæ. Et aliqui sunt qui dicunt istos uermes esse de substantia cerebri: sunt tamen duriores propter motum / sua tamen substãtia iudicio meo est uenosa & arteriosa & ad sensũ uidentur oriri ab arteriis & uenis cerebri existentibus iuxta conarium / & ab arteriis existentibus uersus partem anteriorem cerebri dispersis p ipsius substantiam / & sunt uellati panniculo orto a pia ma tre secũdũ aliquos / & isto mõ uermes possunt esse similes cerebro. s. in substantia panniculari / & non in substãtia me dullari: ut putãt alqui. Et nono de iuuamentis dicit. G. ꝙ uermis componitur ex multis spetiebus & compositio ipsi us est similis compositioni iuncturarum / & hic uermis dila tatur & elongatur: teste Auic. sua quantitas est magna ten dens usq; ad partem posteriorem primi uentriculi secũdũ longum / iudicio tamen sensuali hic uermis tendit cũ suo capite seu cauda uersus aures. i. uersus partẽ lateralẽ cere/ bri sequẽs basim uentriculi anterioris.

¶ Numero sunt duo uermes. s. unus pro basi cuiuslibet uẽ triculi anterioris. Situs istius uermis ponitur in basi uentri culi anterioris

culi anterioris partim supra illam concauitatem quæ porus & uia & uentriculus medius dicitur. Alligantur.n. isti uermes parti superiori istius uentriculi medii in illa parte i qua sũt certe partes eminẽtes glutea seu nates uel coxe nominate/quæ coxe sunt partes superiores & etiam latera les huius uie seu pori qui dicitur uenter medius:& ita uermes prædicti sunt coopertorium huic poro.

¶ Notent tamen legentes ꝙ in anteriori uentriculo prædicto circa basim sunt etiam duæ eminentie.s.una pro quo libet uentriculo quæ eminẽtie sunt similes coxis humanis & sunt longiores quam ille quæ sunt supra porum seu uiã nominatam uentriculus medius/ & iste eminentie sequuntur situm uermium prædictorum a lateribus tãtum. Iuuamẽta talium uermium iudicio meo sunt nutrire partẽ centralem cerebri circa uentres eius mediãtibus certis uenis & sanguine in eorum substantia repertis:credo etiã ꝙ uermes prædicti portent partem spiritus animalis ad uẽtres q est alteratus & præparatus prius i arteriis pie matris/ a quibus trahunt ortum tales uermes. Iuuamentum etiam uermium teste. G. viii. de uti. est ut præsint spiritui animali uelut custos & dispensator eorum/quia ad motum eorum aperitur & clauditur uenter medius/ & ita trãsit & retinetur spiritus animalis a primo uentre ad mediũ/ & a medio ad postremum per uermes. Et Albertus dicit ꝙ propter hoc homo attonitus agitat & uibrat caput ut moueantur uermes prædicti & aperiantur uentres. Passiones omniũ modorum possunt euenire huic uermi seu istis uermibus.

De Anatomia Ventriculi Medii etiam Secundum Opinionem Cõmunem.

Visis uermibus qui secundum auctores magis seruiunt uentri medio & posteriori quam anteriori/uidendus est uenter medius:& ad hoc ut bene uideatur debent eleuari uermes a superficie ipsius/ sub quibus est pia mater subtilissima supra tegẽs ipsum uentrem: & in hac pia matre non est multum laborandum cum manu qa remouetur ad remotionẽ uermiũ/quia est secũ firmissime alligata & ab eis orta. Istum uẽtriculũ medici multi uocãt

uiam: & porum seu transitum spirituum a primo uetre ad postremum. Aui.n.dicit ꝙ hic porus est sicut deilis.i.meatus, per quem ex anteriori cerebri fit trāsitus ad posterius: figura eius quando facit spiritus animalis operationes ī eo est sphaerica: sed quando transit spiritus a primo ad postremum uentriculum est oblonga: & dicunt aliqui ꝙ quādo rotundatur clauditur: & quando elongatur ꝙ aperitur: iste uentriculus est circūdatus iterius undequaq; a pia matre ut reddatur fortior: & ita etiam est uenter anterior circundatus a pia matre: quia isti duo uentres sunt circūdati a substantia cerebri molli: posterior uero uēter quia est circundatus a substantia solida cerebri non habet intra se piā matrem: oppositum ego semper uidi quia ad sensum uidetur ita pia mater in postremo uētriculo sicut in aliis: est tamen in uentre postremo ipsa pia mater subtilior quā in aliis uentriculis. Quantitas huius uētris est non multum magna: tamen ad aliqualem longitudinem notabilem tendit & sua circūferentia quando rotūdatur iudicio meo nō est maior uitello unius oui: hic uenter est minor omni alio uētre cerebri. Numero est unus solus uenter: multi tamen dicunt quod est duo uentres: dicendo ꝙ insensibiliter est diuisus. Iudicio tamen meo nō est nisi unus: & anatomia nō notat insensibilia: sed sensibilia, latera huius uētriculi sunt certe partes de substantia cerebri eminentes quae uocanť nates, glutea, anche, & coxe: quae claudūt perfecta clausione ipsum uentrem quando opus est: & istae anchae secūdū aliquos sunt tāquā basis uentriculorum anteriorum: & super eis ligantur uermes antedicti: secundum suam partem anteriorem: quia secundum suam partem mediam liganť uenis & arteriis ascendentibus iuxta illam glādulam quae dicitur conarium: & pars postrema talium uermiū alligať aliquibus arteriis existētibus in basi cerebri uersus loca aurium: & uidetur ꝙ etiam tales uermes ingrediātur aliquos anfractus cerebri circa loca lateralia praedicta, & ꝙ alligenť uenis ibidem in basi cerebri existentibus in pia matre quae ueniunt a parte anteriori inferiori cerebri. Situs huius uentris est circa medium capitis secundum anterius & posterius: sed non est in medio secundum superius & inferius: sed uentres anteriores sunt in medio anterioris & posterioris

superioris & inferioris. Venter. n. medius de quo fit sermo est prope os basilare: multum tamen distat ab osse bregmatis. Hic. n. uenter medius uia dictus est sub uentre anteriori & est situs imediate prope lacunam Mundini uersus posterius ipsius lacunæ quæ ab Aui. uocatur embotum & caput rose: de qua infra fiet sermo. Colligantia huius uentriculi ẽ cum pia matre & cum uermes supra piam matrẽ: & est colligatus cum infusorio & cum uentre anteriori sibi superiori per foramen unum seu duo in unum terminata: colligaẗ etiam cum uentre posteriori. Iuuamentum principale uẽtriculi medii est seruire cogitatiue quæ uirtus discretiua a multis dicitur: iuuat etiam in dando spiritum animalẽ uentri posteriori. Passiones huius uẽtriculi sunt oium modoꝝ.

De Anatomia Lacunæ Mundini seu Infusorii uel Capitis Rosæ seu Emboti.

POst secundum seu medium uẽtriculum antequam ad tertium & ultimum uentrem accedamus/ est declaranda anatomia lacunæ Mundini/ quia est contigua imo continua cum uẽtre medio prædicto/ ut igitur seruetur ordo ipsius Mundini de ista lacuna prius determinabitur quam de uentre postremo cerebri.

¶Notent tamen legentes sicut etiam alias diximus/ ꝙ in una ostensione anatomica unius solius indiuidui quam sequitur multitudinis usus in gimnasiis monstrando anatomias Scolaribus non potest comprehendi omnium membrorum distincta anatomia/ quia compositio unius mẽbri anatomizando aliud destruitur/ & hoc magis contingit in anatomia cerebri quia sue partes sunt molles/ ob ꝙ sæpissime forte errauerunt anatomizantes: sed qui cupit bene uidere anatomiam cerebri : debet uidere plura indiuidua & unam partem cerebri uidere debet complete in uno corpore: & in alio aliã: & sic faciendo operator ingeniosus euadet in anatomicum perfectum: dico igitur ꝙ sub uẽtre seu uentribus anterioribus cerebri uersus partem anteriorem in illa regione cerebri in qua uel sub qua sunt nerui obtici incruciati est certa concauitas lata superius stricta inferius: terminata ad certam glandulam quæ est supra os ba/

silare: & sub dura matre: quæ concauitas expurgat supflui tates grossas cerebri/ & illas mittit ad glandulam antedictã & glandula transcolat illas ad inferius per porositates ossis basilaris: quæ superfluitates in descensu suo sunt subtiles ualde/ ut possint imbibi in glandula primo: deinde trãscola ri per os colatorii/ quæ postea transcolate uadunt ad nares anteriores. s. ad duo foramina quæ sunt in extremo inferio ri nasi: uadunt etiam per supra palatum uersus fauces/ & se pe de eis uadit aliqua pars ad stomacum: & aliqua pars in/ terdum descẽdit ad pulmonem/ quæ causat tussim/ & etiã interdum ptisim/ & sæpe pars huius materiæ attrahitur ra scãod a faucibus & a supra palato ad os & expuitur: iste ta/ men superfluitates grosse postquam transierunt os basila/ re dictum os colatorii retinẽtur per notabile tempus in an fractibus existentibus in suprema parte narium. s. illarum partium narium quæ tendunt superiũs uersus os colatorii & ibidem tales superfluitates grosse cerebri. s. in prædictis anfractibus ingrossantur: partim a calore naturali illarum partium: partim ab aere aspiratio & respirato per nares/ q est principalior causa ingrossationis talium superfluitatum mediante exsiccatione quã facit in talibus superfluitatibus & ideo tales superfluitates cerebri uidẽtur grosse in exitu suo a naribus: tamen sunt ualde subtiles & aqueæ quando transcolantur: nec aliter possent transcolari. s. nisi essent ual de subtiles/ & quamuis dicantur superfluitates grosse cere bri/ propter hoc non est quin sint subtiles: sed dicũtur gros se respectiue ad alias superfluitates cerebri/ quæ sunt adeo subtiles ꝙ resoluũtur ꝑ cõmissuras cranei. Et. G. recte hoc docens. x. de iuuamentis membrorum dicebat.

¶ Et quia istæ superfluitates sunt duorum generum: quæ dam ex genere uaporis & fumi/ & he naturaliter mouen/ tur ad superius/ & quædam ex genere aquæ & fecis/ & he naturaliter descendunt ad inferius: fuerunt canales q sunt apti ad expellendum istas superfluitates duorum generũ. Et iudicio meo superfluitas grossa cerebri potest uideri in maiori parte capitum anatomizatorum/ quia semp est de ea aliqua pars in uentribus cerebri: & in ista cõcauitate ad minus semp est aliqua portio talis humiditatis. Credo be/ ne ꝙ in uno corpore hæc humiditas sit grossior ꝗ in alio.

¶ Nota tamen lector ꝙ sunt aliqui qui sunt opinati ꝙ illa humiditas quæ reperit͛ in uentribus cerebri hominis mortui: & in lacuna prædicta sint uapores & spiritus cerebri resoluti in aquam: sicut etiam sunt aliqui qui dicunt aquam pericardie esse ibidem solum post mortem animalis a uaporibus & a spiritibus resolutis in aquā: quod iudicio meo est ridiculosum: quia si illa aqua quæ reperitur i uentribus esset in uapores conuersa occuparet amplum locum/ & lōge maiorem q̄ sint uentres cerebri: & ita etiam aqua pericardie idigeret maiori loco: & ego anatomizaui animalia uiua: & statim in primo occursu dum adhuc staret uita uolui uidere pericardiam/ & uidi multam aquā in ipsa adhuc stante forti motu cordis: ob ꝙ infero ꝙ aqua illa sit semper in animali sano in pericardia: & ꝙ non sit aqua ibidem propter uapores & spiritus post mortem in eam conuersos: & ego credo ꝙ cōtinue ꝯtinue a massa cerebrali ꝑ poros eius exeat hæc sua superfluitas grossa/ quæ est multa necessario quia cerebrum est magnum membrum/ & indiget multo & continuo nutrimēto/ & ideo continue resecat a se superfluitates/ quia sūt multe superfluitates in membris ubi est magna copia nutrimenti/ & maxime in membris frigidis quale est cerebrum/ uidemus etiā experientia ꝙ per breue tempus expurgantur nares in quocunq̧ indiuiduo nisi habeat caput ualde siccum/ & talis expurgatio narium breui temporis arguit continuam transcolationem prædictarū superfluitatum. Et est etiam notandum iudicio meo ꝙ naturaliter omnes superfluitates cerebri grosse descendūt ad istam lacunam/ nec naturaliter uadit aliqua portio nisi forte in sensibillis talis humiditatis transcolande ad illa foramina quæ sunt in osse basilari in sūmitate partis anterioris nasi/ quia substātia intrinseca neq̧ in extrinseca ecrebri est aliquod foramen seu aliqua uia sensibilis per quam possit ire talis humiditas ad talia foramina/ & credo ꝙ talia foramina sint tantum ut per ea ingrediatur aer ad cerebrū propter iuuamētum odoris & propter euentationem spiritus cerebri. & credo ꝙ si humiditas aliqua ueniret naturaliter ad ista foramina anteriora nasi ꝙ impediret ingressū/ & exitum aeris ad cerebrum/ & ꝙ hæc humiditas semper impediret uirtutem olfactiuā/ & dicat aliter qui uult/ quia mul

ti ex cardinibus medicine tenent ꝙ etiam per ista forami-
na anteriora narium expurgetur cerebrũ: quibus ego non
consentio propter rationes ante dictas. Cõcedo bene ꝙ in
terdum propter aliquod accidẽs: ueniat materia aliqua ad
ista foramina narium: puta ꝙ rumperetur aliqua uena sub
cerebro in parte eius anteriori in pia uel in dura matre: uel
ꝙ sanies aliqua ibidem genita tẽderet ad ista foramina: uel
propter uulnus uel propter exituram & similia. Aliter cre-
do ꝙ non: exceptuando semper unum casum. s. ꝙ de facto
cõcedo ꝙ ueniat superfluitas cerebri ad ista foramina na-
si quando est superfluens: & non potest transire ad locum
suum naturalem totaliter: uel quando est acuta genita pro
pe nares anteriores: quia de facto hæc materia tunc transit
ad partes anteriores ossis basilaris. s. supra nasum: & hoc ap
paret in catarro qui dicitur corriza: sed hæc humiditas ue-
nit ad nares accidentaliter nõ autem naturaliter: & hoc est
notum omnibus: hæc tamen scripsi cum reuerentia. G. q
tenet in libris de uti. ꝙ humiditas cerebri expurgetur p co
latorium: & per orificia nariũ. Sed unde digressus sum re-
deo: & primo dico ꝙ hæc concauitas quæ est in substantia
cerebri supra incruciationem neruorum obticorum uocat
lacuna a Mundino: & Zerbus in sua intricata zerbea redar
guit eũ: dicendo ꝙ Mundinus non recte docens uocat istã
concauitatem lacunam: sed Zerbus obliquæ sentit: & non
debebat redarguere Mundinum: sed. G. quia. G. decimo đ
iuuamentis. c. iii. uocat istam cõcauitatem lacunam aucto-
ritate aliquorum medicorum propter suam utilitatem istis
uerbis. Et dico ꝙ concauum in quo aggregantur duo ca-
nales quod dicitur a quibusdam medicis lacuna ex sua uti
litate: & a quibusdam quasi canale a figura eius diuersatur
in utilitate: & recte potest hæc cõcauitas uocari lacuna: qa
in ipsa ut plurimum sunt humiditates sicut in lacuna seu in
lacubus: & credo ꝙ Zerbus increpauerit Mũdinum quia
putauit ꝙ Mundinus acceperit istam lacunam pro lacuna
sanguinis quæ est in dura matre de qua p̃teriit sermo sub
nomie torcularis, & plateæ, & lacunæ, & tertiæ uenæ, sed
Mundinus non est reprehensione dignus in hoc: quia non
accepit istam lacunam pro illa concauitate in qua exprimi
tur sanguis: sed accepit pro lacuna in qua aggregantur su-

perfluitates grosse cerebri: & de ista lacuna optime sentit Mūdinus/ & ipse non fuit primus qui nominauerit istam concauitatem lacunam ut patet per.G.ubi supra/ & etiam si fuisset primus non errasset/ sed Zerbus male ponderans sæpissime dicta auctorum errat: & si ego uellem corripere dicta Zerbi augumētaretur liber noster absq; utilitate Scolarium/ sat mihi sit ponere opinionem meam quā quæro concordare cum sensu principaliter/ cetera mihi uidentur frustra. Et ista concauitas/ lacuna suo uero nomine dicta ab Hali. uocatur concha/ dicitur etiam peluis/ & embotum/ & infusorium: & ab Aui. uocatur caput rosæ: quia tendit a lato in acutum uersus inferius sicut facit caput rosæ non maturæ. Substantia huius lacunæ teste. G. ubi supra est de genere coopertoriorum: & fuit principium originis eius ex coopertorio tenui continente cerebrum quod assimilatur secundinæ. Hali. etiam dicit quod substantia eius est panniculosa orta extenui matre: quæ secūdinæ similis est. Sua figura est similis emboto. Embotum.n.est uas rotundum latum superius strictum inferius: cum quo uasa uinaria replētur: & licet embotorum sint diuersæ formæ. Embotum uerum est rotundum cum condictione antedicta: & ideo recte caput rosæ uocabat istam lacunam Aui. quia sua circūferentia est lata superius & stricta inferius sicut caput rosæ: in loco.n.talis colatorii in substantia cerebri est concauitas cui concauitati circa eius circūferentiam alligatur una pellicula orta a pia matre quæ uocatur embotum/ seu caput rosæ. Incipit.n.talis pellicula ab amplo & lato uersus superius/ & uersus inferius terminatur in strictum: & ubi est stricta uidetur tanquam cōcauitas unius uenæ mediocris: & hæc pellicula alligatur in sui fundo duræ matri/ quæ dura mater in directo eius est perforata foramine satis notabili/ per quod descendit humiditas ad unam glādulam leuiter compressam non rotundam sed quadratā aliqualiter: quæ glandula est imediate ibidem sub dura matre/ ad suscipiendas prædictas superfluitates cerebri: quas trāscolat ad inferius supra palatum ad nares uel ad fauces: & sub ista glādula est os cribrosum perforatum foraminibus multis subtilibus tamē: quod os si a superiori ad inferius percuciatur aliquo maleolo duro & graui/ de facili rumpitur quia est sub/

tile:& talis glãdula & tale os cribroſum eſt ſub icruciatiõe
neruorum obticorũ/& talis locus in quo eſt tale os/& talis
glãdulla/eſt magis eleuatus quam alia pars oſſis baſilaris:
ut patet ad bonum ſenſum:& a lateribus talis oſſis aſcẽdũt
duæ arteriæ notabiles.ſ.una a quolibet latere/ quæ ſunt il/
le a quibus ſit rhete mirabile ſecũdum.G.& Auic.& ſequa
ces.Numero iſta lacuna eſt una ſola nec in parte interiori
cerebri eſt uia alia ſenſibilis expurgationum ſuperfluitatũ
cerebri:& licet per oculos & per aures exeãt aliquæ ſuper/
fluitates cerebri:ille tamen non habent uiam manifeſtam:
& licet Ariſt.dicat primo de hiſto.meatus cerebri ad ocu/
los eſſe ternos dicendo ꝙ maximi & mediocres uadunt ad
cerebellum/ & minimi ad cerebrum.i.ad partem anterio/
rem cerebri qui minimi uadunt ad nares/propter hoc non
ſunt iſtæ uiæ manifeſte ſenſibus:& Albertus de iſtis meati/
bus dicit aliqua quem uidere poteſt quilibet tamen in ſuis
dictis non eſt utilitas in annatomia.Situs huius lacunæ ſu/
pra patuit:quia eſt in contermino anteriori medii uẽtricu/
li cerebri:qui uẽtriculus medius diagonaliter uadit ad iſtã
lacunam/ut melius expurget ſua ſuperfluitas:quæ uenit a
parte poſteriori & a parte media interiori cerebri / iſta etiã
lacuna eſt ſub uentribus anterioribus a quibus ſuſcipit ſu/
perfluitates cerebri anterioris & ſuperioris : ꝙ cerebrũ eſt
etiam ĩ occipite ut ſupra patuit/ & ut patet ad ſenſum / iſta
ergo lacuna expurgat totum cerebrum tam anteꝗ̃ retro:
quia ad ipſam ueniũt ſuperfluitates a parte anteriori & ſu/
periori cerebri:& a parte poſteriori & media eiuſdem : nã
ut infra uidebitur inter uentrem mediũ & poſteriorem eſt
certa glandula quæ dicitur conariũ:ꝗ̃ ſubſtentat certas ue/
nas & arterias ibidem aſcẽdentes : ꝗ̃ ſuſcipit humiditatem
a parte poſteriori cerebri & a parte media partis anterioris
cerebri/ & illas trãſcolat ad illam cõcauitatem ꝗ̃ a cõmuni
uſu uocat̃ uenter medius:ꝗ̃ concauitas diagonaliter mittit
prædictam humiditatem ad lacunam ſeu embotũ prædi/
ctum in uentre etiam medio prædicto ultra humiditatem
glandulæ prædictæ:a poroſitatibus ſubſtantiæ poſterioris
& anterioris medio cerebri uadit humiditas ꝗ̃ tranſit tan/
dem ad embotũ prædictum:& ſic totum cerebrum expur
gatur ab iſta lacunaſeu ab iſto emboto. Auctores tamẽ nõ
ponunt

ponunt partem posteriorem cerebri expurgari ad istã lacu
nam/ tamen quia ego non uideo aliam uiam sensibilem in
substantia cerebri neq; anteriori neq; posteriori per quam
sensibiliter possint expurgari sup̃fluitates cerebri/ dico ꝙ
tam pars posterior quam ãterior cerebri expurgat suas su/
perfluitates grossas per istam lacunam / ueritas est iudicio
meo ꝙ a parte posteriori cerebri.s.a cerebello ueniunt pau
ce superfluitates ad istam lacunam/quia sua substantia est
densa & solida/ paucas habens humiditates necessario ex/
purgandas/tamen si aliquas habeat illa transeunt per po/
ros eius ad illam uacuitatem quæ dicitur uenter posterior
deinde a posteriori uẽtre trãseũt ad uẽtrẽ mediũ/ & deinde
ad lacunam. Et nõ est inconueniens ꝙ tales superfluitates
transeant a posteriori uentre ad medium quamuis poste/
rior uenter si.depressior / & inferior in substantia cerebri
multo plus quam uẽter medius/ quia natura expellit illas
& natura facit maiorã quando est stimulata quam expelle
re tales superfluitates a uentre posteriori ad mediũ/ & quã
ad lacunam prædictam/omnes tamen medici concedunt
ꝙ per uentres anteriores & per uentrem medium natura
expurget superfluitates grossas cerebri ad lacunã: sed a po
steriori nullus facit mentionem/iudicio meo / quia in ipso
sunt pauce superfluitates:quæ consumuntur forte a motu
membrorum inferiorum / quia nerui nuche exsiccant talẽ
materiam propter motum fortem quam habẽt/ & hoc pa/
tet experientia/quia nos uidemus exercitium forte & grã/
de:consumere multas superfluitates & cerebri & etiã alio/
rum membrorum : multitudo etiam spirituum transeun/
tium uersus istam partem posteriorem cerebri cõsumit ta/
les superfluitates suo calore: ad nucam.n.transit maxima
copia spirituum propter motum membrorum/ & ideo ab
eis exsiccant̃ sup̃fluitates quæ sunt ĩ cerebro uersus nuchã
nucha tamen iudicio uero est etiam cõtinua cum parte an
teriori cerebri ut infra latius dicemus:sed sui spiritus non
possunt exsiccare superfluitatẽ partis anterioris cerebri/qa
cõplexio cerebri anterioris ẽ ualde hũida/ posterioris uero
cerebri cõplexio tendit ad siccum:pars etiam anterior cere
bri est magna imo maxima/posterior uero ẽ parua/ & ideo
sua humiditas est pauca/ quæ est apta resolui ꝑ maiori par/

te a spiritibus nuche seruientibus/ sunt tamé aliquiq dicũt ꝙ pars posterior cerebri expurgatur per nuchá/teste Auic. qui dicit nuchæ quoq; facti sũt duo exitus / ꝑ quos quædá eius superfluitates resoluuntur & expelluntur/& isti dicũt istos exitus esse in principio nuche/eos tamen ad exteriora terminari ego non uidi/nec in nucha uidi nisi unum exitũ s.unum foramen intrinsecum / & credo ꝙ superfluitates nuche resoluátur magis in sensibiliter quam expurgentur sensibiliter/tamen si humiditas sua superfluat nõ expurga/tur per aliquá uiam manifestam / sed facit spasmos paralesim & alias neruorum passiones/quia non habet unde ex/purgetur regulariter. Colligantia lacunæ prædictæ est cũ uentribus superioribus ei qui dicuntur anteriores/est etiã colligata imediate cũ uẽtre medio/ cui lacunæ est æqualis secundum altum/ est etiam colligata cum glãdula quæ est sibi inferius/quæ est quadrangularis cum aliquali rotun/ditate depressa / & mediante osse colatorii perforato & cauernositatibus sub eo existentibus est colligata ad nares uersus anterius & uersus fauces/ & mediante uẽtriculo medio est alligata cum cõcauitate quæ dicitur uenter posterior/qui iudicio meo non est uenter continens in se uirtuté memoratiuam ut latius infra dicetur. Iuuamenta talis lacune sunt expurgare superfluitates grossas cerebri:natura igitur circa talem lacunam fuit multum sollicita propter no/bilitatem cerebri/ quia si non expurgarentur tales super/fluitates cito periret animal. Passiões omnium modorum potest pati hæc lacuna / sua tamen propria passio est egri/tudo in uia/illi.n.frequenter euenire potest opilatio coar/tatoria a multitudine ul' grossitie uel uiscositate sup̃fluitatis cerebri/ a q̃ opilatione de facili fit epilepsia & apoplesia.

¶Notent tamen legentes & operatores anatomiæ ꝙ in una sola anatomia cómuni etiam possunt bene uideri om/nes tres uẽtres cerebri:seu quattuor/quia ponuntur quat/tuor a.G.sed oportet ꝙ operatores sint diligentes in inci/dendo substantiam cerebri:quia destruitur de facili/ & de/bét etiam notare ꝙ lacũna prædicta non uidetur totaliter nisi prius uisa fuerit tota anatomia partis ãterioris cerebri: in qua uidetur prius anatomia omnium neruorũ cerebri: oportet igitur ut operator uideat seruare coopertorium ꝑ/

dictæ lacunæ i suo loco usquequo uisa sit anatomia neruorum omnium cerebri: qua uisa potest abicere totam substãtiam cerebri: & tunc uidebit lacunam penetrare circa loca neruorum obticorum ad glãdulam quã habet sub se: quæ est supra os basilare imediate sub dura matre. Cuius carnis substantia est rara spongiosa & subrubei coloris: quæ præbet utilitatem transcolationis superfluitatum grossarũ cerebri ad os basilare eo modo quo dictum est supra: & hæc uolo sufficere de lacuna seu emboto & de glandula prædicta: de qua tñ aliqd infra dicetur cum tractabit de osse basilari.

De Anatomia Ventriculi Posterioris etiam Secundum. Cõmunem Opinionem.

Visa anatomia duorum uentrium anteriorum cerebri, & uisa anatomia uentriculi medii, & uisa anatomia lacũæ: eo modo quo diximus supra, debet notare operator q; in fine uẽtriculi medii sensibiliter uidetur unus porus seu unum foramen per quod secundum opinionem cõmunem spiritus memoratiue uirtutis uadũt ad uentriculum posteriorem, qui uẽtriculus ponitur strictus in supremo: latus uero i basi eius: & causam talis forme optime dicit Mundinus: sed circa istud foramen inter uentrẽ medium: & istum posteriorem est certa glãdosa caro quæ habet formam pini: & ideo ab anatomicis dicitur pinum: & sic eam uocat. G. ix. de iuuamentis, & istam carnẽ Hali. uocat corpus glandosum: & Aui. dicit q; est corpus de genere glandularum: ista tamen caro non est pars cerebri: teste. G. viii. de uti. sed est caro glandosa dicta conarium quia habet formam conni: quãtitas eius non est maior grano sabe cõmunis: suus conus est uersus iferius: quia uenæ cerebrum nutrientes dum incipiunt ascendere sunt simul stricte: quæ obuiantes huic glandule illi adhærent: & in ascensu suo sequuntur formam glandulæ: & forma glandulæ superius est lata. Ideo uenæ ab inuicem dilatantur ascendẽdo: quæ uenæ cum sunt supra prædictam glãdulam ingrediuntur duram matrem ibidem duplicatam: & per ipsam duplicationem ascendunt usq; ad sũmitatem capitis: & ab istis uenis est torcular seu lacuna sanguinis: de qua supra

præteriit ſermo:& de iſta lacuna Mundinus non fecit mẽ/
tionem:cum iſtis tamen uenis iudicio meo aſcendunt aliq̃
arteriæ quæ ſunt ille q̃ uiuiſicant duram matrem: & etiam
cerebrum uirtute uitali:& iſte ſunt ille arteriæ de qbus.G.
xvi.de utl.dixit eas tendere per partem poſteriorem ad in
tra craneum.Iſta glandula ſitu eſt poſita ſupra foramẽ qđ
tranſit a medio uentriculo ad poſtremum.Iſta glãdula eſt
colligata cum uenis aſcendentibus ſibi annexis : eſt etiam
hæc glandula alligata cum pia matre: quia hæc glandula ẽ
iuoluta certa tenui pellicula orta a pia matre:imo multi uo
lunt ꝙ pia mater habeat ortum ab iſta pellicula : & a ramis
prædictarum uenarum aſcendentium circa glandulã præ/
dictam : iſta tamen ſunt imaginabilia : ego bene credo ꝙ a
principio ex materia ſpermatica ſibi propria ſint genita &
pia & dura mater/ & ꝙ natura mittat ramos uenarũ & arte
riarum ad piam & ad duram matrẽ per plura loca/ & hoc
patet ad ſenſum/principaliora tamẽ loca uenarum & arte/
riarum tranſeuntium ad duram & piam matrem ſunt loca
anteriora circa incruciationem neruorum obticorũ & etiã
per iſtum locum in quo eſt hæc glandula dicta conarium
ſeu pinum tranſeunt arteriæ aliquæ ad panniculos prædi/
ctos. Iuuamentum huius glandulæ:teſte.G.viii.de utili.c.
x.ſecundum aliquos eſt hoc.ſ.ꝙ hæc glandula eſt tanquã
portanarius ad uiam ſeu porum tranſeuntem a medio uẽ/
triculo ad poſteriorem.Retinet.n.ſecundum aliquos hæc
glandula ſpiritus in uentre medio donec ſint digeſti:& idẽ
iuuamentum ſecundum aliquos præſtant etiã uermes an/
tedicti aperiendo & claudendo tale foramen:hoc tamẽ ne/
gat.G.ubi ſupra.ſ.ꝙ hæc glãdula claudat & aperiat talem
uiam:quia dicit quod non mouetur glãdula ſicut uermes
antedicti mouentur.Eſt igitur iuuamẽtum talis conarii: te
ſte.G.ubi ſupra/& in libro de iuuamẽtis/& in libro de uti.
iſtud.ſ.firmare & ſubſtentare uenas prædictas circa ipſas
aſcendentes/& eſt ad implendum uacuitates inter ramos
uenarum prædictarum aſcendentium/idem dicit Hali. Et
aliqui putant ꝙ hæc glandula ſuſcipiat ſuperfluitates par/
tis medie & poſterioris cerebri/& ꝙ illas tranſcolet ad uẽ/
trem medium:quia eſt altior parum uel ſaltem æqualis ip
ſi uentri medio/ uenter poſtea medius trãſmittit illas ad la/

cunam/ & sic tandem ad nares descendunt sensibiliter.
¶ Visa ista carne est uidendus uenter posterior cerebri q est ut dicit Mundinus figure piramidalis in sui sũmitate licet tendat ad sphericam formam: figura.n. huius uentriculi sequitur figuram ossis illius ꝙ est in parte posteriori qđ dicitur os laude: est.n. latum in fundo strictum in supremo & ita est suus uẽter posterior cerebri: & talem formam huius uentriculi ponunt fere omnes auctores. Substantia huius uentriculi.s. paries seu circũferẽtia eius inspissatur usq͡ ad duritiem: teste Aui. & ideo facit ad retentionem. Cõplexio huius uentriculi sequitur complexionẽ substantiæ suæ circũferentiæ: quæ uocatur parengefalida seu parengefalidos a.G. & est illa pars cerebri quæ ab Ari. dicitur cerebellum. Sua quantitas est magna notabiliter non tamen est iudicio meo in sexcuplo ad aliquem uentriculorum anteriorum proportionata in magnitudine/ & hoc constat ad sensum. Multi tamen aliter sentiunt/sed sensus in hoc ẽ iudex.
¶ Numero hic uentriculus iudicio meo est unus: dicit tamen Aui. ꝙ unus quisq͡ uentrium cerebri in sui latitudine duas habet partes.s. unam dextram & unam sinistram. G. etiam.ix. de iuuamentis de istis uentriculis agens dixit: & instrumenta fuerunt duplicia ut quãdo destrueretur unũ remaneret alterum ad operationem. Et secũdum uiã Auic. omne corpus habet dextrum & sinistrum: sed iudicio meo non sunt diuisi uentres cerebri nec medius / nec posterior tali diuisione ꝙ si contingat nocumentum uni parti ꝙ etiã illud nocumentum non cõtingat alteri: est bene uerum ꝙ uentres anteriores sunt diuisi/ & læso uno alter potest operari suas uirtutes secundum ꝙ apparet ad sensum: sed Aui. imaginatur ꝙ alii uentres sint diuisi: & ita faciũt multi alii. Situs huius uentriculi est in posterioribus cerebri: teste Hali. hic tamen uẽter non est in substãtia cerebelli seu cerebri posterioris ut putãt cõmuniter omnes auctores / & sensus hoc demonstrat/sed in parte ista posteriori est certa uacuitas quæ est inter cerebrum posterius & illam partem ultimam inferiorem cerebri anterioris/ & hæc uacuitas est uellata panniculo orto a pia matre/ quæ uacuitas terminatur tandem ad nucham/ & ita ista uacuitas est magis inter unã partem cerebri & aliam quã quod sit in substantia cerebri:

imo ad sensum cerebellum nullam penitus habet in se ua-
cuitatem:cuius cerebelli forma est pinealis:suũ conum ha
bens uersus superius:uersus suũ fundũ est bipartita ad for-
mam burse testiculorum humanorum: & in nulla parte ip
sius cerebelli est aliqua uacuitas : propter quod ego credo
ꝙ hæc uacuitas ibdem reperta inter cerebellum & cerebꝝ
uersus nuchã nõ sit organũ memoratiue uirtutis : ut latius
infra dicemus:sed credo ꝙ in ista uacuitate sint semper pa-
rati spiritus dantes sensum & motũ membris inferioribus
mediantibus neruis nuche/ & quia isti spiritus motiui sunt
grossi possũt stare in ista uacuitate:q̃ nõ est in substantia ce
rebri/ sed cerebrũ supra positũ cerebro facit istam uacuita-
tem capacem taliũ spirituũ:adiuuante panniculo uno inuol
uente talem uacuitatem/ & quilibet diligens operator ui-
debit p̃dicta a me esse uera si diligenter faciat duas uel tres
anatomias huius partis:destruendo partes adiacentes ei si
opus est/ & de ista diligentia adhibenda in isto loco amore
dei & ueritatis rogo operatores ut procedant sicut ego di-
co:s.obmissis omnibus aliis partibus cerebri: capiãt solum
cerebellũ cũ aliq̃li parte cerebri anterioris inferioris tamẽ:
& illam remoueant a craneo & ponant illam supra aliquã
tabulã mũdam:& uidebũt melius q̃liter cerebellũ est apo-
diatum parti anteriori cerebri/ & uidebũt etiam colliganti-
am cerebri & cerebelli/ & uidebũt ꝙ in cerebello nulla est
penitus concauitas:sed uidebũt ibi unam cõcauitatem no
tabilem tendere a uentre medio ad nucham/ quæ concaui
tas est inter superficiem & superficiem cerebelli & cerebri
se inuicem apodiati/ quæ cõcauitas est uellata a pia matre:
q̃ pia mater seu panniculus manu tenent iũctos cerebrũ cũ
cerebello in isto loco/ & sic in ueritate est:rationes aũt alias
propter qd ego non credo istam uacuitatem posteriorem
esse organũ uirtutis memoratiue inferius dicam. Colligan
tia huius uentris est cũ uẽtriculo medio/ & cũ nucha / & cũ
pia matre:& cũ cerebro anteriori:& cũ cerebello seu parẽ-
gefalida. Iuuamenta huius uentriculi in opinione cõmuni
sũt memorari. Iuuat etiam motiuam uirtutem: teste Auic.
huic uentriculo possũt euenire omnes speties ægritudinũ:
inter istos uentres auctores ponũt uentrem mediũ esse no
biliorem.

Postq̃ uidimus opiniones cões de uentribus cerebri silentio non præteribo unam meam opinioné quã habeo de uentribus eius. Implorata tamẽ prius uenia si obliq̃ sentirem/hoc.n.pro firmo teneo ꝙ non deerũt huic mee opinioni contrariãtes:eo maxime cũ ego dissentiam a cõmuni scola medicorũ. Conabor tamen aliqbus rationibus etiã non debilibus:toraces fereos undequaq; densos opinioni mee circũponere/ne tela acutissima leuiter illam exterminent interimantq;. Istam tamẽ meam nouam opinionem credo aliis præualere/quam audacter ego ponam tanquam præludium scolaribus/ut exerceant se utilissimo exercitio qđ est per intellectũ. Imploratio igiť sũmi opificis auxilio:dico in parte illa cerebri quæ a nobis superius fuit assignata pro parte anteriori eius: esse ad latus dextrum: unam cõcauitatem notabilem/& unam aliã prædictæ similem ad latus sinistrum ipsius cerebri:quæ concauitates sunt magne ualde.non.n.multum distãt a prora capitis neq; a puppi: & istæ cõcauitates sunt uere ĩ medio in substantia cerebri:habent.n.supra se & ante se/& post se:& sub se:notabilem partem substantiæ medullaris cerebri: & ideo sunt in nobiliori loco cerebri. Medius.n.locus est nobilior & temperatior omni alio loco: teste Aui.xi. tertii ubi loquitur de corde. Venter.n.medius & posterior antedicti non sunt uere in substantia media cerebri:ut patet per situm eis assignatum supra:propter quam nobilitatem istarum duarum concauitatum quæ sunt in parte anteriori cerebri:ego sum coactus ponere in istis uacuitatibus nobiliores operationes ipsius cerebri:ideo dico istas duas concauitates seu duos uentres anteriores cerebri habere in se omnes uirtutes animales.s.uirtutes sensus & motus:& uirtutes quas Aui.prima primi uocat comprehẽdẽtes.s.sensum cõmunem:phantasiam:cogitatiuam seu imaginatiuam:& conseruatiuam:ueritas est ꝙ iste due concauitates non sũt ita in medio cerebri secundum dextrum & sinistrum sicut est illa concauitas quæ a medicis dicitur uenter medius:& ratio propter quid tales concauitates non sunt ita ĩ medio secundum dextrum & sinistrum sicut ille uenter medius ẽ ista.s.quod fuit impossibile eas esse in medio præcise: quia sunt duæ concauitates magnæ:& ambæ non possunt esse

in eodem loco: & una harũ non sufficiebat ideo natura du-plicauit eas ponendo ambas in medio cerebri meliori mo-do quo potuit, fecit.n.eas concauitates continguas & fecit eas eq̃les & diuisit eas p parietẽ ut si ꝯtingat nocumẽtũ uni pti ꝙ illd̃ nõ ꝯtingat alteri: & si fuisset possibille ꝙ una sola concauitas fuisset sufficiens, natura præcise locasset eam in centro cerebri propter nobilitatem & sufficientiam loci. Est bene uerum ꝙ secundum anterius & posterius & secũ dum superius & inferius natura posuit eas in medio. Ven-ter autem medius antedictus non est in medio secundum superius & inferius: sed habet suam basim proximam dure matri circũuoluenti cerebrum inferius uersus os basilare: & quãuis istæ duæ anteriores concauitates cerebri nõ sint in centro capitis præcise sicut in puncto propter impoten-tiam prædictam: tamen ad latera sua habẽt magnam & no tabilem portionem substãtiæ medullaris cerebri: ob quod possunt dici esse in medio substantiæ medullaris ipsius: uẽ-ter autem medius antedictus nõ habet cerebrum sub se ni-si diminutissimum: & ideo non potest dici uere uenter me dius, quia non est in medio cerebri. Et ut cõmuniter tenet spiritus animales digeruntur in uentribus cerebri ultimo loco: & primo in anteriori: secundo in medio: tertio in po-stremo uẽtriculo. Et ad istam decoctionem requiritur mul ta massa cerebralis circa tales uentres mediante cuius com plexione fit prædicta digestio & alteratio: ed circa uẽtricu-lum medium antedictum non est massa aliqua medullaris maxime in fundo eius: ideo est tenendum ꝙ spiritus dige-runtur in prædictis duabus concauitatibus cerebri anterio ris ob quod sequitur ꝙ etiam ibi debent esse operationes talium spirituũ: quæ sunt uirtutes sensus & motus & aliæ uirtutes animales aprehendentes, quæ autẽ & quales sint tales uirtutes & quibus nominẽtur nominibus breuitatis gratia uolo ꝙ habeatur recursus ad Tursianum monachũ secundo techni.c.xvii. & ad Vgonem Bentium prima pri-mi: & ad eundem secundo techni: & etiam ad Forliuiẽsem secundo techni: quæstione.xvi. sub titulo utrum ad saluan dum principales operationes cerebri sit necessarium pone re plures uirtutes quam duas organice distinctas, qui opti me disputat de hac materia: & quasi tenet opinionem meã

de uno

de uno solo uentriculo ponit tamen duos: uideatur etiam Gētilis Fulgineus super prima primi de uirtutibus animalibus. Aui. etiā loquitur optime de hac materia prima primi de uirtutibus: &.v. naturalium parte prima capitulo ultimo: & parte quarta capitulo primo: ubi loquitur de numero potentiarum anime: uideatur etiam Ari. secundo de anima cōmēto.ciii. &.cxxxviii. Præterea dico etiam i istis concauitatibus esse prædictas uirtutes ratione sue magnitudinis: phantasiata.n. cogitata & memorata debent habere magnū organum: isti.n. uentres anteriores sunt magni: ergo in eis fiunt tales uirtutes: sunt.n. aliqui qui tenent ꝙ in uno solo uentriculo in qualibet parte eius possint perfici omnes uirtutes animales prædicte: dicunt tamen ꝙ earū aliqua perficit̃ magis in una parte eiusdem uentris quā in alia: ut puta phantasia magis uiget ī parte anteriori eiusdē uentris: & cogitatiua in media: memoratiua uero in parte postrema magis: sed undequaq; tales uirtutes operantur ī eodem organo aliqualiter: tenendo tamen opinionem ꝙ quælibet uirtutum prædictarum habeat distinctum organum per bonam anatomiam comprehenditur ꝙ pars media harum concauitatum anteriorum est magis apta ad cogitatiuam ratione sue magnitudinis: quam uenter medius antedictus: qui siue sit sphericus ut dicit. G. siue sit longus ut apparet in homine mortuo est paruus respectu ptis medie concauitatum prædictarum: cum autem cogitatiua habeat elicere sensata ex non sensatis: & sensata ex sensatis: & habeat diuidere & componere necessario debet habere locum amplum: ideo suus locus est in concauitatibus antedictis propter suam magnitudinem: præterea ī illa cōcauitate quæ dicitur uenter medius est semper humiditas grossa quæ expurgat̃ a parte media & posteriori cerebri: & ideo dico cogitatiuam ibidem non posse habere locum: quia talis humiditas sedat & occupat notabilem partem talis uentris: & ultra occupationem istam: talis humiditas admiscetur spiritibus animalibus quibus mediantibus cogitatiua perficit suum opus: quos ingrossaret & eos læderet in operatione sua: quia isti spiritus seruiētes cogitatiue debēt esse subtiliores ceteris aliis spiritibus animalibus: igitur cōcauitates anterioris cerebri seruiūt cogitatiue: eo maxime

qa nō est alter locus uacuus in cerebro q hoc facere possit.
¶ Rursus cōmuniter bona forma capitis est illa quæ est ro tunda a lateribus leuiter compressa: faciēs formam aliqua lem oblongam capitis: propter quam uentres cerebri non remanent confusi: sed habent longitudinem quādā: ut me lius spiritus discurrat ab ante in medio & retro: sed talis for me facit q prædictæ duæ concauitates sunt secundum lon gum sufficientis quantitatis: ad hoc ut a prora ad puppim transeant spiritus & non remaneant confusi: sed phantasia secundum opinionem superius tactam operatur ante & ēt in medio: & ī posteriori aliqualiter & ita cogitatiua & me moratiua eo modo quo dictum ē supra operat ubiq: ideo in concauitatibus prædictis perficiuntur prædictæ opatio nes: quia non possunt propter istam formam magis perfi ci in uentriculo medio prædicto quā in alia forma: nam uē ter prædictus medius potest esse longus in forma rotunda capitis: quia in loco in quo est non potest occupare secun dum longum capitis cōcauitates anteriores prædictas: qa est sub eis: & est supra illam concauitatem quæ cōmuniter tenetur pro uentre posteriori: est bene uerum q est aptitu do q hic uenter medius sit longior in capite longo quā in rotundo: tamen si sua longitudo crescit propter longitudi nem capitis: crescit etiam ordine naturali longitudo cōca uitatum prædictarum quæ sunt in parte anteriori cerebri. Sed inter omnes ratiōes fortes quas ego habeo p ista mea opinione habeo duas præcipuas: prima est. s. q uenter me dius neq posterior a medicis assignatus non est diuisus in duas partes sensibiles taliter q si contingat nocumentum uni parti quod ēt illud non contingat alteri: sed in istis dua duabus concauitatibus anterioribus potest contingere no cumentum uni parti & non continget alteri: & natura nō fecisset talem errorem q posuisset cogitatiuam absq iuua mēto talis dualitatis cū sit principalior operatio aialis uir tutis: neq etiam posuisset memoratiuā absq tali subsidio: igitur cum solum illæ duæ antedictæ concauitates habeāt prædictum dualitatis subsidium est dicendum ibidem esse phantasiam cogitatiuam & memoratiuam: alia fortis ratio est ista. s. si lædatur sensus cōmunis: per experientiam uide tur q medicine parti anteriori capitis applicite iuuant eū

& iuuant cogitatiuam læsam applicando eas parti medie-
capitis: & iuuant memoratiuam applicite circa puppim.i.
circa os laude: sed in parte ista anteriori & media & poste-
riori est ille uenter solus q dicitur anterior: qui est didimus
igitur in isto solo uētriculo sunt omnes prædictæ uirtutes
.s.phantasia seu sensus cōmunis: quæ est in parte anteriori
eiusdem uentriculi magisquā alibi: & cogitatiua est etiam
in isto uentriculo: sed magis in parte eius media: & ita etiā
est in eo memoratiua magis in parte posteriori: cum medi
cine ut supra applicite conferāt prædictis uirtutibus læsis.
¶Sed dicet cōis opinio ꝙ est uerū ꝙ medicine applicite
parti anteriori capitis conferunt sensui cōmuni læso: & ap-
plicite parti medie.s.uertici conferunt cogitatiue: & appli-
cite puppi conferunt memoratiue: sed hoc faciunt medici-
ne uertici applicite confortando cogitatiuam: quia earum
uirtus uadit ad illam concauitatem cerebri quæ cōmuni-
ter tenetur pro uentriculo medio: & etiam medicine pup-
pi applicite conferunt memoratiue: quia sua uirtus transit
ad uentriculum posteriorem cerebri cōmuniter positum
prope nucham: ad hoc ego respondeo: & dico ꝙ nulla uir-
tus medicine potest penetrare ad uentrem medium positū
a cōmuni opinione: neqꝫ potest penetrare ad uentrem po-
stremum quin prius penetret ad istas duas cōcauitates q̄s
medici uocant uentrem anteriorem: qui uenter anterior ē
adeo longus ꝙ est supra totum medium uētrē: & ēt supra
postremum/ cum igitur tales medicine sint sicce puta pro
conseruatione seu sanatione memoratiue uirtutis: & ꝙ sua
uirtus necessario prius uadat ad duas cōcauitates quæ po-
nuntur pro uentre anteriore/ necessario talis uirtus sicca le
det sensum cōmunem: & hoc non facit per experientiam:
ergo i pte posteriori taliū ꝯcauitatū anteriorū est memora-
tiua/ quia per experientiam cōforatur a talibus medicinis
& ita etiam medicine applicite ceruici confortant cogitati-
uam absqꝫ læsione sensus cōmunis: ergo iste uirtutes sunt ī
primo uētriculo & qui sciet uerā anatomiā capitis tenebit
supradicta esse uera: sed qa multi ignorāt cerebri anatomi-
am tenent opinionem cōmunem: quia credunt uentrem
posteriorem esse prope puppim/ & est sub uētre anteriori:
ista tamen mea opinio non est totaliter noua/ sed est antiq:

Nã.G.viii.de uti.c.xi.dicit ꝙ pars cerebri ãterior sola uocabatur cerebrum propter magnitudinẽ eius:& dicit ꝙ hæc sola pars est gemina:& dicit ꝙ pars posterior dicta parẽgefalida/& Eucranda/& Eucranum:habet uentriculũ magnitudine dignum/ad quem a uentribus anterioribus per porum ueniunt spiritus animales:& dicit ꝙ mediante isto poro solo parengefalida est iplantata cerebro/& ita est.Et subdit ꝙ natura terminauit utrosqꝫ uẽtriculos ad unam regionem quam utiqꝫ quidam anatomicorum enumerauit totius cerebri uentriculum . In ista littera secundũ aliquos.G. uidetur dicere ꝙ duo uentres ab aliquibus anatomicis ponuntur pro uentriculo totius cerebri:mihi tamen uidetur ꝙ.G.in istis duobus uentriculis qui faciunt totum uentriculum cerebri ponat uentrem medium : quem ego teneo non esse uentrem in quo sint uirtutes antedictæ.

¶ Quicquid sit siue opinio mea sit noua siue antiqua:iudicio meo est ualde ꝑsuasibilis: & credo ꝙ in duabus ꝯcauitatibus anterioris cerebri sint uirtutes animales ãtedictæ: isto mõ.s.ꝙ in parte anteriori sit phãtasia tãquã in suo organo & nonn alibi/& cogitatiua est solum in medio/ & memoratiua est in posteriori & etiam in parte laterali/quia pars posterior talis uentriculi etiam tendit ad latera uersus aures: & in ea semper est uermis:& iudicio meo ĩ parte laterali & posteriori huius uẽtris anterioris uiget memoratiua : & iõ qui uolunt memorari confricãt sibi o cciput uel loca auriũ & hoc patet experientia/& ut diximus in catalogo dum loquebamur de aure:apud antiquos inuentum est esse quandam memoratiuam uirtutem ĩ auribus:& ideo antiqui obseruabant ut rapturi in ius aduersarium testes facerẽt alias iniectio manus non erat/sic uero faciebant ut contingẽtes imam auriculam dicerent esto memor:nec licebat hoc nisi futurus testis annuisset.Et dico ꝙ uermes existentes in basi talis uentriculi tendunt ab ante ad retro & ad latera.Caput.n.eius uermis uersus anterius dum cõtrahitur dilatat uentrem anteriorem.i.partem anteriorem ipsius concauitatis.Cetere autẽ partes remanent depresse:& sic in illa dilatatione spiritus operanẽ pro phantasia/ quando uero alia pars uermis quæ est in medio huius concauitatis contrahitur dilatatur pars media ipsius uentris seu concauitatis:&

ita cogitatiua operatur:& ita etiam quando pars posterior huius uermis quæ tēdit uersus puppim & uersus latera cōtrahitur dilatatur cōcauitas prædicta in posteriori parte cerebri anterioris existēs/& sic memoratiua exercet suas operationes:& isto modo prædictus uermis tāquam sanguisuga uel alter uermis:modo ad unum latus mouet modo ad aliud:& sic aperit & claudit:modo unā partem : modo aliā talis concauitatis/& sic perficiuntur in ea animales operationes prædicte/& quia ꝯcauitates prædicte sunt duæ omnino similes/id quod fit in una cōcauitate: fit etiam in alia: utrum autem hæc fiant uno & eodem tempore.s.ꝙ phantasia & aliæ uirtutes operentur tam in parte dextra quam in sinistra:ego credo ꝙ sic:ista tamen sunt imaginabilia:credo etiam prædictos uermes aperire & claudere illā concauitatem q̄ a medicis dicit̃ uēter medius quando opus est: & hæc sufficiāt pro opinione mea/quæ est.s.ꝙ omnes prædicte uirtutes animales sint in illis duabus concauitatibus anterioris partis cerebri eo modo quo diximus supra. Illā autem concauitatem quam medici uocant uētrem mediū dico solum esse uiam per quem transeunt spiritus motiui ad illam concauitatem posteriorem cerebri quam dicunt esse organum memoratiue/quod ego nō consentio/sed ut supradixi illa ꝯcauitas posterior solū ē ꝓ spiritibus necessariis neruis nuche/ q spiritus debet eē multi/ & ēt grossi pp motū & hoc declarāt hoīes magni exercitii corporei:ut fabri & carpētarii & gladiatores in arena:& huiusmodi/dico etiam illam concauitatem quam tenēt medici esse uentrē medium esse uiam seruientem superfluitatibus partis mediæ & posterioris cerebri:ut illas ducat ad lacunā seu ad embotum ante descriptum:& hæc sufficiant de anatomia cerebri ad neruos eius & ad rhete mirabile deueniendo.

DE ANATOMIA DVARVM CARVNCVLARM MAMILLARVM ET NERVORVM ORTORVM A CEREBRO ET RHETIS MIRABILIS.

TEXTVS MVNDINI.

His expeditis oportet eleuare cerebrum leuiter, ita ut non rumpatur aliquis neruuus, et incipe eleuare a parte anteriori, et tunc statim tibi apparebunt duæ carunculæ similes capitibus mamillarum, et in substantia apparent similes substantiæ cerebri, et ideo a medulari substantia sunt ortæ, uellate subtilissimo panniculo, qui dicitur pia mater, et ideo fragiles sunt satis, quia nõ debent in homine extra penetrare, et hoc, quia cerebrũ ex odoribus confortatur et fortificatur, quia cerebrum est complexionis frigidæ et humidæ excellenter, odor autẽ cũ fit fumalis euaporatio uel nõ fit sine fumali euaporatione habet exsiccare et calefacere, quia remittere habet lapsum cerebri, et ideo ipsum habet iuuare, quare natura ordinauit ut non elongarentur a cerebro, sed intra craneum remanerent in cõcauitate emunctorii siue colatorii narium, et per porositates ossis narium recipiunt uapores, et odores representant usq; ad uentriculũ anteriorem cerebri.

¶Procede postea et uidebis neruos duos maiores, qui sint in corpore nostro uocatos opticos, quorum origo est a substantia cerebri, et si bene procedas, uidebis ꝙ

continuati sunt substantiæ cerebri in uentriculis ante/rioribus, et extra panniculum piam matrem antequam craneum ingrediantur coniunguntur, quia adinuicem applicantur, uel quia cruciantur existentes perforati in loco cruciationis et unionis ipsorum, ut eis fiat unus locus cōmunis, ut species unius rei recepta a duobus oculis et delata per duos neruos ad unitatem redeat, ut una res non uideatur duæ, sed una sicut debet, et post cru/ciationem eorum ingrediuntur craneum, et quilibet eorum ad propriū uenit oculum, cuius anatomia postea declarabitur.

¶Post illos eleua tantum cerebrum secundnm medie/tatem eius et uidebis secundum par neruorum subtiliū et duorum qui uadunt ad oculos ad mouendum ipsos motu uoluntario.

¶Deinde est tertium par neruorum, quod admiscetur paulisper quarto pari, postea ab eo seperatur et diuidit in plures ramos, quorum aliqui uadunt ad membra faciei, et unus alius descēdit inferius ad loca diafragmatis et dat sensum membris inferioribus.s.uisceribus, et isti etiam ueniunt ad stomacum.

¶Post tertium par sunt nerui quarti paris qui sūt subtiles et uadunt ad dandum sensum palato.

¶Postea sunt nerui quinti paris, qui uadunt ad os pe/trosum, quod est in radice auris ad eius foramen ad pā/niculum contextum ex filis horum neruorū, et sic sunt instrumentum auditus.

¶Postea sunt nerui sexti paris a quibus etiam oriuntur

nerui descendentes antedicti ex quibus oriũtur reuersiui, quorum iuuamenta dicta sunt supra, et isti nerui descẽdẽtes sunt nerui uocis cõmunes, sicut reuersiui sunt nerui proprii uocis.

¶ Vltimo est septimum par neruorum, qui uadunt ad linguam ad dandum sensum gustus et motum linguæ.

¶ Et ex his procedendo eleua totum cerebrum et tunc apparebunt duo panniculi inferiores existentes supra os basilare quod est basis et fundamẽtum cerebri et totius capitis.

¶ Et tunc eleua hos pãniculos duos ab osse, et ĩ medio basilaris in directo colatorii inuenies rhete mirabile, cõtextũ textura fortissima, et miracolose duplicata uel multiplicata ex arteriis subtilissimis adinuicem contextis, q̃ sunt rami arteriarum appopleticarum ascendentium, et in isto rheti siue in uenis istius rhetis cõtinetur spiritus uitalis ascendẽs a corde ad cerebrum, ad hoc ut fiat animalis, et quia spiritus hic melius alteratur diuisus ad minima, et tunc maxime diuiditur ad minima, quando est cõtẽtus in arteriis paruissimis et subtilissimis, ideo istud rhete fuit cõtextum ex uenulis siue arteriis minimis et subtilissimis, ut spiritus in eis contentus a cerebro faciliter alteretur, et temperetur, et ad formam animalis spiritus conuertatur, licet formam perfectiorem acquirat in uentriculis cerebri, sicut sanguis in uentriculis cordis.

¶ Et hæc est una ex causis, quare rhete mirabile fuit cũ textum sub cerebro ut ponit. Gal. x. de iuuamentis mẽbrorum capitulo quarto.

¶ Est etiam

¶Est etiam alia causa, quia hoc membrum est dignum multa custodia, quare ipsum natura locauit in loco tutissimo, et forte etiam hoc fecit natura, ut ex uaporibus ciborum et potuum cōdensatis a complexione cerebri et cadentibus deorsum, ut aliqua oppilatio ad tempus fieret in hoc rhete mirabili, ex qua oppilatiōe causatur somnus, et istud rhete substentāt duæ carnes glādose factæ principaliter ad ipsum substētandum, et ad replendum uacuitates, et ad substētandum duas uenas ascendentes ad cerebrum, et duas arterias ascendentes ad uentriculos cerebri.

COMMENTVM. XXXV. CARPI.

Iste textus Mundini diuiditur in tres partes principales. In quarum prima parte ponit anatomiā duarum caruncularum mamillarum/ docēdo modum per quem debet procedere operator in uidendo tales carūculas/ & dicit talium caruncularum substantiam/ & dicit ꝙ tales caruncule sunt uellate a pia matre/ & ꝙ sunt fragiles: quia non debent penetrare extra craneum quia odor habet penetrare ad intra ut exsiccet & cōfortet cerebrnm: & dicit situm suum esse in uacuitate colatorij narium: ut odores uadant usq; ad uentriculum anteriorem cerebri. In secunda uero parte ponit anatomiam neruorum ortorum a cerebro/ & primo ponit anatomiam neruorum obticorū qui sunt nerui deferentes spiritum uisiuum oculo/ & dicit istos neruos esse maiores omnibus aliis neruis nostri corporis/ & dicit istos neruos oriri a substantia anteriori cerebri/ quia dicit ꝙ sunt continuati cum substātia in qua sunt uentriculi anteriores cerebri/ & dicit antequam ingrediantur craneum ꝙ incruciantur seu inuicem applicantur extra piam matrem / & ꝙ sunt perforati in loco incruciationis & unionis ipsorum/ ut eis fiat unus locus cōmunis / ut

ſpecies unius rei recepta a duobus oculis & delata per du/
os neruos ad unitatẽ redeat/ ut una res non uideatur duæ:
ſed una ut debet/ & dicit ꝙ poſt incruciationem eorum in
grediuntur craneum/ & quilibet eorum ad proprium ten/
dit oculũ: dicit deinde ꝙ operator debet eleuare cerebrũ
tantum ſecundum medietatem ſui: & ꝙ poſt neruos obti/
cos uidebiť ſecundum par neruorum ſubtilium & duorũ:
qui uadunt ad oculos ad mouendum ipſos mediantibus
muſculis: poſt ſecendum par dicit ꝙ eſt tertium par quod
admiſcetur quarto pari deinde ab eo ſeparatur / & diuidiť
in plures ramos quorum aliqui uadunt ad membra faciei:
& unus alius deſcendit infra ad loca diafragmatis dans ſen
ſum uiſceribus: dicit poſtea ꝙ eſt quartũ par quod eſt par/
uũ & dicit eum dare ſenſum palato. Dicit deinde eſſe quin
tum par neruorum quod uadit ad os petroſum in quo eſt
auris/ & iſti ſunt nerui auditus. Dicit deinde ꝙ eſt ſextum
par a quo ſexto pari dicit etiam neruos deſcendentes oriri
ex quibus deſcendẽtibus oriũtur nerui reuerſiui quorum
iuuamenta dicta ſunt ſupra: & dicit iſtos neruos deſcenden
tes eſſe neruos cõmunes uocis ſicut reuerſiui ſũt nerui pro
prii uocis/ poſtea dicit ꝙ eſt ſeptimũ par quod dicit eſſe ul/
timum par neruorum ortorum a cerebro/ quod par uadit
ad linguam ad dandum ei motum & ſenſum guſtus. In ter
tia uero & ultima parte/ ponendo anatomiam rhetis mira
bilis docet qualiter totum cerebrum eſt eleuandum a ſuo
loco: ſub quo cerebro ſupra os baſilare ſecundum ipſum
ſuut duo panniculi. ſ. pia mater & dura/ quos duos pãnicu
los etiam dicit eſſe eleuandos/ ſed non eſt niſi unus panni/
culus eleuandus quia ſemper pia mater eleuatur a capite
quando eleuatur cerebrum/ quia eſt firmiſſime ſecum alli
gata: non eſt igitur eleuanda niſi dura mater ab oſſe baſila
ri/ ſub qua dura matre dicit Mundinus ꝙ eſt rhete mirabi/
le in directo colatorii/ quod rhete dicit eſſe contextum cõ/
textura fortiſſima & miraculoſa/ duplicata uel multiplica/
ta ex arteriis ſubtiliſſimis adinuicem contextis / qui ſunt
rami arteriarum appopleticarum/ & dicit ꝙ in iſto rhete
ſpiritus uitalis fit animalis/ propter alterationem quam ſu
ſcipit a cerebro ad minima deductus in prædictis arteriis:
dicit tñ ꝙ aquirit formã perfectã ſpiritus animalitatis in uẽ

triculis cerebri/ sicut sanguis in uentriculis cordis perfecte
aquirit formā sanguinis/ & dicit ꝙ hac de causa rhete mira
bile fuit sub cerebro/ dicit etiam ꝙ hoc rhete est ibidem si/
tum/ quia indiget magna custodia/ & dicit ꝙ est ibidē etiā
quia ex uaporibus ciborum & potuum condensatis a com
plexione frigida cerebri cadentibus deorsum fit aliqua op
pilatio in hoc rhete / ex qua causatur somnus . Et dicit ꝙ
istud rhete substentatur a duabus carnibus glandosis factis
principaliter ad ipsum substentandum/ & ad replēdum ua
cuitates/ & ad substentandum duas uenas ascendentes ad
cerebrum/ & duas arterias ad uentriculos cerebri: nō dicit
tamen locum harum carnium. Secūda ibi/ procede postea
& uidebis neruos duos maiores qui sint i corpore nostro.
Tertia ibi: & ex his procedendo eleua totum cerebrum/ &
tunc apparebunt duo panniculi. Iste partes non indigent
alia diuisiōe neq; expositione/ quia littera est clara/ lege eā.
¶ Sed ultra ea q̄ dicit Mundinus a nobis sunt dicenda ali/
qua notatu digna. Et primo dico ꝙ ille q̄ bene uult itellige
re anatomiā neruorum cerebri/ debet relinquere alias par
tes cerebri/ & tantum debet esse intentus ad neruos/ & de
bet eleuare cerebrum leuiter incipiendo a parte anteriori:
& eleuando ut prædictum est: primo inueniet in parte an/
teriori cerebri supra regionē nasi in certis cōcauitatibus ibi
dem existentibus unā a dexiris nasi & aliam a sinistris/ duo
corpora oblonga alba similia neruis in colore non rotunda
sed lata depressa ibidē terminata cū suo capite : quorum ca
put est terminatum ad os nasi intra os basilare i cōcauitate
prædicta/ & ibidē aliqualiter mediante certa pellicula sub
tili ea corpora tegente alligātur dure matri/ & dura mater
est alligata ossi basilari/ quæ dura mater in isto loco est po/
rosa ad modum cribri/ per quos poros ingreditur aer pro
odoratu: & etiā p istos poros iterdū exit aliqua humiditas
cerebri ad nares/ & talia additamēta i suo capite uersus na
sum sunt grossiora quam alibi/ quæ quidē grossities habet
formam papille mamille humane/ ista tamen corpora sunt
longitudinis quattuor digitorum ad minus per latum/ &
sunt sub substantia cerebri extra piam matrem ei adheren/
tia: & mediāte pia matre talia corpora sūt alligata cerebro:
ingrediuntur tamen seu exeunt substantiā cerebri perforā

do piam matrem/ & iſta additaměta ſunt duo / unum a de/
xtris naſi / aliud a ſiniſtris/ & capita ſua teminata ad os naſi
uocant caruncule mamillares ab Aui. ab Hali. ab Auer. & a
multis aliis/ ſunt tamen multi qui nō cognoſcūt talia addi
tamenta mamillaria/ ſed putant ꝙ illæ partes anteriores ce
rebri quæ ſunt inuolute etiam pia matre ingredientes cō/
cauitatem prædictam oſſis baſilaris ſint carūcule mamilla
res/ quia habent formam ſimilem papillis mamillarum/ nā
in oſſe ſupra naſum eſt certa concauitas dans ei talem for/
mam. ſ. ſimilē papillis mamillarum : ſed pro ueritate inſtru
menta ſenſus odoratus ſunt prædicta duo corpora oblon/
ga quæ non numerantur inter neruos quia ſunt mollia &
non dura ſicut nerui/ imo. G. viii. de iuuamentis membro/
rum. c. iiii. loquendo de iſtis inſtrumentis odoratus dicit ꝙ
nerui obtici non ſunt nerui perfecti quia ſunt molles / iſtis
uerbis. Et in ſtrumenta ſenſibilia quæ ſunt in capite ſunt
quattuor. ſ. oculi/ nares/ auricule/ & lingua/ & principium
ſenſus omuium horum eſt ex cerebro/ ſunt igitur ſecundū
hanc uiam conſimilium partium/ in uirtutibus autem per
quas ſentiunt diuerſantur/ quoniam ueniens ad nares cō/
prehendit odores/ & uirtus ueniēs ad auriculas comprehē
dit uoces/ & uirtus ueniens ad oculos comprehendit colo
res/ & uirtus ueniens ad linguam comprehēdit ſapores. In
ſtrumēta autē per quæ currūt iſtæ uirtutes ſūt huiuſmodi:
ad nares ueniunt duo rami longi orientes a duobus uentri
culis cerebri anterioribus/ & uterqꝫ deſcendit/ unus ad unā
narem/ & alius ad aliam/ & non eſt differentia inter eos/ &
ſubſtātiam cerebri. Illi autem qui ueniunt ad oculos diuer
ſantur a cerebro parum/ ſed tamen nō ſunt nerui perfecti:
& qui ueniunt ad linguam ſunt perfecti ſed molles/ & qui
ueuiunt ad aures ſunt molles ſed minus molles dicit una
littera alia dicit magis molles quam nerui uenientes ad lin
guam. Octauo etiā de uti. c. vi. dicit idem iſtis uerbis/ quat
tuor igit existētibus ſecūdū caput ſenſitiuis organis/ oculis
& auribus / & naribus / & lingua / & omnibus ex cerebro
principium ſenſus habentibus / & proinde apparentibus
ſimillibus exiſtere/ eſt ei ſecundum ſpeciem diſſimilitudo
in ipſis ſēſitiuis uirtutibus & corporibus per quæ accedūt.
Virtus. n. hæc quidē odorum/ illa autem ſaporum/ illa ue/

ro uocum/illa autem colorum est dignoscitiua/ uiarũ auté quæ quidem ad nares ab alterutro eorum qui secundum cerebrum uẽtriculorum apophisis ex isti prolonga/ in nullo alterabilior aliis quæ ad oculos alterata quidem aliqualiter est/non tamẽ certitudinaliter est neruus/ quæ ad linguã certitudinaliter quidem neruus est sed mollis/ quæ uero ad aures non similiter quidem mollis/non tamen iã durus/ex prædictis uerbis.G.colligitur ꝙ instrumenta odoratus sunt duo corpora oblõga similia neruis/ sed nõ dicunt nerui propter suam mollitiem/& ideo dicit.G.ꝙ talia corpora sunt similia cerebro in substãtia/ & talia corpora non fuere dura quia non debent exire a craneo/ & fuere mollia ut melius susciperent odorem/ qui est fumalis euaporatio ad siccum tendens.Mollia.n.corpora sunt magis apta pati quã agere/sentire.n.est pati/ mouere uero ẽ agere/& ideo nerui dantes motum sunt duri ut agilius agãt motum/ de istis instrumentis fere omnes alii auctores facientes mẽtionẽ dicunt ipsa esse corpora similia carũculis mamillaribus. i.papillis:& de istis additamẽtibus mamillaribus ad longũ loquitur Albertus libro primo tractatu secundo.c.viii. de eis etiã loquitur Aui.in anatomia neruorum prima primi: & in libro de animalibus: & etiam Auer. & Hali. & multi alii/ sed Zerbus dicit ꝙ dicũtur carũcule mamillares:quia habent similitudinẽ cum carne/sed iudicio meo errat Zerbus/quia talia corpora aliquo pacto non assimilãtur alicui speciei carnis/sed assimilantur neruis in colore:tamen non sunt nerui quia sunt nimis mollia.

¶Nota lector ꝙ talia corpora oblonga uenientia ad nares per quæ est uirtus olfactiua in homine non sunt multum grossa/quia homo non habet excellentem uirtutem olfactiuam/sed in animalibus in quibus uirtus olfactiua est excellens sicut in canibus/& ouibus/prout ego ad sensum uidi talia corpora sunt magna/& maiora in quadruplo quã in homine/ ueritas est ꝙ capita i quibus ego uidi hæc erãt cocta/ & forte per decoctionem erant igrossata: ratio tamẽ dictat ꝙ in cane & oue propter excellentẽ odoratum eorũ talia corpora sint maiora quam in homine. Substãtia taliũ corporum est similis substantiæ cerebri/ teste.G.iudicio tamẽ meo est aliqualiter densior/& hæc substãtia est uellata

pāniculo subtillissimo q̄si insensibili alligāte eā dure matri uersus nares/ & talis panniculus etiam unit talem substan/tiam sub cerebro anteriori mediāte pia matre / complexio talium additamentorum est propinqua complexioni sub/stantie cerebri.

¶ Numero talia corpora sunt duo/ sicut uentriculi anterio res cerebri/ & præstant iuuamentum dualitatis: sua figura: & sua quantitas est conspicabilis / & etiam sua colligantia: patet etiam situs eorum ex antedictis/ & ita figura & quan titas sua: patent etiam ex antedictis / iuuamenta talium corporum sunt ut sint organa sensus odoratus quibus ser/uiunt nares & foramina existentia in osse supra nares / & etiam foramina panniculi dure matris/ de hac materia om/nino remitto legentes ad.G.in libro de iuuamentis / & de uti.capitulis ubi supra: qui multa dicit notatu digna in qui bus locis.G.tenet pro firmo q̄ ad ista foramina nar um p̄ quæ intrat aer pro odore ueniat superfluitas cerebri cuius tamē oppositum ego teneo ut supra patuit. Passiones om/nium modorum possunt pati talia corpora/ & iter alias pa/tiūtur malam complexionē frigidam & humidam/ & quā/cunq̄ aliam multum lapsam a temperamento: ledente aut ablate aut diminute uirtutem olfatiuam: multi.n.reperiun tur quibus omnino est ablata uirtus olfactiua: iterdum eti/am secūdum aliquos uirtus olfactiua est corrupta/ sed iudi cio multorum hoc non contingit ratione organi prædicti: sed cōtingit secundum aliquos propter malam qualitatē cerebri: dicunt tamen aliqui q̄ uirtus olfatiua est corrupta propter malam complexionem prædictarum caruncula/rum mamillarū: de uirtute ista odoratus seu olfactus mul/ta essent dicenda: sed breuitatis gratia remitto legentes ad Ari.in problematibus simul & ad Conciliatorem: qui ibi/dem dicit multa notatu digna: & ad Ari. in libris de anima libus: & ad Aui.& ad suos expositores: & ad Albertū: & ad alios tractantes de hac materia.

¶ Viso organo odoratus eleuando cerebrum leuiter ut p̄/dictum est: apparent septem paria neruorum ab ipso cere/bro orientium: ab utroq̄.n.latere reperitur unus neruus q̄ est simili neruo alterius lateris/ ita q̄ neruus dexter primi paris est similis neruo sinistro primi paris/ & ita neruus se/

cundi paris dexter est etiã similis neruo sinistro secundi pa
ris: & ita etiam sunt omnes alii nerui aliorum parium.s. ꝙ
dexter est semper similis sinistro/ & econtra: & est notandũ
ꝙ exceptis neruis oculorum/ & excepto quarto pari/ & eti
am quinto: omnes alii nerui in suo exitu a cerebro sunt cõ/
positi ex uillis seu ramis: est bene uerũ ꝙ unum par habet
plures ramos aliquo alio pari: & natura fecit tales ramos
multos numero quia in descensu se diuidentes debent ten
dere ad plura membra: & sunt tot rami quot sunt membra
ad quæ uadunt: & non solum nerui cerebri in exitu in me/
diate a cerebro sunt compositi ex multis ramis: sed in de/
scensu suo etiam componunt inuicem plures rami/ tali cõ/
positione ꝙ apparet ꝙ sit unus neruus solus/ ut patet p.G.
in pluribus locis: & per Aui.prima primi: ex neruis.n.tertii
& sexti paris reperitur neruos descendentes iuxta uenam
subet a quibus oriuntur nerui reuersiui componi inuicem
tali compositione ꝙ ab utroq; latere in gula apparet solus
unus neruus. Intellectis prædictis ad septem paria neruoꝝ
ortorum a cerebro redeo/ & primo occurrunt a parte ante
riori post prædicta organa odoratus duo nerui non perfe/
cti: teste.G.ubi supra: qui sunt seruientes uisui/ & isti nerui
dicũtur obtici a græcis: teste Zerbo & Alberto: ꝙ idem est
ꝙ uisui: dicũtur etiam nerui magni: & nerui molles: & ner/
ui incruciati: uocantur etiam canales/ & conductus & uiæ:
dicuntur etiam pori: dicũtur etiam.a.G.iiii.de interioribus
c.ii.nerui perforati secundum longitudinem eorum: dicũ/
tur etiam ibidem concaui: & dicuntur etiam concaui quar
to de accidenti & morbo.c.iii.istis uerbis / sed ego dico ꝙ
neruus qui a cerebro descendit ad oculos quẽ Erofilus uiã
appellat ipse solus sit cõcauus/ ut spiritus uisibilis possit pe
netrare per eum/ idem sentit Hali.& Auic.& Azarauius: &
Auer.primo colliget.c.vii.dicit: nerui obtici oriuntur a ce/
rebro ex opposito duarum caruncularum similium capiti/
bus mamillarum in quibus sit odor. Isti nerui sunt cõcaui:
& foramen cuiuscũq; eorum tangit foramen alterius: eo ut
spiritus aduenientes duabus pupillis oculorum associẽtur:
ut sit duobus oculis fons una / & Rasis primo almãsoris.c.
iiii.inquit.primum uero horum septem parium neruorũ
qui a cerebro prodeũt duos habet neruos/ qui in anteriori

cerebri parte exoriuntur/ & oculis directi sensum uisus eis tribuūt: quorum unus quisq; cócauus est: qui cum aliquā tulum ab eo elongati fuerint cóiunguntur/ & ex utrorūq; concauitatibus una prouenit concauitas. Albertus etiam libro primo de animalibus tractatu secundo .c.xviii. dicit neruos obticos esse concauos/ cōmuniter etiam alii aucto/ res dicunt neruos obticos esse concauos.

¶ Tamen sua concauitas non comprehēditur ad sensum: & ego pluries cum diligētia uolui uidere si aliquo ingenio possem comprehendere aliquam concauitatem in talibus neruis & nunquam potui: ueritas est q; ego uidi semel in neruis obticis unius porci unam notabilem concauitatem in ipsis neruis. Ipsi.n.erant concaui sicut uena seu arteria: sed in homine ego nunquam uidi talem concauitatem per totam substantiam ipsorum neruorum: sed interdum repe ri aliquod uacuum in centro eorum in loco medio suæ in cruciationis: si datur incruciatio: interdum etiam non repe ri talem concauitatem nec ubi supra nec alibi in substantia prædictorum neruorum obticorum. Et aliqui uolentes sal uare dicta prædictorum auctorum dicunt neruos obticos esse concauos in sua extremitate uersus oculos/ quia ab eis oriuntur duæ tunice oculorū.s.Rhetina & Aranea: quæ in sua concauitate retinent uitreum & cristallinum humoré & sic dicunt per istam uiam eos esse concauos: quia prædi cte tunice ponunt esse de substantia prædictorum neruorum iudicio tamē meo quamuis hæc positio sit ingeniosa aucto res nō intelligunt neruos esse concauos in oculo sed intra craneum/ aliqui tamen alii & forte non oblique sentientes dicunt talem concauitatem in prædictis neruis nó esse unā sed plures cócauitates seu porositates eo modo quo lignū uitis reperitur porosum & cócauū. Et ita dicút neruos ob/ ticos per totam eorum substantiam esse concauos & poro/ sos dicunt etiam tales neruos obticos esse porosos & con/ cauos eo modo quo est substātia uirge uirilis/ q̄ inflat in sui erectione a uentositate replente tales poros & cócauitates uirge. Et q; tales nerui obtici non sint concaui ut pena seu ut uena uel arteria/ potest persuedari ex uerbis.G.ix.de iu uamentis membrorum.c.iiii.dum inquit. Et fuit in isto ra/ mo inter alios ramos cerebri quasi uia sensibilis/ quoniam

in eo currit

in eo currit ex spiritu animali plusquam in aliis ramis cerebri/ quoniã sensus uisus cum indigeat ut sit luminosus clarus idiget & ut ueniat ad ipsum spiritus animalis multus. Ex prædicto textu colligitur ꝙ nerui obtici nõ sunt concaui/ sed sunt quasi concaui propter multitudinem porositatum eorũ: uidetur etiam uelle. G. xvi. de utili. c. iii. ꝙ nerui obtici non sint cõcaui sicut uena uel arteria istis uerbis. Cũ prædictis. n. adhuc & poros sensibiles habent nerui uisus & propter illos facti sunt gross. in prædictis uerbis. G. uidetur ponere multos poros i neruis obticis quãdo dicit propter poros eos esse factos grossos / qa si in eis esset una sola concauitas uel porus unus non essent ita grossi ibidem tamen etiam dicit neruos uisus esse cõcauos & magnos: octauo etiam de uti. c. vi. G. dicit solum neruum obticum habere sensibilem porum loquendo in singulari numero/ quid quid sit de hoc sensus est iudex/ experiẽtia. n. sepissime ego uidi neruos obticos/ & non uidi eos concauos/ & forte nõ apparuerunt concaui quia mortuo animali porositates sue clauduntur: tamen non credo ipsos esse concauos ut uena uel arteria/ quia spiritus animalis est sua subtilitate aptus transire per suas porositates: & credo ꝙ natura non fecerit eos concauos ut uena quia fuissent debiles ualde: quia sunt molles: & credo ꝙ natura fecerit eos magnos ut essẽt fortes: & ut in eis possent esse multe porositates/ per quas posset trãsire multus spiritus uisuus. Et credo ꝙ sui pori nõ sint maiores quam in aliis neruis motiuis/ quia spiritus uisiuus est subtilior spiritu motiuo: & licet maior quantitas spiritus uisiui uadat ad neruos uisus: propter hoc non sunt in eis maiores pori sed sufficit tali pluralitati spirituum pluralitas pororum: qui sunt in neruis obticis: quia nerui obtici sunt ualde magni respectu neruorum motiuorum/ & etiam est putandum ad neruos motiuos tendere magnã quantitatem spirituum: quia nos uidemus aliqua corpora quasi continua exercere aliqua sua membra motiua: puta manus uel pedes: exemplum habetur in fabris in carpentariis in uiatoribus: & in aliis multis: & ita poropter multos spiritus motiuos: & propter aliqualem grossitiem eorum est putandum etiam in neruis motiuis esse poros: & multos & etiam latos. Credendũ tamen est in obticis esse mul

tos poros: quia ſunt magni ſecũdum latum & altum : quæ multitudo porum iudicio meo eſt ſufficiens pro ſpiriti/
bus uiſuis. Et Azarauius primo tractatu ſue theorice. c. iiii. dicebat auctoritate antiquorum ꝙ omnes nerui ſunt con/
caui & dicit ibidem ꝙ aliqui dicebant ꝙ ſpiritus animalis tranſit per neruos ſicut lumen tranſit per aerem.

¶ Subſtantia horum neruorum eſt mollior quocunqꝫ alio neruo ex ſeptẽ paribus antedictis. Sua. n. mollities eſt ma/
ior quocunqꝫ alio neruo teſte. G. xvi. de. uti. c. iii. & etiam ſua quantitas ſecundum latum: & altum: quia multi nerui ſunt longiores eis ut patet ad ſenſum : & ideo ubi ſupra. G. dicit: oculorum nerui cõcaui ſimul & maximi & molliſ/
ſimi facti ſunt: habentibus & aliis ſenſibus magnos & mol les neruos: & ſunt molles ut tenent auctores propter ſen/
ſus ſubtilitatem & facilitatem in naturam ſenſate rei muta tionis auctore Zerbo. Sua complexio eſt parũ ſiccior. Cõ/
plexione cerebri: ſua quantitas eſt conſpicabilis : quæ etiã ex antedictis poteſt comprehendi.

¶ Numero ſunt duo/ & forte unus ſolus habens quattuor capita ſeu extremitates: ſecũdum ꝙ uolunt quidam. Ego tamen credo ꝙ ſint duo: credo bene ꝙ efficiantur cõtinui in loco incruciationis/ & hoc uidetur ad ſenſum ſitus ſuus eſt incipiens a ſubſtantia interiori cerebri propinqua uen/
triculis duobus anterioribus: & tendunt ante uſqꝫ ad ocu/
los: & ſunt ueſtiti intra craneum a pannciculo ſubtili orto a pia matre a quo panniculo poſtea oritur tunica oculi ſecũ dina dicta/ & etiam uuea/ & extra craneum ſunt ueſtiti pia & dura matre.

¶ Nota lector ꝙ ab aliquibus ſitus oculorum ponitur iſto modo. ſ. ꝙ neruus dextri lateris uadat ad oculum ſiniſtrum & iſtud uidetur uoluiſſe Hali. ſecũdo theor. c. x. ubi inquit porrectis itaqꝫ his duobus neruis ad oculos: fit qui a latere dextro ſiniſter. Gentilis etiam ſuper tertia tertii Aui. de anã tomia oculorum dicit auctoritate Alberti in de ſenſu & ſen ſato ꝙ quidam fuit plagatus ĩ dextro latere capitis & amiſ ſit ſiniſtrũ oculũ / ob quod infertur dextrũ neruũ obticum tendere ad ſiniſtrũ oculũ: dicit tamen Gentilis ꝙ non eſt credendum Hali. quia. G. aliter ſentit: & etiam Aui. & Ra/
ſis Auer. & . Hyeſu Hali. & multi alii: ad exemplũ Alberti de

illo plagato dicit Gentilis ꝙ non est credẽdũ Alberto quia dicebat semper miranda: quasi dicens ꝙ Albertus erat nugator: sed in rei ueritate Albertus quamuis posuerit prædictũ exemplum non posuit illud iudicio meo nisi dubitatiue: quia ipse libro primo de animalibus tractatu secũdo. c.xviii. tenet absolute ꝙ neruus dexter uadat ad oculũ dextrũ ut patet i eius littera. Immo Albertus tenet opinionẽ G. & sequatiũ de tali situ, & dicit ubi supra pulcram anatomiam talium neruorum: sed de illo plagato dicit Gentilis & etiam aliqui alii ꝙ possibile est ꝙ talis lesio aliquo modo peruenerit ad oculum alterius lateris absq; lesione sui proprii nerui, puta ꝙ cuspis gladii uel sagitte penetrauerit a dextro latere ad neruũ sinistri oculi absq; lesione aliq̃ nerui dextri lateris: uel ꝙ aliqua materia cucurrit ad oculum sinistrum & non dextrum: & sic soluunt prædictam auctoritatem. De tali uero situ neruorum. G. & sequaces dicũt neruum dextri lateris tendere ad oculum dextrum & hæc opinio recitatur a. G. x. de uti. c. xii. in quo dicit multa notatu digna de istis neruis: & uerba eius sunt hæc: sicut. n. mirandum est ultra reliquos neruos de eis qui ad oculos descendũt neruis sensibilibus, quos utiq; uias nominabat Erophilus quoniã solis eis sensibiles & manifeste sunt uie spiritus sic & de eo oriuntur quidem ex diuersis partibus procedẽtes: at rursus uniuntur adinuicem deinde autem abscedũt: cur igitur in eodem loco principium explantationis eorũ quæ desuper natura fecit. Neque ex quo hunc quidem a dextris: hũc autem a sinistris secũdum rectitudinem regionum quæ secundum oculos produxit: sed intus prius flectens & copulans: & poros eorum iniens: post hoc rursus alterutrum ad oculum qui est secundum rectitudinem explantationis quæ est desursum produxit: non. n. permutauit eos, ut eum quidem qui a dextris est ad sinistrũ oculũ perduceret, neq; eũ qui a sinistris ad dextrum, sed est quidem simillime littere quam greci uocant chi & est talis .X. horum neruorum figura istam opinionem tenet etiã Aui. prima primi de anatomia neruorum & istã eandem etiam tenent multi alii.

¶ Nota etiam lector ꝙ aliqui putant ꝙ tales nerui obtici increcient se. Ita ꝙ unus superascendat alterum, & istam

opinionem habebāt forte aliqui antiqui : quos redarguit. G.ubi supra istis uerbis. Et aliquis non diligenter anatomizans permutari putabit forsan eos etiam superascendere se inuicem non hæc autem ita se habent/ obuiantes.n. sibi inuicem intra craneum & poros iniētes confestim rursus separantur/ostendentes manifeste quoniam nullius alterius gratia/ sed ut copularent poros aproximauerunt & ibidem. G.per demostrationem geometricam & perspectiuā per longa uerba modo suo monstrat dextrum neruum tendere ad oculum dextrum & econtra.

¶ Atende tamen lector & bene nota ꝙ aliqui admirantur de.G.& de sequentibus eius qui faciunt tot rumores de situ talium neruorum/ & de etiam de eorum incruciatione & admirantur multum de Gentili speculatore eximio: qui tā clare & copiose scribit ubi supra de oculis & de istis neruis: ꝙ non aduerterit & ipse & alii ad istum situm & ad istā incruciationem/ quia dicunt nullus potest probare ad sensum ꝙ neruus dexter uadat ad oculum dextrum / nec etiā ad sinistrum nec econtra: qa tales nerui sunt adeo continui ubi sunt cōiuncti/ ꝙ de facto sunt una substantia sola: se uertens ad dextrum & ad sinistrum indifferenter/ & si rectitudo uiarum operatur aliquid in illis neruis/ est magis dicendum ꝙ spiritus uisiui dextri lateris uadant ad oculum sinistrum quā ad dextrū / quia linea recta protrahitur ab ortu nerui dextri usq; ad oculū sinistrum / & ecōtra : & ꝙ incrucient se isti nerui probabiliter potest teneri. s. ꝙ saltem mediantibus eorum poris in crucientur/ quia si cōcauitas seu porositas eorum ducitur ad unam foueam cōmunem existentem in loco incruciationis/ quā ponit Auer. & alii multi: de facto cōcluditur ꝙ spiritus nerui dextri uadūt ad oculum sinistrum facilius quam ad dextrum propter rectitudinem nerui dextri ad oculū sinistrum : quia neruus dexter in mediate exiens cerebri substantiam obliquatur uersus oculum sinistrum/ & directe ad sinistrum procedūt sui pori: cum sit ꝙ in fouea prædicta reperta in substantia neruorum obticorum in loco incruciationis omnes pori conueniant simul/ est bene uerum ꝙ spiritus lateris dextri possūt etiam ire ad oculum dextrum/ sed propter directionem uadunt facilius a latere dextro ad oculum sinistrū/ quia neru/

us obticus tendit sic directe: & quamuis tendat oblique se cundum rectitudinē capitis: tendit tamen directe a dextro in sinistrū. Et sic prædicti tenent ꝙ pori sint incruciati: non ꝙ unus porus superequitet alium: sed ꝙ unus itret alium: ꝙ autem substantia talium neruorum obuiet tātum sibi in uicem & postea dexter neruus uadat ad dextrum oculum & econtra dicunt salua semper reuerentia. G. & sequatium hoc non posse comprehendi per anatomiam/ & si essent ta les nerui se solum contangentes & postea obliquantes si/ cut dicit. G. essent contigui & non continui: sed sunt uere continui/ & hoc patet ad sensum: & in rei ueritate ego per bonam anatomiam cōuenio cum antedicta opinione .s. ꝙ nerui obtici sint continui & nō cōtigui/ & possemus quasi dicere ꝙ nerui obtici sunt solum unus neruus .i. una substā tia continua in loco incruciationis habens quattuor extre/ mitates: quarum duæ terminantur ad oculos: & aliæ duæ ad cerebrum/ & natura in eorum creatione facit eos conti/ nuos in illo loco in quo creduntur ab aliquibus incruciari quod autem spiritus dextri nerui uadat ad oculum dextrū eo modo quo dicit. G. p perspectiuam demōstrationē ego nolo iudicare quia non uacaui tali scientiæ/ sed istud remit to matematicis: qđ aūt facilius possit ire spiritus dextri ner ui ad oculum sinistrum quā ad dextrum: ego infallanter te neo ꝙ sic propter rectitudinem uiæ: sed uidetur uelle Gen tilis ubi supra ꝙ obliquatio uiæ sit causa melioris operatio nis uirtutis uisiue in oculo eiusdem lateris cum neruo suo: puta ꝙ oculus dexter melius uideat per obliquationē ner/ ui lateris dextri ad ipsum oculum dextrū: & ideo dicit Gē/ tilis ꝙ per aliquam obliquationem aliqui nerui recipiunt a principali .i. a cerebro uirtutem magis aptam operationi quā si essent recti/ sicut apparet ī neruis reuersiuis. Nota ꝙ de facili ruit hæc ratio Gentilis: quia nerui reuersiui inquā tum sunt obliqui seu reuersiui: non suscipiunt facilius uir/ tutem motiuam a cerebro/ sed sunt reuersiui ut sint siccio/ res: & quia debent trahere musculos laringe ad inferius: & ita possumus negare similitudinem obliquationis non cō ferre ad aliquid in uirtute uisiua. Ego bene sum huius opi/ nionis .s. ꝙ facilius penetrent spiritus nerui dextri ad oculū sinistrum quā ad dextrum propter directionē prætactam:

& quãuis a dextro neruo ad oculum sinistrum uia non sit
uere recta sed diametralis/ est tamen minus obliqua quam
uia a dextro neruo ad oculum dextrum/ dicit tamen Gen/
tilis ꝙ neruus dexter habet uiam directam ad oculum de/
xtrum/ iudicio tamen meo est oppositum/ & hoc iudicãdũ
remitto perito anatomo.

¶ Figura nerui seu neruorum obticorum est quasi similis
ossi laude super quo fundata est lingua. Apparent.n. tales
nerui in loco unionis eorum intra craneum quasi quatran
gulares: & habẽt immo faciunt quattuor angulos/ unũ uer
sus cerebrum alium uersus frontem: & unum a dextris &
aliũ a sinistris/ & isti anguli non dicũtur recti immo potius:
secundum Albertum ubi supra duo eorum dicuntur trian
gulus/ & alii duo expansi: sua figura & suus situs est teste
Aui.prima primi isto modo.s.ꝙ ille qui a sinistra oritur de
xtratur/ & ille qui a dextra oritur sinistratur.s.antequã con
iungant se: deinde sibi super sectionem cruceam obuiant:
postea ille qui a dextra oritur ad pupillã dextrã penetrat.
Et qui nascitur a sinistra ad sinistram pupillã/ quorũ adeo
dilatãtur orificia donec humorem qui uocatur uitreus cõ/
prehendant. Et Albertus idem sentit ubi supra istis uerbis:
statim autem post ortum suum ille neruus qui oritur a par
te dextra reflectitur uersus sinistram/ & econtra ille qui ori
tur a sinistra reflectitur ad dextram donec in crucis modũ
sibi in medio obuiãt/ & se se ibi seccãt ita ꝙ anguli nõ sunt
recti sed potius trianguli: cuius basis est in fronte: qui in se/
ctione habẽt angulum acutum: & illi oppositus similiter
est acutus/ & alia duo latera capitis respiciẽtia sunt expãsi.
Sectio autem hæc sic perficitur ꝙ concaua neruorũ in pun
cto sectionis unum concauum efficiunt: quia aliter nõ per
uenirent ad sectionem illam: a puncto autem sectionis idẽ
neruus qui oritur ex dextro uẽtriculo cerebri redit uersus
dextrum: & alius qui oritur ex sinistro redit ad sinistrũ &
extrema eorum per orbitas oculorum porrecta tãtum am/
pliantur ꝙ in se capiũt oculorum pupillas: figuram etiam
talium neruorum dicit. G.x.de uti.c.xii. sicut etiam patuit
supra istis uerbis: est quidem simillima littere quam græci
uocant chi. Et est talis horum neruorum figura.s.X. Iuua/
menta istorum neruorum sunt deferre spiritus uisiuos ad

oculos, & speties uisibilium ad cerebrũ seu ad sensum com munem: sed iuuamentum unionis eorum est ut sint fortiores: quia sunt ualde molles: & Auicẽ. auctoritate aliena prima primi capitulo de anatomia neruorum, dicit ꝙ in hac sectione seu unione tria existunt iuuamenta, unum est ne spiritus qui ad unam currit pupillam ad alteram ire probibeatur: cum acciderit nocumentum. Et propter hoc unaquaqꝫ duarum pupillarum cum alter clauditur oculus in uidendo fit fortior & clarior quam ipsa met esset si altera intuente intueretur: & propter hoc foramen uuee dilatatur & augumentatur cum alter clauditur oculus, & hoc quidẽ est propterea ꝙ spiritus uehementer uadit ad ipsum: secũdum iuuamentum est ut duo oculi unum habeãt deferens ꝙ ibi simulacrum eis offerat: & ibi uniaꝛ & fit duobus uidere oculis unum uidere: propterea ꝙ simulacrum in termino uniꝛ cõmuni. Ideo luscis accidit ut ex re una uideãꝛ duæ: cum una pupilla superius eleuatur aut inferius deprimiꝛ: & destruiꝛ rectitudo penetrationis foraminis ad sectionẽ, & ante terminũ cõem accidit terminus torture nerui: multi tñ tenẽt ꝙ unio spetierũ uisibiliter fiat in sensu cõi & nõ in fouea reperta i loco incruciationis neruorũ obticoꝝ: quia dicitur ꝙ etiam requireretur unio instrumentorum odoratus & instrumentorum auditus: ne una res sentireꝛ dupla: & ego credo ꝙ iuuamentum coniunctionis neruorum adinuicem sit ut si cõtingat aliqua læsio in uno neruo ꝙ alter neruus possit supplere ꝑ spiritu ad ambos oculos: quia habet quilibet neruus multos spiritus, maxime si læsio est supra incruciationem uersus cerebrum: uel si læsio ẽ inter neruũ unũ oculi & inter icruciationẽ: & credo ꝙ spiritus amborum neruorum possint ire ad unum solum oculũ quia animal & maxime homo indiget uirtute uisiua inter alias uirtutes: & ideo propter nobilitatẽ operationũ eorũ & etiam quia nerui oculorum ueniunt extra craneum propter ꝙ sunt apti pati & sæpe patiuntur: ideo natura coniũxit eos ut unus iuuaret uirtutẽ alterius, & hoc non fuit necessarium. s. ista coniunctio in neruis aliorum sensuum maxime auditus & odoratus: quia non exeũt craneum: nec ẽt suæ operationes sunt ita neressarie sicut uisio: & ego teneo ꝙ unio eorum non conferrat ad hoc. s. ꝙ una res non appa

reat dupla:quia ista met unio esset i neruis auditus & odoratus necessaria:& credo ꝙ iudicium numeri uisionis fiat in sensu cōmuni & non alibi. Tertium uero iuuamentum positum ab Aui. est ut unus quisq; duorum neruorum ab alio substentetur/ & illi initiatur/ & fiant hac si ad pupillam ex propinquo uenirēt. Passiones omnium modorum possunt pati isti nerui: & hæc sufficiāt de neruis obticis.

Post primum par neruorum occurrit secundum par Nota lector ꝙ ego pono anatomiam neruorum tā cerebri quam aliorum membrorū & hic & alibi secundum uiam medicorum/quia de neruis multum discordat Ari. a medicis ut potest uidere quilibet ab Arist. tertio de historiis capitulo quinto:& etiam alibi: dicamus igitur cum. G. ix. de utilitate. c. xiii. secundū par neruorū esse magni molle corporis:& sunt magni quia molles sunt & habent mouere oculum. Isti. n. nerui secundi paris uadunt ad musculos oculorum ut dent eis motū:ut igitur possint mouere:magnitudo est iuncta cum mollitie. Idem dicit Auic. prima primi: & tale par neruorum declinat ad partem siluestrem & a foramine quod est in orbita quæ totū cōprehendit oculū egredit̄:& in musculis patitur oculi.

¶Nota lector ꝙ nerui secūdi paris dicunt̄ maximi molle respectiue ad quartū par & ad neruos nuche:quia isti nerui secūdi paris sūt minores obticis:& etiam minores tertio & sexto pari ex neruis cerebri. Tettii uero paris origo:teste Aui. est a termino cōmuni inter antecessionē cerebri & ipsius postremū. s. ab isimo basis cerebri: qđ primo cū q̄rto pari paulisper cōmiscetur deinde separatur:& in quattuor ramos ramificat̄:unus ramus descendit iuxta uenam subeticam super ceruicem descendendo donec diafragma pertranseat & in uisceribus sub diafragmate partit̄:secūdū isto rū ramorū descendendo admiset̄ quinto pari:& tertius ramus descendit ad membra in anterioribus faciei: q ramus diuidit̄ in tres partes:una pars declinat ad partem lachrymalis & uadit ad musculos temporū masticantiū & ad supcilia ad frontem & ad palpebras:altera pars descendit per foramen apud oculos & ad nasi tendit interiorem superficiem:& in tunica interiori parte nasi expāsa spargit̄. Altera .s. tertia pars quæ non est parua in concauitate descendēs

brabachi

brabachi seu barkachi/ q est locus ẜm Auer. primo colliget prope caudam oculi/ & in sinonimis Aui. dicitur ꝙ barka/ chi est meatus/ & talis prædicta tertia pars in osse maxille in duos diuidit̃ ramos/ unus uadit ad interiora cõcauitatis oris & in dentibus spargit̃/ & iste ramus est manifestus/ qa de isto met ramo una pars q̃ est insensibilis spargit̃ etiam i gingiuia superiore. Alter ramus ex prædictis spargit̃ i superficie membrorũ ibi existentiũ sicut in cute maxille & in extremitate nasi & labiis superioris. Quartus uero ramus tertii paris q est subtilior secũdo pari tendente ad oculũ uadit penetrans per foramen mandibule superioris & uadit ad linguam/ & diuidit̃ in eius manifesta tunica/ & tribuit ei sensum gustus/ & residuũ quod remanet in dentiũ inferiorũ & suis gingiuiis spargit̃: & in labio inferiori.

¶ Quartũ uero par seqtur tertiũ/ quod magis declinat ad basim cerebri/ & tertio pari admiscet̃ deinde separat̃ ab eo & ad palatũ tendit/ & dat ei sensum/ & istud par teste Aui. est subtilius tertio pari & durius/ qa panniculus palati est durior panniculo lingue.

¶ Nota lector ꝙ littera Mundini in anatomia neruorũ cerebri/ dicebat prius ꝙ ab isto quarto pari simul & a tertio pari oriebant̃ nerui reuersiui/ q̃ tamen littera erat corrupta iudicio meo: qa ut patuit supra in capitulo de anatomia uenarum guidez. Ipse Mũdinus dicit neruos reuersiuos oriri a sexto pari/ & ẜm. G. & Auic. & sequaces dicit uerũ. Et ista igit̃ littera a me est in pristinũ sensum redacta q̃ uide/ & littera p̃sens erat i una mea anatomia antiqua manu scripta: q̃ dicit neruos reuersiuos oriri a neruis descendentibus iuxta uenas guidez: q nerui descẽdẽtes sunt compositi ex ramis tertii paris & etiã sexti paris sicut dicemus i anatomia sexti paris.

¶ Nota ẽt lector ꝙ p̃sens littera Mundini a me in pristinũ nitorem redacta est concors cũ sententia. G. & Hali. & Aui. & sequatium.

¶ Viso quarto pari neruorũ cerebri occurrit qntũ par/ cuius paris unũ qdꝙ ipsi⁹ par ẽ unũ par: teste Aui. & teste sensũ cuius prima pars tẽdit ad pãniculũ/ q ẽ dilatatus i interioribus instrumẽti auditus/ & in eo diuidit̃ per totũ/ & dicit Aui. & multi alii ꝙ hoc par orit̃ a parte posteriori cerebri:

ego tamen hoc non consentio teste sensu/ & hic neruus ꝑ/
bet sensum auditus/ secūda aūt pars huius nerui q̄ est ma/
ior prima egredit̄ per foramen ossis petrosi/ q̄d foramen te
ste Iacobo de ꝑtibus dr̄ monoculus & cecus: qa multū tor
quet/ & hic neruus per istam tortuositatem foraminis elō
gat̄ & exsiccat̄/ & hic ramus admiscet̄ cū neruis tertii paris
tendētibus ad maxillā & ad palatū & ad musculos tēporū.
¶Par uero sextum occurrit post qnintū par: quod quidē
sextū par teste Aui. orit̄ a posteriori cerebro/ sed etiam ego
aliter sentio: dico bene ꝙ quintū sextū & septimū par oriū
tur a parte posteriori isto modo. s. a parte posteriori partis
anterioris cerebri: sed ad sensum nō reperit̄ aliquis neruus
oriri a cerebello: quod cerebellū sumit̄ pro parte uera po/
steriori cerebri ut supra patuit: & hoc par sextū exit a cere/
bro & ingredit̄ foramē quod est in extremitate adorez lau
de: & ibidem in tres diuidit̄ ramos: unus eorum tendit ad
gule musculos: & ad lingue radicem: ut septimū par iuuet
ipsius motum. Alter ramus sexti paris uadit ad musculos
spatule & spargit̄ in musculo lato spatule. Alter uero terti/
us ramus qui est maior aliis ad uiscera descendit per collū
iuxta uenam subeteni: & admiscet̄ aliis neruis descendenti
bus ibidē. s. ramis tertii paris: & ab istis omnibus simul mi/
xtis oriuntur nerui reuersiui: tamen est credēdum ꝙ reuer
siui orianꝫ solū a ramis sexti paris: quia sunt duriores tertio
pari: alii rami ex isto sexto pari & ex aliis ramis descenden/
tes uadunt ad diuersa membra intrinseca pro sensu eorū.
¶Septimi uero paris origo est ex termino cōmuni q est i
ter cerebrū & nuchā: cuius paris maior pars spargit̄ in mu
sculis mouentibus linguam: & in musculis inter peltalē &
os laude. s. lingue cōmunibus.
¶Nota lector ꝙ aliqui uolūt ꝙ ab istis musculis Epiglotis
uoluntarie ascendat & descēdat. Residuū uero huius septi
mi paris in aliis spargit̄ musculis ibidem uicinis: & hæc uo
lo sufficere de anatomia neruorū cerebri remittendo legē/
tes ad Aui. prima primi: & ad. G. ix. de uti. c. viii. ix. x. xi. &
xii. & . x. de iuuamentis. c. v.
¶Nota lector ꝙ aliqui putant ꝙ quartum par neruorum
cerebri sit tertiū par: quia hoc tale quartū par ingredit̄ cra/
neum ante tertiū par: ꝙ par quartū est ualde subtile respe/

ctu omniũ aliorũ pariũ neruorũ cerebri:sed par tertium est ualde grossum habẽs multos ramos ut constat ad sensum: & tale par tertiũ grossum ingredit craneũ post quartũ par: sed i exitu a cerebro istud tertiũ par quod est ualde grossũ exit a cerebro ante illud par q̃rtũ subtile añdictũ:& qa ante ipsum.i.a parte magis anteriori cerebri egredit a substãtia cerebri tale par grossum/ideo uocat par tertiũ ab Aui. & a G.& a sequacibus. Veritas est ꝙ tertiũ & quartũ par p̃dictorũ neruorũ exeũt a cerebro in propinqua distantia:& iõ aliqui putant ꝙ quartũ par ꝙ est subtile sit tertiũ par: quia ante ipsũ q̃rtũ par ingredit craneũ:tñ cõstat ꝙ neruus subtilis qualis est q̃rtus q ingredit craneũ post ṽm par nõ põt hẽre tot ramos sicut scribit de tertio pari ab Aui.& a.G. & ab Hali.& a sequacibus:& ideo est dicendũ ꝙ p̃facti auctores capiunt illud par grossum pro tertio & nõ pro quarto. Et hæc sufficiant de neruis ortis a cerebro.

De Rhete Mirabili.

Visa anatomia neruoꝝ cerebri & carũcularũ mamillarũ: uidẽda est anatomia Rhetis mirabilis: quid dicat Mundinus de rhete mirabili oĩbus clarũ est. ¶ Nota tamen ꝙ Mundinus uoluit istud rhete substentari a duabus carnibus glandosis:& credo ꝙ erret:quia secũdũ sitũ ab auctoribus datum rheti mirabili non potest substentari nisi a glãdula una quæ est infra neruos obticos sub dura matre:alia uero glãdula quæ est in cerebro est alta & nõ potest substentare Rhete mirabile/quia glandula hæc est supra duram matrem ad notabilem distãtiam/ & auctores ponunt rhete mirabile infra duram matrẽ. Istud rhete.ix. de uti.c.iiii.a.G.uocatur rhetiformis plicatura: & dicit.G. ꝙ hoc Rhete est maximũ miraculũ eoꝝ q̃ ibi sunt locata: & dicit ꝙ hoc rhete comprehẽdit in circuitu adenem: perueniens autem retro usq; plurimum: tota.n.paulominus basis cerebri submissam habet plicaturam Rhetiformem: & dicit ꝙ hoc rhete nõ est simplex/sed ẽ sicut rhetia plura piscatorum accipiens supra se inuicem extendens: & dicit ꝙ non est possibile unũ quodq; ex eis accipere & abinuicẽ separare quin sequatur alia/ & dicit ꝙ nullum est membrũ

compositum quod reperiatur ita durũ nec ita subtile sicut hoc rhete. Et dicit secundum aliquos ꝙ Arterie ascendentes quæ non nutriunt faciem & extrinsecacas partes capitis per os basilare ascendunt ubi est perforatum os: & igrediuntur intra caput & perforant duram matrem: sed dicit G. ꝙ non est ita/ sed dicit ꝙ tales arterie penetrarunt craneum inter duram matrem & craneum/ & diuidũtur ad multas ualde paruas & subtiles arterias: consequenter autem alique ante caput/ aliqua uero post caput/ aliqua a dextra: aliqua a sinistra/ per se inuicem a lata/ & sic fit rhete mirabile: & ibidem subdit ꝙ rursus ex illis arteriis minimis/ uelut ex radicibus ad stipites aggregatione facta prodiit par arteriarum alterũ equale ei quod a principio ascendit: & ita iã per grosse miringe foramina ad cerebrum sunt.

Nota lector ꝙ fere omnes auctores concordant cum. G. de modo generatiõis Rhetis mirabilis: & de situ eius. s. qđ sit inter os basilare & duram matrẽ / & ꝙ postea ex Rhete iterum renascantur duæ arteriæ: quæ portent spiritum digestum subtiliatũ & præpartũ in eo ad animalem formã ad uentres cerebri/ sed. G. nono de utilitate. c. xvi. dicit ꝙ Rhete mirabile non est in mediate supra os basilare: sed ꝙ sub eo Rhete est pars grosse miringe inter Rhete & os: ne Rhete lædatur a duritie ossis: quia dicit ꝙ dura mater est grossior i basi cerebri/ istis uerbis. Rationabiliter autem & grossior ab inferius facta est: ut ubi omnino debeat firmari in ea cerebrũ intristabilis ei & totaliter insensibilis sit subiacentium ossium durities/ secundum uero rhetisformem plicaturam duriorem ipsam non solum grossiorem creauit ut sit uelut os substratũ cerebro plurimo secũdũ hoc existente & nusquã grauata uersus deorsum angustet & comprimat arterias: & ni mirum paulominus obliti omissimus dicere quoniam explantans quãdam partem in ipsius grossa miringa substrauit rhetiformi plicature indigente & ipsa non componi a subiacentibus ossibus.

Ecce lector ꝙ i substãtia duræ matris. G. ponit esse Rhete mirabile. Et ex ꝑdictis potest colligi substãtia Rhete mirabilis/ & sua figura/ & sua quãtitas/ & suus locus siue situs: & sua cõplexio: & etiam sua colligantia. Iuuamẽtũ eius est ut in eo subtilietur spiritus uitalis taliter ꝙ præparetur ad

animalē. Et ab isto spiritu uitali qui efficitur animalis p subtiliationem in rhete mirabili necessario debent sequestrari superfluitates quas Azarauius tractatu quartto sue theoricę dicit expurgari per nasum & palatum: & in eo secūdum aliquos fit oppilatio quæ est causa somni.

¶ Nota lector ꝙ ego multum laboraui in cognoscēdo hoc Rhete: & locum suum: & plusquā centies anatomizaui capita humana quasi solum propter hoc Rhete, & adhuc in eo sum confusus. Est bene uerum ꝙ ad latera glādule quæ est sub lacuna Mundini a dextris & a sinistris uersus posterius sub dura matre ego sepe uidi & tetigi aliquod Hiretitum & simul intricatum ꝙ potest comprehendi ꝙ sit istud Rhete mirabile, & ita etiam sub dura matre post foramen nuche in parte uersus os laude supra os basilare ego reperio aliquod intricatum modo antedicto: sed ego nescio iudicare an sit hoc Rhete uel alia intricatio: tamē si daṫ Rhete mirabile eo modo quo dicit Galenus de facto ego teneo ꝙ prædicte intricationes sint Rhete mirabile: sed quia. G. ubi supra dicit ꝙ Rhete mirabile est in substātia duræ matris saltem pro parte: ego credo ꝙ non possit uideri totum Rhete mirabile: quia dura mater cum eo est intricata taliter ꝙ unum non distinguiṫ alio.

¶ Sed quia. G: dicit ꝙ Rhete mirabile occupat magnam partem ossis basilaris sub craneo. s. ante retro & a lateribus & ꝙ hoc non uideatur ad sensum ego dubito ꝙ. G. magis sit imaginatus ꝙ Rhete mirabile sit in loco antedicto quā aliter: quia ego etiam habeo diligentem oculum & manū & instrumenta apta ad separandam duram matrem a craneo & a se inuicem, & pluries etiā anatomizaui capita ut ꝑ dixi & non inueni tale Rhete nisi eo modo quo ego dixi supra. Sed opinio mea ē hæc. s. ꝙ si daṫ ibi Rhete secūdū positionem prædictam. G. totaliter est concludendum. G. errasse: quia dicit. G. ꝙ arteriæ post quam ascense sunt supra os basilare in mediate diuiduṫ ad minima & faciunt Rhete, deinde dicit ꝙ ex ramis omnibus Rhete iterum efficiūtur duo rami arteriarum qui perforant duram matrem, & ascendunt ad cerebrum, & hoc nō est uerum: quia ego pluries supra duram matrem intromissi stillum paruū in prædictis ramis magnis qui sunt iuxta neruos obticos ascendē

tes/ & in ueni stillum directe penetrare inferius per tales arterias absq; aliquo obstaculo usq; ad intra substãtiam ossis basilaris: & si arterię prædictę essent supra os basilare irretite & diuise ad minima sicut dicit. G. stillus nõ potuisset penetrare inferius in substãtia ossis per ipsas arterias: quia inuenisset Rhete ꝑ obstaculo: ex isto signo ego teneo ꝙ ibidem non sit Rhete mirabile: sed credo ꝙ prædicte arteriæ ascendentes quæ diuiduntur ad minima in pia matre sint sufficientes pro subtiliatione spiritus uitalis / qui postea trãsit subtiliatus per substantiam cerebri: & ibidem digeritur: & a substantia cerebri transit ad uentres eius: ubi ultimate postea digerit: & sic puto. G. magis imaginatũ fuisse Rhete mirabile quã ꝙ unquã bene uiderit eum: & credo ꝙ alii omnes post. G. ponant Rhete mirabile per opinionem ipsius. G. magisq; per sensum: & hæc sufficiant de Rhete mirabili: hæc tamen dixi cum reuerentia. G. & qui latius uult intelligere de isto Rhete mirabili secũdum opinionem auctorum uideat. G. ubi supra: & ad librum. x. de iuuamentis membrorũ. c. iiii. & ad Auic. & ad alios auctores locis suis.

DE ANATOMIA OSSIS BASILARIS ET OCVLI.

TEXTVS MVNDINI.

POst hæc omnia, uidebis os basilare quod durius est ceteris, quia debet esse basis et fũdamẽtum et substentaculum omnium aliorum, et ideo debet esse durum. Durum fuit etiam ut a superfluitatibus quibus submittitur non putrefiat, sed putrefactioni resistat.

¶ Istud os diuisum est in ossa petrosa narium, et oculorum et ossa duo lateralia, quæ uocantur ossa paris, et sic

ſunt quinq; et hoc melius díſcernes ſi decoques, uerũtamen eſt q ossa narium ſunt multum cauernoſa poroſa, ut ſuperfluitates poſſint deſcendere et uapor ſubiectus odori aſcendere ad cerebrum.

¶Poſtea ſcinde utarq; oſſa oculorum, et uidebis locum oculi, et colligantiam eius cũ neruo obtico: et colligantiam eius cum neruis motus oculi ſcilicet cum ſecundo pari neruorum durorum.

¶Apparet etiam locus eius, quia non eſt poſitus multum in profundo, quia debet recipere ſpecies in medio exiſtentes, non eminet etiam multum extra faciem in homine ne ab exterioribus ledatur cum eos habeat ualde molles et paſſibiles, et ideo ad eius ſiue eorum tutellã in homine natura ordinauit ſupercilia ut a rebus deſcẽdentibus cuſtodiantur, et palpebras ut a rebus anterius occurrentibus etiam cuſtodiantur, ordinauit etiam tuberoſitates maxillarum, ut cuſtodiantur a rebus ab inferioribus aſcendentibus et a latere obuiantibus ſicut ab alio latere obuiant nares. In oculo autem ſunt ſeptem tunicæ, et tres humores tunicas uidebis diuidendo oculum in duas partes, plane et leuiter ſcilicet in anteriorem et poſteriorem.

¶Et in anteriori ſunt quattuor tunicæ, quarum tres cõtinuantur et correſpondent tribus tunicis intrinſecis, poſterioribus, quia uni illarum ſcilicet cõiunctiue non continuatur aliqua in profundo ſiue interius.

¶Prima igitur eſt coniunctiua quia præter corneã exterius. eſt coniungens et uelans, et cooperiẽs totũ oculũ.

¶Secunda est cornea, quæ dicitur cornea quia assimila tur cornu in substãtia et colore quæ transparens est, et fuit transparens quantum ad colorem ut nullius esset coloris, ne impediret receptionem omnis coloris, fuit etiã substantiæ solidæ: quia rebus exterioribus est pro pinquissima.

¶Et huic in parte posteriori siue interiori est tertia tu nica sclirotica dicta continuata cum ea, et interius circũ dans totum oculum.

¶Postea sub coniunctiua et cornea in parte anteriori est uuea dicta sic: quia similatur medio folliculo grani uuæ nigræ, in cuius medio uersus corneam est foramẽ quod dicitur pupilla, facta ut species uisibilis possit per/ uenire usq; ad christalinam, et nõ impediatur propter obscuritatem uueæ.

¶Et causa quare oculus nõ fuit totus discopertus hac tunica uuea est triplex, una est quia ab ea suo colore ui ridi et puniceo siue azurro cõfortat spiritum uisiuũ cũ sint medii inter extremos colores.

¶Secũda causa est, quia si ipsa non esset, spiritus uisiu/ us a lumine exteriori nimis resolueretur. Et ideo ut sta/ ret unitus i uno loco in directo christalino fuit hæc tu nica habens unum foramen, quod foramen pupilla uo catur, et ideo contingit q; si hoc foramẽ dilatatur a na/ tura, uel aliter q; impeditur uisus, et magis impeditur q̃ si constringatur a natura.

¶Tertia causa est, quia omnis speties ri quæ uidetur p uenit ad oculũ in figura piramidali, cuius basis est res

uisa,

uisa, et eius conus est oculus siue eius angulus qui est in christalino, q̃re oportet ꝙ si ibi foramē et ꝙ sit strictū.

¶Etiam dicitur uuea hæc tunica, quia cōtinet humorē uueū uel albugineū generatū ad humectandū oculum ad hoc ut sit mediū itrinsecū receptiuum specierum, et quia tale medium non potest esse nisi aer uel aqua a p̄ dominio, et aer non potest ibi conseruari, ideo nō fuit ibi aer, sed aqua.

¶Item quia illuc currit spiritus uisibilis aereus a prædominio, et hic humor cōtinet in uuea ut prohibeat christallinum appropinquare aeri exteriori, et ut corneā faciat distare a christallina, etiā ut foramē pupillæ stet dilatatum, et propterea egreditur foramen uueæ et intumescit corneam. Et ideo contingit ꝙ in appropinquātibus morti cū exsiccatur hic humor cornea cadit et applanatur. Et tunc a uulgaribus dicitur ꝙ apparet tela ante oculos, et est signum infallibile mortis.

¶Contingit etiam propter eius exsiccationem constrictio pupillæ, sicut propter eius multitudinem causatur dilatatio pupillæ, et iam potuisti uidere notitiam passionum quæ occultæ sūt quæ fiūt in oculo ratione huius uueæ, nisi ꝙ restat aliud dicere de catarata.

¶Catarata autem fit quādo uapor generatur aut descēdit a cerebro, aut ascendit a stomacho et peruenit ī directo pupillæ ad humorem hunc existens inter christallinū et pupillam et impedit receptionem specierum. Et quia hic uapor in principio est mobilis sepecies representatur cum motu.

¶Item cum de se sit coloratus mouet christallinū secū dum suum colorem, et cum species consueuerāt esse rei extrinsecæ, quæ mouet uisū indicat uirtus uisiua res exterius esse motas, et ideo indicat muscas aut cimices uel formicas super parietem ambulare.

¶Postea uero hic uapor ī aquam conuertitur, quæ cū condensatur in cataratam transit confirmatam quæ si totā pupillā cooperiat prohibet omnino uisum, si aūt nō opilat ex toto, aut existit a latere foraminis aut ī medio. Si in latere uidet et iudicat rem esse diminutā. Si uero in medio sit, iudicat rem etiam esse perforatam, quia in parte quam uidere non potest iudicat esse foramen.

¶Et ex his nota modum curationis cataractæ cōfirmatæ, quæ fit per manualem operationem, quæ non fit ut ista cataracta penitus extrahatur, quia antequā posset extrahi egrederet̄ totus humor albugineus, sed hoc fit quia acum imponunt perforando coniunctiuam lōge a pupilla, et ꝓfundant obliq̄ uersus scliroticā donec sit in directo pupillæ, postea ducunt acum ad locum cataractæ uel aquæ condensatæ, et tunc ipsam impellunt infra ad locum infimum, et tunc tali suffocatione, et aliis rebus prohibēt ipsam reascendere, et ideo talē actū non uocant cataractæ curatiuum, sed uocant abatere. i. deprimere cataractā.

¶Et sic apparet tibi quarta tunica, quæ dicitur uuea.

¶Postea in parte posteriori seu interiori oculi est tunica quinta, quæ dicitur secundina, uel quia secunda est a scliroticā, uel quia secundine assimilata est.

¶Post istas est tunica Aranea circūdans christallinum uersus partem anteriorem, cui in parte posteriori continuatur tunica rhetina, et in medio istarum cōtinuetur humor uitreus in medio cuius est humor christallinus rotundus siue figuræ spericæ, cum quadam planitie in parte anteriori, et hic humor est magis uersus partē anteriorem quam humor uitreus in quo locatur, et ideo hic humor uitreus factus est ad christalllnum locādum et ad ipsum nutriendum. Et ex his completa est anatomia oculi.

COMMENTVM. XXXVI. CARPI.

ISte textus diuiditur in duas partes principales. In prima parte ponit anatomiam ossis basilaris, & ponit numerum partium eius. In secunda uero parte ponit anatomiam oculorum, ponēdo eorum locū, & eorū colligantiam, & ponendo eorum tunicas ab inuicē distinctas, & ponendo eorum humores, & ponendo eorum aliquas egritudines, & dicit certum modum curandi eas. Secunda ibi, postea scinde utraq; ossa oculorum.

¶Sed ultra ea quæ dicit Mundinus a nobis sunt aliqua dicenda. Et quia primo occurreret sermo de osse basilari, de eo esset aliquid dicendum ultra ea quæ dicuntur a Mundini: sed quia de osse basilati in anatomia cranei ad lōgū diximus ideo ad illum locum remitto legētes: sed unum est notandū. s. ꝙ in osse basilari Mundinus ponit ossa petrosa narium, & nō est uerum ꝙ ossa petrosa narium sint in osse basilari, quia ossa petrosa narium sunt distincta per cōmissuras ab osse basilari est bene uerum ꝙ certe ossa quæ sunt in cauernositatibus itrinscecis superioribus nasi seu nariū ponuntur cum osse basilari, quia sunt secū continua, & talia ossa cauernosa sunt supra illud uacuum ꝙ est supra palatū

uersus centrum ossis basilaris/ dicit etiam Mūdinus ꝙ ossa oculorum sunt partes ossis basilaris & dicit uerum/ si itelligat de parte superiori tātum/ quia pars inferior ossium oculorum non est in osse basilari/ & hoc cōstat per diuisionem sensibilē a me pluries uisam ī capitibus exsiccatis & coctis: dicit etiam ꝙ ossa paris sunt partes ossis basilaris/ & nō est uerum/ quia ossa paris sunt lateralia est bene uerum ꝙ ossa paris sunt continua cū certa portione ossis ꝙ est pars ossis basilaris/ ista tamen anatomia magis īdiget præsentia periti anatomiste in demonstratione sensuali/ quam indigeat scriptura/ seu uerbo.

¶Sed antequam ad anatomiam oculorum me conuertā dignum putaui aliqua dicere de anatomia frontis & temporum & pomorum faciei & etiam de anatomia mandibule superioris/ & de anatomia nasi.

De Fronte.

A Fronte igitur est incipiēdum. Et quid sit frōs & ubi sit patet in catalogo nostro/ in fronte. n. est cutis: sub qua imediate est musculus unus latus qui est taliter aligatus: ꝙ separari nō pōt cutis ab eo: & iste musculus nō est solum in frōte sed quasi in tota facie/ & in cuti intrinseca manuum/ & in cuti plantarum pedum/ & hoc ostendit. G. ii. de uti. c. vi. istis uerbis reliqua uero cutis q̄ est circa totum corpus excoriari potest: & ꝓpter hoc aiūt nominari corium ipsam: ea uero quæ est in sūmis manibus intrinsecus de qua nunc est sermo/ similiter autem & ea quæ pedum inferius/ adhuc autem & ea quæ secundum frontem & paulominus totam faciem/ & alias quasdam partes quæ secundum animal non est possibile excoriare propter tenantum aut musculorum ad eas deriuationem/ idem dicit. G. xi. de utilita. c. xv. ubi loquitur de differentiis cutis. Aui. etiā prima primi de musculis frōtis dicit ꝙ hic musculus est adeo cōtinuus cum cute/ ꝙ uidetur pars essentie ipsius/ ita ut fiat ipsum impossibile separari ab ea/ iuuamentū huius musculi qui ab Aui. uocatur pannicularis/ est mouere frontem absq; corda/ quia obuiat membro quod mouet absq; corda/ & ad motum huius musculi eleuantur super-

cilia/teste Aui.iuuat etiam ad claudendum oculos quando sua uirtus relaxatur/sui uilli incedunt a superioribus ad inferiora directe/ & ideo Aui.tertia quarti de exituris aperiendis:dat cautellam ne in fronte incidātur exiture secundum rugas seu plicaturas transuersantes frontem / quia caderēt supercilia:& in fronte nō sunt pili : teste Hali.& teste sensu neq; sunt in pomis faciei neq; supra nasum decoris gratia: & hic musculus præstat iuuamentum ad custodiam oculorum/quando mouetur uersus inferius cum suis superciliis os frontis est ab oculis usq; coronalem cōmissurā/ & teste cauliaco pertinet ad coronale:& primo de historiis dicit℞ ꝙ frons est ab aure ad aurem/ & os frontis parum supra oculos est duplicatum/habet.n.in se concauitatem notabilem in qua ingreditur aer iuuans ex sufflationem superfluitatū narium ut alibi supra diximus. Passiones omnium modorum patitur frons/in fronte de facili fit sudor / in frōte sunt supcilia/ sed de eis dictū est in catalogo uide ibi. ¶Post frōtem sequitur sermo de temporibus/quid sint tempora uide in catalogo/ossa temporum sunt duo teste Aui. prima primi quæ dicuntur ossa paris:& in istis ossibus non sunt aures ut putant multi:nec ossa paris sunt illa duo ossa squamosa quæ superequitant partem lateralem capitis:ut putant multi/uide Aui.& nō errabis/hoc addito ꝙ habeas caput exsiccatum uel coctū ante oculos:de istis ossibus in anatomia cranei mulra diximus.De musculis temporum Zerbus facit magnum rumorem:& tamen tempora nō habēt musculos proprios:sicut habet frons:sed in tēporibus sunt duo musculi unus ab utroq; latere i certo antro positi : pro maiori custodia eorum ut supra dictum est alibi de eis: qui musculi mouent mādibulas inferiores:& Aui.loquitur de istis musculis in capitulo de anatomia musculorum maxille / i temporibus sunt atteriæ notabiles:& etiam notabiles uenæ:& illi musculi sunt ualde nobiles & ideo horum mēbrorum uulnera sunt mala:in temporibus oriuntur pili q primo canescunt:concauantur.n.tēpora in senio:& in marasmatis:& in acuta egritudine:& tunc est signum malum teste Hipp.primo prognosticorum.

De Pomis Faciei.

Post tēpora ad latera faciei uersus ante/ sunt duo ossa gibbosa uersus exterius quæ dicūtur poma faciei: & ista ossa sūt separata per cōmissuras ab ossibus paris & ab ossibus frontis: & ab ossibus nasi: & a mādibula supiori: quæ ossa sunt uellata panniculo & cuti non musculosa sicut ea quæ frōtis quæ cutis mouetur a motu musculi frō/tis: & a motu labiorum superiorum: teste sensu & teste .G. xi.de uti.c.xv. & cutis pomorum faciei est ualde rara sicut supra patuit in catalogo: & talia poma uocantur gene ut etiam in catalogo duximus: ista poma sunt ad decorem: & sunt ad tutellam oculorum/ sunt etiam ad tutellam musculorum illorum qui sunt circa tempora. Passiones omniū modorum patiuntur hæc poma.

De Mandibula Superiori.

Post poma sequitur mandibula superior/ quæ est di/uisa i duas partes principales una est a dextris altera a sinistris & sunt simul coniūcta in directo nasi infra natum: & unus dēs dualis est in una mandibula & alter in altera/ & iste maxille superiores etiam sunt coniūcte coniū ctione recta lineali per medium palati est in substantia talium mandibularum ꝙ os ut prædictum est per medium diuisum ab ante retro uersus.

¶ Nota lector ꝙ Hali.ponit.xiiii.ossa in mādibula superiori/ & implicite Rasis & Auer. tenent idem/ isti tamē in mā/dibula superiori ponūt duo ossa paris/ duo ossa pomorum faciei: & sex ossa oculorum: & duo foraminum nasi & duo ossa in quibus sunt dentes Aui.autem ponit in eis esse .xii. ossa computatis sex ossibus nasi.G.est diminutus i enume/ratione talium ossium. Albertus magnus multa dicit: & dicit ꝙ sunt in mandibula superiori.xiii.ossa. Ego autē dico ꝙ in mandibulis superioribus ad sensum non reperiuntur nisi duo ossa: quæ sunt uera ossa mandibularum superiorū & talia duo ossa sunt distincta ab aliis & sūt magna/ nec credo ꝙ talia ossa sibi uicina seruiant eis in aliquo: mandibule

.n.sunt facte ad molendum seu masticandum seu ad man
dēdum/ & sunt facte propter uocem/ & ideo ipse constitu/
unt palatum maxime superiores/ & ossa nasi sunt pro naso
cū suis cartilaginibus: & ossa oculorum sunt pro oculo: &
ossa pomorum sunt ad alium finem & ita ossa paris: quili/
bet potest uidere præfactos auctores locis suis/sed ipsi con
fundūt anatomiā. Veritas est ꝙ largo modo a fronte infra
usq; ad os tota illa pars potest capi pro mandibulis superio
ribus / sed uere & proprie mādibule superiores sunt distin
cta per cōmissuras sensibiles a prædictis ossibus q̄ sunt di/
stinctu per alia nomina ab omnibus aliis membris conten
tis in facie. Iuuamēta harum mandibularum cum suis den
tibus & cum suo palato sunt ad præparandū cibū adiuuan
tibus maxillis inferioribus. Iuuāt etiam uocem. Supra eas
a faucibus usq; ad alas nasi est notabilis cōcauitas: p quam
meat aer intra & extra: & illa concauitas tendit etiam uer/
sus superius in anfractibus ossis colatorii: & in illis anfracti
bus descēdit per colatorium cerebri humiditas quæ ibidē
ingrossatur ab aere & a calore naturali: quæ humiditas suf
ficienter ibidem aggregata stimulat nares: & tunc homo
mouetur ad expulsionem eius cum ex sufflatione: & si est
acuta uel alio modo fluida: ibidem non retinetur sed conti
nue fluit: sicut nunc mihi contingit: qui patior corizā acu/
tam pongentem & ulcerantem superficialiter nasum: ma/
xille superiores non habent musculos a quibus moueātur
ut putant aliqui: qa ista ossa non possunt moueri quia non
habēt iuncturas nodatiles sed seratiles & cōmissas sicut cra
neum/ est bene uerum ꝙ supra eas sūt labia superiora quæ
mouentur ad omnem differentiam positionis: qui autem
sint musculi mouentes maxillas & labia pro parte dictū est
tamen habeat recursus ad Aui. & ad alios peritos auctores
maxime ad antiquos: qui sunt quattuor & non plures qui
bus in istis sit credendum & sunt isti. s. G. Rasis Hali. Aui. &
Auer. multi etiam sunt moderni qui sunt periti sed sunt ag
regatores sine anatomia sensuali excepto Mūdino & Cau/
liaco: quibus ego inter alios modernos credo. Credo etiā
Nicolo/ & Iacobo de partibus. Albertus etiam iterdū adhe
ret ueritati/ mādibularum figura est omnibus nota/ & suus
situs/ & sua colligantia/ sua substantia est ossosa cum carne

gingiuiarum/ est etiam pellicularis/ tegitur .n. intra os a pã niculo ueniente a meri/ tegitur etiam cuti/ in sua substantia est caro musculosa quĩ musculi seruiunt motibus membrorum sibi uicinãtium. Passiones omnium modorum patiť maxilla superior/ sicut & inferior.

De Naso.

Uisis prædictis de naso est aliquid dicendum/ quid tamen sit nasus/ & ubi sit/ satis ample dictum est in catalogo/ uide ibi/ nasus habet ossa/ cartilagies/ cutim & musculos/ cutis nasi est cum musculis & cartilaginibus eius taliter alligata ꝙ separari nõ põt/ sui musculi sunt duo unus eorum est a dextris/ aliter a sinistris circa extremitaté nasi/ & sunt parui/ solidi tamen & duri/ & sunt sic/ ut fortificetur pars extrema nasi/ quæ non est ossosa dura ualde sed cartilaginosa/ sua quantitas est parua/ & .G.xi.de utili. dicit ꝙ sunt parui/ quia mouent paruas particulas. Auic.tamen dicit ꝙ sunt parui ne impediãt alios musculos sibi uicinos a suis motibus: suus ortus est a pomis maxillarum/ & tendunt ad extremitatem nasi. Iuuamenta horum musculorũ sũt mouere allas nasi ad eam partem ad quam uult homo: & non clauduntur nares seu nasus perfecte a suis musculis sicut clauditur oculus uel os propter indigentiam cõtinue respirationis: continue etiam per nares euentatur & reficitur cerebrum/ teste Aui. prima primi in parte exteriori nasi sunt tres cartilagines/ duæ sũt laterales/ & ipse alle nasi sũt ille q̃ sũt cartilaginee: una alia cartilago ẽ i medio harũ ante uersus/ quæ incipit ab inferiori parte ossium superiorũ nasi & ista cartilago media est durior lateralibus/ & durior in superiori parte quam in inferiori: ut nasus iferius possit flecti seu plicari: & ista cartilago quæ est in medio/ anterius diuidit nares in dextrum & sinistrum: tendendo uersus interius seu posterius/ & hæc cartilago diuidens uocatur intersinium nasi: uocatur etiam interseptum nasi: & hæc cartilago diuidens per medium est longior in parte intrinseca q̃ in extrinseca: quia est tendens ad superius usq; ad os basilare: in quo sunt foramina circa additamenta mamillaria cerebri: & inferius descendit directe secundum longum: usq; ad illam diuisionem mandibule superioris: q̃ est in medio

duorum

duorum dentium dualium / & tãtum retro tendit/ quanta est longitudo palati/ & isto modo uacuitas quæ est a faucibus supra palatum usq; ad nasum est diuisa in duas partes. Iuuamenta talis cartilaginis sunt diuidere illam concauitatem supra palatum in duas partes/ ut si contingat nocumẽtum uni parti ꝙ non contingat alteri / & ut superfluitates cerebri possint in descensu suo tendere ad unam solam partem stante aperta alia parte propter aerem attrahendum: ossa nasi teste Aui. sunt duo/ quæ sunt triãgularia / situ sunt posita in sũma nasi parte/ unum os est a dextris aliud a sinistris/ ad latera istorum ossium per totũ longum nasi est certa extremitas de ossibus mandibularum superiorũ / & ista ossa mandibule superioris quæ sunt a lateribus ossium nasi sunt illa ossa in quibus cõmuniter datur cauterium in fistula lachrymali. Iuuamenta nasi sunt ad odorẽ/ ad euentationem cerebri/ ad respirationem & aspirationem continuam pulmonis: sunt etiam ad expurgandas superfluitates cerebri/ iuuant etiam ad intonationem uocis/ refrangunt etiam & alterant aerem ingredientem/ tum ad cerebrum: tum ad pulmonem & ad cor. Iuuant etiam ad dearticulandas litteras seu uoces. Passiões omnium modorum patitur nasus: qui uult uidere cauernas interiores naso seruientes/ uel ut melius dicam seruientes colatorio / quia ille cauernositates sunt in osse basilari: debet diuidere totũ os basilare per mediũ usq; ad palatũ inclusiue: & uidebit optime illa loca:

¶ Nota lector ꝙ iste partes interiores nasi: tam superiores quam inferiores/ & per iferiores ego intelligo illud uacuũ ꝙ est supra palatum per quod aer tendit ad pulmonẽ sunt tecte pellicula quadam: sicut etiam palatum/ sub qua pellicula est aliqua pars cranea: & talis pellicula iudicio meo est continua cum meri: sicut etiam cum meri est cõtinua tota illa pellicula quæ tegit os ad interius. Et supra palatum in naribus absq; dubio est motus uoluntarius: requiritur igit̃ ꝙ hic sit aliquis musculus: de quibus musculis aliquis ex cardinibus medicine non facit mentionem: de quo ego ualde miror: & ꝙ sit uerum ꝙ nares ad intra supra & infra habeant uoluntarium motum omnibus est notum: nos. n. quando uolumus attrahimus mucositates supra palatum existentes ad fauces: deinde ad os expellimus eas & conse/

quẽter extra os. Quãdo uolumus etiam attrahimus aquã uinum: & decoctiones: & huiusmodi res ab extra ad intra nares: tam ad partes superiores quam ad inferiores: maxi/me quãdo uolumus facere caputpurgia & similia: uel quã do trahimus aliquid ad intra nares propter ulcera ibi exi/stentia: uel propter aliam causam: credendum est ergo ꝙ ibidem sint aliqui musculi: nec ista atractio potest fieri per musculos proprios nasi exteriores de quibus supra factus est sermo: quia nos uidemus ad sensum tales musculo snõ moueri: dũ fiunt prædicte attractiones ad intra: diceret for te aliquis ꝙ ista attractio fit per uillos longos existentes in ista pellicula tegente nares ad intra: qui uilli debent esse cõ tinui cum uillis faucium & meri: ad hoc est dicendũ ꝙ ista atttractio non est naturalis: & ideo nõ fit per prædictos uil los: sed est uolũtaria ut patet cuicũq3: & ideo debet esse ibi/dem aliquis musculus: & credo ꝙ auctores nõ fecerint mẽ tionem de hoc: quia iste locus nunquam monstrat̃ in ana tomia cõmuni: & cum difficultate etiam uidetur in quali/bet anatomia: nec etiã iste motus intra nares est ualde nota bilis: ideo de suis instrumentis non est facta mentio: & for/te alii auctores non considerarunt id super hoc ꝙ ego nũc consideraui/quia forte nõ fecere in personam suam caput purgia sicut ego nũc facio: propter corizam, & propter su/perficiale ulcus quod habeo ĩ nare: & dum facio ista caput purgia considero istum uolũtarium motum: & ideo de eo facio mentionẽ ĩ isto meo opere: & iudicio meo saluo sem/per saniori/credo ꝙ ad intra nares sit inter illam pelliculã tegentem nares ad intra & ipsa ossa & inter cartilagines ali quis musculus dilatatus per omnes illas partes: tam iferio res/quã superiores: qui moueat illas partes ad inferius: & ad superius sicut mouetur cutis frontis per suum propriũ musculum: sub ea dilatatum & ei alligatum: & forte ꝙ sũt plures musculi: & est credendum ꝙ sint supra palatum ad minus duo ex prædictis musculis: sicut illa pars est diuisa ĩ duas partes notabiles: & unus musculus non posset serui/re prædictis duabus partibus: propter itersinium tales par tes diuidẽtem: sunt igitur iudicio meo supra palatũ a fauci bus usq3 ad nasũ/ duo musculi dilatati sub pellicula ꝑdicta: q faciunt motũ prædictũ. Credo etiam ꝙ sint in parte su/

periori in cauernositatibus natium alii duo musculi etiam taliter dilatati sicut primi: qui faciunt illum motũ quo me/diante nos attrahimus uolũtarie aliquid ad partes superiores narium qui etiam iuuant ad expulsionem superfluitatum nasi: & credo ꝙ isti sint duo musculi/ quia etiam nares in parte superiori sunt diuise in duas partes sicut nares inferiores: & ꝙ sit uerum ꝙ ibi sint musculi dilatati constat: qa sub prædicta pellicula tegente nares ad intra est aliqua substantia carnea quæ est mobilis uoluntarie ut supra mõstratum est: possibile est etiam ꝙ sint ibidem tãtũ duo musculi. s. unus in parte dextra & unus alter in parte sinistra: qui seruiant motibus prædictis: quia dum una pars talium musculorum ibidem dilatatorum cõtrahitur uersus superius trahit superius attrahenda: & ita expellit inferius dum inferius contrahitur/ & idem musculus dum contrahitur retro uersus fauces attrahit ad fauces: & dum retrahit᷑ uersus foramina nasi expellit expellenda extra nasum/ quicquid sit de hoc omnino ibidem sunt ad minus duo musculi dilatati tales motus perficiẽtes & forte quattuor: numerus quorum non iudicantur ad sensum. Istam tamẽ meam opinionem remitto examinãdã doctis: & illis me submitto: quia ego nolo uanegloriari de inuẽtiõe alicuius mẽbri/ de quo tanti ac tanti periti: & medici: & philosophi: nõ fecere mẽtionem: & hæc sufficiant de naso ad oculorum anatomiam me conuertens.

De Palpebris.

ANtequã ad anatomiam oculorum deueniam dignũ est ut prius de palpebris dicamus: quæ palpebre sũt duæ pelliculæ pro quolibet oculo. s. una superius & altera inferius intra se claudentes oculum cum opus est: in extremitate quarum sunt pili cilia dicti: & iste pellicule habent intra se certam cartilaginem cui in figuntur prædicti pili: & tales palpebre ut dictũ est in catalogo dicuntur gene: & palpebre a palpitudo dicte sunt: a grecis teste ruffo dicun᷑ belphaton. De ciliis dictum est in catalogo uide ibi Substantia palpebrarũ teste Aui. est ex coopertorio: in quo est cutis tenuis & cartilago & lacerti: maxime in palpebris

superioribus/ quia in palpebris inferioribus nō sunt lacer/ti:& ideo nō mouentur:in palpebris nō est caro teste Ari. secundo de partibus .c.xiii. & ideo ipse dicit ꝙ palpebra aut præputium uulnere diductum coalescere nequit.

¶Nota lector ꝙ ego uidi hoc esse uerum pluries maxime si incidatur palpebra : & per icisionē.G.vi.aphor. aphoris. xix.itelligit quando uulnus penetrat ad aliud latus palpebre:& sic ego itelligo: & sic uidi:& in illo aph.hip.dicit cartilagines:ossa:neruos:maxillas tenues:& præputium : nō consolidati:& multa tamen de istis ego uidi cōsolidari sed credo ꝙ non consolidentur per uiam prime intētionis:sed consolidantur per certum gumi inuiscans & uniēs partes simul:& sic intellexit Hippo.Ego tamen nec per uiam prime:nec per uiam secunde intentionis nō potui uidere palpebras superiores consolidari simul':uulnere stante nota/bili & penetrante ad utrūq; latus earum:etiam adhibita diligentia cum sutura/sutura tamen non durabat: ueritas est ꝙ talia uulnera quæ uidi non posse consolidari:fuere circa extremū palpebre:ubi sunt cilia/in quibus locis sutura nō potest capere notabilem partē cutis : & ideo illa sutura nō stabat firma:quia nō capiebat nisi parum de cuti : & palpebra quasi continuo mouetur:& ideo non fuit facta consolidatio:sed pluries ego uidi uulnera leuia ad alid̄ latus palpebra non penetrare quæ uere sanata sunt.Et credo ꝙ si talia uulnera possent sui & suta conseruari usq; ad tempus debi/tum/ꝙ consolidarentur:saltem per uiam secundam .s. per orosbot seu gumi uniens partes simul:quia si ossa cōsolidātur est concedendum omnia alia mēbra consolidari posse: sed unde digressus sum redeo & dico cartilaginem palpe/brarū esse satis solidā ut possit resistere occasiōibus extrin/scecis in tutellam oculorum & non fuit ossosa ne lederet oculos in suo motu & in palpebra teste Zerbo de mente. G.sub cuti est panniculus ortus a circumossali mēbrano ortus/qui postea reflectitur in extremo palpebre & reascē/dit usq; ad locum musculorū oculi/ & ubi replicatur in ex/tremo palpebre dicit de mēte.G.ꝙ dicitur tarsus/circa palpebras in parte intrinsceca prædicti pāniculi circa loca musculorū est pinguedo gracia remolliēdi palpebras ne exsiccentur in motu suo continuo uel quasi cōtinuo:& ne exsic

cētur in magnis caloribus/iste palpebre tā superiores quā inferiores habēt prædictas duas pelliculas a circūossali mē brano:sed superiores pellicule.i.superioris palpebre oriūt ab almochati:inferiores uero oriuntur a panniculo tegen/ te ossa pomorum faciei/& iste pellicule sic duplicate conti/ nent in se cartilaginem/& pinguedinem/& illa pars palpe bre quæ tangit oculū est una ex prædictis pelliculis : & est illa quæ retrocedit uersus musculos palpebrarū / propter quid cilia sint in palpebris uide in catalogo . Cōplexio pal pebrarum est frigida. Sua figura:sua quantitas:sua positio: sua colligantia omnibus nota est . Numero palpebre sunt quattuor/due superiores una ab utroq; latere/& duæ infe/ riores. Iuuamenta palpebrarum & ciliorum sunt tueri ocu los & adiuuare uisum maxime nigredine pilorum suorū: palpebra superior differt ab iferiori in hoc.s.ꝙ superior ha bet motum inferior non/& ideo i qualibet palpebra supe/ riori sunt tres musculi:in quibus Aui.ponit cordam:& Ra sis nō/mouet.n.palpebra ad superius & ad inferius : i clau sione palpebre tantum duo musculi operantur teste Hali. unus uero solus musculus aperit/duo musculi deprimētes palpebram sunt a lateribus. Ille uero qui aperit est in me/ dio. De istis musculis remitto legētes ad. G. in libro de ana tomia oculi: & libro.x. de uti. & ad Aui. & ad alios auctores Passiones omnium modorū patitur palpebra : & inter alia patitur inuersionem pilorum uersus oculum: cui inuersiōi pro ultimo remedio adhibetur cauterium pro radice cuius libet pili cum acu aurea uel ferea ignita/ deinde adhibetur clara oui cum oleo rosato usq; ad casum eschare:postea cō/ solidatur locus & nunquā renascitur ille pilus.

De Angulo Lachrymali.

NOta lector ꝙ in quolibet oculo sunt duo anguli : in confinio palpebrarum/unus eorum uocatur angu/ lus domesticus:alter siluestris:domesticus est maior altero & est uersus nasum:alter est autem uersus & i canto seu i angulo illo ubi palpebra inferior uersus nasum est cō/ iuncta cum superiori est cōmuniter certa caro laxa nō mul tum tamē/quæ suscipit a cerebro aliquas humiditates/ seu

a uenis sibi uicinis continuis capiti: quæ humiditas est illa quæ uocat lachryma. Et in palpebra superiore in angulo prædicto: est certum foramen paruum rotundū: & ita unū aliud simile est in palpebra inferiore: ista tamen foramina sunt in extremo palpebrarum ubi incipiunt cilia/ & talia foramina sunt semp aliqliter aperta: & uidentur in quocunq; talia foramina ut prædictum est q̄ sunt parua & rotūda: in quibus omnino ingrederetur extremita acus absq; uiolentia/ & ab illis foraminibus exeunt lachryme: & credo q͏ ad itra talia foramina sint aliqui uilli omnium modorum: qui facinnt ad expulsionem & ad retentionem naturalem lachrymarum. Et ideo si contingat chirurgum incidere tales uillos/ ut sepe sit in exituris talium locorū: continue fluunt lachryme: quia uilli prædicti incisi non possunt retinere q͏ retinebant: & ita etiam sæpissime contingit hic error i cauterizando fistulas lachrymales/ & sæpe lachryme transeūt ad nares per poros ossis nasi: & hoc cóstat experientia: nos enim uidemus q͏ si imponamus aliquod colirium in oculis/ q͏ aliqua pars subtilis eius transit ad nares: & illud percipitur odore: percipitur etiam illud quia per nares trāsit aliquid ad os per supra palatum: & in ore cognoscitur sapor colirii/ & hoc ego pluries uidi in experiētia dum ponerem aliqua coliria aloetica in oculis: quia parum post dixere mihi pacientes se percipere amaritudinem in ore: de istis angulis oculorum: uide. G. x. de uti. c. xi.

De Oculis.

Visis prædictis debent sicut dicit Mundinus scindi ossa oculorum: & primo uidebis eorum locum/ q locus est certa cócauitas magna cōtinens in se oculum cum suis musculis/ qui locus cōmuniter uocatur orbita oculorum: quia rotundus est sicut orbis: uidebis deinde qualiter alligantur oculi neruis obticis: uidebis etiam qualiter alligantur mediantibus suis musculis secūdo pari neruorum cerebri: uidebis etiam sicut dicit Mundinus q͏ oculi non sunt multum in profundo orbite locati: quia debent recipere species in medio existentes: non eminēt etiam in homine multum extra faciem oculi ne ab exterioribus læ/

dátur:quia oculi sunt molles de facili passibiles: & propter hoc oculus habuit supercilia/& palpebras: & poma faciei: ut circũ circa esset tutus ab extrinsecis occasionibus. Sub/stantia oculi iudicio meo componitur solis pelliculis & hu/moribus:cetera sunt ei seruientia.s.uene arterie nerui mu/sculi:& pinguedo ei adiacẽs ultra pinguedinem palpebra/rum:& sunt qui adunt ei carnem lachrymalium angulorũ & palpebras:humores oculorum sunt tres.s.albugineus q est ante:christallinus qui est in medio. Vitreus q est retro: aliqui tamen addunt quartum humorem quem uocãt ete/reum quem ponunt ante in directo pupille. Tunice cõmu/niter ponũt septem: licet.G. dicat eas tantũ esse quattuor ut infra loco suo dicemus. Gentilis tamen dicit ꝙ aliqui po/nunt eas septem:& aliqui sex:& aliqui quinq̧:& aliqui q̃t/tuor:& aliqui tres:& aliqui duas:& dicit quomodo possũt esse.vii.&.vi.&.v.&.iiii.&.iii.&.ii. Prima harum septẽ tu/nicaꝝ exterior nõ habẽdo respectũ magis ad partẽ anterio/rem quã ad alias partes uocatur coniunctiua:eo quia con/iungit oculum capiti:& ista oritur ab almocati. Secũda an/te est tãtum in parte anteriori:quæ est dyafana & lucida ut cornu:& ideo dicitur cõmuniter cornea: & ista cornea tan/tum durat usq̧ quo obuiet coniunctiue prædicte:quæ con/iunctiua non comprehendit oculum ante:maxime secũdũ eam partem quã occupat cornea:& hæc cornea habet te/ste.G.in libro de anatomia uiuorum quattuor tunicas idẽ dicit Aui.post corneam uersus latera & uersus retro corre/spondet una tunica ipsi cornee alligata & cõtinua: quæ uo/catur sclirotica:& ista tunica est tanta quanta est tota con/iunctiua:& cornea & sclirotica oriuntur a dura matre seu a dura miringa cerebri:& quãuis oriantur ambe a dura ma/tre:propter hoc sclirotica nõ est diafana sed est opaca sicut est ipsa dura mater:& sicut est coniunctiua:post istas tuni/cas ãte est una alia tuuica quæ uocatur uuea/quæ occupat ante medieratem oculi tẽdendo retro uersus: & aliam me/dietatẽ occupat una tunica quæ correspondet huic uersus retro:quæ uocatur secũdina:& istæ duæ tunicæ sunt simul continue:& oriuntur ambæ duæ a pia matre: & quælibet harum tunicarum est semicircularis:& ambe simul cõplẽt totum circuitũ oculi:& una nõ est maior altera:sicut scliro

tica est maior cornea: ueritas est ꝙ illa tunica quæ dicitur uuea habet in medio suæ gibbositatis uersus anterius unũ foramen satis notabille, quod foramẽ uocatur pupilla oculi: & istud foramen in aliquibus indiuiduis est maius naturaliter quã in aliquibus aliis: etiam data parietate oculi, & isti qui habent tales pupillas latas data paritate spirituum: non eque bene uident sicut faciunt qui habẽt pupillas mediocres & paruas. Nimia paruitas pupille ẽt est mala: post istas tunicas ante uersus est una alia tunica quæ uocatᷣ aranea: quia est subtilissima: cui retro correspondet una alia tunica quæ est etiam subtilis sed non tantũ sicut ista anterior & illa tunica posterior dicitur rhetina: & etiã ista rhetina est longe maior: tunica aranea, & in magnitudine potest dici ꝙ rhetina ẽ ꝓportionata aranee: sicut sclirotica cornee: quia cornea est longe minor sclirotica: & ita aranea est minor rhetina: & aranea nõ est maior humore christallino & ei adhæret: & christallinus nunquã est maior pupilla in duplo: & istæ duæ ultimæ tunicæ oriũtur a neruo obtico. G. uero in libro de anatomia oculorum ponit coniunctiuam pro una, & corneam & scliroticam pro una alia: & uueã & secundinam pro una alia: & istas duas ultimas. s. araneã & rhetina pro una alia: & ut sic nõ sunt nisi quattuor tunicæ & ita in rei ueritate essentialiter non sunt nisi quattuor tunice uere oculum integrantes: sed quia accidentaliter differunt in colore: & etiam aliquæ earum in substãtia, ponũtur septem tunicæ: nomina quarũ & loca supra diximus.

¶ Nota lector ꝙ ꝯiũctiua est alligata extremitati cornee & nõ sclirotice: quia inter ꝯiunctiuã & scliroticã sunt musculi & caro alba cum pinguedine & sclirotica est alligata secundine & non uuee: & secundina est alligata maiori parti rhetine: aliqua tamen pars rhetina ante uersus non est alicui membro alligata: illa tamen pars est parua. Post tunicas dicendum est de humoribus: q̄ sunt cõmuniter tres. Primus quorum est albugineus qui est ante inter corneam & uueam tunicam: & est etiam hic humor itra uueam uersus araneam & rhetinam tunicam: & tota illa pars quæ est ante q̃ nõ est occupata ab aranea tela nec a rhetina est plena isto humere albugineo: qui quidem humor albugineus i directo pupille tendendo ab humore christallino seu ab aranea

tunica

tunica usq ad corneam uocatur ab aliquibus etereus: quia est clarus & lucidus sicut aeter: & ibidem est clarior: quia in directo pupille est maior copia spirituũ: qui suo calore subtiliant & clarificant ibidem humorem albugineum: & ideo etereus uocatur. Est unus alter humor in oculo uitreus dictus/ qui est in quãtitate maior aliis duobus/ qui est retro uersus: qui est locatus in tunica rhetina pro maiori parte: & in medio eius non in centro sed circa medium eius in parte anteriori est situs ille alter humor qui dicitur christallinus: quia lucet ad instar christalli: & inter istum humorẽ & uitreum non mediat aliqua tunica: neq aliquod aliud sed sine medio hic christalinus humor ẽ fixus totaliter usq ad suam superficiem in prædicto humore uitreo: sicut proprie gema est fixa & ligata in annulo aureo: & hic humor christallinus nihil penitus supereminet uitreum humorẽ sed equatur ei: & hic christallinus humor absq aliquo medio ante se habet tunicam araneã: & sic tunica aranea rhetina & christallinus humor cũ uitreo sunt simul ligati: & ista est uera compositio oculi per me pluries uisa & reuisa/ modo in oculo humano/ modo in oculis brutorũ/ modo decoquendo oculos/ modo capiẽdo ipsos crudos uidi prædicta cum diligenti incisione esse uera.

¶Nota lector antequam ulterius procedam in anatomia oculi: q tu inueniens textum Mũdini super hæc de anatomia oculorum reintegratum in pristinum & uerum intellectũ Mundini/ quia sua littera de tunicis oculorum prius dicebat: prima igitur est cornea quæ dicitur cornea quia assimilatur corno in substantia & i colore/ quia transparẽs est: & fuit transparens quantum ad colorẽ ut nullius esset coloris: ne impediret receptionem omnis coloris: fuit etiã substantie solide quia rebus exterioribus est propinquissima & littera sua uera debet dicere prima igitur est coniunctiua: quæ præter corneam exterius est coniungens & uellans & cooperiens totum oculum: & q sit uerum q uera littera Mundini debeat stare sicut ego eam posui: probatur per propria uerba Mundini/ quia subdit & huic.s. secũdine tunice in parte posteriori siue interiori est tertia tunica sclirotica dicta continua cum ea/ & interius circundãs totum oculum.

¶Ecce lector ꝙ Mundinus uoluit ꝙ coniunctiua exterius sit uellās totum oculum: si sic est / igitur de mente Mūdini colligitur ꝙ coniunctiua in parte posteriori non coniungitur sclirotice sicut prius dicebat sua littera: quæ dicebat secunda est coniunctiua quæ præter corneam exterius est cōiungens & uellans & cooperiens totum oculum: & si coniunctiua uellat posterius totum oculum sclirotica non continuatur ei retro uersus quia utraqꝫ retro uellant totū oculum / ergo suus primus textus male stabat: sed debet stare sicut nunc stat: & miror de multis auctoribus: qui scripsere ꝯtra istū primū textū Mūdini absqꝫ alia masticatiōe sētētie saluatus est igitur Mundinus: per solam transpositionem littere: qa ubi littera dicebat / prima igit̄ est cornea debebat dicere prima igitur est cōiunctiua: & nihil aliud debet mutari de sua littera: sunt tamen aliqui qui uolunt saluare Mūdinū in prima littera dicendo ꝙ ante prius apparet cornea postea cōiunctiua: sed per hoc non saluatur quia sclirotica non correspondet coniunctiue: sicut dicebat prima littera quando dicebat ꝙ coniunctiua erat secunda tunica & in hoc parcat mihi qui contradicant Mundino in isto textu: quia uel malo animo uel parua consideratione posita in textu Mundini redarguunt eum. Et hæc sufficiant de reintegratione prædicti textus. Complexio oculorū ponitur diuersa quia aliqui uolunt ꝙ sit frigida & humida merito tunicarum & humorum. Azarauius tamē & Iesu Hali. dicūt eos esse calidos: merito multitudinis spirituum. Hali. uero posuit complexionem oculi calidam & siccā. Colores oculorum sunt uarii maxime in homine: teste Arist. in problematibus: & primo de hist. Sua figura est rotunda: sua quantitas est conspicabilis: & etiam suus situs: quia minus distāt oculi inuicē in homine quā in alio animali / ut in principio huius operis dictū est / & ante uersus spectāt nō ad latera sicut faciūt in brutis. Numerus oculorū fuit duplicatus: ut si lædatur unus remaneat alter illesus. Numerus partiū oculi est iste. s. quattuor seu septem tunice eius: & tres eius humores oculis etiam seruiunt arteriæ & uenæ: & nerui obtici: & caro pinguis cum musculis: eis etiam seruiunt palpebre: cilia: supercilia: frons: & poma faciei: substantia tunicarum oculi est inequalis: quia cornea & sclirotica sunt durio/

res aliis:coniunctiua est etiam dura ualde:sed uuea & secũ/dina sunt tunice molles. Rhetina uero & aranea sunt mol/liores:ad secundinam sunt uenæ & arteriæ manifeste:& ẽt ad rhetinam:sunt tamẽ exiles & cum difficultate uisibiles: omnes tunice oculorum sunt colorate excepta cornea & aranea. Substantia humoris christallini est densa ut cera ru bea usualis pro litteris sigillandis. Vitreus humor est etiam aliqualiter densus:tamen si comprimatur digitis non resi/stit nisi debiliter : de se tamen nõ fluit:albugineus uero est aqueus fluxibilis ut aqua:licet dicatur ꝙ assimilatur clare oui:& credo ꝙ si assimilatur clare oui ꝙ assimilet subtiliori & aquosiori parti. Ipsius clare. Complexio tunicarũ est sic/ca:complexio humorũ est humida:suus situs supradictus ẽ & etiam sua quantitas:tam tunicarum quam humorũ: sua iuuamenta omnibus nota sunt.

¶ Tunica coniunctiua ab Ari. primo de hist. uocatur candi dum. a. G. in introductorio uocatur album oculi:i libro de anatomia uiuorum. G. attributo uocatur circũossalis tuni/ca: & ẽt ꝑ ophtalmiũ:& in libro decem tractatum. i. in mia mir uocatur circũcranealis & circũossalis tunica : uocat̃ ẽt ibidem superinnata tunica: & ab Hali. uocatur consolidãs tunica:nutrit̃ hæc tunica a uenis pericranei. Passiones om nium modorum patitur:apostematur sæpe:& suũ aposte/ma ophtalmia dicitur:super eam ĩ angulis nascit̃ una egri/tudo quæ dicitur ungula:super eam etiam est principium ortus unus egritudinis quæ dicitur sebel : quæ egritudo ẽ unus paniculus qui sæpe tegit corneam : maxime si nõ cu retur ante suum statum.

¶ Cornea tunica a. G. x. de uti. c. iii. assimilat̃ cornubus ad subtilissimas partes diuisis: sicut sunt cornua ex q̃bus fiunt laterne nostri temporis. Aui. etiam assimilat istam pellicu/lam corneam cornibus ultimate subtiliatis & abrasis: suus color est nullus:dyafana. n. est ut possit suscipere omnes co lores. Et quia assimilatur cornu:antiqui periti anatomiste uocarunt eam corniformem tunicam:& remansit hoc no/men ei semper usq̧ nũc:teste. G. & est densa:solida:& dura & durior omni alia tunica:quia præiacet fumo:& pulueri: calori:& frigori. Aliqui tenent & est Iesu Ali. & ẽt Hali. ꝙ cornea non habeat uenas per quas nutriatur:sed dicit eam

nutriri a uenis existentibus in uuea per uiam resudationis: ego tamen credo ꝙ nutriatur a uenis dure matris:quæ nutriunt scliroticam:& sclirotica est continua cum cornea/iō est putandum ꝙ inde nutriatur cornea.s.a uenis sclirotice tunice:quæ uenæ sunt magis porositates in cornea quam uene ut non impediant dyafaneitatem eius:& ita est credēdum ꝙ a sclirotica resudet nutrimentū ad corneam,: & nō ab uuea : & forte ꝙ etiam resudat ab uuea : ista tamen sunt imaginabilia & non osteusiua in anatomia:cornea est composita ex quattuor laminibus:teste Aui.Hali.etiam dicit ꝙ cornea est composita ex pluribus laminibus:iste tamē pellicule cum difficultate uidentur:tamen uidentur in oculo cocto plures cortices in ipsa cornea:& iterdum sunt plusꝗ quattuor:mihi autem ignotum est an hoc sit propter decoctionem:quia decoctio propter ustionem ī uno quoqꝫ corpore seu membro facit aliquas squamas eleuari : exceptis ossibus:etiam in ossibus eleuātur squame uirtute ignis : & ideo ē difficile iudicare an cornea sit essentialiter quartitunicalis.Passiones omnium modorum patitur cornea : sua iuuamenta/sua colligantia/sua quantitas/suus situs:& numerus partium eius ex ante dictis nota sunt.

¶ Sclirotica tunica ab Auic.dura tunica uocať:& ab Auer. fortis tunica:& in sinonimis Arabicis uocatur alnochaala: sua substantia:sua complexio:sua quantitas:suus situs : sua colligātia & figura ex antedictis nota sunt: & ita etiam sua iuuamenta.Passiones omnium modorū potest etiam pati.

¶ Vuea tunica in libello de anatomia uiuorum uocať uuiformis tunica:quia assimilatur grano uue: maxime quādo ab eo remouetur ramus per quem tale granū alligatur racemo suo : quia tunc granum uue habet in se illud foramē ꝙ habet tunica uuea:forte etiam dicit uuea hæc tunica: qa ut plurimum assimilatur colori granorū uue: maxime uue nigre uel sub nigre:& talis coloris ut plurimum est hæc tunica:hæc etiam tunica potest dici uuea : quia est mollis & uiscosa & plicabilis sicut cortex grani uue:dicitur etiā uuea quia continet in se humiditatem fluxibilem & non fluxibilem sicut facit granum uue : hæc tunica uuea uocatur etiā foraminalis:& suum foramē uocatur pupilla:& græce pupilla teste Ruffo dicit cori:licet Arist.primo de historiis di

xerit humor oculi iterior quo uidemus pupilla est: hæc tu/
nica.x.de uti.c.iiii.uocatur kiana.i.coloris iridis: seu lazuli
lapidis: hæc tamen tunica habet uarios colores quia inter/
dum est uiridis: & nigra: & lazulea: seu coloris iridis: & ut
plurimum est nigra: isti tamen colores iudicio meo reperi/
untur omnes in uuea tunica & in secundina: quia ante uer
sus pupillam hæc tunica uuea est nigra ut plurimum & se/
cundina est uiridis uel coloris iridis/ & interdum est colo/
ris iridis solum: & interdum solum est uiridis coloris. Aui.
tamen dicit istum colorem esse puniceum: aliqui alii dicũt
colorem uuee esse inter nigrum & uenetum: & ita dantur
multi alii coloris: uocatur etiã hæc tunica coronoydea: qa
suum foramen est tanquã corona rotunda: & Auer. uocat
istam tunicam madirianiũ. Substãtia huius tunice est mol/
lis: durior tamen est in parte anteriori uersus corneã ne læ
datur a cornea: & est durior in circũferentia pupille ne ibi/
dem aleui causa dilatetur & rumpatur pupilla: uersus inte/
rius uuea est rugosa & aspera: quia intra se continet albugi
neum humorẽ: hæc tunica nutritur a uenis pie matris: qa
hæc tunica cum tunica secundina oritur a pia matre: & cũ
dico unam tunicam habere uenas ab uno membro: idem
intelligo de suis arteriis: sua complexio: & figura: & situs:
& quantitas: supra dicta sunt: sua colligantia est cum secun
dina: est etiã alligata sclirotice: est tamen separata a cornea:
sua iuuamẽta teste.G.x.de util.c.iiii.sunt nutrire corneam.
Iuuant etiam ne cornea tangat christaloidem. Iuuat etiam
hæc tunica in congregando lumen uisus.i.spiritum uisuũ:
quia nigra est: & nigredo est color aggregatiuus uisus. Iu/
uat etiam cum suo foramine ut species uisibiles distinguãt
siue uisio fiat intra recipiendo uel extra mittendo. Iuuat ẽt
retinendo humorem albugineum pro maiori parte intra
se. Passiones omnium modorum patitur hæc tunica.

¶ Post uueam est secũdina tunica quæ ab Auer. dicitur al/
nusia: & secũdina dicta est: quia ipsa habet uenas per quas
nutritur pars oculi interior: & iste panniculus secundina di
ctus i ma
trice nutrit fœtum: & a uenis secundinæ tunicæ nutriũtur
humores oculorum: licet aliqui dicant albugineum humo
rem non nutriri: qui dicunt eum esse superfluitatem reseca

tam a nutrimento christallini humoris:& dicunt talem superfluitatem continue generari:& continue resolui: & dicunt ꝙ albugineus non expellitur totus ab oculo tanquã superfluitas sicut faciunt alia membra suas superfluitates: quia gratia boni finis natura semper seruat de eo aliquam portionem:primo ne exsiccetur oculus:secundo ut oculus habeat bonam formam:quia dicunt ꝙ oculus permaneret in parte anteriori uacuus nisi esset præsentia albuginei humoris:hæc tunica a.G.x.de utilita.c.ii.uocatur coriformis: & sic etiam uocatur paniculus pia mater:& in libro de anatomia oculorum.G.uocat istam tunicam coriformem tunicam.Substantia huius tunice est qualis ea quæ uueæ/ suus situs:suus color/sua quantitas/ & sua iuuamenta per ea quæ dicta sunt supra omnibus patét. Passiones omnium modorum potest pati.

Aranea tunica a.G.in libro de anatomia uiuorum uocatur araneiformis pellicula.Aliqui uocant uellum christallini.Hali.uocat eam aranealem.Auic.assimilat eam tele aranee:in sinonimis arabicis uocatur haantebuta.

Nota tamen lector ꝙ ista tunica nõ habet spatia lata i se sicut habet uera tela aranee:sed est tota densa simul continua sicut & cornea tunica:est bene uerum iudicio meo ꝙ est porosa/sui tamen pori non uidentur sensibiliter / & sua substãtia est in ultimo subtilitatis:dyafana est mirum imodum:taliter ꝙ nulla res in mundo habet maiorẽ dyafaneitatem ista tunica:& ideo dicebat Rasis istam tunicam esse in ultimo claritatis & dyafaneitatis:& iudicio meo hæc tunica micat plus quocunq̧ speculo:etiam si speculum sit in lapide adamantino prætioso:& sic fecit eam natura ut melius speties representẽtur in ea ad christallinum humorem: sua complexio:sua figura:suus situs:sua quantitas:sua colligantia:superius alibi dicta sunt : sua iuuamenta sunt sepera re inter christallinum humorem & uueam : & suscipere in se idolum specierum uisibilium.Passiones omnium modorum potest pati.

Rhetina tunica dicta est:quia rheti est similis:teste.G.in libro de anatomia oculorum : hæc tunica uocatur rhetialis ab Hali.& Rhetina ab Aui.quia est tanquã rhhete : sua substantia est subtilis ualde & lenis . Et oritur a neruo obtico:

& ideo est neruosa: & in ipsa sũt uenæ & arteriæ sensibiles: quæ iudicio meo oriuntur a uenis secundine tunice: idem etiam sentit. G. x. de uti. c. ii. istis uerbis omnibus. n. neruis qui ex cerebro sunt: coexplãtatur aliqua portio pie matris arteriam differens & uenam/ ac etiã ex pia matre quæ est secundina continens hoc rhetinum corpus subtiles & araneiformes explantationes ad id protense colligationes simul ei fiunt: & nutrimentum ipsi deferũt: suus color est albus similis substantie cerebri: teste. G. x. de utilit. ubi. s. sua figura: sua quantitas: sua colligantia: suus situs per ante dicte patent: sua iuuamenta sunt continere intra se uitreum humorem & christallinum adiuuante tunica aranea: & ipsum nutrire. Iuuamenta huius panniculi credo ego simul cum aranea tunica est præbere uirtutẽ christallino humori ut sentiat tristantia: teste. G. ubi supra. c. ii: & sunt aliqui q putant ꝙ ista tunica deferat species uisibiles a christalloide ad locum cruciationis neruorum obticorum: quia dicunt ꝙ spiritus non deferuntur ad istum locum incruciationis per uitreum humorem: quia humor uitreus non habet uenas neq3 arterias/ neq3 aliquam uiam per quam ab ipso ad locum incruciatiõis neruorum obticorum possint duci tales species. Et Zerbus dicit. G. istud sentire. x. de utilit. c. ii. istis uerbis implãtata est rhetina christalliformi corpori ut passionum quæ sunt secundum illud nũcius bonus fieret cerebro. Auer. etiam dicit ꝙ iuuamentum rhetine est dare spiritum uisibilem per neruos qui sunt in ea/ utrum autem fiat uisio in neruo obtico in parte sue incruciationis uel in christaloide humore uel in cerebro uel in corde uel in spiritu ipso: hoc non est præsentis negotii: sed alibi hæc querenda sunt: & inter alios de anatomia oculorum uideatur Gẽtilis de fulgineo super tertia tertii Aui. qui dicit fere omnia quæ possunt dici de oculis.

¶ Humores oculorum sunt tres ut supra patuit: quorum substantia est aquea clara dyafana/ utrum autem sint membra uel humores: a tempore. G. usq3 nunc: teste Zerbo semper fuit quæstio: sunt. n. aliqui qui putãt tales humores eẽ membra: quia producuntur ex prima materia generatiõis & sunt aliqui qui dicunt christalloidem non esse membrũ simplex neq3 organicum purum: sed dicũt ꝙ tenet mediũ

inter organicum & consimile: & probant q sunt membra maxime christalloides quia nutriuntur sicut alia membra & nutriuntur a rhetina/ & si amittantur non restaurantur sicut fiunt humores alii. Auic. tamen tenet q uuea nutriat albugineum. Aliqui etiam dicunt istos humores oculorũ esse membra: quia sũt partes oculorum principales seruiẽtes uisioni: & non obstat q aliquis dicat auctoritate. G. iiii. de accidenti. c. ii. q uni puero exiuerit albugineus humor qui sanatus est: ergo sunt humores & non mẽbra: quia hoc fuit in ætate pueritie in qua membra spermatica restaurãtur: & ita. G. dixit de illo puero pro re mirabili. Et. G. in libro omniomerarum partium nominat tales humores inter membra dũ dicit omniomera sunt os: dens cartilago tenon: cerebrum: inullus/ pinguedo: caro: adhuc autem cũ his in oculo uitreũ humidũ: & christallinũ: cornea: & uuea & pori: & humidas præposita christallino: primo etiam de ingenio sanitatis. c. vi. uocat humorem uitreũ membrũ: & ibidem uocat humiditates q̃ sunt secũdũ oculũ sanguinẽ multiformiter disseminatũ in uenis & arteriis. Cõplexio humorũ oculorum qa aquea est ponit frigida & humida: christaloides est minus humidus uitreo: & uitreus albugineo. Et omnes sunt absq colore: & lucidi sunt & clari: quãtitas eorum supra patuit: numero sunt tres: licet. G. posuerit quartum. saetereum quem ponit inter uueã & corneã: multi tamẽ dicunt istũ quartũ esse partem albuginei: sicut etiam supra diximus: situs suus supra patuit sua iuuamẽta & suas passiones dicemus inferius.

De Albugineo Humore.

EVuangoydem seu engaydos: & albugineum uocat Hali. primum humorem post corneam existentẽ uersus christallinum: & Aui. uocat albugineum: quia assimilatur albumini oui: non tamen cuicũq albumini oui teste Iesu Ali. sed parti subtili eius: & hic humor est adeo subtilis: q de eo dubitat plus an sit membrũ uel humor q̃ de aliis duobus: sua substantia est clara: qa teste Zerbo est superfluitas humoris clari: & fuit talis ne impediret transitũ spetierum ad christallinum: suus color: sua complexio: & suus

numerus

numerus ex prædictis comprehendūtur. Dicit Zerbus ꝙ sua quātitas est maior ceteris humoribus: & ita sic eē multi alii credunt: sed decipiuntur quia credūt uitreum humorem esse albugineum. Et certe etiam uitreus humor assimilat̃ albugini oui: sed magis assimilatur uitro liquefacto i luciditate: & albugineus humor est ualde aqueus & subtilis fluens: uitreus autem est aliqualiter densus: est tamen subtilissimarū partium: sed non fluit sicut fluit albugineus: & propter similitudinem quā habet uitreus humor cū albumine oui. Zerbus & multi alii putant ꝙ uitreus sit albugineus humor: & ideo dicunt ꝙ albugineus humor in quāto est maior ceteris aliis humoribus: sed ut supra dixi non est uerum. Immo albugineus est paucus: qui statim exit a tunicis oculorum si incidant̃ pro anatomia fienda. Vitreus autem qa est densus & etiam retinet̃ inter araneam & rhetinam non ita de facili exit nisi incidātur aranea & rhetina: quæ nunquā incidunt̃ nisi per errorē quando fit anatomia oculi nisi scienter incidantur: & ad hoc bene aduertant anatomistæ. s. dum faciūt anatomiam debent bene notare humorem albugineū: q primo exit ab oculo & est paucus: postea uidebūt humorem uitreū in notabili qnātitate in quo uidebūt christallinū humorem fixū sine aliquo iter medio sicut est gema i auro: & uidebūt prædictos duos humores. s. uitreū & christallinū contineri inter duas tunicas subtilissimas. s. inter araneam & rhetinam: quæ sunt secū adherentes: & exeunt ad extra oculum ut plurimū in anatomia simul cum prædictis duobus humoribus: & sic iudicabūt pro ueritate sicut ego facio ꝙ albugineus humor est paucus: & uitreus est multus. Situs albuginei humoris sicut supra dictū est: est inter araneam & corneam: tāgit etiā albugineus partem tunice rhetine in parte anteriori: quia rhetina nō est in directo christalloidis: sed est ad latera eius & ad posterius: & sic christallinus non replens totam partē anteriorem oculi: habet ad sui latera uitreum humorem: q replet locum oculi uersus anterius: quem non replet christallinus: & albugineus contangit christallinū & uitreū humorem: inter mediante tamē tota aranea tunica & aliquali parte rhetine tunice. s. illa quæ tangit uitreū humorē ad anterius: & dicūt aliq ꝙ a principio generationis animalis

in utero ex superfluo nutrimento christallini natura gene/
rat albugineum/ & dicunt ꝙ nutricãt isti humores isto mo
do.s.ꝙ uitreus primo suscipit nutrimentum & illud dige/
rit & per se primo nutritur/ & de magis digesto nutrimen
to trãsmittit postea portionem suam christalloidi ex super
fluitate cuius nutritur albuugineus:& dicunt ꝙ uitreus tra
hit solum tantum humorem quantum solum eget pro se
& pro christalloide & pro albugineo / & sic ꝯtinue fit attra
ctio & resolutio nutrimenti equalis.

¶ Nota lectorꝙ.G.in libro de partibus omniomeris ĩ fine
penultimi capituli nõ ponit humorem albugineum inter
humiditates corporis/sed tantum nominat alios duos hu/
mores/& per sua uerba uidetur ꝙ hic humor non sit mem
brum:uide ibi.G.& iudicio meo albugineus humor non
est pura superfluitas.Imo nutritur a uenis uueæ per uiam
resudationis:teste Aui.& Iesu Hali.& cõmuniter tenẽt au/
ctores ꝙ albugineus sit animatus:sicut alii duo humores.
Iuuamenta huius albuginei sunt replere oculum & bonã
formam dare oculo:sunt etiã prohibere ne oculus exsicce/
tur:& prohibere ne cornea tangat christallinum in directo
pupille:iuuat etiam sua subtilitate ut per eum transeant fa/
ciliter spiritus quoniam hic humor teste.G.x.de utilita. est
luciformis & maximam uirtutem ad actum oculorũ affert.
Passiones huius humoris teste Aui.sunt eius supeflua quã/
titas/qua mediante minoratur eius peruietas & claritas &
sic fiet uisus obscuritas:potest etiam ingrossari sua substan/
tia absq; sua superfluitate in quanto:& per ingrossationem
talem reditur etiam uisus obscuritas:potest etiã nimis sub/
tiliari/& consequenter fiet disgregatio luminis:potest etiã
paucificari propter quod non fit gradatio specierũ ad chri/
stalloidem/ & sic fit uisus debilitas / fit tamẽ maior uisus de
bilitas subtilitate humoris mixta paucitati quã a sola pau/
citate/& quam a sola subtilitate:possunt etiam uapores mi
sceri albugineo & obumbrare uisum/qui interdum ingros
santur & penitus interdum impediunt representationem
uisibilium ad christalloidem/ & hoc patet in cataracta.

De Christallino Humore.

Hic humor uocať a.G.x.de.uti.christalliformis: & se cundo thecni .G. uocat christalloidem/ & in libro de anatomia oculorum christalloideum: ab Hali: uo catur christallinum & grandineum Aui. uocat glatialem: & est membrum spermaticum / & pro quãto est certarum operationum factiuum: dicitur membrum organicum: sed pro quãto pars eius est similis tota diciť simplex uel homo geneum. Substantia eius est aquea mollis .s. non multum dura/sua tamen durities est qualis est cera rubea cõmunis cum qua sigillãtur littere missiue: & talis durities fuit ei ne cessaria ut forme sensibiles in eo recepte per aliquam mo/ ram ibidem retineantur: ut uirtus uisiua de his iudicium fa cere/ possit & ut deinde melius ad sensum cõmuné possit fieri redditio: hic humor luce propria ẽ lucidus: qua medi/ ãte ceteras partes oculi luminis susceptiuas illuminat: imo in aliquibus animalibus christallinus humor illuminat me dium extrinsecum : ut est uidere in catis: & in multis aliis animalibus: & in isto humore neq; in aliis duobus est uena neq; arteria teste.G.x.de uti.c.iii.sed nutritur p poros: nu/ trimentum cuius est ultimate subtilitatum & digestum: & ego credo ꝙ albugineus humor seu suum nutrimẽtum sit mixtum cum nutrimento christallini: ut iuuet penetratio nem per substantiam christallini/eo modo quo aqua urina lis iuuat sanguinem penetrare ad minimas partes hepatis & aliorum membrorum/sequestratur deinde albugineus seu suum nutrimentum a christallino / & transit ad suum proprium locum: & isto modo credo ꝙ albugineus sit su/ perfluiras christallini humoris & nõ aliter/ quia isti humo/ res sunt prædigesti taliter ꝙ in eis non est aliq̃ superfluitas quæ sit necessaria expulsioni: sicut est aquositas quæ uadit cum sanguine per totũ corpus: & sicut est phlegma quod est superfluitas tendens ad pulmonem: sua figura nõ est to taliter spherica: spherica tamen est uersus anterius cum ali quali planitie ut melius in eo reciperentur species: & ideo Hali. uocat suam partem anteriorem subplanam: ut occur rat plurime quãtitati eorũ quæ sentit. Si.n.esset hæc pars rotunda perfecte non sentiret parua corpora: & nõ sentiret

pariter neqꝫ ſtabiliter:quia rotunda figura non recipit in ſe niſi uix aliqua fixa.Cuius oppoſitum facit planities:hæc tamen ſpectāt ad perſpectiuum & non ad anatomicum:uerſus partem poſteriorem chriſtallinus humor etiam minuitur a ſua rotunditate:& paruiſicatur:& tēdit ad figurā acutam obtuſam:ut melius figatur in humore uitreo:ſua quātitas:ſua complexio:ſua colligantia:ſuus ſitus:per ante dicta patent.Iuuamenta ipſius ſunt primo ꝙ eſt primum organum uiſus:teſte.G.x.de utili.capitulo primo.Viſio.n.fit in chriſtalloide:teſte Aui.vi.naturalium:& teſte.G.vii.terapentice capitulo ſecundo:dicunt tamen multi ꝙ perfectio uiſus nō eſt in chriſtalliformi utriuſqꝫ oculi:ſed eſt in angulo piramidali ubi ſe incruciant nerui obtici:q ferunt ad oculos uirtutem uidendi:& iſti dicūt ꝙ ibidem in iſtis neruis fit unio ſpecierum duorum oculorum quæ formate fuerūt in chriſtalloide . Et dicunt aliqui licet dextrum rei uiſibilis formetur in ſiniſtro oculi non tamen fit peruerſum iudiciū de re uiſa:quoniam ad rē uiſam terminatur ſine cuius præſentia non mouetur uiſus. Auer.tamen ſecundo colliget.c.xv.dicit ꝙ.G.tenet ꝙ tela aranea ſit principalior pars oculi:& ꝙ chriſtallinus ſit i adiutorio aranee tele ad uiſionem. Videtur tamen teſte Zerbo ꝙ uiſio fiat in pluribus locis:licet diuerſimode:nam uiſibile ſub ratione quæ eſt coloratū primo comprehēditur in chriſtallino & in aranea tela : ſub ratione uero ut quieſcēs uel ut motum uel ratione magni figurati uel ratione certi numeri comprehenditur in incruciatione obticorum:uel poſt incruciationē uerſus cerebrū: aut in cerebro.Paſſiones huius humoris ſunt omnium modorum: & ſi paſſio eſt in iſto humore uiſio impeditur aut totaliter aut partim.Hic.n.humor permutatur a ſua eſſentia:quia aut ingroſſatur:aut ſubtiliatur:aut maioratur : aut minuitur:permutatur etiam in ſitu & in colore.

De Vitreo Humore.

IStum humorem ubiqꝫ uocat.G.uitriformem. Hali.uocat uitrioydeum : & ita etiam īterdum uocat.G. Aui.uocat uitreum:ſua ſubſtantia eſt aqua cum aliquali groſſitie & denſitate:ita ꝙ reſiſtit compreſſioni me-

diocri cum digito. In isto humore digeritur & præparatur nutrimentum christallini humoris: & ideo Auic. dicit ꝙ in nutrimento christallini fit gradata mutatio in uitreo: suus color est albus clarus: teste Hali. cum aliquali rubedine: & teste. G. est cum aliquali nigredine: mihi tamen uidetur ꝙ sit albus lucidus: & credo propter colores eum circũdãtes dum est extra oculum in anatomia: ꝙ interdum coloretur ad aliquam nigredinem: & iterdum ad rubedinem: & etiã ad alium colorem accidentalẽ: sicut etiam colorantur aliæ res lucidæ. Aliqui tamen dicunt ꝙ christallinus humor est incoloratus: & iudicio meo dico uel ꝙ solum est albus lucidus clarus: uel ꝙ est incoloratus: quantitas huius humoris est maior aliis duobus humoribus sicut supra diximus: & ideo. G: i libro de anatomia oculorum dicebat: uitriformis humor efficit mollem oculi præmens per suam repletionẽ & conuexum faciens oculum apud extrinsecam partẽ: unde & his a quibus euacuatur ab aliqua plaga concidit & residet inferius tãquã humore qui eius figuram custodiebat effuso & exciso: suus numerus: suus situs: sua colligantia: ꝑ antedicta patent. Iuuamentum huius humoris: teste Hali. est pascere christallinum. Iste tamen uitreus humor nõ nutrit christallinum ex sui substantia: sed præparat nutrimentum ipsi christallino: sicut facit stomachus faciẽdo chilum pro hepate: hic humor est retinens in se christalloidẽ in sui medio ne labatur hinc inde. Replet etiam oculum & dat ei bonam formam: hic humor potest pati omnes illas passiones quas patiuntur & alii humores: & hæc sufficiãt de partibus essentialibus oculorũ. De uirtute uisiua ubi fiat licet aliqua a nobis hic dicta sint; & qd sit uisio uolo ꝙ alibi habeatur recursus breuitatis gratia: quia de istis pleni sunt codices philosophorum & medicorum theorizantium.

De Carne & pinguedine circa oculos & de eorũ musculis.

SVb coniunctiua oculi supra scliroticam sunt musculi oculorum: & ibidem est caro glandosa alba cũ aliquali pinguedine. G. n. x. de utilita. c. xi. dicebat duo adhenes facti sunt secundum quemlibet utrorũq; oculorũ ad eos effundentes humiditatem sicut ea quæ in ore saliuã

extra riuant illam adhenes qui sunt secus radicem linguæ: & istæ carnes terminantur ad utrūq; angulum oculorum ubi coniunguntur palpebre: & sunt ille a quibus fluunt lachryme: & iste carnes & ista pinguedo tenēt ne oculi exsiccentur in suis quasi continuis motibus: adiuuant etiam ne oculi exsiccētur ab extrinseco aere. Musculi sunt ad oculos pro dando motu eis: & quilibet oculus habet septem musculos: quorum sex mouent oculum: teste Aui. & Hali. & teste. G. in libro de anatomia oculorum: & quarto de interioribus: quorum quattuor mouēt oculum. s. sursum, & deorsum: dextrorsum & sinistrorsum: & unus ex dictis musculis mouet sursum & alius deorsum: & unus a dextris & alter a sinistris. Alii duo musculi sunt siti per transuersum, & mouent oculos secundum rotundum: est etiā in quolibet oculo unus alter musculus posterius uersus neruum obticum & hic musculus substentat obticum neruum: quia cōtinuatur ei: & eleuat ipsum & prohibet ipsum a laxitate: quia ipsum retinet cum intēte oculus tuetur aliquid: & sic iste musculus tenet oculum firmum: & teste Aui. aliqui anatomici tenēt q̄ hic musculus sit unus solus: & aliqui q̄ sint duo & aliqui q̄ sint tres: qualitercunq; tamē sit caput eius unū solum est. Iuuamēta musculorum sunt omnibus nota: sua quantitas est parua: suus situs est dictus: sua colligantia est etiam nota: similiter & figura: & complexio, & hæc sufficiant de oculis: quia nocumenta oculorum ab Aui. & a Iesu ali. & ab Hali. & a multis aliis auctoribus dicta sūt ad quos remitto legentes breuitatis gratia.

DE ANATOMIA AVRIS.

TEXTVS MVNDINI.

His expeditis uidebis aurem positam a latere capitis, quia sonus percipitur a dextris et a sinistris et ante et retro et sursum et deorsum, et ideo instrumen-

tum eius oportuit locari in dextra et sinistra, non autē in parte anteriori, quia ibi erant instrumenta aliorum sensuum.

¶ Auris autem fuit figuræ rotundæ in homine uel circularis, ut esset plurimum capacissima, et cartilaginosa.

¶ Cartilaginosa autem fuit, ut esset ab alterantibus extrinsecus tuta. Et ut esset sonora, cuius foramen est lōgum terminatum ad os petrosum in cuius concauitate est spiritus audibilis complantatus, qui est instrumētum auditus.

¶ Et eius foramen uel cauernositates cooperit panniculus subtilis contextus ex uillis neruorum auditus iā supradictorum.

¶ Ossa autem alia quæ sunt infra os basilare, non bene ad sensum apparent nisi ossa illa decoquantur, sed propter peccatum dimittere cōsueui, uerum est ꝙ de mandibularum ossibus potes uidere principium et finem. Incipiūt.n.a cōmissura siue addorea quæ est inter craneum et basilare in loco qui est in fine supercilii et frōtis, et procedunt uersus partem posteriorem iuxta os petrosum, et ad auriculam terminatur, et ad dētes, quorū anatomiam supra dixi.

COMMENTVM. XXXVII. CARPI.

IN isto textu Mundinus ponit anatomiam auris: & etiam anatomiam mandibule superioris licet implicite. Et hic textus diuiditur in duas partes principales. In prima parte ponit anatomiam auris ponēdo primo eius situm, & dicit causam talis situs: ponit etiam suā figu-

tam extrinsecam: & dicit causam talis figure: ponit etiam suam substantiã: & dicit causam talis substantie: ponit etiã figuram eius intrinsecam: & ostendit locum intrinsecum auris: i quo loco dicit esse spiritum audibilem qui spiritus est instrumentum auditus: & dicit qualiter in parte eius intrinseca est quidam panniculus subtilis ortus a neruo auditiuo. In secunda uero parte ponit anatomiam mandibule superioris, & implicite ostendit quomodo bene potest uideri talis anatomia: dicendo ꝙ non bene uidetur talis anatomia maxime ossium nisi coquantur talia ossa: dicit tamẽ ꝙ hoc est peccatum .s. coquere talia ossa, & ostendit principium & finem talis mandibule: & dicit principium mandibule seu mandibularum superiorum esse a cõmissura quæ est inter craneum & basilare in fine supercilii & frontis, & procedunt uersus partem posteriorem iuxta os petrosum & ad auriculam terminantur & ad dentes: ego tamen aliter sentio: sicut supra patuit in anatomia mandibularum superiorum. Secũda ibi, ossa autem alia quæ sunt infra os basilare: iste partes sunt clare nulla alia expositione indigẽtes ideo super eis est ponendum silentium, legatur littera.

¶ Sed ultra ea quæ dicuntur a Mundino de auribus aliqd a nobis est dicendum. Et primo dico ꝙ quid sit auris: & ex quo composita sit: & ubi sit: & quæ sint eius partes: & quomodo nominentur: iam patuit in catalogo nostro. Substãtia cuius est cartilaginea cute tecta cũ aliquali carne: & cutis est taliter ei alligata ꝙ separari non potest a cartilagine & est talis compositionis auris ut sit aliqualiter plicabilis & sonora: non fuere .n. aures ossose: quia frangerẽtur ab extrinsecis & impedirent applicationem cooperimentorum ad caput: non fuere etiam carnee & molles: quia nõ essent sonore: fuere igitur cartilaginee & pelliculares ut seruarẽt figuram fornicis uel conchilie: & sic tendunt aures cartilaginee usq; ad intra os petrosum per distantiã grossitiei unius digiti. Os .n. petrosum a lateribus est perforatum foramine notabili: sicut est conchilia aliqualiter tortuose, & cartilago ei adheret: & in cartilagine prædicta remanet foramen talis quantitatis qualis quilibet potest uidere de facili: in fine huius foraminis est certus pãniculus qui ut dicit Mundinus oritur a neruo auditiuo: & ultra istũ panniculũ

in qualibet

in qualibet aure intra substantiam prædicti ossis petrosi est certa concauitas anfractuosa in qua est aer cōplātatus q suscipit speties auditus: & illas præbet neruo auditiuo dilatato in panniculum: & tunc sensus auditus compræhendit uocem uel undam uocalem: & quélibet sonum ad eundē locum effluentem/ & panniculo prædicto adiacēt duo ossicula parua: quæ mouentur ab aere moto & se inuicem percutiunt/ & secundū aliquos sunt illa q̄ propter suū motū causant sonum in aure/ & ista est res in rei ueritate notatu digna a paucis uisa: & iste pániculus est ille qui dicitur miringa auris/ miringa.n.seu meninga uel menix non est aliud nisi pániculus uestiens cerebrum: & sunt aliqui qui uolunt ꝙ iste panniculus qui est intra aurē oriatur ab aliqua miringarum cerebri: & est possibile ꝙ oriatur a pia matre quia teste.G. x.de uti.c.ii.ad omnem neruum exeuntem a cerebro explantatur aliqua portio pie matris cum aliqua li uena & arteria: & neruus auditiuus sēsibileter uenit usq; ad istum pániculum: ex quo infertur ꝙ possibile est ꝙ talis pániculus oriatur propter hoc a pia matre: possibile est etiā ꝙ oriatur a neruo auditiuo: quia neruus auditiuus est durus ne sit passibilis a pcussiōe aeris & a qualitate eius: possibile est etiam ꝙ hic pániculus oriatur a pia matre & a neruo simul: & aliq uolūt ꝙ oriatur a pericraneo: quia est ualde durus: & est ualde possibile ꝙ oriatur apericraneo: quia pericraneum debet circundare foramē auris ad intra: qualitercunq; tamen sit illa duo ossa sunt ibidem fabricata cū magno magisterio: & defacto mouentur a motu talis pāniculi/ uel a motu aeris/ uel ut dicunt aliqui forte ꝙ hæc ossa mota ab aere mouent panniculum & aerem complantatū in tali cauerna & tūc fit sonus: quia sunt aliqui qui uolunt ꝙ illa officula moueant aerem intra stantem & pelliculam prædictam: sicut pena uel digiti mouent cordas citare/ & aerem complantatum in citara: sunt tamen aliqui alii qui uolunt ꝙ corde in citara sint loco illorum officulorum/ & ꝙ pena uel digiti sint loco aeris exterioris mouentis officula: & ꝙ isto modo cum aere implantato fiat sonus/ & dicūt aliqui alii ꝙ pellicula prædicta non mouetur: sed ꝙ est ibi ut teneat cauernam antedictam clausam: in qua est aer implantatus: qualitercunq; sit auris est instrumētū maxima

arte fabricatum. Vltra prædictas cauernositates anteq̄ perueniatur ad intrinsecam partem ossis basilaris ꝙ ibidem ē durius quam in quacunq; alia parte: tale os habet in se foramē paruum per quod uenit neruus auditiuus usq; ad p̄dictam cauernositatem quam tegit panniculus prædictus & hoc uidetur cum labore/ tamen cum tenaculis: & ferris paruis optime omnia prædicta uidentur.

¶Cōplexio auris est frigida & sicca: & est ualde sicca teste. G. sexto ingenii. c. vi. in fine: aliqui tamen dicunt ꝙ auris ē frigida & humida: & aliqui ꝙ est calida: & humida & Zerbus auctoritate Ari. in problematibus dicit aurem sinistrā esse magis calidam dextra: iudicio tamen meo auris ex parte componentium est frigida & sicca.

¶Figura aurium omnibus nota est: suum foramen est anfractuosum ut conchilia teste sensu & teste Ari. primo de hist. Sua quantitas est etiam conspicabilis: quæ est equalis magnitudinis. G. n. xi. de uti. dicebat magnam mollem aurium esse inutilem homini: tum quia grauesset caput/ tum quia dedisset impedimentum ponere coopertoria: lanea linea: & serica/ capiti quando opportet: & ibidem assignantur super hoc alie cause: numero aures sunt due. Numerus partium eius est cutis cū aliquali carne: sua cartilago: suū foramē anfractuosum: suus panniculus: sua concauitas intra os petrosum: sua officula prædicta: suus neruus auditiuus. Situs aurium notus est omnibus: & etiā sua colligantia quia per arterias colligatur cordi: per uenas hepati per neruos cerebro. Et teste Ari. xxxii. problematum aures habēt colligantiā cum pulmone & trachea arteria: quia cum aliqui fricant & scalpiunt sibi aures tussiunt maxime in dispositis ad cataros dicit Zerbus: Et Ari. v. de generatione animalium uoluit ꝙ meatus omnium sensuum tendāt ad cor. Iuuamentum auris principale est ut sit instrumentum auditus: habet etiam auris expurgare superfluitates colericas cerebri: ut apparet in cerumine aurium ꝙ est citrinum: ꝙ quidem cerumen. i. superfluitas auris teste Ruffo grece dicitur cypselis: & tale cerumen est sudoralis superfluitas cerebri secundum quosdā: qui sudor computruit: est ergo salsus secundum Zerbum: de eo ego non gustaui: quia ad eū est mihi ablatus appetitus. Rasis tamē in certo suo itrodu/

ctorio medicine: dicit ꝙ hoc cerumen. i. superfluitas auriũ est superfluitas colerica cerebri: quia ẽ amara & citrina: auribus non est aliquis motus quia carent musculis: dicit tamen. G. ꝙ in homine musculi maxillarum iterdum mouẽt eas. s. in illis corporibus in quibus musculi ualde appropinquantur auribus: hoc tamẽ raro est. Et dicunt aliqui ꝙ unũ audibile non apparet duo quamuis duo instrumenta illud percipiant: quia duo nerui auditiui in unũ solũ locum uniũtur taliter ꝙ fit unio formarũ audibiliũ in uno solo loco: & sic audile apparet solũ unum: sicut etiam unũ uisibile apparet unũ solũ: quamuis uideatur a duobus oculis: quia etiam uisio terminatᷓ ad unũ & eũdem locũ: & nerui auditiui deferũt formas audibiles ad sensum cõmunem per uiam occultam sicut etiam faciũt nerui tactus. Passiones omnium modorum patiuntur aures: & aures patiuntur ragadias & fixuras nauigantibus in mari: teste Arist. xxxiii. particula prob. & ita etiam ulcerantur in locionibus capitis a lexiuio forti: & hæc sufficiant de anatomia aurium.

DE ANATOMIA SPHONDYLIVM,

TEXTVS MVNDINI.

CApite expedito diuide secundum longitudinem totum corpus in duas partes, incipiẽdo a collo usqꝫ ad caudam.

¶Et tibi primo occurrit collum factum propter pulmonem et tracheam in animalibus respirãtibus, in quo sunt septem sphondyli, et hi sphondyli sunt graciliores, et subtiliores aliis, quia ab aliis debent substẽtari et portari, delatum autem debet esse leuius deferente, licet enim sint subtiliores aliis foramen habent maius, quia nucha est grossior in collo quam in aliqua parte

ſphondylium, quia ibi eſt principium eius, et quia ſunt graciles hi ſphondyli fuerunt duri et firmiter continuati ut non accidat dislocatio et læſio ab obuiantibus extrinſecus.

¶Poſt iſtos ſunt ſphondyli coſtarum qui ſunt .xii. ſicut ſunt coſtæ .xii. ſ. ſeptẽ ueræ, et quinq; mendoſæ.

¶Poſtea ſunt ſphondyli renum qui ſunt quinq;, et ſunt ualde groſſi et magni cum ſint ſicut fundamentum et ſuſtentamentum et baſis omnium aliorum.

¶Poſtea ſunt ſphondili alhauius ſiue albouius qui ſunt implicatura, quæ eſt a dorſo ad caudã, et ſunt tres minores prædictis, quia debẽt continuari cum oſſibus ſiue ſphondylis caudæ qui ſunt pauci.

¶Vltimo ſunt ſphondyli caudæ ſiue alhoſos, uerum eſt quod hic debes notare differẽtias horum ſphondylium, quæ ſunt in foraminibus eorum per quæ tranſeunt paria neruorum, et diuerſitates etiam eorũ in allis ſiue additamentis ſiue ſimeniis, ut nominat Auicẽ. ſed heæ diuerſitates magis ſunt notæ in corpore decocto uel perfecte exſiccato, et ideo non cures, ſed forte alias faciam anatomiam in tali, et ſcribam quæ ad ſenſum uidebo, ut propoſui a principio.

¶In quolibet tamen ſphondyli eſt nucha quæ eſt medulla ſimilis ſubſtãtiæ cerebri, niſi quia uiſcoſior eſt et ſolidior, facta ut ab ipſa tribuatur ſenſus et motus toti corpori a capite inferius.

¶Et quia orta eſt a cerebro diuiſo ſecundum dextrum et ſiniſtrum, hinc eſt ꝙ in ſuperficie eius apparet filum

diuidẽs eam per medium .ſ.in dextrũ et ſiniſtrum tamẽ non penetrat hæc diuiſio uel ſeparatio ſecũdũ profundũ, quia nucha eſt orta a parte poſteriori cerebri, quæ non eſt diuiſa ſecundum profundum.

¶Et ex hac diuiſione ſiue ſeparatione nuchæ tibi poteſt apparere cauſa quare oppilatio poteſt contingere in una parte nuchæ, et non erit in alia parte, et ideo paraliſis poteſt in una parte.ſ.dextra uel ſiniſtra cõtingere, et non in alia.

¶A nucha autem in quolibet ſphondyli oritur unum par neruorum qui uadunt ad dandum ſenſum et motum membris determinatis.

¶Quæ autem ſint membra ad quæ perueniunt nerui illi non poteſt bene in tali anatomia uideri, ſed oportet animal liquefieri in aqua fluuiali, et hoc non ſpectat ad preſens, et ſi uis hæc membra cognoſcere lege in prima Fen.primi canonis capitulo de anatomia neruorum ortorum a nucha.

¶Et quia ſphondyli ſunt .xxx. paria neruorum ſunt. xxx.et quia a cauda oritur unus, erũt.xxx. paria, et unus neruus.

COMMENTVM XXXVIII. CARPI.

POſtquã Mundinus determinauit de tribus uẽtribus & ultimo loco de capite.Intendit determinare de reſiduo corporis:& i tribus capitulis determinat qcqd intẽdit in iſto libello demõſtrando reſiduũ corporis :, exceptis tribus uentribus antedictis.ſ.uentre naturalium:& uẽtre ſpiritualium:& etiam uentre animalium ſeu animatorũ

membrorum: & ibi dicit residuum anatomiæ: maxime in demonstrando anatomiam secundum q͛ sit anatomia in gimnasiis publicis: quia non potest demonstrari in tali anatomia numerus musculorum: neq͙ ossium / neq͙ neruorum: neq͙ uenarum: sed ut inquit Mundinus hic & alibi talia membra melius uidentur in corporibus eliquatis in aqua fluminis: uel in corpore decocto aut exsiccato / quã in anatomia cõmuni ab eo tradita. In primo namq͙ capitulo determinat de anatomia sphondylium. In secũdo uero determinat de anatomia brachiorum & manuum. Et in tertio & ultimo determinat de anatomia crurium & pedum: & ibi finitur anatomia a Mundino. Primum capitulum & est præsens textus: diuiditur in tres partes principales. In quarum prima docet qualiter expedita capitis anatomia operator debet procedere: dicendo totum corpus excepto capite esse diuidẽdum. s. ferro apto ad hoc in duas partes: incipiendo a collo usq͙ ad caudam / diuidendo sphondylos per medium. In secũda uero parte ponit anatomiam sphõdylium. i. uertebrarum partis posterioris corporis: a collo ad caudam inclusiue. Et primo ponit anatomiam sphondylium colli: quod collum dicit esse factum propter tracheã arteriam in animalibus respirantibus: & ponit numerum sphondylium colli qui sunt. vii. & ponit suam substãtiam quam dicit esse subtiliorem aliis sphõdylis: & adducit causas talis subtilitatis in sphondylis: & dicit tales sphondylos habere maius foramen aliis: quia ibidem nucha transiens est grossior: quia ibi est principium eius: & dicit tales sphõdylos esse duros & firmiter continuatos: ne dislocentur: & ne ab extrinsecis lædantur. Secundo ponit anatomiã sphõdylium costarum qui sunt. xii. sicut sunt coste. xii. s. septem uere: & quinq͙ mendosæ. Tertio ponit sphondilos renum qui sunt quinq͙ ualde grossi & magni: quia sunt basis & substentamentum omnium aliorum sphondylium. Quarto ponit sphondilos alhauius seu alhouius: quos dicit esse implicatura quæ est a dorso ad caudam: qui sunt tres & minores prædictis quinq͙: & sunt minores quia debent continuari inferius cum aliis minoribus eis. s. cũ sphondylis caude. Quinto ponit sphondylos caude seu alhosos: & ponendo anatomiam talium uertebrarum seu sphõdylium: dicit

ꝙ debemus notare certa foramina in istis sphondylis/per quæ transeunt nerui nuche : & ꝙ debemus notare etiã in istis sphondylis certa additamenta quæ dicũtur allæ:& certa ossa quæ dicuntur simenia ab Auic.sed Mundinus dicit ꝙ talia foramina:& tales allæ : & talia ossa simenia : magis sunt note in corpore decocto uel perfecte exsiccato:& ideo de istis foraminibus:& allis:& simeniis:nihil aliud dicit:dicẽdo ꝙ forte alias faceret tales anatomias & eas scriberet. In tertia uero parte Mundinus ponit anatomiam nuche: & dicit eius substantiam:& eius utilitates: & dicit qualiter est diuisa secundum dextrum & sinistrum:maxime in superficie eius:& dicit ꝙ non est diuisa secundum profundum: quia nec cerebrum posterius a quo oritur est diuisum secũdum profundum:& propter istam diuisionem nuche dicit ꝙ potest contingere oppilatio in una parte eius & non in alia:& ideo fit paralesis in una parte & non in alia. Et ibidẽ dicit ꝙ nerui orti a nucha non possunt uideri bene ad quæ membra uadant/nisi corpus mittatur ad liquæfaciendum in aqua fluuiali:dicit tamen ꝙ hoc non spectat ad anatomiam ab eo hic traditam:sed de istis neruis remittit legentes ad Aui.prima primi capitulo de anatomia neruorum ortorum a nucha.Ibidem tamẽ dicit numerum neruorum nuche: quos dicit esse.xxx.paria : quia dicit sphondylos esse xxx.& dicit ꝙ ultra tringinta paria adhuc est unus neruus: qui oritur ab extremo caude.Secunda ibi:& tibi primo occurrit collum . Tertia ibi : in qualibet tamen sphondyli est nucha.Istæ omnes partes sunt clare expositione neq; alia diuisione indigentes lege litteram.

¶Sed ultra ea q hic dicunt a Mũdino a nobis aliqua sunt dicẽda medicis necessaria & utilia.Et primo dico ꝙ ad uberiorem anatomie cognitionem antequã ad anatomiã particularem sphondyliũ deueniamus:est prius uidenda pars posterior extrinseca totius corporis humani : quibus autẽ nominibus nominentur tales partes posteriores extrinsece corporis humani:uolo ꝙ habeatur recursus ad officinã Nicolai Leoniceni in libro qui dicitur antisophista medici romani:& etiam ad catalogum nostrum in principio præsentis operis positum:& ad librum qui dicitur introductorius medicorum.G.ascriptum:hæc pars posterior corpo-

ris humani est composita ex substantia cutanea & carnea & musculosa/ & panniculari/ & neruea/ & ossosa: sua cõplexio ab aliquibus ponitur calida: minus tamẽ calida anteriori parte: quia calor cordis & hepatis plus calefacit partẽ anteriorem quã posteriorem: nucha etiam & sphondyli infrigidant partem posteriorem: & hæc pars posterior est etiã humidior anteriore secundũ aliquos: ideo dicunt teste Ari. in problematibus ꝙ magis sudamus in dorso quam in anteriori parte. Figura partis posterioris sequit̃ figuram ossium quæ est arcualis secũdum aliquos: sua tamẽ figura est sic. s. ꝙ habet in se tres plicaturas arcuales diminutas tamẽ duas ad exterius/ & unam ad interius: quæ. n. est ad interius est in medio partis posterioris: & facit figuram arcualẽ cum duodecim sphõdylis costarum/ & centrum sui arcus seu plicature est inter sextum & septimum phondylum costarum: de duabus autem aliis plicaturis arcualibus una est in parte superiori: & alia in parte inferiori: quæ autem est in parte superiori habet suum centrum iter ultimũ sphondylum colli & primum costarum: illa uero plicatura arcualis quæ est in parte inferiori est cum suo cẽtro inter ultimũ sphondylem renum seu lumbrorum & inter primũ sphondylũ alhouius seu ossis sacri uel lati: & ita in parte posteriori in ossibus sunt tres figure arcuales isto modo ut apparet in hac linea ~~~ & hoc optime uidetur ad sensum: q̃titas partis posterioris secũdũ longũ & latum est quanta est pars anterior: sed hæc pars posterior: secundum profundum est grossior & spissior anteriori. Numerus partium posteriorum est multiplex: nam primo est collum in parte posteriori dictũ ceruix & athlas & tenon: cuius ceruicis superior pars: quæ est ubi est primus sphondylus iunctus capiti: arabicæ dicitur alcadam: pars uero eius inferior ꝓpe dorsum: ubi est ultimus sphondylus colli dicitur alchael seu alchel pars uero ceruicis media dicitur nocra: post collũ prima pars occurrẽs dicitur: dorsum & metaphrenum: & tergum: & scapula: & interscapilium & notõ: licet dorsum & etiam noton: interdum significent totam spinam secundũ aliquos: & dorsum teste. G. xii. de uti. c. x. & . xi. significat totam illam partem quæ continet. xxiiii. sphondylos/ & etiã os latũ. s. os sacrũ: tamẽ sæpissime dorsum solum significat

illam partem

illam partem quæ continet duodecim costas:post dorsum sunt lumbi:post lumbos est regio dicta regio secũdum os sacrum:deinde sunt regiones ossium alhouius: & alhosos: & ibi sunt nates. Istæ sunt omnes partes quæ numerantur in parte posteriori hominis: harum partium colligantie:& etiam sua iuuaměta/in particulari anatomia prædictarum partium dicentur/ hæc pars posterior corporis humani habet ptes medias & laterales:partes laterales sunt homoplate.i.spatule seu scapule & humeri:quæ sunt opposite partibus lateralibus pectoris:coste etiam aliquæ sunt istra spatulas inter partes laterales posteriores posite:sub costis inter partes laterales posteriores sunt lumbi:qui teste Arist. primo de hist.sunt oppositi hipocundriis:& sub lumbis dicit Ari. ꝙ sunt nates inter partes laterales/de costis sufficiẽter superius est dictum/ & de natibus/ & de homoplatis aliqd est dictũ in catalogo nostro: sed inferius dicet̃ de anatomia brachiorũ & cruriũ:de natibus & homoplatis perficietur sermo loco suo:de partibus uero mediis hic intendimus loqui:nomina quarum dicta sunt in catalogo : & etiam parũ supra de eis diximus. Et tales partes posteriores medie alie sunt ex cute:alie ex pinguedine:alie ex pániculis:alie ex uenis & arteriis:alie ex neruis & ossibus & cartilaginibus cũ suis ligamentis:sed de cute & pinguedine hic diminutus fiet sermo:& ita de uenis & de arteriis : de musculis uero huius partis aliqd dicetur:sed de ossibus & cartilaginibus & de suis ligamentis & de panniculis & de medulla spinali nucha corupte dicta:& de neruis orris ab ea / & de uenis & arteriis eam nutriẽtibus loco suo diffusius dicemus : ab ossibus incipiendo. Et primo dico ꝙ cõmuniter ossa partis posterioris corporis humani a capite usq; ad locum ubi bipartitum reperitur corpus uocantur sphondyli:sed Aristo. tertio de histo.c.vii.uocat ista ossa spinam : quáuis ibidem in fine capituli ponat aliquam differẽtiam inter spinam & ossa/quando dicit omnia prorsus animalia quæ sanguinẽ habent dorso cõstant:aut osseo:aut spineo. G.etiam.xii. de uti.uocat spinam dorsi/ & dicit ꝙ est táquam sæpis/& græce teste Ruffo dicitur achanta:& ibidem dicit Ari. ꝙ spina est compacta ex uertebris a capite usq; ad coxas:& ibidem uocat ista ossa spinam fibulam:quia sua ossa assimilantur fi/

bule. Fibula.n.est circulus ī capite cinguli ligātis uestes po
situs pro ornamēto: unde Virgilius dicebat. Aurea purpu-
ream subnectit fibula uestem. Celsus etiam uocat ista ossa
spinam: & ita multi alii, & est sciendum ꝙ omnia prædicta
ossa faciūt spinam: & ideo nullum os ex prædictis uocatur
spina: nec plura simul iuncta uocantur spina: sed uocantur
partes spine: & quodlibet prædictorum ossiū uocatur uer-
tebra ab Ari. & ab aliquibus uertibulum: & ab aliquibus
sphondylus: & licet sphondylus sit nomen græcū proprie
significans illud uertibulum ꝙ apponitur fusis mulierum:
ut melius nendo uertantur: transumptiue tamē a medicis
capitur pro osse dorsi in cuius medio est foramen sicut in
uertibulo prædicto per quod transit medulla cerebri cum
suis neruis: & ideo dicebat Aui. sphondylus est os in cuius
medio est foramen per quod nucha transit: & ille uertebre
quæ sunt proxime ossi capitis ab Ari. ibidem uocātur no-
uissime uertebre: ab aliquibus uero uocantur summe uer-
tebre: ut a Celso. Sua cōplexio omnibus ē nota: figura sua
est diuersa, maxime in foraminibus eorum: & in additamē
tis ut in particulari de eis dicetur: differunt etiam magnitu
dine ut infra uidebitur: numero sunt plures uertebre & nō
una: & teste Celso numero sunt. xxiiii. dicit tamē Auer. pri
mo colliget. c. iiii. ꝙ i aliquibus ista ossa sunt. xxiii. & in ali-
quibus. xxiiii. & in aliquibus. xxv. usq; ad os agit, quod os
a. G. & a multis aliis uocatur os amplum dorsi: & os sacrū:
& ab Aui. uocatur os alhauius: quod os cōponitur ex quat
tuor ossibus secundum. G. xii. de utilit. c. xii. sed secundum
Auer. & Aui. cōponitur ex tribus ossibus: sub quo osse est
os quod uocaẗ ab Auerroe os caude: & ab Aui. os alhosos:
quod os est compositum ex tribus ossibus: & sic secūdum
opinionem Auic. & Auer. sunt. xxx. ossa: uel secundum opi
nionem Auerrois sunt uel. xxix. uel. xxx. uel. xxxi. & sūt pri
mo septem in collo, & duodecim in metaphreno seu in sca
pula, & quinq; in regiōe renum seu lumborum: quæ in to
tum sunt. xxiiii. & ista ossa sunt uere uertebre seu ueri sphō
dyli secundum cōmunem usum: alia uero sex ossa infra ista
sunt sphōdyli nō ueri ut infra latius diceẗ: & ita illa. xxiiii.
ossa uerorum sphondylium cum aliis sex inferioribus in to
tum sunt numero. xxx. secundum cōmunem opinionem:

& maxime Aui.& sequatium.G.tamẽ uidetur uelle ꝙ omnia ossa dorsi non sint nisi.xxviii.s.septem colli &.xii.costarum:& quinq; lumborum:& quattuor ossis lati seu ossis sacri:dicit tamen Iacobus de partibus super prima primi in capitulo de anatomia ossium alhauius ꝙ.G.uocat illa tria ossa dicta alhauius ab Aui.cũ primo osse caude eis annexo: os sacrum seu amplum propter fortem cõnexionem quã habent hæc ossa adinuicem : & prima primi in capitulo in quo ponitur sermo finalis de iuuamento dorsi/dicit Iacobus ꝙ quamuis Auic.dicat in dorso esse.xxx.ossa.&.G.dicat solum.xxviii.propter hoc non est differentia inter.G. & Aui.nisi uerbalis:qa dicit Iacobus ꝙ duos ultimos sphõdylos.G.non reputat ossa sed cartilagines:quia sũt propinqui nature cartilaginis.Aui.uero reputat illos tres sphõdylos caude ossa:quia sunt duriores aliis cartilaginibus:& ita sunt ad sensum.

¶Nota tamẽ lector ꝙ in aliquibus corporibus:teste Alberto ossa caude sũt reperta quinq;:& in aliquibus quattuor: hoc tamen raro est iudicio meo.Dicit tamẽ Auic.imediate ubi supra ꝙ totum dorsum est una res:ex cuius uerbis aliq uolunt inferre:& maxime in expti in anatomia: ꝙ dorsum est compositum ex uno solo osse: quod tamẽ est falsissimũ: est bene uerum ꝙ dorsum est una res : sed est res cõposita ex pluribus partibus:sicut una carina est una res composita ex pluribus partibus:est etiam dorsum una res pro quãto est tãquã una cassa nuche:est etiam dorsum una res unitate colligãtie:sicut est una res una catena ex pluribus partibus colligata.Et ista ossa in dorso non fuere unum os:nec duo aut tria longa sicut in manu magna : sed fuere tot numero quot superius dictũ est : & fuere parua & multa numero non longa:quia multos & paruos habent motus: nã interdum necesse est corpus icuruari:modo parum:modo multum:& hoc nõ potuissent facere corpora si fuisset unũ os solum.Admirandum igitur est in hoc de ingeniatione nature sicut dicit.G.multiplicando iuncturas in eis.

¶Partes sphondylium omnium non habentur eodem numero:nec ĩ eodem loco:nec eadem magnitudine: nã inter partes sphondylium est foramen nuche : & sunt foramina per quæ ingrediuntur uel exeunt arteriæ uenæ & nerui:

& inter partes ſphōdylium ſunt eorum ſpine: & alle: & cartilagines: foramen enim per quod deſcēdit nucha eſt ſemper, in parte media intrinſeca ſphondylium: foramina uero arteriarum uenarum & neruorum ſunt excūtia a prædicto foramine nuche ad exterius per latera ſphondyliū: ſed nō ſunt p totā ſpinā i eodem loco: nam foramina per q̄ exeūt nerui primi ſphondyli: ut inquit Iacobus de partibus ſup prima primi & bene: ſunt in ſubſtantia primi ſphondyli in parte eius eminēti laterali: foramina uero ſecūdi paris neruorum ſunt in alio loco. ſ. ꝙ ſunt inter primum & ſecundū ſphondylum: & ſicut dicit Iacobus de partibus iſta duo foramina ſunt partim inter primum & partim inter ſecundū ſphondylem. ſ. ꝙ ſuperior pars habet medietatem foraminis: & inferior aliam partem: iudicio tamen aliquorum iſta foramina non ſunt in aliqua parte primi ſphondyli neq; in aliqua parte ſecundi: ſed prout dicunt aliqui apparet ꝙ iſti duo ſecundi nerui exeant a lateribus certi additamenti qd̓ eſt ſimile denti: quod additamentum per ſuam formam faciendo unum foramen ab utroq; ſuo latere præſtat exitum prædictis duobus neruis abſq; læſione: ego tamen non approbo nec nego aliquā ex iſtis opinionibus: dico bene ꝙ i parte ſuperiori ſecundi ſphondyli non eſt aliquod foramē neq; pro parte neq; pro toto: eſt bene uerum ꝙ in fine ſecūdi ſphondyli pro parte eſt foramen ab utroq; latere per qd̓ exit tertium par neruorum nuche: & alia pars foraminis ē in ſuperiori parte tertii ſphondyli: & natura poſuit ſagaciter in iſtis ſphondylis ſuperioribus iſtud foramen inter locum qui eſt cōmunis inter ſphondylum, & ſphondylum quia ſuperiores ſphondyli ſunt ſubtiles & debiles & ſi natura perforaſſet eos debilitaſſet taliter os ꝙ de facili rūperentur ab occaſionibus: & ita iſta foramina differūt loco ut prædictum eſt, & ita i omnibus ſphōdylis colli ſemper deſcendēdo eſt foramen ſeu foramina inter ſphōdylū & ſphōdylum, & ſua medietas eſt in una ſphondyli & alia in alio: & talia foramina ſphondylium colli ingrediunt allas ſuas: quia alle ſunt duplicate in collo ad tutellam neruorū ſuorum qui indigent pro ſua cuſtodia allis: quia nō habēt alia membra ipſos cuſtodientia ſicut habent alii nerui nuchæ. Sed in ſphōdylis coſtarū ſecūdū aliquos eſt unum notatu

dignum.s. q gradatim usq ad decimam sphondylem semper medietas circuli superioris sphondyli maioratur & minoratur in sphondyli inferiori donec totum foramē remaneat in una sphondyli & talis finis particionis foraminis ē in decima sphondyli costarum: & .xi. sphondyle costarum est primum in quo est integrum foramen excepto primo sphondyli colli: & alii sphondili consequenter descendēdo habent in sui substantia foramina duo integra .s. unum ab utroq latere: exceptis sphondylis alhosos: quæ habent foramina in iunctura sicut habent sphōdyli colli: excepto ultimo osse alhosos q dicit cauda a cuius extremo exit unus neruus impar.

¶ Nota tamen lector q talia foramina nūquā sunt integra in uno sphondyli: sed semper unum sphondyle adiuuat aliud in faciendo talia foramina cum suis additamentis iuncturalibus lateralibus: est bene uerū q talia foramina plus sunt in uno sphondyli quā in alio: & talia foramina sunt inmediate ad intra allas uersus latera in quocunq sphondyli exceptis sphondylis colli in quibus sunt inter allas: quia alle colli sunt duplicate propter tutellam neruorum eius. Et est etiam notandum q in perforando sphondylos natura fuit multum sollicita: primo ponēdo ipsa foramina in loco in quo nerui exeuntes & uenæ & arteriæ ingredientes essent in loco tuto: & q esset facilis exitus & ingressus eorum & earum: & ideo non fuerūt talia foramina posterius: quia ibi sunt alle & spine opposite percussionibus: & impedientes facilem exitum & ingressum neruorum uenarum & arteriarum: sed fuerūt a lateribus ut prædictum est uersus loca ubi desinunt alle: & non fuere in medio sphōdyliorum: qa debilitarent eos: & fuere magis inter extrema sphondyliū subtiliū ne etiam rumperentur sphondyli / & sphōdyli subtiles sunt sphondyli caude & colli / magni autem sunt ultimi sphondyli costarum: & etiam sphōdyli lumborum seu renum & ossis lati: & ideo natura in magnis non timuit facere foramina completa: hæc tamē foramina sunt ultra sui mediam partem: & ideo recte dicebat .G. xii. de uti. si aspexeris sphondylos uidebis eos a primo colli usq ad sacrum os continue magnificari: dicit tamen q decima sphōdylis costarum est paulo maior his qui continuantur ei sub & su

pra. Iudicio tamen meo differunt isti sphondyli insensibi-
liter quia ita est ad sensum.
¶ Nota iterum lector ꝙ per foramina per quæ exeunt ner
ui in sphondylis paruis: per eadem ingrediuntur uenæ &
arteriæ. s. ꝙ in uno foramine est una uena parua & una ar-
teria & unus neruus: teste. G. xiii. de utilit. c. ix. istis uerbis:
propterea igitur paruis quidem sphondylibus sufficiunt
duo foramina. s. unum ab utroq latere per quæ intus qui-
dem uenæ & arteriæ: extra uero nerui ferrunt: sed in sphō
dylis magnis ultra foramina neruorum per quæ etiam
ingrediuntur uenæ & arteriæ: sunt alia foramina per quæ
aliæ arteriæ & uenæ ingrediuntur: quæ ingrediuntur non
solum pro nutricatiōe nuche: sed etiam pro nutricione os-
sium: quia ossa dorsi non habent medullam ipsa nutriētia
& humectantia sicut habent aliqua alia ossa: & ita in sphō-
dylis magnis sunt plures uenæ & arteriæ quam in paruis
& ideo. G. ubi supra dicebat magnis autem non hæc solū
sed etiam ea quæ nutrituris causis ministrantur conueniē-
ter natura ingeniauit: sed aliqui admirantur de hoc dicen-
tes ꝙ ubi nucha est grossior indiget maiori nutrimento: &
ideo sphondyli debent habere plures uenas in collo quā in
metaphreno: & i lumbis: quia ibi nucha est grossior: ad qđ
dicit ꝙ nucha non solum nutritur a uenis per exterius in-
gredientibus: sed quod etiam nutritur a uenis piæ matris
eam concomitantibus/ut patet ad sensum: & hoc magis ē
in parte superiori uersus caput ubi sphondyli sunt subtiles
quia uenæ pie matris ibi sunt maiores: sed inferius descē-
dendo requiruntur plures uenæ per exterius ingrediētes
quam in superiori parte: tum ad nutritionem nuche: tum
ad nutritionem sphondylium: maxime in parte iteriori eo
rum: immo non solum uenæ & arteriæ nutriunt nucham:
& sphondylos: sed a uenis & arteriis pie matris: & a ue-
nis & arteriis ingredientibus sphondylos per exterius per
dicta foramina nutriuntur etiam nerui in suo exitu ad no-
tabilem distantiam: deinde nerui post suum exitum a sphō
dylis aquirunt sibi nutrimētum a uenis membrorum per
quæ transeunt: & non solum sphondyli maiores nutriunt
ab istis uenis per alia loca quam per loca neruorum ingre-
dientibus: sed etiam nutriūtur per certas porositates quas

habét / mediantibus quibus a uenis panniculorum & musculorum sibi uicinorum auriunt nutrimentum: & istæ porositates uidentur esse multe in sphondylis magnis: in paruis autem non apparent.
¶ Vltra foramina in sphondylis sunt spine simenia dicte ab Aui. & alle & additamenta iuncturalia.
¶ Nota lector q̧ iudicio meo in q̄libet sphondyli sunt uersus inferius solum tria additamenta iũcturalia parua tamẽ: unum quorum in medio uersus anterius est fortissime alligatum: sed uersus posterius tale additamentum non est ita stricte alligatam: sed est aliqualiter mobile ut obediat motibus dorsi: alia uero duo additamenta sunt lateralia quæ additamenta sunt minora primo: quia etiam bucelle inferioris sphondyli in quo ingrediuntur sunt parue: & ista additamenta sunt ligata ligamentis fortibus mobilibus tamẽ: ut etiam obediãt motibus dorsi ad quos ordinate sunt: aliter tamen sentiunt de numero talium additamentorum: G. & Aui. qui ponut in aliquibus quattuor & in aliquibus sex / & in aliquibus octo: & qui sint sphõdyli in quibus sint iiii. & in quibus sex: & in quibus octo dicemus infra in particulari anatomia sphondylium.
¶ Nota lector q̧ prædicta additamenta iuncturalia de quibus factus est sermo sunt proprie spectantia solis sphondylis: & non alteri membro: & mediantibus eis unus sphondylis alligatur alteri: nã in sphondylis sunt alia additamenta etiam iuncturalia: sed mediantibus eis nõ alligant̃ sphõdyli inuicem: sicut sunt additamenta allarum: in extremitate quarum iunguntur aliqua alia ossa: sicut in allis ossis sacri coniunguntur ossa ancharum: & in extremitate allarũ duodecim sphondylium pectoris coniungũtur duodecim coste quælibet. n. alla de sphondylis pectoris: teste Aui. habet duas uacuitates & in una quaq; costa sunt duo additamenta gibbosa prædictas uacuitates ingredientia.
¶ Et est notandum q̧ additamenta sphondylium & iũcturalia & non iuncturalia non sunt ossa per se distincta a sphondylis: sed sunt partes sphondylium uera continuitate eis continuate: constituẽtes omnes simul cum principali parte sphondyli quæ est illa quæ est in medio unum solum os & talia additamẽta a. G. in pluribus locis dicunt̃ epiphises

& explantationes: & ex talibus additamentis alia sunt con iunctionalia uidelicet illa quæ sunt in parte superiori & in feriori sphondylium secundum quæ copulãt inuicẽ sphõ dyli: & alia sunt defẽsoria sicut sunt spine quæ retro sunt: q̃ ab Aui. uocantur etiam simenia licet non sint proprie sime nia: quia uera simenia sũt ossicula parua similia granis sisa mi quæ ossa sunt ad replendas aliquas uacuitates iunctura rum: & ut dicit Iacobus de partibus iste spine dicuntur si menia quia sunt sima. i. incuruata ad inferius sicut dicitur nasus simus. i. ad iferius icuruatus sed ꝑdicta ossicula parua nõ ꝓprie dicũt simenia sed sisamia & ita ea uocat Azaraui us: qa assimilant grano sisami: iter ossa defẽsiua ponunt ẽt ossa lateralia sphondylium quæ dicuntur alle: & ex istis os sibus aliqua dicuntur pura defensiua ut spine: & aliqua de fensiua & coniunctionalia simul: ut sunt ossa allarum sphõ dylium. Alle. n. defendunt sphondylos & nucham: & con iungunt secum in aliquibus locis costæ: & in aliquibus lo cis ossa ancharum ut supradictum est. Et quilibet sphondy lus habet unam spinam: aliquæ tamen spine sunt maiores aliis ut infra dicetur: & spine quæ sunt in collo in sui ulti mo sunt bifurcate ad instar caude irundinis: & etiam quili bet sphondylus ad minus habet duas allas. s. unã ab utroq; latere: sphondyli tamẽ colli habet quattuor allas. s. duas ab utroq; latere.

¶ Est etiam notandum secundum ꝙ dicit Iacobus de par tibus ꝙ omnes articulationes sphondylium excepto deci mo sphondyli pectoris adinuicem fiunt per duas bucellas existentes in una parte extrema sphondyli: & per duas con cauitates existentes in parte extrema alterius sphondyli si bi oppositi: sicut caput adiutorii intrat concauitatem ossis spatule.

¶ Nota tamen lector ꝙ ego dum scriberem hæc habebam ante oculos omnes sphondylos dorsi exsiccatos: quos fre quenter aspiciebam ut scriberem uerius ea quæ uidentur ad sensum: & sic pluries dum scriberem alias partes anato miæ corporis humani habebã semper ante oculos illa mẽ bra de quibus notabam anatomiã: & testor me non posse nec potuisse cognoscere illas bucellas distinctas a concaui tatibus ꝑdictis: & credo si ille foueæ & illæ bucellæ sũt iter

iuncturam

iunctura & iuncturam ꝙ sint cartilagineæ: quæ nõ repe riuntur in corpore exsiccato: quia nunq̃ ego potui uidere cartilagines i corporibus exsiccatis: & dicit Iacobus ꝙ om nes sphondyli a decimo costarum superius: habent suas cõ cauitates iuncturales superius in additamentis sursum ten dẽtibus: & suas gibbositates seu bucellas habent in addita mentis tendentibus deorsum: & sphondyli qui sunt a deci mo costarum iferius habẽt suas gibbositates uersus superi us & concauitates uersus inferius ita ꝙ a decimo sphondy li costarum supra sunt opposito modo quo sunt a decimo sphondyli costarum infra.

¶ Nota ꝙ aliqui dubitãt ne nucha sit nobilior cerebro cũ natura circa eam posuerit tot defensora dura & grossa si/ cut simenia / & allas & circa cerebrum posuit tantum cra/ neum. Ad quos est dicendum ꝙ cum per partem posterio rem facilime possit lædi homo maxime per carentiam sen sus uisus in ea parte: & etiã quia homo cum suis manibus nõ potest tueri partes posteriores sicut laterales & anterio res: natura circa nucham posuit tot defensoria non solum propter nucham: sed etiam propter partes ante nuchã col locatas: ut sunt in directo colli trachea arteria propter quã principaliter teste. G. in pluribus locis collum factũ est ani mali: & ut est meri & ut sunt ascendentes uenæ & arteriæ quæ omnia sunt in collo. Et in directo sphondylium pecto/ ris est cor / pulmo: & diafragma / & i directo lumborum est hepar: stomachus: splen renes & uena descendentes: & in directo ossis sacri & ossis caude est matrix: & uesica / in dor/ so etiam sunt ad custodiam talium partium multi musculi qui non solum custodiunt prædicta membra sed etiam iu/ uant motũ dorsi / & musculi non sunt circa craneum quia sua ossa non mouentur sicut ossa dorsi: & caput nõ habuit talia additamenta quia multum grauaretur ab eis & est no tandum teste Aui. prima primi ꝙ istis additamentis quæ pro defensione existunt super posita fuerunt ligamenta & nerui: & talia ligamenta fuere facta leuia & lubrica ne in ta ctu inferrant nocumentum carni / tamen inter ista ligamen ta & os est cartilago notabilis maxime i extremitate addi tamentorum: tam coniunctionalium quam non: & hoc ui detur ad sensum / & hoc cõceditur a. G. xii. de uti. c. xv. istis

uerbis: quia.n.dorsalis.s.medulla uelut secũdum aliquod cerebrum debebat esse uniuersis quæ sunt sub capite particulis: simul quidem bene uertibilis uia simul autem tãta ei custodia constructa est/ propter hoc natura alia quidẽ multa & miranda circa sphondyles ingeniata est: & uocatam spinam produxit ex medio posteriorum partium uelut sepe aliquam totius dorsi: hanc præsupponẽs prius eã quassandam & conterrendã & omnimode passuram quã ad aliquã sphondylium perueniat nocumentum: usq ad posteriores igitur partes eius ẽ spina: sed ei cartilago adiacet plurima. Demonstratum.n.fuit & hoc ante quoniam ad cooperimenta & ad præmissoria subiacentium organorum natura cartilaginis est ideonissima: neq frangi: neq scindi cõsimiliter crauris & duris dicit una littera: alia coctis & duris: neq incidi & quassari consimiliter mollibus & carnosis potens: & subdit. G. ꝙ cartilaginibus natura implantauit colligationes amplas.i.ligamenta fortia & grossa quæ colligant totam spinam taliter ꝙ uidetur unum membrum: sunt tamen talia ligamenta talis duritiei ꝙ faciliter extẽdũtur cum flectitur dorsum: & ita ista ligamenta & cartilagines sua aliquali mollitie iuuant ad motum dorsi: & ad faciẽdum ne ossa sua duritie ledant carnem sibi uicinam & alia membra mollia. Ista tamen ligamẽta sunt firmiora ante q̃ retro: & laxiora in collo quã alibi: & ratio huius est frequẽtior motus colli: multa alia dicit de istis colligationibꝰ sphõdylium. G. xii. & xiii. de utilitate: & Auicẽ. prima primi: & Iacobus de partibus/ & non solum de colligationibus sed de omnibus partibus dorsi: & de suis iuuamentis: ad quæ loca remitto legentes breuitatis gratia: de uenis & de arteriis & de neruis ingredientibus & exeuntibus spinam fiet sermo infra loco suo.

¶ Vnum uolo addere de mente Aui. prima primi.s. ꝙ iter spatia quæ sunt inter talia ossa & ligamenta sunt humores uiscosi: ad hoc ut humectentur iuncture ne propter motũ exsiccẽtur: dicit etiam Aui. ꝙ sphondylium dorsi quædam sunt quæ ualde ligantur cum athachib.i.ligamento a posterioribus tendente anterius & postea redeũte retro: sicut si essent unum os ordinatum ad fixionem & quietem: & tales sunt sphondyli ossis sacri: quod non mouetur in moti

bus dorsi:dicit deinde ꝙ alii sphōdyli sunt adinuicem ligati laxi ac si essent ossa multa creata propter motum: & iudicio meo maiorem motum habent sphondyli colli: & ideo sua ligamēta sunt magis laxa:& etiam sui musculi sunt maiores:quā musculi metaphreni: & quia periculum erat de dislocatione sphondylium colli:propter colligationes laxas:ideo natura fecit suas bucellas magis concauas quam aliorum sphondylium & similiter suas gibbositates seu bucellas prolongiores: nē ita de facili dislocarentur: qualiter facerent si haberent bucellas similes aliis ossibus:& certe si bucellæ & foueæ sunt in prædictis sphōdylis colli:sunt cartilagineæ:& ratio dictat propter causam prædictam ꝙ sint eminentiores & depressiores aliorum sphondylium bucellis & concauitatibus. Situs sphondylium est a calua in medio corporis:in parte posteriori usq; ad coxas. Iuuamenta sphondylium & totius spine:teste Arist. tertio de historiis c.vii.sūt substinere omnia ossa corporis animalis: quia nullum est os quod seorsum per se ipsum moueat̄:& dicit initium uero in omnibus.s.animalibus quæ ossibus constant spina est.Et.G.xii.de utili.c.xi.dicit quod spina est clipeus & tutella infallax medulle nuche: & assimilat spinam carine: & dicit ꝙ est sedes alicuius & fundamētum necessariorum ad uitam organorum & ꝙ tute custodit ea:& dicit ꝙ est organū motus qui est secūdū scapulas:& ego addo ꝙ ē organū motus totius ptis posterioris:& dicit ꝙ ē custodia uiscerū ante eā adiacētiū.Et qa ē carina & sedes totius animalis ꝑpterea ex ossibus duris facta est:& dicit ꝙ est tanq̄ murus munita ossibus adiacentibus.s.allis & simeniis.

¶Passiones omnium modorum patitur spina. Et si alique eius uertebre dislocentur consequenter sue partes inferiores [illegible]tunt sensum & motum ut ego pluries uidi experientia:& causa est compressio in neruis nuche:ueritas est ꝙ si dislocatio est leuis non totaliter amittitur sensus & motus:& isti possunt sanari:sed si est fortis moriunt̄: qa sphondyli notabiliter dislocati nō possunt opere manuali restaurari nec manu teneri in pristinum statum:& maxime sphōdyli ueri.Et hæc sufficiāt de anatomia uniuersali partis posterioris hominis ad eius partes particulares deueniendo & primo de collo fiet sermo.

De Collo ſeu Ceruice

QVia ſuperius uiſa eſt anatomia partis anterioris colli. Iuſtū eſt ut de parte eius poſteriori ceruix dicta aliqua dicamus. Cuius ſubſtantia primo occurrit cutanea quæ excoriari debet:ut ſua caro muſculoſa uideatur:ſunt.n.muſculi neceſſario in collo tam in anteriori parte quā i poſteriori:ut collum poſſit moueri & etiam caput: ſunt.n.aliqui muſculi in collo qui ſunt proprii capiti: & aliqui q ſunt cōmunes motui capitis & colli: teſte Auic. prima primi:& teſte.G.xii.de uti.c.viii.&.ix.De numero iſtorum muſculorum eſt aliqua diſcordia inter Auic. & Auer. ex una parte:&.G.ex alia:nam.G.ubi ſupra dicit eos eſſe uiginti octo.Iſti uero dicunt eos eſſe.xxiiii.& de anatomia iſtorum muſculorum remitto legentes ad præfactos auctores breuitatis cauſa:& etiam ad Hali.& ad Raſim:eo maxime quia in anatomiis cōmunibus non poſſunt monſtrari tales muſculi:tamen ſi aliquis cupit uidere tales muſculos recurrat ubi ſupra.Complexio colli ponitur frigida & humida a Zerbo propter nucham:& dicit calida multum cōferre huic parti.ſ.ceruici ſiue collo:& dicit ꝙ frigida & humida non applicantur huic membro tanquā ſimilia ut eū conſeruent:quia nucha indiget rebus ſpiritum motiuum confortantibus:& hoc faciunt medicine calide: ſua colligātia inferius dicet:ſua quātitas:& ſua figura eſt oibus nota.

℄ Viſis muſculis colli eo modo quo ſupra dictū eſt: occurrunt ipſius oſſa:quæ ſphondyli dicunt:& ſunt ſeptē quorum primus ſphondylus in parte poſteriori eſt groſſior aliis ſex & habet etiam latius foramen:per quod ingreditur ſpinalis medulla corrupte teſte Leoniceno nucha dicta:& aliqui dicūt ꝙ hic primus ſphōdylus nō habet ſpinas & ſimenia ſicut alie uertebre:iſta tñ ſunt ad ſenſum uidenda in ſphondylis exſiccatis ſeu coctis: &.G.xiii.de util.c.iii.dicit cauſā propter quam ſphondylus primus non habet ſpinas: quæ eſt duplex:una quia ſpina impediret locum muſculorū eleuantium caput ſurſum:alia cauſa eſt quia ſpina laceraret & pungeret prædictos muſculos in eleuatione capitis. Auic. uero dicit ꝙ primus ſphōdylus nō habet ſimenia.i.ſpinas ne inferrant ei grauamen : quia iam eſt oneratus pondere

capitis ꝙ substentat:& nõ habet spinas seu spinam : ne sua spina sit exposita nocumentis extrinsecis propter subtilitatem primi sphondyli qui de facili rumperetur si percuteretur suum simenium.i.spina sua:spina nãq; in isto loco non capitur nisi pro certa eminentia sphondylium uersus posterius:quæ est tãquã cauda ad sphondylos.Alle uero sunt certa ossa secundum latus uertebrarum extẽsa ut supra dictum est:& dicit etiam Aui.ꝙ primus sphondylus non habet simenia.i.spinam:ne lædantur ab ea musculi:& nerui circũuoluti primo sphondyli:nec etiam indiget tãta custodia primus sphondylus sicut alii:quia hic primus sphondylus est quasi submersus inter os basilare & spinam secundi sphondyli.Caret etiam primus sphondylus allis. Iste primus sphondylus habet etiam foramina plura:aliqua quorum sunt parua:ut quæ p q̃ exeunt nerui nuche:quæ foramina sunt in posteriori parte eius:& tendunt ad partem superiorem & sunt in tali loco ne lædantur in motu a iunctura sua prima cum capite:& ne lædantur a secunda iunctura:quæ est inter primum & secundum sphõdylum & talia foramina sunt parua:teste Aui.ut sphondylus non sit debilis:nerui etiam primi paris non debent esse multũ magni:& ideo sua foramina sunt parua : & multas causas propter quas tales nerui exeãt a tali pte recitat Zerbus quẽ uide:habet & aliud foramen maius per quod exit medulla quã alter sphondylus:& est maius foramẽ:quia ibidem nucha seu medulla cerebralis est maior seu grossior:& est etiã maius quia in eodem foramine ad unum latus est certa fouea seu unum foramẽ distinctum aliqualiter a foramine nuche in qua fouea seu foramine clauditur certum additamentũ simile denti:& hoc additamẽtum teste.G.xii. de util.c.vii. ab antiquis dicebatur dens:& ita ipsum nominabat Hipp. sed a iunioribus medicis uocatur pirinoydea: quia tẽdit in acutum:& hoc additamentũ est in interiori & in suprema parte secũdi sphondyli:de quo parum ĩfra dicemus. Et primus sphondylus habet teste.G.xii.de uti.c.vii.duas concauitates siue foueas ĩ superiori eius extremitate a dextris & a sinistris:quas sub intrant duæ bucellæ ossis capitis q̃ sunt circa illud magnum foramen per quod exit medulla cerebri a capite:& iterum teste:G.ubi supra habet duas foueas

quasi similes primis in parte inferiori: teste etiam Aui.xiiii. de animalibus in quibus ingrediuntur duæ bucellæ secundi sphondyli. Auicē.tamen prima primi uidetur uelle ꝙ in parte inferiori primi sphondyli sint duæ bucellæ ingrediētes concauitates duas in superiori parte secundi sphondyli existentes: & ita etiam dicit Jacobus de partibus: iudicio tñ meo.G.dicit ueritatē: iste primus sphōdylus ē alligatus cum capite mediantibus ligamentis fortibus: & sue iuncture sunt a lateribus: nam ut supra dictum est certe bucelle capitis ingrediuntur duas concauitates superiores laterales primi sphondyli: & ibidem est sua colligantia: & mediantibus istis iuncturis caput aliqualiter mouetur declinádo ad latera: & in ista coniunctione non est magna cōcauitas: qa natura non indiget magno motu capitis ad latera: & prædictæ duæ eminentie capitis ingredientes primi sphondyli concauitates: dum mouetur caput ad latus aliqđ seu illa eminentia quæ est in parte ad quam mouetur caput deprimitur: & opposita eleuatur: & iste primus sphondylus ab aliquibus dicitur os basilare: quia est basis totius capitis.

Post primum sphondylum colli necessario est uidenda anatomia secundi: quia etiam secundus sphondylus multum differt ab aliis: in figura: & in colligantia & in iuuamēto: post primum igitur sphondylum occurrit secundus sphondylus: qui cōmunicat cum primo, & cum ossibus alhauius in hoc.s.ꝙ non habet foramina per quæ exeant nerui a nucha posita post allas a lateribus medietatis anterioris: & impossibile fuit egressiones secundi paris neruorū nuche fuisse superius in secundo sphondyli: sicut egressiones primi paris in primo sphōdyli: & causa est: qa caput mouetur anterius & posterius: uertitur etiam caput secundum rotundum per iuncturam huius secundi sphondyli cum dente orto ab eo: & si nerui secundi paris orirenť a parte superiori prædicti secundi sphōdyli: timor esset ne quassarentur & rumperentur ex motu primi sphondyli supra secundum: cum caput ante & retro & secundum rotūdum moueatur. dico ante & retro moueri in eleuádo & in inclinando caput: ad quem motum interdum etiam concurrunt sphondylia renum sphondylium loco supra inclusiue: & dico caput moueri secundum rotundum: quando

caput mouetur ab ante uersus retro:& a retro uersus ante:
licet nũquã caput possit uerti integre uersus retro nisi mo-
ueatur fere totũ corpus ad retro:neq₃ fuit possibile neruos
secundi paris exire per anterius a secunda sphondyli: neq₃
per posterius:quia quassarentur nerui ad motum anterio-
rem:& etiam ad motum posteriorem capitis : spina etiam
in parte posteriori impedit talium neruorum exitum per
partem posteriorem:neq₃ a lateribus possẽt exire tales ner
ui per substantiam sphondyli propter paruitatem ipsius se
cundi sphondyli:oportuit igitur ꝙ natura daret certum lo
cum tutum istis neruis:& iste locus secundum aliquos est
certa uacuitas quæ est inter primum & secũdum sphondy
lum circa illud additamentum denti simile:quod ingredit
primum sphondylum:& dicũt ꝙ tale additamẽtum nõ po
test lædere prædictos neruos:quia fortissime alligatur pri-
mi sphondyli:& est tanquã uertibulum nunquã declinãs
ad latera colli:sed hic locus teste Zerbo nõ est in prædicto
loco:sed est coram duobus lateribus spine secundi sphõdy
li oppositus duobus lateribus primi sphondyli: a quibus ẽ
egressio primi paris opposita in quam secundum sub & su
pra.Zerbus tamen uidet uelle & sic est ꝙ primum par exe
at a parte posteriori primi sphondyli uersus superius: ergo
Zerbus contradicit sibi ipsi:sed aliqui alii dicunt : & bene:
ꝙ tales nerui exeunt inter primum sphondylum & secun-
dum non a parte posteriori sed a parte laterali uersus poste
rius magis quã uersus anterius:in isto etiã secũdo sphõdy-
li in parte eius inferiori ubi alligatur tertio sphondyli ẽ fo-
ramen pro parte per quod exit tertium par neruorum nu-
che:cuius foraminis medietas est etiam in parte suprema
tertii sphondyli: & foramen per quod descendit nucha est
etiam magnum:minus tamen quã in secũdo : & in primo
sphondyli & sic continue foramina per quæ descendit me
dulla spinalis in descensu minorantur in sphondylis: quia
ẽt minoratur medulla.Nec illud additamentum dentale ꝑ
dictum potest lædere nucham in descensu suo propter for-
tem eius colligantiam:ob quam non potest labi hinc inde:
& istud additamentum dentale est in parte interiori seu an
teriori sphondyli:ut esset magis tutum:& etiam ut sphon-
dylis esset fortior in illa parte : quia a parte posteriori eius

sufficit pro firmitate eius sua cauda seu sua spina: ex prædi/ctis colligitur ꝙ una iunctura nō fuit sufficiens mouere caput propter nuchā & propter aliqua alia: super quo uide. G. xii. de uti. c. iiii. & iste due iūcture sunt minus firme: quā iuncture inferiorum sphondylium: propter necessitatem motuum prædictorum. Et est notandum sicut experientia uidetur: ꝙ prima iunctura capitis cum prima sphōdyli potest esse & stare firma & absqꝫ motu: & tamen mouebitur secunda iunctura: & non fit econuerso. Visis istis duobus sphondylis: de facili uidentur alii sphondyli colli qui omnes sunt colligati simul sicut tertius est colligatus cū scđo.

¶ Nota lector ꝙ sphondyli colli habent spinam sed paruā & bifurcatā ne grauarent corpus: & habent quattuor allas & sue iuncture sunt laxiores aliis / earum tamen bases sunt longiores: & teste Aui. prima primi omnes sphondyli colli dēpta prima habēt spinam & duas allas / & quattuor additamenta coniunctionalia sursum aspiciētia & quattuor inferius aspicientia: & una quæqꝫ alla duos habet ramos. Iacobus de partibus super hac littera dicit aliqua notatu digna uide eum: quia ego non uideo nisi sex additamenta iūcturalia in qualibet sphondyli. s. tria superius & tria inferius: & tamen aliter sentit. G. & Auic. & ipse Iacobus. G. etiā discordat ab Aui. & ego sequor sensum magis quam eorū litterā: & hæc sufficiant de collo.

De Dorso seu Metaphreno.

DOrsi substantia etiam est ex cute & carne ex musculis ex panniculis & ossibus: sicut collum / sua cōplexio superius est dicta: ubi partis posterioris corporis complexionem diximus: calidior tamē & humidior est ceruice: propter musculos maiores ibidem esse: non ꝙ illi musculi qui sunt in dorso a quibus complexio dorsi redditᵲ calidior ceruicis complexione sint proprie musculi mouētes ossa dorsi: sed sunt musculi spatularū & lumbi qui reddunt dorsum calidius collo: quia si musculi mouentes dorsum inducerēt caliditatem illam: collum esset calidius dorso: quia sui musculi sunt maiores propter esse maiorē motum in collo: sicut supra patuit quā in dorso: immo ceruix

est frigida

est frigida teste Zerbo. Cōplexio etiam dorsi est calidior ceruice/non solum propter prædictos musculos: sed est calidior quia indorso est caro uillosa quæ est ibi ad replendā uacuitatem dorsi: & ad calefaciendum nucham & eam tuēdam: & hæc caro est notabilis quātitatis ut patet ad sensū: figura dorsi est arcualis: numero sue partes sunt multe .s. cutis/ pinguedo/ nerui: pāniculi: uenæ & arteriæ de qbus etiam collum habet suam partē: sunt deinde musculi quorum numerus est multus: quorum numerū uide ab Auic. prima primi & etiā ab aliis auctoribus: post musculos sunt ossa quibus nunc insistimus.

¶ Ossa dorsi proprie sumpti: sunt duodecim sphondyli costarum qui sunt imediate inter collum & ossa lumborum quos Aui. uocat sphōdylos pectoris siue thoracis: quia correspondent pectori: & .G. uocat. xii. de utilit. sphondylos secūdum metaphrenum: substantia horum sphondylium habet maiorem spissitudinem & grossitiem & etiam minorem seu strictionem concauitatem ad intra quam habeant sphondyli colli teste Hali. & teste sensu: & hoc est quia nucha per eos trāsiens est subtilior: quantitate sunt maiores superioribus sphondylis: habent tamen concauitatem minorem & consequēter nucha in eis est minor: & nucha cōtinue minoratur quia ab ea continue exeunt rami neruorum substantia quorum paruificat nucham: & duplici de causa teste Hali. isti duodecim sphondyli metaphreni sunt maiores sphondylis colli: prima est quia super illis locātur coste: secunda quia uiscera super eos posite sunt: foramina suorum neruorū dicta sunt supra .s. in quo loco sint & quo modo sint.

¶ Numero isti sphondyli sunt. xii. quorum ultimus nō habet allas: teste Aui. hoc tamen est falsum: quia iste duodecimus etiam habet allas: ueritas est ꝙ sue alle sūt breues sed sunt grosse: & dicit Aui. ꝙ alle ossium pectoris sunt duriores aliis propterea ꝙ cum eis coste cōiunguntur: & alle septem superiorum sphondylium sunt longiores aliis teste sensu/ & dicit Aui. ꝙ spine septem sphondylium superiorū sūt magne & ipsarum alle grosse ut cor fortissime tueantur: tamen teste sensu etiam spine aliorum sphondylium pectoris sunt magne: & dicit Auic. ꝙ spina decimi sphondyli est

erreẞta non curua/ & dicit falsum : qa aliter uidetur ad sen/
sum in sphōdylis ibidem dum hæc scribo præsentibus . Et
dicit Aui.ꝙ additamenta coniunctionalia quæ sunt a deci/
mo sphondyli pectoris supra habent suam uacuitatem uer
sus superius in q̄ ingredit̄ bucella alterius sphondyli/quæ
bucella est uersus inferius uersa:sed a decima sphondyli co
starum infra bucelle sue sunt ad superiora/ & earum uacui/
tates ad iferiora.Et dicit ꝙ sue alle seu sua simenia ad supe/
riora curuātur / & non est uerum:est bene uerum ꝙ aliorū
omnium sphondylium spine sunt minus curue ad inferio/
ra quā superiores:tamen decima &.xi.&.xii.de sphondy/
lis costarum habent suas spinas curuas ad inferiora & no/
tabiliter:sed alie inferiorum sphōdylium spine uel sunt di/
recte uel parum uersus inferius aspicientes.

¶ Nota lector ꝙ teste Iacobo de partibus super prima pri/
mi de mente.G.in sphondilis pectoris sunt septem addita
menta.s.una spina:duæ allæ:duo additamenta coniunctio
nalia sursum aspicientia & duo deorsum:& dicit ꝙ nouem
ex eis primis sphondylis habent magnas spinas & allas.Et
additamenta cōiunctionalia curta & ampla : & dicit ꝙ.G.
discordat ab Aui.in situ fouearum & bucellarnm: dicendo
ꝙ.G.dicit a sphondyli.x.supra ascendentes explantatiōes
iuncturales sunt gibbose:& descensiue concaue:& in sphō
dylis sub decima ascensiue explantationes sunt cōcaue &
descensiue gibbe.Iacobus tamen nihil dicit super hoc:&
ego credo.G.tāquā magis experto quāuis ipse possit etiā
errare/& ego ad sensum nō possum uidere hæc in corpori
bus exsiccatis:in recentibus non uidentur hæc nisi in carti
lagine:& stant tales bucelle & concauitates sicut dicit.G.
sunt tamen parue tales bucelle & tales concauitates. Et Ia
cobus dicit etiam ꝙ.G.& Auicē.sunt discordes de decimo
sphondyli pectoris:quia.G.dicit ꝙ decimum sphōdyle est
utrinq; gibbosum.Auic.uero dicit ꝙ est utrinq; concauū.

¶ Nota etiam lector ꝙ Auic.uidetur uelle ꝙ duodecimus
sphondylus differat a superioribus suis maxime in addita/
mentis coniunctionalibus:quæ dicit esse duplata:& Iaco/
bus ibidem dicit ꝙ iste duodecimus sphōdylus in sua par/
te superiori habet tantum duo additamenta coniunctiona
lia sicut habent alii undecim sphōdyli:& ꝙ in sua parte in/

feriori habet quattuor additamenta coniunctionalia: & cã est quia dicit ꝙ sphondyli renum habent etiam quattuor additamenta cõiunctionalia: cum ergo duodecimus sphõdylus sit coniunctus eis: debet cõiungi cum suis additamẽtis: habebit ergo inferius quattuor additamenta: & duo superius: & de hoc latius quilibet potest uidere Iacobũ: ego tamen ad sensum non possum cognoscere nisi tria additamenta coniunctionalia in sphondylis a renibus inclusiue usq; ad caput: & in hoc ego possum errare: quia tantũ sensus me gubernat & trepidus hæc scribo contra tales auctores: qualis est.G.& Aui. foramina per quæ exeũt nerui ab istis sphondylis sunt a lateribus ad intra allas in mediate & sunt eo modo quo dictum est superius.s.ultra partem mediam inferiorem sphondyli. Et hæc sufficiant de dorso/qa sua colligantia: suus situs: sua figura: & suum iuuamẽtum: & sue passiones per antedicta omnibus nota sunt: de suis uero musculis remitto legentes ad Auic.& Hali.& ad alios auctores.

De Regione Renali seu Lumbari.

POst dorsum imediate est regio dicta lumbaris a.G.& illud itersinium quod est inter lumbos & metaphrenum a.G. in introductorio dicit glutum quod a crusta ab Homero uocatur: & ita diaphragma alligatur in gluto.s.inter.xii.&.xiii.sphõdylem ubi est regio gluti: & Aui. uocat istam regionem renalem seu lumbarem alchatim: siue catim: licet sint aliqui qui dicant concauitatem illam in qua est matrix & uesica esse alchatim: ut alias diximus: dicit tamen Iacobus de partibus: ꝙ catim & alcatim Arabice significant partem dorsi in directo renum: cuius substantia: colligãtia: complexio: figura: numerus partium & situs per antedicta nota sunt: sui musculi sunt duo satis magni: q uocantur musculi renales ab Aui. in de anatomia musculorum motus dorsi: qui incipiũt a decima & undecima sphõdyli pectoris. Nicolus tamẽ dicit ꝙ intra & extra supra ossa lumborum est caro uillosa quæ caro uocatur lumbus: & est notabilis quãtitatis ad sensũ: post musculos sunt sphondyli: qui uocãtur ab Hali. sphondyli renum: a.G.xii. de uti.

uocantur ſphondyli ſecundum lumbum:& ab Aui. ſphon
dyli alchatim:ſua ſubſtantia teſte Hali.eſt ſatis corpulenta
quicunqȝ.n.ſphondvliū¦inferius deſcēdēdo groſſior eſt : &
ſpatio concauo arctiore & maiore ſuis ſuperioribus : quia
habēt ferre maius pondus: & ſuum foramen eſt arctius:qa
nucha eſt minor:& dicit ꝙ iſti ſphōdvli ſunt magni & am/
pli:quia ſunt fundamentum omnium aliorum ſuperiorū:
& iſti ſphondyli cum ſuis ſuperioribus ſunt ueri ſphondy/
li:inferiores uero ſunt ſphondvli mendoſi: dicit tamē Aui.
ꝙ iſta oſſa alchatim quæ ſunt quinqȝ:ſunt baſis totius dor/
ſi:quia deferunt os fæmoris: poſſumus igitur tenere ꝙ'iſti
quinqȝ ſphondvli ſint baſis partis inferioris totius corpo/
ris/ & etiā partis ſuperioris:quia os fæmoris defert oſſa co/
xarum crurium & pedum:& os ſeu oſſa fæmoris ſunt alli/
gata oſſi ſacro ut infra dicemus:& os ſactum eſt alligatum
iſtis quinqȝ ſphondylis:& iſto modo oſſa alchatim ſunt ba
ſis totis:dicit tamen Iacobus de partibus ꝙ oſſa alchatim
& oſſa alhauius ſimul iuncta ſunt baſis totius corporis:&
& ego teneo idem:ut infra latius dicam:quia ego teneo ꝙ
oſſa alchatim deferant partem ſuperiorem corporis : & ꝙ
oſſa alhauius deferant partem inferiorem:qualiter oſſa fæ/
moris ſint duo infra dicemus:numero iſti ſphondvli renū
ſunt quinqȝ.

℄Nota lector ꝙ Iacobus de partibus de mente Aui.ponit
in ſphondylis lumborum ſeu alchatim undecim additamē
ta.ſ.unam ſpinam:duas allas:& quattuor additamenta cō
iunctionalia ſuperius aſpicientia:& quattuor aſpiciētia in/
ferius:ſed dicit.G.xiii.de uti.diſcordare ab Aui.quia.G.tan
tum ponit nouem additamenta:ſed quia ego nō credo in
hoc neqȝ.G.neqȝ Aui.de iſtis additamentis maxime coniū
ctionalibus ſicut etiam ſupra dixi remitto legentes ad Iaco
bum:quia ego tantum teneo ꝙ ſint ſex additamenta con/
iunctionalia in quolibet ſphondvli a ſphondylis renum ſu
pra incluſiue/ tria ſuperius/ & tria inferius.

℄Nota etiam lector ꝙ Iacobus dicit auctoritate.G. ꝙ alle
ſphondylium lumborum & oſſis ſacri non fuere fortes ſi/
cut ſuperiores quia non habent cuſtodire niſi uenam & ar
teriam deſcendentem/ & poſtea ſubdit auctoritate etiā.G.
ꝙ ſpine prædictorum ſphondylium ſunt ualde magne &

custodiant uenam & arteriam prædictam: ex quo ego infero pro quanto ego uideo ad sensum. G. non bene sentire: sed credo aliam causam esse propter quam alle nõ sunt fortes: & credo ꝙ non sint fortes sicut ille quæ costarũ: quia sunt subtiliores: & sunt subtiliores quia sue spine habuerũt sua partem ossis: & si natura fecit spinas grossas propter uenam & arteriam: etiã debuisset facere allas grossas propter eas: sed debet esse aliud in causa non dictũ a. G. sua orificia per qua exeũt nerui sunt a lateribus iusta allas uersus interius sicut illa quæ costarum. Iuuamenta huius partis lumbaris sunt nota per prædicta: sue passiones possunt esse omnium modorum, & etiam passiones dorsi: & colli: & etiam omnium partiũ inferiorum possunt esse omniũ modorũ.

De Regione Ossis Sacri seu Lũbaris Vel Albauius Quod Os Grece Teste Ruffo Dicitur Hicronostim & Ab Auer. Dicitur Os Agit.

ISTam regionem. G. xii. & xiii. de uti. in pluribus locis uocabat regionem secundum os sacrum siue latum: Aui. uero uocat regioné ossis albauius & teste Iacobo de partibus albauius alhouius alhouisi hauius, & houius arabice sunt idem: & significant tria ossa lata supposita sine medio sphondylis renũ: sed Hali. uocat ista tria ossa ossa clunium: seu clauium: nam ossa clunium secundũ aliquos diuidũtur in duas partes: una pars est superior, & est ista pars ossis albauius quæ proprie dicuntur os clunium cui nunc insistimus: alia pars est inferior in q̃ sunt ossa caude seu alhosos quæ pars dicit̃ proprie osauium seu osanũ: de qua infra fiet sermo. Et Nicolus uocat ista ossa abhaus uel abhaum sic dicta dicit Almansor quia sunt in fine: & ob hoc uetula dicitur quia tẽdit ad finem: hæc Nicolus. Et ista ossa tam alhauius quam alhosos: teste Iacobo de partibus non sunt ueri sphondyli: quia dicit Aui. non uocare ea ossa sphondylos: & causa est quia sunt latiora ossa sphondylis sibi supra positis: nec correspondent aliis sphondylis ingradatione crementi: sicut alii sphondyli correspondent sibi inuicem secundum sub & supra: etiam iuncture istius ossis sacri sunt adeo stricte ꝙ non possunt moueri: sed in ueris

sphondylis est aliquis motus: sed quia sunt in coordinatione aliorum sphondylium secundum situm & habent intra se foramen per quod defertur nucha: & foramina neruorũ & allas: ideo dicuntur sphondyli non ueri & mẽdosi ab aliquibus. Numero ista ossa alhauius ab Aui. & ab Hali. ponũtur tria: sed. G. xii. de uti. c. xii. ponit i isto osse quattuor ossa sicut supra patuit: quia putauit alia duo ossa caude eẽ cartilagines. Numerus suarum partium teste Auic. est qualis sunt partes ossium alchatim: quando dicit & ossa quidem alhauius ossibus alchatim similia existunt: & dicit Iacobus ꝙ hæc similitudo est in tribus. Primo i numero additamẽtorum quæ additamenta sunt. xi. ut supra patuit: licet. G. dicat ꝙ additamenta non sunt nisi nouem. Secundo in iuuamentis ferrendi dorsum. Tertio in esse initium originis seu egressionis neruorum tibie. Colligantia sua est firmior & magis ingeniosa quã sit colligantia aliorum sphondyliũ teste Aui. & est adeo ingeniosa & firma sua colligantia sibi inuicem ꝙ. G. teste Iacobo de partibus putauit q̃ttuor ossa esse unum os. G. tamẽ dicit ubi supra ꝙ sũt quattuor ossa. Et nõ tantum sunt sibi inuicem hæc quattuor ossa firmissime & ingeniose alligata: sed etiam sunt similiter alligata ossibus ancharũ maxime duo ossa superiora ossis sacri: quæ sunt illa quibus alligantur ossa ancharum: ut possint ferre unam tibiam post alteram: & isto modo comprehenditur qualiter os sacrum seu alhauius desert' partem inferiorem totius corporis: & non facit hoc os lumbare iudicio meo: sed os lumbare. i. quinq; sphondyli renum sunt basis partium superiorum: quia coxe non mouẽtur in sphondylis renum: sed mouentur in ossibus ancharum seu fæmoris quæ ossa ancharum propter suam fortem colligantiam quam habent cum osse sacro sunt tanquam firmamẽtum & basis partium iferiorum. s. pedum magnorum: & ideo. G. xii. de utilit. c. xv. dicebat sacrum uero os quod est maximũ est ab inferius quod utiq; est uelut fundamentum aliquod compagini sphondylium sub misisse naturam dicebamus.

¶ Ecce lector ꝙ. G. uult ꝙ os sacrum sit basis sphõdylium renum: quamuis Auicen. supra dixerit ꝙ sphondyli renũ deferrant ossa fæmoris: quod iudicio uero non est bene dictum: quia ossa fæmoris deferuntur ab osse sacro: & ego ẽt

scitem saluare Auicen. si uellem obliquæ sentire: sicut faci unt multi ex nostris modernis: sed pro rei ueritate ossa fæ- moris deferuntur ab ossibus ossis sacri: & omnia ossa totius deferunt ab anima: mediãtibus neruis & musculis: & hoc est notum cuicunq; sed basis uera ossium superiorũ: & etiã ossium inferiorum est os sacrum: & non os alchatim. Et iõ G.xiii.de uti.c.vii.dicit etiam. Et tũc oportuit incipere fie- ri sacrum os simul quidem uelut fundamentũ aliquod dor so debens esse: simul autem gratia recipiẽdi super ascensio- nem ossium: quæ secundum uertebra: & inguina: sine qui bus neq; pubis ossa possibile erat fieri utilitates neccessari- as animali exhibitum & crurium articulatio quæ ad uerte brum omnino non fieret. Horum.n.primo gratia: iam au- tem & earum quæ secũdum matricem & uesicam & rectũ intestinum creauit amplum uocatum os quod sacrũ qui- dem nuncupant sub quo osse dicit.G.xii.de uti.c.xv. nul- la est præcipua particula: & ideo ipse non posuit in dorso alia duo ossa caude: quia nõ sunt particule præcipue tamẽ ab eis oriunt nerui ut infra dicemus.

¶ Nota lector φ ignaris nostri temporis medicorum tur- ba: credit φ os sacrum non sit in dorso: sed in pectine utrũ autem isti sciant anatomiã per ea quæ supra dicta sunt per te iudica: & aliqui credunt φ os sacrum sit tãtum in mulie re & φ sit in parte pectinis: supra uuluam seu fixuram colli matricis: & aliqui credũt φ ossa ancharum sint os sacrum: & ego & aliqui alii credunt φ dicatur os sacrum: quia dicit Auic. in capitulo de generatione embrionis φ in partu est necessarium ut separentur quædam iuncture: & substentẽ tur.s.matres: & tales iuncture adiutorio dei excelsi: post il- lud.i.post separationem talium ossium: & propter illud re- deunt in proximo.s.prædicte iũcture: & quia ex dictis Aui. colligitur: quod requiritur de adiutorio dei in tali apertu- ra & clausione: ideo dicunt aliqui & ego teneo cum eis iun cturas illas esse sacras. Illud tamen os φ dicitur sacrum est dictum sacrum a græcis & latum: & hoc põt uideri apud G. in multis locis. Et dico φ illud os quod aperitur in par- tu est os sacrum.s.sue iũcture cum osse fæmoris. Aperitur ẽt in partu iũctura ossis seu ossium fæmoris: quod sit os sa- crum patuit supra: ossa autẽ fæmoris sunt duo quæ dicunt

etiam ossa ancharum de quibus infra loco suo fiet sermo: q ossa fæmoris in directo pectinis habēt unam iuncturam q etiam aperitur in partu ut supra diximus. Et communiter ignari tenēt q aperiatur sola illa iūctura ossis fæmoris quæ est in pectine: & credunt q os in pectine dicatur os sacrum & non est uerum: quia os sacrum sunt quattuor ossa in dor so ut supra patuit: & ossa fæmoris sunt duo ossa i quibus si gūtur ossa coxarum: quæ coniunguntur ante in pectine: li cet etiam os coxe dicatur os fæmoris ut patuit i catalogo: & multi credunt q sola iunctura in pectine aperiatur i par tu: quia Dinus, & Gentilis, & Thomas de garbo uiri excel lentes: & multi alii dicunt q in partu aperitur os fæmoris: & ignari credunt q os fæmoris sit tantum in parte anterio ri pectinis: ideo dicūt solum os fæmoris aperiri in pectine: sed Dinus & socii quādo dicunt q os fæmoris aperitur in telligunt uel intelligere debent q aperit ante in pectine & a lateribus ubi coniunguntur illa duo ossa fæmoris cū osse sacro: & Bononiæ sunt & diu fuere aliqui & non diminuti doctores qui semper dixere sacrum os esse in pectine: & in anatomiis publicis illud asserebant: & pauperes scholares a cecis ducti cadebant secum ad foueā, sed quia ego supra dixi q aperiuntur iuncture ossis sacri cum osse fæmoris & q etiam aperit una iunctura in pectine, quæ est proprie os sibus fæmoris hoc notanter dixi: quia littera Auic. dicit q necessarium est q separentur quædam iuncture, & littera Aui. loquitur in plurali: & non in particulari: ergo secundū Aui. ultra iuncturam pectinis etiam aperiunt iūcture quæ sunt inter os sacrum & ossa ancharum, quia nullibi sūt iun cture, quæ possint aperiri in partu nisi prædictæ, & quod me mouet ad dicendum de mente Aui. q iuncture ossium ancharum cum osse sacro aperiantur: est sua littera: quādo dicit ut substententur. s. matres parientes seu tales iūcture adiutorio dei post illud. s. post apertionem talium iunctu rarum quia certa si aperiantur iuncture ossis fæmoris po sterius quæ dicuntur iuncture ancharum ab osse sacro ne cesse est q tales iuncture & etiam partes superiores matris substententur adiutorio dei: quia non possunt substentari partes superiores beneficio nature: quia nō habent basim super quo: & ita etiam propter illud. s. propter adiutorium

dei iuncture

dei iunctureredd eunt in proximo de per se ad cōtinuatio/
nem naturalem:& tales iūcture propter suam firmitudinē
nō possunt aperiri maxime i partu nisi cum adiutorio dei:
& ita etiam non possunt in proximo reddire ad suam cōti/
nuationem de per se nisi beneficio diuino:& dico ꝙ si sola
iūctura anterior ossis seu ossium fæmoris aperiretur/ quod
tamen est impossibile ut infra dicemus: non requireretur
ita adiutorium dei ad substentandam matrem:nec ad red/
ditionem sue continuitatis:quia talis iunctura posset stare
aperta lōgo tempore/ tam in mare quā in fæmina: & tamē
substentarentur partes superiores hominis: quia substen/
tarentur partes superiores ab osse sacro:mediāte forti liga/
tura quā habent adinuicem hæc ossa:& hæc sint dicta in ex
positione textus Aui.amicis meis & discendi cupidis:& di
co ulterius ꝙ est impossibile ut una sola harum iuncturarū
aperiatur:quia requiritur sic aperitur una ꝙ etiā una alia
consentiat huic motui:& credo omnino ꝙ possibile sit ꝙ
aperiantur due iuncture posteriores:& ꝙ non aperiat ante
rior:tamen credo ꝙ si aperiuntur posteriores ꝙ aperiunt
omnes tres:& qui nō comprehendit dicta nostra scilicet ꝙ
sit impossibile ꝙ una sola iunctura aperiatur sine alia non
est dignus nomine legitimi medici:sed debēt ire tales me/
dici ad carpentarios:& querere qualiter potest aperiri osti
um seu fenestra composita ex dubus partibus/ & ꝙ de tri/
bus suis iuncturis nō aperiatur nisi una:deinde reddeāt ad
medicinam & intelligent quomodo aperitur os fæmoris
seu anche ab osse sacro i partu:credo bene ego firmiter ut
supra dixi ꝙ iuncture si aperiuntur ꝙ parua sit sua apertio:
& ꝙ aperiantur in tribus locis.s.ante in iūctura ossium pu/
bis:& etiam retro uersus latera:ubi coniunguntur ossa an
charum cum osse sacro:& ꝙ me mouet ad dicendum ꝙ ta
lia ossa dislocantur & aperiuntur posterius est cōmune di/
ctum quod est.s.ꝙ in hoc multi credunt mulieribus: quæ
dicunt ꝙ iuncture dorsi & etiam ossis fæmoris aperiuntur
in partu.Ad credendum etiam illud me mouet auctoritas
prædicta Aui.sed dico ꝙ apertio est parua / & est prudēter
dictū:quia mox reddit:quia si esset magna mox non reddi
ret:& etiam est parua apertio:quia ossa ancharum plus di/
stant naturaliter ab inuicem in femina quam in masculo:

& hoc eſt uetiſſimum:nam mulieres habēt ſuas partes an/
charum ualde latas & diſtantes:& ſolū hoc eſt propter par
tum:& natura nō expoſuiſſet ſe tali periculo.ſ. ꝙ uoluiſſet
feminam imprægnari & nō poſſe parere:& ideo mulieres
habēt illam uacuitatem in qua eſt matrix:& ueſica:& rectū
multum latam:& de hoc eſt teſtis ſenſus:eſt teſtis etiā Cor
nelius Celſus:qui dicit ꝙ oſſa ancharum & pubis ſūt recta
in uiris:curua magis in exteriora in feminis:ne partū pro/
hibeāt:& hæc eſt ſumma ueritas ad ſenſum:& abſolute cre
do ꝙ ſæpiſſime nulla ex prædictis iūcturis aperiatur : quia
reperiuntur aliquæ muliebres:quæ habet anchas adeo la/
tas:ꝙ fœtus exit abſq; apertione aliqua iūcturarum:& iſtæ
mulieres nunquā habēt dolores in partu:& de iſtis ego ali
quas cognoui:tales etiām iuncture non aperiuntur quādo
fœtus eſt paruus. Aperiuntur etiā tales iuncture magis uni
mulieri quā alteri:& ob hoc aliquæ mulieres minores ha/
bēt dolores in dorſo: & i anchis:& aliquæ maiores: & illis
mulieribus quibus multum aperiuntur tales iuncture/ ſua
oſſa ſunt non multum lata/& illis quibus non multū aperi
untur iuncture ſua oſſa ſunt mediocriter lata:natura etiam
prudens plus & minus aperit tales iuncturas ſecūdum ma
gnitudinem fœtus. Et eſt notādum ꝙ cauſa doloris in par/
tu circa tales iuncturas eſt panniculus circundans imedia/
te talia oſſa/qui extendit̃ & in extenſione cauſat dolorem:
& ſi bene iuncture aperiuntur & ꝙ ſua ligamenta extendā
tur:propter hoc non percipitur dolor ſine extenſione pan
niculi:quia ligamenta ligantia oſſa inuicem non ſentiunt:
teſte Aui. prima primi. Et ultra prædicta ad confirmationē
ꝙ iuncture oſſis ſacri aperiantur:eſt textus Diui Hippo. in
libro de natura infantis qui ad litteram dicit . Et maxime
dolent quædam.ſ.mulieres:ſecundum lumbos:& anchas:
dolent autem & totum corpus:diſtant autem & anche ip/
ſarum:& anche non poſſunt diſtare niſi aperiantur ab oſſe
ſacro:& ambas dixit anchas ad oſtendēdum ꝙ neceſſario
due iuncture quæ ſunt a lateribus oſſis ſacri aperiantur in
aliquibus/& dixit in aliquibus:nō autem in omnibus: pro
pter rationem ſupra a me aſſignatam:quæ autem ſint an/
che omnibus eſt notū:ſed inter alios Auic. prima primi de
anatomia oſſium fæmoris:dicit coram alhauius.i.corā oſſe

facro quia os facrum & alhauius funt idẽ / ut fupra patuit: funt duo offa.f.unum a dextris & aliud a finiftris.quæ i me dio firma continuantur iũctura.f.in fæmore : & ipfa quidẽ funt ficut omnium fuperiorum offium fundamentum : & portantia & mutantia localiter inferiora: unum autem qđ ꝗ ipforum in quattuor diuidiť partes.f.nomine tantum. Illud.n.quod eft ad partẽ ilii filueftrem uocatur alhartafa: & os ilii:& illud quod ẽ ad anteriora uocatur os fæmoris: & illud quod eft ad pofteriora uocať os anche/ & domefti/ cum quod eft ad fuperiora uocatur pixis coxe:quia in ipfo eft concauitas quam caput coxe gibbofum ingreditur: & fuper hoc os membra pofita fũt nobilia:ficut uefica:& ma/ tirx:& fpermatis receptacula in uiris : & ficteris:& iteftinũ rectum.

❡Ecce lector ꝙ per Aui.illa offa quæ dicuntur anche funt prope os facrum in dorfo:&'fi diftãt in partu ficut dicit me dicorum lumen Hip.neceffario aperiunť ille duæ iuncture quæ funt a lateribus offis facri/ & hæc fcripfi ut tollatur tu/ rumor ifte .f. ꝗ fint iuncture quæ aperiuntur in partu.

❡Subftantia offis facri eft compactior & durior tefte fenfu quam fint aliqui alii fphõdyli & hoc eft quia os facrum ha bet fubftinere omnia offa corporis humani/tam fuperiora quam inferiora:& ideo oportuit effe durum/fua quantitas eft latior multo magis aliis offibus:& eft latior quã fint fu/ periores fphondyli cum fuis aliis : & ideo recte a.G. uocať os latum dorfi:& primum os eius fuperius eft latius fecun do:& fecundum tertio:& ita cõtinue alia fpina offa ufqꝫ ad ultimum os femper minorantur:hæc tamẽ nõ poffunt in/ tegre fcribi:fed requiritur uifus & tactus:& ideo faciãt ana tomias fua manu:& ad cimiteria uadant:ficut ego feci & fa ciam qui talia cupiunt intelligere.

❡Situs horum offium offis facri fiue fint tria fiue fint quat tuor offa fine medio eft fub fphondylis alchatim feu lũbo/ rum feu renum:& foramina offis facri: & etiam offis alho/ fos.i.caude per quæ exeunt nerui nuche nõ funt ante allas ficut in aliis fphondylis fuperioribus excepto primo & fe/ cundo fphondyli colli:& caufa fuit ne fui nerui comprime rentur ab offibus ancharum.Iuuamenta offis facri eft tue/ ri membra intrinfeca fibi uicina:& fubftentare totum cor/

pus tam iferius quam superius, & ideo dixit. G. sicut supra patuit ꝙ os sacrum est fundamentum aliarum uertebrarũ & aliorum ossium inferiorum. Passiones omnium modorũ potest pati os sacrum & inter alias passiones patitur dislocationem suarum iuncturarũ cũ osse fæmoris: q̃ naturaliter in partubus: adiutorio diuino reddunt ad pristinum locum teste Aui.

De Osse Alhosos Quod Dicitur Os Caude.

Post os sacrum sunt tãtum duo ossa: nec etiam ossa habentur a. G. sed sunt secũdum eum cartilagines: imo dicit. G: xii. de uti. c. xv. sub osse sacro nullam esse precipuam particulam: sed Aui. post os sacrũ quod ipse uocat os alhouius: ponit unum membrum compositũ ex tribus ossibus cartilaginosis: quod uocat alhosos: nã alhosos alhososi & hosos & alohos sunt idẽ apud arabes: & Rasis uocat istud os alhaos & etiã alhosos: & Auer. uocat istud os caudam: & Rabi Moyses uocat agiz: & Hali. secundo theorice c. iiii. dicit ꝙ penes ipsum istud os non habebat nomẽ: sed ipse Hali. imposuit ei hoc nomẽ. s. osanũ: copositũ ex Ani nomine: qui in eo est: & osse uocabulo.

¶ Nota lector ꝙ quãuis istud os ab Auerroe & a cõmuni usu: dicatur cauda: & ꝙ etiam cauda proprie non sit nisi ultimũ de prædictis tribus ossibus alhosos, maxime illud ꝙ est uersus sicteri: cauda tamen significat illam partem inferiorem inter anum & uuluam: nam Aui. xxi. tertii tractatu primo. c. xviii. dum ponit signa apropinquationis partus: dicit ꝙ mollificatur cauda mulieris & ꝙ inflant eius inguine. Et Nicolus sexto sermõe capitulo de partu in generali in fine capituli: uidetur uelle ꝙ cauda sit ille locus qui est inter uuluam & anum dicendo. Dixit. G. & ponitur nono continentis: uocauit autẽ caudam agrum: & exponitur ibi i. locus inter uuluam & anum. Reperiuntur tamen aliqui homines ꝙ habent extra cutim certum additamẽtum qd' uocatur cauda: sed de osse alhosos in præsenti est sermo ꝙ cõmuniter dicit' cauda: & maxime sua ultima pars. Os igitur alhosos dictum os caude componitur ex tribus sphondylis cartilaginosis: qui non habet additamenta.

¶Nota lector q Aui. uocat ossa alhosos sphondylos: ne sicut dicit Iacobus de partibus aliqs credat ipsos nullo modo esse sphondylos/ propter quia carent spinis & allis: non totaliter tamen carent prædictis spinis & allis ut monstrat sensus/ numerantur etiam inter sphondylos talia ossa: teste Iacobo propter tria. Primo quia sunt uia & tutamentum nuche sicut alii. Iudicio tamẽ meo non est ibi nucha sed solum nerui ut infra dicetur. Secundo numerãtur inter sphõdylos talia ossa: quia ab eis exeunt nerui sicut ab aliis sphõdylis. Tertio quia sunt pars partis posterioris sicut alii.

¶Substantia sua est ossosa cartilaginea. i. non multum dura: durior tamẽ cartilagine: & mollior osse: quia ista ossa sũt circũ uestita teste Iacobo notabili cartilagine: & ultimum de prædictis ossibus uocatur cartilago ossosa a Rasi: quia plus habet de cartilagine q̃ alia duo ossa sibi supraposita.

¶Numero sunt tria ossa: licet ut supra dictum est de mente Alberti interdum sint quattuor & quinq;. Sua colligantia inuicem est fortis: flecti tamẽ possunt propter suam substantiam aliqualiter plicabilem seu flexibilem: quantitate sunt parua: figura sua tẽdit inferius uersus acutum: uersus latera habent latitudinem: & duo ex eis superiora habent notabilem latitudinem: ultimum uero in sua superiori parte non habet maiorem latitudinem digiti honeste quãtitatis: & inferius tendit in acutum: situs suus est infra omnia alia ossa partis posterioris hominis: sua iuuamenta cuilibet possunt esse nota. Passiones omnium modorum possunt pati hæc ossa.

De Nucha & Neruis Ortis ab ea.

POstq̃ uidimus partes exteriores posteriores corporis humani in uniuersali & in particulari: congruum est ut ad partes eius interiores deueniamus. s. ad nucham & ad ipsius partes: & ut melius uideantur tales partes intrinsece: debet operator a summa uertebra seu sphondyli quæ est capiti alligata incipere operari: & per mediũ debet cum diligentia in duas partes diuidendo totum corpus icidere omnia uertebra dorsi a summa ad imam. s. usq; ad caudã: & debet operari taliter q remaneat maior pars

nuche ad unũ latus ut melius possit uideri nucha & orta ab ea: & sufficit opatori & aliis si bñ uideatᷣ nucha ad unũ latus tantum: quia uiso uno latere eius comprehenditᷣ qualiter est nucha in alio latere: & alligata: & quibus membris tecta: & ita cetera alia de nucha comprehenduntur uisa sola una parte eius laterali: hoc facto debent circa nucham cõsiderari ea omnia quæ dicta sunt de aliis mẽbris. Et est primo notandum: ꝙ hoc nomen nucha est corruptum: teste Leoniceno/sed dicitᷣ dorsalis seu spinalis medulla: nochos enim græce secundum aliquos: est idem ꝙ dorsalis medulla: & ita nominatur a. G. xii. de uti. capit. xv. ab Aristo. uero secundo de partibus capitulo. vi. & . vii. uocatur medulla spine seu dorsi. G. etiam sæpe nuchã uocat solum dorsalẽ: & Auer. secũdo colliget uocat filum spine: nec nucha secũdum aliquos est uere medulla sicut sunt aliæ medullæ ossium: quæ sunt ad humectanda ossa: & secũdũ aliquos ad ea nutrienda: sed quia nucha est posita in uacuitate intrinseca ossium prædictorum: sicut sunt aliæ medullæ ĩ aliis ossibus ideo est uocata medulla: & etiã cerebrũ uocatur medulla quia est meditulium cranei. Et nucha nõ est medulla: quia non est membrum sanguineum seu a sanguine emanans: sicut est medulla quæ est inter alia ossa: quæ secundum aliquos est membrum: & secundum aliquos nõ est membrũ sed est superfluitas nutrimenti ossiũ gratia boni finis facta: sed nucha est membrum spermaticum: & secũdum Auicẽ. prima primi capitulo de iuuamẽtis dorsi in nucha est pars cerebri: & . G. ubi supra. c. xv. uocat nucham cerebrũ secundum: & secundo techni dicit nucham oriri a cerebro. Sua substantia est uiscosa humida cum aliquali soliditate. Arist. tamen ubi supra. c. vi. implicite dicit ꝙ non est humida: dicendo: nam si ex seuo aut ex pinguedine esset: non equæ ꝑpetua esse posset: sed uel fragilis uel humida esset: & teste Rabi suorum aphor. parti. prima est mollis & grossa parũ uiscosa: & solidior quam substantia cerebri: & est grossior seu maior in parte superiori: & descendendo semper minoratur usqꝫ ad locum ad quem finitur: qa continue a sua substantia exeunt multi rami neruorum ad membra corporis tendentium. Complexio nuche ponitur diuersa ab auctoribus: & ab Ari. ubi supra. c. vii. ponitur calida: & Ari. ibidem

ponit in nucha pinguedinem & assungiam: & uidetur uelle ꝙ nucha sit calida ut contra operetur frigiditati cerebri: & ibidem Ari. non concedit ꝙ nucha oriatur a cerebro: sed dicit ꝙ nucha seu medulla dorsi est pinguis: ut possit continuari cerebro: aliter tamen sentit Aui. ubi supra: quia dicit ꝙ est pars cerebri: & etiã. G. in pluribus locis hoc affirmat. Et Auer. secundo colliget. c. iii. qui semp tuetur partẽ Ari. in oibus fere aliis eius opinionibus est ei ꝯtrarius de cõplexione nuche: & dicit ibidem ꝙ cerebrũ est frigidum, ideo ꝙ maior pars suarum partium est substantia medullaris & neruosa & similis huic: & dicit ꝙ natura medulle quæ est in ipso est diuersa a natura medulle quæ est i ossibus: quia tu uides ꝙ nõ est in eo pars pinguosa aut unctuosa: & quãdo coquitur ad ignem ingrossatur & desiccatur: ideo quia pars aquosa quæ est in eo exsiccatur per calorem & remanet pars terrestris: & subdit & quẽadmodũ diximus de cerebro eodem modo diximus de nucha. Auic. etiam prima primi de complexionibus membrorum ponit nucham inter membra frigida: est tamen minus frigida cerebro. G. tamen secundo de complexionibus dicit ꝙ complexio cerebri est calidior & humidior nucha: sed Cõciliator diff. xxv. auctoritate. G. tertio alimẽtorũ dicit ꝙ est similis cõplexiõi cerebri: dicit tamen ꝙ intelligitur de complexione potentiali: certe ista est magna discordia inter medicos & Ari. & etiam Aui. in libris de animalibus dicit complexionem nuche esse calidam: & ego omnino puto tenendum esse cum Auic. prima primi & cum aliis medicis: qui tenẽt nucham esse frigide complexionis: cuius frigiditatem ostendũt nerui orti ab ea: tum etiam quia de facili læditur pars dorsalis a frigore: sicut & cerebrum: quia frigus extinguit suũ paruum calorem: tũ quia calida exterius ceruici applicata cõfortant eam: tamen quia hæc est quæstio diffinita persuasibiliter a Conciliatore ubi supra & a multis aliis ad alios auctores breuitatis gratia uolo ꝙ habeatur recursus. Et inter alios Iacobus de partibus dat ad concordantiam prædictorum auctorum triplicem diuisionem complexionis & cerebri & nuche, una quarũ est eis innata ab elementis componẽtibus: alia est influxa ab aliis membris: alia est mixta ex innata & influente: & sic nucha potest mediante

ista distinctione dici interdum calida: & interdum frigida: uide Iacobum: figura nuche est rotunda extensa secundū lungum spine. Quātitas secundum altum & profundum omnibus est nota: quia est tanta quāta est nucha porci: sed in homine secundum longum non est nucha sicut cōmu/niter scriptum est ab auctoribus: qui dicunt ꝙ nucha est a capite per longum usq; ad os caude: & non est uerum: imo nucha non transit decimū quartum sphondylum a sphondyli ultimo colli inferius. s. ꝙ non transit secundum sphondylum de superioribus alchatim seu lumborum: & iterdū non transit duodecimum sphondylum metaphreni: sed fi/nitur sæpe ubi alligatur diaphragma dorso: & utrunq; ego uidi. s. ꝙ interdum nucha non transit duodecimum sphondylum de sphondylis costarum: & interdum uadit usq; ad interfinium secūdi & tertii sphondyli superioris alchatim seu lumborum uel renum: & Alexāder Achillinus pluries & ego simul notauimus hoc: sed tempore suo non trāsiuit duodecimum sphondylum costarum & ipse sic notauit in sua confusa anatomia: ego tamen uidi interdum nucham a capite descēdere usq; ad interfinium illud quod est inter secundum & tertium de sphondylis superioribus regionis renalis. Et nunq̄ uidi in aliquo corpore ꝙ nucha descēdat magis inferius quā dictum est supra/ maxime i corpore humano. Et ab isto loco prædicto infra in quo non est nucha descendunt tot nerui simul mixti quot sunt foramina la/teralia in inferioribus sphondylis ueris & non ueris/ per quæ foramina exeunt prædicti nerui sicut faciunt a su/perioribus sphōdylis: & Achillinus dicebat ꝙ nucha non descēdebat magis infra ut scilicet illi nerui iseriores essent magis duri ad fortes motus maiorū pedū substinendos: & ita ē color nuche ē albus. Numero nucha ab aliqbus ponit duplicata: & dicūt ꝙ sicut cerebrum est diuisum in dextrū & sinistrum ita etiam nucha est diuisa in dextrū & sinistrū: ut si contingat nocumentum uni parti ꝙ non contingat alteri & hinc est ꝙ in eius superficie apparet certum filū qđ diuidit nucham: hæc tamen diuisio iudicio meo non uide/tur: est bene uerum ꝙ in superiori parte uersus cerebrum ad paruam distantiam uidetur diuisa non ab utroq; latere sed i uno solo: ab inde uero ifra apparēter nō uidet diuisa

& dicunt

& dicunt præfacti auctores inter quos est Mundinus ꝙ ratio dictat nucham esse diuisam/ quia contingit paralesis in uno solo latere & non in alio: ista tamen sunt iudicio meo imaginabilia/ qa absq̧ diuisione potest fieri paralesis unius lateris & non alterius: quia stat ꝙ porositates quæ sunt in nucha descendāt directe a summo usq̧ ad imum: & stat ꝙ facta opillatione talium porositatum unius lateris in parte sua superiori ut non possit spiritus descendere ad illam partem opillationis/ & tunc in illa parte superius opillata sua membra erūt paraliticata/ & hoc exemplum potest uideri in arbore uitis in quo uidētur sue porositates directe descēdere a summo ad infimū: & tamen in eis non est diuisio: & ultra arborem uitis sunt etiam multa arbusta rare substantie in quibus comprehēduntur porositates perpendiculares a summo ad imum: & ita etiā iudicio meo potest esse in nucha: tamen ego nolo negare neq̧ approbare ꝙ diuisio sit in nucha/ dico bene quātum ad sensum ꝙ nucha nō est diuisa i duas partes: & credo ꝙ si nucha fuisset didima sicut fertur ꝙ Rabi Moyses prima suorum aphorismorū fecisset mentionem de ea inter mēbra didima sicut facit de aliis multis membris didimis. Sita est nucha in medio sphōdylium a capite inferius usq̧ uigesimum primum sphondylū ex ueris sphondylis: includendo in eis duos sphondylos renū: & .xii costarū: & septē colli: & incipit magis descendere a capite uersus partem posteriorem capitis quā uersus partem anteriorem: & ita etiam suus situs per sphondylos est magis uersus partem earum posteriorem quā anteriorem: & ita quia sphondyli sunt in parte posteriori hominis necessario nncha est sita secūdum partem posteriorem/ & nucha in suo descensu est sita in substantia sphōdyliū teste Aui. prima primi in capitulo de iuuamento dorsi: ut sit custodita a nocumētis occurrentibus exterius/ & intra sphōdylos sunt tres panniculi uestientes nuchā teste Rabi prima aphoris. suorū istis uerbis. Nucha corpus molle quod egreditur a cerebro per omnes iuncturas spine circundatur eisdem pelliculis quibus circundatur cerebrum: & una pellicula adheret reliquæ: & he circundantur siphac inuoluto super eis ex parte exteriori quasi tota pellicula forti & dura de genere nerui ut defēdat ipsam fortitudine

uirtutis & duritie ſua:& prima pellicula quæ circundat nu
cham habet ortum a pia matre:& eſt uenoſa & arterioſa ſi/
cut illa q̃ cerebri/ minus tñ quia nucha tanto non indiget
nutrimẽto ſicut cerebrũ : & ſecũda pellicula eſt orta a dura
matre/ & tertia eſt adherẽs oſſibus ut tueat̃ duram matrẽ a
motu nuche : & cerebrum nõ indiguit niſi duabus pellicu
lis quia oſſa cranei non mouẽtur ſicut ea quæ ſphondyliũ.
¶ Nota lector ꝙ cerebrum & nucha cõmunicant in duo/
bus.ſ.in ſubſtantia & in eſſe principium neruorum:diſcon
ueniunt tamen in tribus primo in hoc ꝙ cerebrum moue/
tur motu dilatationis & conſtrictionis:nucha uero non di/
latatur neq; conſtringitur/ ſecundo diſconueniũt in hoc.ſ.
ꝙ dura mater non adheret pie matri ubiq; circa cerebrum
ſicut facit circa nucham : imo diſtat dura mater in craneo
a pia matre & oppoſitum facit intra ſphondylos/tertio diſ/
conueniunt in hoc.ſ.ꝙ dorſalis medulla eſt ueſtita tribus
pelliculis & cerebrum ueſtitur tantum duabus ut ſupra di
ctum eſt/ & ideo:G.xiii.de uti.c.viii.dicebat propterea ue/
ro ſunt alterutre quoniam quidem pulſat cerebrũ groſſa
miringa diſtat in tantum quantum ſufficiebat/dorſalis in
idem acceſſit cum ſubtili neq; in modico diſtant quia ue/
ro nullus rurſus quidẽ apparibilis exiſtit motus in oſſibus
quæ ſecundum caput/in eis uero quæ ſunt ſecundum dor
ſum fortis / i cerebro quidem nullum ultra groſſam mirin
gam aliud circum oppoſitum eſt tegimen: in dorſali uero
illa tunica neruoſa & fortis cuius parum antea memini:nã
durum curuatur & flectitur. Aliquando autem extenditur
dorſum/conſimiliter ei flexa & tẽſa dorſalis prompte utiq;
quaſſaretur non circũ appoſito ei tali tegimine. Et huic ter
tiæ tunicæ ſuper appoſitus eſt flegmaticus humor ſicut ſu
per ponitur urinatiuo poro:& ſicut circa uniuerſos articu/
los:& circa linguã ne exſiccẽtur p̃dicta membra ex motu.
¶ Nucha etiam teſte Zerbo habet duo exitus per quos ex
pelluntur ſenſibiliter & iſenſibiliter ſue ſuperfluitates qui
autem ſint iſti exitus non dicit:ſed dicit meatus autem per
quos ſit inſenſibilis expulſio forſan ſũt duo foramina i oſſi/
bus ſphõdylium quæ diximus.ſ.foramina per quæ exeũt
nerui:& ego credo ꝙ per illa foramina reſoluant̃ ſuperflui
tates nuche ſenſibiliter:quia nucha non habet alia loca ad

quæ sensibiliter mittat suas superflitates nisi per loca neruorum: & hoc patet in artetica & guta: insensibilis uero resolutio superfluitatum nuche fit per poros suorum panniculorum & per poros spine: & ita est tenendum saluo semper saniori consilio.

¶ Iuuaméta nuche sunt multa & dicit Auer. & idem dicit Conciliator ꝙ nucha est tanquã claus descẽdens per sphõdylos ligans eos: est.n.nucha principium omnium neruorum exceptis neruis cerebri: necesse.n.fuit nucham famulari cerebro in deferendis neruis ad membra: nã teste Aui. prima primi capitulo de iuuaméto dorsi: & teste.G.xii. de uti. nisi nucha famulasset cerebro esset necessarium caput multo maius esse quã sit: & sic aggrauaret supra totum corpus: & ideo nucha iuuat ad producẽdos neruos ad partes inferiores pro maiori parte: quia etiam a capite infra ueniunt aliq nerui a cerebro ut supra patuit: & ideo nucha ueniens a cerebro emittit a se neruos, sicut a fonte ueniũt canales: nucha præstat etiam iuuamentum transmittendi spiritum animalem ad mébra: quia in hoc est uicaria cerebri: teste Aui. & ita p prædicta conseruat animal propter motum membrorum: quæ si non moueantur amittitur uita: & hoc comprehenditur in totali opillatione nuche uel in magna dislocatione sphondylium. Et ideo dicebat.G.xii. de util. coincipiam igitur narratiõem a principalissima omnium illarum quæ sunt secũdum dorsum particularũ quã nominant dorsalem medullam: & subdit: si.n.omnino nõ esset facta: duorum alterum sequeretur: aut.n.immobiles omnes quæ post caput particule animalis omnino essent: aut a cerebro oporteret omnino ad singulam earum seorsum deriuari neruum: sed siquidẽ immobiles omnino facte essent: tunc sicut parum antedictum est nõ esset adhuc animal: sed uelut lapidea uel lutea creatura: a cerebro uero deferre ad singulam particularum neruum: nimium ferme negligẽter esset creatoris de infallantia eorum: nedum.n. neruum quãtũcũq; subtilem rumpi & quassari potentem: per multam distantiam deriuare nõ erat tutum: sed etiam neq; aliud fortium organorum: & subdit etiam quo circa fuit melius & dorsalem uelut fluuium aliquem ex fonte.s. cerebro fluentem secundum unãquãq; regionem per quã

trāsit mittere neruum uelut riuum aliquem sensus & motus: quod uterq; & apparet fiens: semp.n. unicuiq; uicinantium particularum ex adiacente parte dorsalis neruus explātatus imititur. Passiones nuche sunt omnium modorū.
¶ Nota lector ꝙ Conciliator dicit in additionibus Mesue ꝙ iungere spinam cum appropriatis est medicamen singulare per quod confortatur uirtus regitiua totius: & est causa longitudinis uite humane & defensio spiritus uitalis: uide ibidem Conciliatorem qui super hoc dicit aliqua notatu digna: & ordinat certas medicinas pro nucha ungenda.

De Neruis Ortis a Nucha in Cōmuni.

POstquā uidimus qd sit medulla dorsalis: & unde trahat suum ortum: & suam colligantiam: & postquam sunt uisa alia de ea uidenda: nunc ad neruos ab ea ortos deuenio: & nerui nuche sunt principaliter ad motū, iō sunt duriores neruis a cerebro explantatis: dant tamen etiam sensum, & nerui cerebri sunt molliores: quia principaliter sunt ad dandum sensum: tamen etiam a cerebro ueniūt nerui ad membra propter motum: ut supra patuit. & ideo G. ix. de uti. dicebat neruos factos esse ut darent sensum & motum particulis: & nerui nuche quia dant maiorem motum quā sensum dicūtur a multis nerui motiui: tamē etiā præstant sensum membris ad quæ uadūt pro motu. Et. G. xvi. de uti: & Rabi Moyses prima suorum aphor. dicunt ꝙ omnis neruus est sensitiuus. Substantia horum neruorum est solidior neruis a cerebro descendentibus, & ratio est qa distant a fonte humiditatis: & est solidior quia oriunt a nucha: quæ est solidior substantia cerebri: & nucha oritur: ut dicit cōmuniter a parte posteriori cerebri: quæ est solidior parte anteriori ipsius: sunt tamen aliqui qui uolunt ꝙ nucha oriat a parte anteriori cerebri magis quā a posteriori: & ego sum cum illis: quia nucha non est eius coloris cuius est cerebrum posterius: sed præcise est similis in colore substantie cerebri anterioris: nec ad sensum uidetur ꝙ nucha sit separata a parte anteriori cerebri: sed est ei continua continuatione firma: & sūma ueritas est ꝙ etiam cerebrum posterius est ei continuum: sed non est magis continuum cū

nucha q̄ sit pars anterior crebri neq̧ tantū: & ista continuatio nuche cum parte anteriori & cum posteriori cerebri est in eodem fere loco. Nam ubi est glandula quæ dicitur conarium de qua preteriit sermo quæ est in substātia cerebri in directo laude cōmissure: ibidem & non alibi cerebrum posterius est cōtinuum cum anteriori: & ibidem nucha est continua: cum utraq̧ substantia cerebri: sua tamen continuatio est cum parte anteriori cerebri magis quā cū posteriori: & hoc optime uidetur ad sensum: & propter istam cōtinuationem maiorem quam habet nucha cum parte anteriori cerebri: & quia cerebrū anterius & nucha sunt eiusdem coloris: ego credo ꝙ nucha magis oriatur a parte anteriori cerebri quā a posteriori. Et credo etiā ꝙ nucha oriatur a parte anteriori cerebri: quia si debent deferri species sensus tactus per neruos nuche ad sensum cōmunem: qui ponitur cōmuniter in parte anteriori cerebri: debet nucha esse continua cum parte eius anteriori: & quamuis nucha sit magis similis in substantia parti posteriori cerebri. s. dura: illa sua durities & soliditas non est quia habeat ortum a cerebro posteriori: sed est solida quia elongatur a fonte humiditatis cerebri: quæ est ante: & quāto nucha plus distat a cerebro plus est dura: & ita nerui nuche quia plus distant a fonte humiditatis quā nerui cerebri sunt duriores: & natura prudenter uolit istos neruos distare a cerebro: ut magis essent duri propter motum: quæ tamen durities est mixta uiscositati & aliquali humiditati: quia aliter esset frangibilis: ut igitur tales nerui essent flexibilles sūt uiscosi & humidi: ut autem possint sufferre fortes & magnos motus sūt duri: & ideo dicebat Auic. prima primi ꝙ per semitas obliquas & non directas incedunt nerui: ut gradatim elongentur a suo principio: & acquirant duritiē quæ est neruis motiuis necessaria, & in substantia neruorum non est concauitas aliqua manifesta: in qua contineatur humor aliquis sicut in uena: sed in neruo sunt porositates in quibus recipit & digeritur eorum proprium alimentum, sicut etiam sunt in substantia cerebri: & nutrimētum nerui est ei proportionatum. s. uiscosum & grossum: & ideo si fit in eis opillatio sicut in paralesi est difficilis cure propter uiscositatem: difficilis est etiam cura talium opillationum: quia de difficili pe

netrant medicine ad neruos:quia sunt in remotis locis: est etiam difficilis cura talium opillationum:quia nerui habēt paucum colorem naturalē : & calor multus requiritur ad opillationes aperiēdas:igitur sunt difficiles tales opillatio/nes ad curandum.

¶Sua cōplexio optime est tacta a principe prima primi q̄ ē frigidior nucha/ & calidior pāniculis/ & nerui motiui sūt calidiores puris sensitiuis qa plures habent spiritus:ad agē dum.n.requiruntur plures spiritus quā ad patiēdum: mo/uere.n.est agere/ sentire uero est pati:& etiam sunt calidio res quia motus calefacit eos / data paritate in aliis : puta in magnitudine/ & in loco:nerui.n.sensitiui circa cor sunt ca lidiores neruis motiuis manum/ & nerui obtici propter su am magnitudinem plus habent de spiritu quam multi mo tiui simul:& ideo obtici sūt calidiores motiuis:& nerui mo tiui sunt sicciores sensitiuis in complexione : & quāto sunt sicciores sunt potentiores pro motu:requiritur tamē ut ēt alibi diximus q̄ sua siccitas sit naturalis & nō spasmosa seu præter naturalis.Color neruorum tam nuche quā cerebri est albus.Figura sua est rotunda:sua quantitas non est eq̄/lis:aliqui.n.eorum sunt maiores aliis:ut infra uidebitur.

¶Numro nerui nuche a multis ponūtur triginta paria : & unus neruus ; sed teste Hali. & teste sensu sunt triginta & unum par/ & unus neruus impar: ut latius infra dicemus: & multi putant q̄ sicut sunt tantum triginta sphondyli ue ri & non ueri q̄ solum sint etiam.xxx.paria neruorum : & unus neruus ortus a fine caude:sed nō est sic: qa sunt.xxxi. par:& unus neruus solus sine socio ortus ab extremo ossis ultimi alhosos quod proprie cauda uocatur/ & sic ad sensū reperiuntur & cōmensurantur seu numerantur isto modo s.nam primum par neruorum oritur a primo sphōdyli col li/ & secundum par oritur ab inter medio primi: & secundi sphondyli.Et similiter unum aliud par etiam oritur inter secundum & tertium sphondylum colli : & descēdendo q̄ libet sphondylus habet unum par neruorum ei correspō/dentem aut in confinio sui socii/aut in orificio sibi proprio sed ultimus sphondylus alhouius:qui est tertius sphondy/lus seu tertium os descendendo de osse sacro : habet suum par neruorum sicut habent sui superiores: sed inter istum

ſphondylum & primum de ſphondylis alhoſos: in coniun
ctura eorum eſt aliud par neruorũ:& propter iſtud par du·
plicatum in iſto ſphondyli duplicatur unum par neruorũ
in oibus ſphõdylis inferioribus / qa ẽt poſtea deſcẽdẽdo in
ter primum & ſecundnm ſphondylem alhoſos eſt unũ ali/
ud par neruorum:& inter ſecundum & tertium eſt unum
aliud par:& a ſine tertii oritur unus neruus : & iſto modo
numerantur/nam a primo ſphondyli colli deſcẽdẽdo uſq;
ad illam coniugationem:quæ eſt inter ultimum ſphondy
lum colli & inter primum ſphõdylum coſtarum:ſunt octo
paria neruorum:includendo in eis neruos exeuntes a præ
dicta coniugatione:quæ eſt inter ſphondylos colli:& ſphõ
dylos metaphreni. A ſphondylis uero coſtarum exeũt duo
decim neruorum paria:& a ſphondylis renum ſeu lumbo/
rum uel alchatim:exeũt quinq; paria neruorum/& a ſphõ
dylis alhouius exeunt tria paria:& a ſphondylis alhoſos p
ſua interſinia exeũt etiam tria paria:& a ſine eius exit unus
neruus:& iſto modo ſunt primo octo paria: deinde duode
cim:deinde quinq;:deinde tria/ & iterũ tria paria : deinde
unus neruus ſolus quæ paria in totum faciũt.xxxi.par ner
uorum : & unus neruus impar reperitur ut ſupra dictũ eſt
qui oritur ab extremo oſſis caude.G.tamen.xii. de utili.c:
xv.nõ ponit niſi uiginti nouem paria neruorum nuche : q
dicit ꝙ a nucha ſeu a dorſali producũť quinquaginta octo
nerui:tamen Hali.Raſis:Auer.& Aui.dicunt ꝙ ſunt trigin
ta & unum par cũ uno neruo impari orto a ſine caude : &
puto ꝙ.G.nõ poſuerit niſi.xxix.paria neruorum: quia nõ
fecit i dorſo niſi.xxviii.ſphõdylos/ & poſuit unũ ſolũ ſphõ/
dylum habere duo paria neruorum:ſed ſunt aliqui alii ul/
tra.G.qui dicunt ꝙ non ſunt niſi.xxix.paria neruorum/&
iſti ſequuntur Galenũ.Situs iſtorũ neruorum eſt talis qua
lis eſt ſitus foraminum ſuorum exiſtentium in ſphõdylis:
& iſtorum neruorum ſitum magis particularem dicemus
in anatomia particulari eorum : & etiam eorum colligãtiã
licet non poſſit horum neruorum haberi uera colligantia
ad ſenſum niſi in corporibus eliquatis in aqua:& etiam cũ
magna difficultate credo ꝙ uideatur i talibus corporibus
eorum colligantia:& ego nunquã uidi ſuam colligantiam
niſi per ſcripturam.Iuuamenta horum neruorũ ſunt præ/

bere sensum & motum membris ad quæ accedunt. Passiones omnium modorum possunt pati isti nerui: & patiunt sæpissime si sphondyli nuche dislocētur: quæ dislocatio fit a casu & a percussione ut plurimum, dislocātur etiam propter aliquod apostema accidēs membris sibi uicinis: puta aliquibus musculis: aut neruis: istos modos dislocatiōis remitto uidendos breuitatis gratia apud. G. quarto interiorum. c. iii. qui multa dicit notatu digna.

De Neruis Colli a Nucha Ortis.

Numero ut prædictum est nerui colli sunt octo paria & quodlibet par habet duos neruos quorum unus est a dextris, alius a sinistris.

¶ Primum par quantitate est paruum & gracile: teste Aui. quia paruum habet motum: & etiam habet parua foramina per quæ exit a sphondyli, & ideo est paruum par: & fuit paruum foramen in sphōdyli primo propter suam exiguitatem & debilitatē: quia si habuisset magna foramina per q̄ exiuissent nerui non fuisset forte ad substentandum caput: & talia foramina sunt parua in homine & in simia, magis quam in animalibus habentibus magnos & fortes musculos mandibularum: teste. G. xvi. de uti. situs suus est in primo sphondyli: teste Aui. & Hali. & distribuuntur in musculis dantibus motum & sensum capiti. G. tamen. xiii. de uti. uidetur uelle ꝙ primum par non sit sufficiēs ad hoc: sed dicit ꝙ requiritur aliqua portio secundi paris.

¶ Secundum par neruorum colli est inter primum & secūdum sphondylum non intra allas statim sicut in aliis sphōdylis inferioribus. Immo teste Aui. transuerse ascēdit usq; ad supremum sphondylum deinde reflectitur ad anteriora & diuiditur super tunicam extrinsecam auriū: & istud par secūdum iuuat primum i motu lacertorum capitis: & hoc secundū par diuiditur in cuti capitis pro parte & dat ei sensum: & isti nerui habent tres partes: una earum dat sensum cuti capitis: alia iuuat musculos qui sunt post collū: altera diuiditur in lacertos: teste Hali. qui in scapulis super sunt.

¶ Tertium par quod est inter secundum & tertium sphondylum colli & uterq; eorum neruorum: diuiditur in duos

ramos:

ramos: quorum primus ramificatur i fundo musculorum mouentium caput cum collo: & tandem uadunt ad aures: & in animalibus habentibus mobiles aures dant auribus motum: secundus ramus huius paris uadit ad latũ musculum anterius spatule: uidetur tamen uelle. G. xiii. de uti. ꝙ isti rami misceantur musculis genarum & musculis eleuãtibus totũ collum cum capite ad posteriora: & uult. G. ꝙ isti nerui misceantur secundo pari & quarto ut simul sint fortiores.

¶ Quartum par quod est inter tertium & quartum sphondylum diuiditur sicut tertium par in parte tendente uersus anterius & in parte tendente uersus posterius: & pars quæ tendit ad ante est parua teste Aui. quæ admiscetur pari quinto: & teste Zerbo aliqui uolunt ꝙ ab ista parte tendẽte ad anteriora separẽtur rami similes telis aranearum incedentes super arteriam appopleticam: & deinde super duo latera mediastini panniculi donec perueniãt ad diaphragma & iste ẽ. G. xiii. de uti. c. ix. & tacite adducit ipsũ Aui. pars uero maior quarti paris ad posteriores partes colli reflectitur & profundatur in fundo musculorum qui ibi sunt: & uenit usq; ad extremum spinarum: & ascendit usq; ad musculos qui sunt cõmunes capiti & collo & eis cõmiscetur, postea uertit se ad partẽ anteriorẽ & cum musculis maxille cõtinuatur: & Rasis uidet̃ uelle ꝙ ab isto quarto pari uadant rami ad musculos dorsi.

¶ Quintum par neruorum colli quod est inter: quartum & quintum sphondylum etiam in duos diuiditur ramos: cuius minor ad anteriora tendens musculis curuãtibus caput admiscetur & aliis musculis cõmunibus capiti & collo: teste Rasi & Aui. Hali. tamen dicit partem minorem huius paris tẽdere ad scapulas & in eius lacertis spargi. Secũdus uero maior de prædictis ramis quinti paris in duos diuiditur ramos: teste Auic. quorũ primus peruenit ad supremum saptule: & ibidem miscetur cum eo aliqua portio sexti & septimi paris: secundus autem ramus admiscetur sexto & septimo pari transiens usq; ad diaphragma: & ita tenent Rasis & Aui. G. tamen dicebat. xiii. de utilit. a quinto pari etiam neruos tendere ad musculos mouẽtes maxillã.

¶ Sextum par: quod est inter quintũ & sextũ sphõdylum

colli:& septimũ par:quod est inter sextũ & septimũ sphondylum:& octauũ par quod est inter ultimũ sphondylũ colli:& primũ de sphondylis costarũ:sunt adeo ad paruam distantiam post eorũ exitũ a sphondylis cũ suis ramis colligati:ut de his omnibus simul determinant auctores. Et dicit Aui. ꝙ maior pars sexti paris trãsit ad superficiem spatule: alia uero pars uadit ad diaphragma:& dicit etiam Aui. ꝙ a quarto pari & a quinto uadũt rami ad diaphragma ut per me supra etiam dictũ est. Et. G. xviii. de uti. diuidebat sextũ par in tres ramos quorũ unus tendit ad concauitatem spatularũ:& alius ramus tendit ad collũ:& alius tendit ad diaphragma.

¶ Septimũ pars mittit a se ramos ad adiutotiũ: & teste. G. ad adiutoriũ & ad brachiũ:& alii rami tendũt ad musculos capitis & colli & dorsi:asociati ramis neruorum quinti paris:& alii rami perueniunt ad diaphragma.

¶ Octauũ uero par neruorũ teste. G. ubi supra admiscetur partim ramis septimi paris tendentibus ad brachiũ: & trãsit a brachio usq; ad paruam manũ:& ob id in libro primo de iterioribus. c. vi. G. dat exemplũ de illo q cecidit de ueiculo. s. dũ pergeret Romam q amissit sensum certorũ digitorũ qa cecidit cũ extremo colli ad terram i loco a quo exit octauũ par neruorũ tendens ad manũ: & Rasis uult ꝙ ab istis ramis uadant nerui aliqui dantes sensum solum cuti manuũ:& alii rami dant motũ:& hic comprehendit qualiter ab uno & eodem neruo nuche dat solus sensus: & ab alio motus & sensus/ hoc est per diuersos ramos eorũ neruorũ:sup quo est notandũ ꝙ si neruus nuche uadat ad musculũ dat sensum & motũ:sed si uadat ad panniculũ: aut ad cutim dat tantũ sensum:& ita concludit ꝙ omnis neruus nuche potest dare per se solũ sensum: & sensum & motũ: aliter & aliter distributũ a natura: sed omnis neruus cerebri non est aptus dare motũ:sicut sensum:quia nõ sunt nerui cerebri omnes duri duritie sufficienti ad motũ.

¶ Nota lector ne ambules in tenebris:ꝙ sunt quidam auctores antiqui & moderni q dicũt ꝙ manus patitur si patiãtur nerui quarti quinti sexti & septimi paris:& dicũt uerũ: sed per manũ intelligi debet pars manus magne & non tota:& debet intelligi ꝙ a prædictis paribus neruoꝝ patiunt

partes supreme magne manus & non pars inferior: q̃ non patiṫ nisi patiatur nerui octaui paris ut supra monstratū est Aliqui tamē dicūt & est Zerbus ꝙ Aui.secūda primi sensit ꝙ parua manus patiṫ si patianṫ nerui sexti paris:quādo dixit si ergo situs excōmunitate sit sicut cum per nocumētū quod est in digito ex causa ante cognosciṫ: qđ est propter nocumentum quod sexto ex paribus neruorum accidit uide Zerbum.

De Neruis tendentibus ad Diaphragma.

AD diaphragma teste.G.in libro de uoce & anhelitu ut etiam supra diximus accedūt tria paria neruorū nuche:quorū maius oriṫ ex nucha post sphondylū tertium colli. Aliud uero par neruorū qđ uadit ad diaphragma est post sphondylū nonū:aliud autem par oriṫ ex cerebro:& quia operatio diaphragmatis est magna & nobilis teste Auic.sui nerui multa habuerunt principia: ne uno principio læso destruaṫ eius operatio. Aui. tamē discordat a.G.de neruis tendentibus ad diaphragma:& etiam Rasis quia non concedunt ꝙ a septimo pari neruorū infra:ad diaphragma uadat aliquis neruus:nec ab octauo:nec a nono: nec ab alio ramo a septimo ifra:ē bene uerū ꝙ a quarto pari secundū aliquos uadūt ad diaphragma nerui teste Auic. sed Aui.dicit ꝙ ad diaphragma tendunt nerui a quinto/a sexto/& a septimo pari neruorū superiorū nuche: & causa fuit quia omnes non potuere uenire a cerebro propter longam distantiam:quia essent debiles:& causa propter quid nerui diaphragmatis ueniūt a collo est ut melius possēt distribui in eo:in parte media & suū descensum iuuat media stinus panniculus:& nerui tendūt ad partem mediam diaphragmatis:quia illa pars mouetur:& ideo nerui non uenere a partibus dorsi:quia non descendissent directe:& nō potuissent mouere diaphragma ad superiora.G.tamen decimo tertio de uti.uidetur uelle ꝙ nerui diaphragmatis ueniant ab alto pertranseuntes totum thoracem:

De Neruis Nuche Sphondylium quæ sunt in rectitudine Pectoris.

TEste Aui.& Rasi: primi ex paribus neruorũ in directo thoracis egressio: est inter octauũ & nonũ sphondylum a superiori inferius descẽdẽdo: ubi dorsi sphõdyli initiũ sumũt: q locus est inter primũ & secundũ sphõdylũ pectoris: & isti nerui sunt nerui noni paris orti a nucha teste Rasi: sed erat ut infra uidebitur: & isti nerui teste Aui. diuiduntur i duos ramos quorũ maior diuidit in tres musculos costarum & dorsi & alius ramus spargitur super primas costas: & octauo pari neruorũ colli obuiat & simul ad manus protẽditur donec ad adiutorium & spatulá perueniant. Rasis tamen uidetur uelle ꝙ sint tres rami: sed inter ipsum & Aui. non est differentia: quia Aui. dicit primũ ramum tendere ad eundem locum ad quem Rasis dicit secundum ramum tendere.

¶ Par uero secundum neruorum sphõdyliũ pectoris egreditur quod prædictũ sequit foramen: quod foramen est inter nonũ & decimũ sphondylũ: & istud par neruoꝝ a Rasi uocat par decimũ: cuius una pars ad adiutorii tendit superficiem dans ei sensum. Reliqua uero pars diuidit iterum: cuius quædam pars anterius progressa per musculos qui sunt inter costas & p musculos qui uestiunt super pectus spargitur: & alia eius pars i dorsi & spatulaꝝ musculis diuiditur: & teste Rasi: alia paria neruorum descendendo usq; ad decimũ nonũ sphondylũ: ad ꝑdictũ modũ exeũt a sphõdylis. Rasis tamen non dicit ad quæ membra terminẽtur tales nerui: sed Aui. aliqualiter loquit de loco ad quem uadunt tales neruĩ: confuse tamen: & dicit ꝙ nerui exeuntes a sphõdylis uerarũ costarũ uadũt ad spatulas: & illi qui nõ uadũt ad spatulas uadũt ad musculos dorsi: & ad musculos qui sunt inter costas puras in posterioribus dorsi pectoris positas. Qui uero ex sphondylis falsarũ nascunt costarũ ad musculos ueniũt qui sunt inter ipsas costas & ad musculos uẽtris: & dicit ibidem Aui. cum istorũ prꝛterea neruorum ramis arterie & uene quiete currunt & nucham ingrediũtur per loca ubi ipsi egrediuntur.

De Neruis Nuche Alchatim uel' Lumborum seu Renum.

NErui exeuntes a sphondylis alchatim : teste Auic. & Rasi : sunt quinq; paria: & eorũ primũ par exit a foraminibus cõpletis exñtib' in primo sphõdyli alchatim teste Iacobo de partibus : & sm par a foraminibus cõpletis in secũdo: & sic deinceps. Ego tamen sicut supra alibi dixi: teneo q nullũ istorũ foraminũ sit completũ in uno sphondyli: sed semper ista foramina sunt inter sphondylũ & sphondylũ: ueritas est q ista foramina a collo infra usq; ad ossa alhosos sunt magis in uno sphõdyli quá in alio: sed in sphondylis colli & alhosos sunt equaliter inter sphondylum & sphondylũ: & horũ primũ par est teste Rasi: & teste sensu uigesimũ par neruorũ nuche. Et teste Auic. ista quinq; paria neruorũ cõmunicant in hoc .s. q aliqua pars eorũ ad musculos dorsi peruenit: & aliqua pars ad musculos uẽtris: & aliq̃ pars ad musculos qui sunt in dorso: & dicit q tãtum tria paria superiora miscent neruis qui a cerebro sunt descendentes: qui nerui descendentes a cerebro sunt nerui qui sunt disseminati in intestinis: ad quos neruos ut coroborentur teste Iacobo de partibus auctoritate. G. xvi. de uti. natura ordinauit ut eis permiscerẽtur tria paria neruorum superiorũ ex neruis alchatim: quia nerui descẽdẽtes a cerebro in intestinis essent debiles: propter esse distantes a cerebro: ut igitur essent fortes ad operationes necessarias persiciendas: secũ miscẽtur prædicta tria paria neruorum. Ego tamen reperio Galenum dicere q ad intestina nõ uadunt nerui a nucha: quia. xvi. de utilit. c. iii. dicit ista uerba. Ad alia uero uniuersa quæ sunt sub facie a dorsali præbent nerui: præter intestina: & uiscera: & adhuc cum his uocalia organa: quoniam & horũ quædam cerebro copulari omnino egebant: eisdem neruis participauerunt : contradicit tamen sibi. G. quia. c. v. eiusdem dicit: ad alia uero uniuersa quæ sunt sub diaphragmate intra peritoneon : & de his neruis peruenit aliqua pars: non adhuc sincera: sed his qui a dorsali permixta neruis: qui ad radices costarũ feruntur: & ex ipsa etiam dorsali: quæ est secundũ thoracem aduenit quidẽ ex duobus uel tribus sphõdylis: qui sunt post thoracem: permiscetur autem hi in processu reliquis eorum quĩ

ad uentres descendunt: quibus ipsis propria quidem permixtio fit neruorum qui a dorsali: ex permixtione uero horum omniũ fere omnia quæ sunt intra peritoneon neruantur: fortitudinem quidem & robur a permixtione q̃ a dorsali accipientia: sensus uero certitudinem super alia ab his qui a cerebro. Et subdit Aui. ꝙ alia duo paria neruorum inferiora ex neruis nuche alchatim: transmittunt multos ramos ad partem crurium: cum quibus aliqui rami tertii paris: & ramus unus ex neruis primi paris alhouius miscent: sed isti duo Rami non transeunt iuncturã anche: sed in ipsius spargunt musculis: & illi eos pertranseunt incedendo ad crura.

Nota lector ꝙ ista littera uidetur intricata: sed sic exponit eam Iacobus de partibus/ & dicit ꝙ illi rami prædictorum neruorũ: quibus tertium par antedictũ: & primũ par alhouius miscentur: non transeunt iuncturam anche. Alii uero sui rami quibus non miscẽtur aliqui alii nerui uadũt usq; ad crura: immo usq; ad extremitates digitorum: & cũ Iacobo concordat littera Rasis & Auer. Et subdit Auic. ꝙ nerui q uadũt ad crura diuersis tendunt itineribus: sunt.n. ex his qui occultantur: & sunt ex eis qui manifestantur: & sunt ex eis qui submergunt: & sunt ex eis qui dilatant sub musculis cooperti. Et subdit: quia musculi q a parte fæmoris oriuntur uias ad utrosq; pedes non habuerunt a posterioribus corporis: nec ab occulto coxarũ: propterea ꝙ sunt ibi musculi multi & uena: factum fuit ut pars neruorum q sunt proprii musculorũ qui sunt in pedibus cureret & penetraret in foramine quod ad testiculos descẽdit donec ad musculos uadat fæmoris & descendat ad musculos poplitis. Et ibidem Aui. parum supra dicit ꝙ nerui pedis magni & magne manus: non miscentur æqualiter in descẽsu suo & dicit ꝙ omnes nerui crurium & pedum non incedunt submersi & occulti sicut faciunt in magna manu: quia forma continuitatis adiutorii cum spatula nõ est qualis est forma continuitatis coxe cum ancha: nec eius continuitas cũ origine suorum neruorum: sicut continuitas ipsius cũ suorum neruorum origine.

Nota lector ad prædictorum intelligentiam ꝙ nerui tendentes ad manus simul permiscentur: ut tutius incedant

& se inuicem tueantur teste. G.xvi.de uti.c.viii.istis uerbis de eis autem qui ad manus essent dictum est quidē antea qualiter oriuntur & complectuntur: dictum est etiam qualiter huiusmodi mixtiones neruorum natura infallacie gratia facit: & propter hoc maxime eas in non firmatis neruis uel per longam uiam ire debētibus excogitat: & nerui magnarū manū ita occultant sub suis musculis ꝙ non cognoscunt: & si ueniunt tales nerui ad iuncturas carne nudas in inter mediis iūcture: natura occultat tales neruos teste. G. ibidem, qui dicit etiam neruos manū tendere per partem interiorem manus a superiori inferius: istis uerbis. Occultatur quidem ita euidēter singulus eorū qui ad sūmam solam manum ferūtur neruorū: ut neq; cognoscant a medicis: & per intrinsecam eorū regionē ulne ad brachiū ueniunt profundi, prope articulationem autem quæ secūdum cubitū uenientes sine carne & ossuosam totam existentem periclitabunt superficietenus sub cuti nudis carne: ossibus uenientes fallacissima uti uia si nullam natura īuenisset ad insallatiam ingeniationem talem qualis nunc est. Cum.n. qui ad paruos digitos uenit augens intrinsecū caput ulne in inter media regione eius & cubiti occultauit. Eum autē qui ad magnos secundum mediam articulationem in profundissima parte regionis quæ est inter kirkidiam.i.focille minus & brachium.i.focille maius diligenter produxit: & G.ibidem dicit ꝙ omnes nerui grossi manus magne sunt i parte domestica: & ꝙ qui sunt in coxa ut plurimū sunt in parte siluestri.i.exteriori istis uerbis. Differunt autem in latione nerui qui secundum manus ab his qui secūdum crura: quando quidem omnes nerui ueniunt ad manum per intrinsecam regionem brachii non tamen ad crus: præter paucos de quibus parum post dicā. Vniuersi.n.per extrinsecas partes coxe deferuntur & hoc necessario secutum est differentiam articuli qui est secundum humerum & uertebrum. His.n. quæ est secundum humerū distat a sphondylis qui secundum collum unde est neruorum explantatio: his autem quæ est secundum uertebrū.s. coxe coniunctus est eis qui secūdum lumbum simul & uocatum sacrum os. Aui.tamen ubi supra uidetur concedere ꝙ etiam nerui uadant ad partem domesticam: quando dicit ut pars neruoꝝ

qui ſunt proprii muſculorũ qui ſunt in pedibus cureret & penetraret in foraminibus tendẽtibus ad teſticulos:donec ad muſculos uadat fæmoris & deſcendat ad muſculos po/plitis:& iſta uia & regio eſt in parte intrinſeca:igitur Auic. diſcordat in hoc a.G.de iſtis neruis latius infra dicemus in anatomia manuum & pedum.

De Neruis Nuche Alhouius.i.Trium Oſſiũ Imediate ſup/poſitorum Sphondylis Lumborum ſeu Alchatim & de Neruis Nuche Alhoſos.i.Oſſiũ Caude.

A Nucha oſſis alhauius:teſte Aui.& Raſis exeunt tria neruorũ paria:& ſecũdũ ordinem.G.hoc os ab eo dictum ſacrũ os:habet quattuor ſphondylos: ergo ſe/cundum.G.ſunt quattuor paria neruorum:ſed.G.non eſt contrarius Aui.nec Raſi : propter hoc quia omnes ſunt cõcordes de neruis exeuntibus a ſphõdylis: licet Raſis uideatur diſſentire de numero neruorum ut latius infra dicetur in oſſe igitur alhouius ſunt tria paria neruorum quorum unũ miſcet᷑ cũ duobus paribus neruorum alchatim:ut ſupra patuit de mente Aui.& uadunt ad prædicta membra ab Aui. dicta.Alia uero paria.ſ.duo paria oſſis alhouius : & tria pa/ria oſſis alhoſos:& ille neruus impar.i.ſine ſocio:qui oritur ab extremo caude:teſte etiam Aui.in muſculis ſparguntur ſifteris:& uirge:& ueſice:& matricis:& in muſculis uẽtris: & in partibus domeſticis interioris fæmoris.i.coxe : & in muſculis qui naſcuntur ab oſſe alhouius : ſed Raſis in hoc eſt contrarius Aui.quia dicit ꝙ uigeſimum quintũ par neruorum ſpine quod eſt illud ſecundum ipſum quod exit a primo trium oſſium alhauius:& uigeſimum ſextũ ꝙ exit a ſecũdo oſſe alhauius:&.xxvii.par quod etiam exit a tertio oſſe alhauius.Miſcentur neruis aliis qui ab iferioribus partibus dorſi exeunt:& eorum magna pars ad pedes deſcen/dit:& non tenet Raſis ꝙ aliqui ex neruis alhouius: uadant ad ſifteri:nec ad uirgam:nec ad ueſicam:nec ad matricem: ſed dicit ꝙ ad iſta prædicta membra uadũt tria paria neruorum uenientiũ ab alhoſos ſimul cũ neruo pari carente.G. tamen.xvi.de uti.ix.dicit idem quod Aui.

¶Nota lector ꝙ in oſſibus alhouius:& alhoſos:ſunt ſex fo/ramina:

ramina:

ramina per quæ exeunt prædicta sex paria neruorum : sed sphondyli alhouius ut supra dictum est habent sua orificia pro maiori parte in sua suabstātia: & foramina talium sphōdylium aliqualiter declinant ad posteriora post allas:ut supra dictum est:sed alia foramina sphondylium inferiorum non sunt pro maiori parte in aliquo sphondyli sed sunt inter cōiuncturam unius sphondyli cum altero:ita ꝙ in ultimo sphondyli alhouius:est unum foramen ab utroqꝫ latere eo modo quo supra dicit᷑:per qđ foramen exit uigesimū octauum par neruorum:sed iter ipsum & primum os alhosos:est etiam exitus unius paris neruorū:& hoc par est uigesimum nonū:& inter primū & secundū os alhosos:est ēt exitus unius alterius paris neruorū:quod par est trigesimū in ordine descendēdo:& inter secūdū & tertiū os alhosos: exit etiam unū aliud par neruorū:quod par in ordine est ultimū par neruorū nuche & uocatur.xxxi.par: in fine autē tertii ossis est unus neruus impar : & isto mō a nucha exeunt.xxxi.paria neruorū & unus neruus:sed multi putāt ꝙ tantum sint.xxx.paria neruorū credentes ꝙ quilibet sphōdylus habeat solū unū par neruorū:& isti sunt in errore:qa uidetur ad sensum ꝙ primus sphondylus colli seruiat duobus paribus neruorum:uidet᷑ etiā ꝙ ultimus sphondylus alhouius:seruiat etiā duobus paribus neruorū : qa uterqꝫ prædictorū sphondylium habet in sui substantia eo modo quo dictū ē supra duo foramina:per quæ exit unū par neruorū:deinde inter coniuncturā secundi & primi sphondyli colli:exit unū aliud par neruorū:& ita etiā inter coniūcturam ultimi sphondyli alhouius quæ est cū primo osse alhosos est etiam unū aliud par neruorū:& isto modo ascendūt ad summam prædictam.s.ꝙ sunt.xxxi.paria neruorū: sunt etiam multi qui credunt ꝙ nerui nuche non sint nisi.xxix. paria:quia dicūt ꝙ inter triginta sphondylos non sunt nisi xxix.coniūcture seu intermedia/asserentes ꝙ a quolibet intermedio exit unū par neruorū:& credūt ꝙ aliunde quā a prædictis intermediis.i.a qualibet coniunctura sphondylis cū sphondyli non exeant aliq nerui:sed hoc non non est uerū:quia ut supra patuit:in substātia primi sphōdyli colli: sunt duo foramina:per quæ exit unū par neruorū : deinde descendendo semper inter sphondylum & sphondylū usqꝫ

ad ultimũ colli : exit unũ par neruorum:& exeunt ſic inter ſphondylum & ſphondylũ uſq; ad decimũ ſphõdylum co/ ſtarũ iclusiue:ueritas eſt ꝙ maior pars foraminũ per q̃ exe unt nerui eſt in ſphõdyli ſupiori:poſtea in undecimo ſphõ dyli coſtarũ uidet̃ ꝙ quaſi totũ foramen ſit in ipſius ſubſtã tia:& ita ſemper uidet̃ ꝙ foramen ſit in ſubſtantia aliorum ſphondyliũ infra deſcendendo uſq; ad ultimũ ſphõdylum alhouius incluſiue:licet tale foramen etiam ſit pro parte in ſphõdyli inferiori ſibi uicini ſicut ſupra dictum eſt/ab inde uero infra.ſ.inter iuncturã primi ſphondyli alhoſos cũ alio ſuo ſuperiori exit unũ par neruorũ:& ita etiam uidet̃ ꝙ ul/ timus ſphõdylus alhouius ſeruiat duobus paribus neruo/ rũ ſicut facit primus ſphondylus colli/quia a ſubſtantia ſua exit unũ par neruorũ/ & aliud par exit a ſua cõiũctura q̃ ha bet cũ primo oſſe alhoſos:& inferius deſcendẽdo inter pri/ mũ os alhoſos & ſecũdũ eſt unũ aliud par neruorũ/ ſed ulti mũ par inter ſecũdũ & tertiũ os alhoſos:& unus neruus ſo/ lus exit ab extremo caude/ ſed qa ultra intermedia q̃ ſunt. xxix.creſcũt duo paria neruorũ/ideo in totũ ſunt.xxxi. par & unus neruus:ut clare patet in hac figura inferius poſita: & hic comprehendit̃ ꝙ Raſis primo almanſoris errauit in numerãdo paria neruoꝝ nuche:qa poſuit.xxv.par neruo/ rũ pro.xxvi.ſed hic ſuus error eſt paucus : qa ipſe ibidem ꝯcedit in nucha eſſe.xxxi.paria neruorũ: & unũ neruũ in fi ne caude/ & forte ꝙ littera ſua ẽ corrupta:uidet̃ ẽt ꝙ erra/ uerit in nono ſphõdyli quãdo dicit ꝙ inter .viii.&.ix.ſphõ dylũ eſt nonũ par neruorũ errauit etiam in numerãdo ner/ uos colli:qa dicit ꝙ in collo non ſunt niſi ſeptem paria ner uoꝝ & ĩ ueritate ſũt octo: & ſic debebat dicere Raſis:ut poſ ſet ſaluari ſua ſentẽtia:& fuiſſet cõcors cũ ſenſu & cũ Auer. & cũ aliis multis:debebat etiam dicere Raſis ꝙ ĩter octauũ & nonũ ſphõdylũ eſt decimũ par neruorũ:qa ſic eſt:hoc tñ parũ refert: qa oĩno affirmat a nucha exire.xxxi.paria ner/ uorũ:& unũ ſolũ neruũ a cauda.Et hæc ſufficiant de anato mia ſphondyliũ/& nuchæ/& neruorũ eius ſecũdũ ordinẽ Mũdini:hæc eſt figura ſphõdyliũ quæ ſequit̃ in q̃ uides ꝙ primus ſphõdylus hʒ in ſua ſubſtãtia duo foramina .ſ. unũ ab utroquæ latere/per q̃ exit primũ par neruorum : uides deinde ꝙ inferius deſcendendo uſq; ad decimũ ſphondy/

lũ costarũ inclusiue: ꝙ nerui exeũt a coniũctura ipsorum: uides ẽt qualiter foramina neruorũ sunt in sphondylis ab undecimo costarum inclusiue infra usq; ad ultimũ alhoui us: etiam inclusiue. Et uides ultimo loco qualiter inter pri mũ os: & ultimũ alhouius.s. in cõiunctura sua exit unũ par neruorum: & unum aliud par in sibi uicina coniunctura in ferius: & unum aliud par in ultima spondylium coniunctu ra: & unus neruus exit a fine alhosos: & per te numerabis & inuenies numerum prædictum esse uerũ.s.xxxi.par ner uorum cum uno neruo impari. Sunt igitur in toto corpo re hominis triginta octo paria neruorum & unus neruus: qui nerui i totum sunt septuaginta septem: quorum.lxiii. ueniunt a nucha: & decem & quattuor ueniunt a cerebro: qui postea ad infinitos ramos & uillos terminantur quos non potest comprehendere sensus: & sunt isti.s.

Nerui a cerebro uenientes: sunt paria septem.

Nerui nuche colli: sunt paria octo.

Nerui nuche dorsi: sunt paria duodecim.

Nerui nuche alchatim: sunt paria quinq;.

Nerui nuche alhouius: sunt paria tria.

Nerui nuche alhosos: sũt paria tria & unus neruus impar.

Sequitur Figura Sphondylium.

❡In ista figura potes faciliter uidere numerum sphōdylium, & uides qualiter in substātia primi sphondyli sunt duo foramina unum a dextris aliud a sinistris p quæ exeunt duo nerui: unus ab utroq; latere: & uides qualiter linee talis figure sūt iter sphōdylum & sphondylū a primo sphondyli infra in sphōdylis colli in quibus non est aliquod foramen: uides postea qliter usq; ad decimum sphondylū dorsi inclusiue foramina non sunt completa in sphondylis: sed ab inde infra uides foramina completa in sphondylis exceptis tribus ultimis in quibus non sunt foramina aliqua.

❡Nota tamen lector q ista figura non habet ueram similitudinem cum sphondylis nisi i numero: sed sua figura uidet satis melius in figuris infra positis ubi sūt figure omniū ossiū corporis humani: sua tñ uera figura ui i ueris sphōdylis exsiccatis i cimiteriis.



Vnus neruus solus.

DE ANATOMIA ADIVTORIORVM BRACHIORVM ET MANVVM.

TEXTVS MVNDINI.

His expeditis excortica brachium et excortica leuiter, ut uideas uenas supradictas, quæ ueniunt ad curuaturam brachii, et tunc uidebis uenam supradictã quæ penetrat per subassellam ad brachium, et procedit per domesticam partem brachii, et in parte inferiori cubiti apparet et uocatur basilica.

¶Et in superiori parte cubiti est cephalica, quæ euacuat a capite quæ ad brachium uenit supra furcula orta a uena ascendente ad caput, ut supra dixi.

¶Et in medio istarum est unus ramus continuatus in curuatura brachii cum ambabus, et hæc uocatur media quia media est, uel alio nomine uocatur cõmunis.

¶Qualibet tamen harum duarum procedit ulterius usq; ad manum et in siluestri parte manus apparent, et illa quæ est inter auricularem et annularem dicitur sceilen, et correspondet basilice.

¶Quæ uero est inter pollicem et indicem dicitur saluatella et flobotomatur loco cephalicæ.

¶Que uero est in medio dicitur funis brachii et retinet locum cõmunis siue mediæ.

¶Post uenas musculos multos notabis, et cordas multas magnas et grossas, quarum anatomiã perfectam in tali corpore nõ labores inuenire, sed in corpore exsic-

cato ad ſolem per triēnium ut alias monſtraui, et numerum eorum perfecte declaraui, et anatomiam talium muſculorum brachii et manus et pedum ſcripſi in lectura quā feci ſuper primo, ſecundo, et tertio, et quarto de iuuamentis. M. G.

¶ Eleua igitur carnoſitatem totam uſq; ad oſſa, et primo inuenies os quod uocatur adiutorium.

¶ Vtrum eſt tamen ꝙ ſupra dorſum ſiue pectus a latere poſteriori eſt ſpatula habens figura ſimilem ad modū ſpatulæ ligneæ, quod os latū eſt inferius, ut pectus et coſtas non impediat, ſtrictum uero ſuperius ut adiutorio affirmetur, et ideo ī eius extremo ſuperiori habet aliquam concauitatem ſuperficialem ad modum concauitatis rotundæ, in qua ut reuoluatur adiutorium ſituata eſt extremitas rotunda adiutorii, cuius caput primum eſt rotundum locatum in piſſide oſſis ſpatulæ, poſtea in medio obliquat uerſus domeſticam partē, ut plicatio et amplexatio rerum ſit melior.

¶ Extremum aliud habet quaſi duas eminentias, quia duobus focilibus debet coniungi, et in medio partium eminentiam habentium habet magis ſupra quandam concauitatem in quam ingreditur extremitas focilis inferioris, quæ facta eſt admodum inſtrumenti hauriendi aquam, ut firmior ſit cōiunctio et colligātia, et ideo dislocatio raro uel difficulter fit in hac iūctura. Et quādo fit raro eſt ꝙ bene poſſit reſtaurari.

¶ Et focile inferius eſt longius ſuperiori, quia conueniētius eſt quod illud quod ſubſtentat alterum ſit longius

et maius eo ꝙ substentatur, ambo tamen conueniunt, quia sunt grossiora in extremis quã in medio, quia ab extremis debent oriri ligamenta et iuncture, et in medio debent situari musculi, et focile superius non procedit directe, sicut inferius, ut sit causa complicationis manus et brachii.

❡Post ista duo focilia est rasetta, cuius ossa fuerũt plurificata, ut possit manus in palma eius plicari et cõtrahi ad continendum res fluidas et currentes, et fuerunt ossa eius octo in duabus aciebus, in qualibet acie quattuor.

❡Postea sunt ossa pectinis denominata sic a forma et figura pectinis, et sic sunt quattuor, quæ correspondẽt quattuor digitis, nam polici non respondet aliquod os pectinis, quia polex non est in eadẽ acie cũ aliis digitis.

❡Postea sunt digiti quinqꝫ, in domestica parte quorũ cunqꝫ uidebis carnem ut quando cõplicantur ad aliqd capiendum ne ledãtur quæ tanguntur et capiuntur, et etiam ne digiti inter se confricando ledantur.

❡A lateribus etiam eorum est caro ut inter ipsos cõplicatos non accidat uacuitas aliqua.

❡In parte uero siluestri non est tãta multitudo carnis, quia digiti non coniunguntur uersus partem siluestrẽ.

❡Post cranẽ uero sunt cordæ quarũ una queqꝫ ad ꝓprium uenit digitum, et illa quæ per superiorẽ seu per exteriorem partem uenit digiti ingreditur per medium iuncturæ tendens inferius, quia equitate eam non potest, ut sit tuta a nociuis: et ꝓpter hoc superior magis est profundior inferiori, et longius habet procedere.

Item non equitat eam ne tumor et inepitudo fiat in digitis, non autem procedit in aliquo laterum quia ossi proprio debet cõiungi in medio directe superius uel inferius et non a latere.

COMMENTVM XXXIX. CARPI.

IN isto textu Mundinus ponit anatomiam brachiorum & manum: & diuiditur hic suus textus in quattuor partes principales. In quarum prima parte ponit anatomiam uenarum brachiorum & manuũ: ostendendo quomodo est procedendum ad uidendum tales uenas & numerat eas & etiam eas nominat modo suo: sicut etiã faciunt alii auctores. In secunda parte ponit anatomiã cordarum & musculorum manus diminutam tamen: quia dicit ꝙ illa membra melius uidentur in corpore exsiccato ad solem quam aliter. In tertia parte ponit anatomiam omnium ossium brachiorum: & pro parte ponit anatomiã ossiũ manuum: & ponit eorum numerum & aliqua nomina. In quarta uero & ultima parte ponit anatomiam digitorũ & carnis ipsorum, & etiam suarum cordarũ: ueritas est ꝙ non numerat ossa digitorũ: quia suus numerus omnibus notus est. Iste partes possent multipliciter diuidi sed non est uis quia littera est clara nulla etiam alia expositione indigens lege eam. Secũda ibi: post uenas musculos multos notabis. Tertia ibi: eleua igitur carnositatẽ. Quarta ibi: postea sunt digiti quinqꝫ in domestica parte quorũcunqꝫ.

¶ Sed ultra ea quæ dicit Mundinus a nobis aliquid de manibus est dicẽdum. Et primo dico ꝙ manus capitur dupliciter. Vno modo capitur pro tota illa parte quæ est a dorso ad extremum digitorum: & ut sic uocatur magna manus & in ea sunt spatule. Alio modo capitur manus pro ea parte quæ est a rasetta usqꝫ ad extremum digitorum: & dicit parua manus: hæc tamen latius dicta sunt in catalogo. Et magna manus est membrum organicum compositũ: cuti: pinguedine: uenis: arteriis: carne: musculis: cordis: ligamẽtis: cartilaginibus: unguibus: & ossibus: de cuti & pinguedine hic

dine hic nihil dicetur:quia alibi de eis dictum est: de uenis & etiam đ arteriis manus uolo ꝙ habeatur recursus supra ad locum in quo ample diximus de ipsis .s. in capitulo de anatomia uenæ chils & emulgentium & renum . & ita de omnibus ossibus manus:& de eorum nominibus habeat̃ recursus ad catalogum nostrum in principio positum : tamẽ hic dicemus aliquid de ossibus manus:maxime de numero eorum.

¶ De carne uero:& de musculis:& de cordis: & de ligamẽtis manus:& de cartilaginibus:& de unguibus aliqd dicet̃. Excoriata igitur cuti:ut inquit Mũdinus apparent musculi magne manus qui sunt plurium modorum: notitia quorum teste Auer.primo colliget.c.xv.præbet magnum iuuamentum chirurgicis. Auer.tamen ibi loquitur de omnibus musculis.s.ꝙ notitia omnium musculorum corporis præbet iuuamentum chirurgicis:& propter hoc nos notabimus aliqua de istis musculis : quia sæpissime occurrunt chirurgicis læsiões eoꝝ i manib⁹: & ẽt occurrũt eis sæpissime læsiones in pedibus:& ideo de eis est aliquid dicendũ. Et est sciendum ꝙ Auic.prima primi confundit musculos spatule cũ musculis adiutorii:quia spatule sũt i magna manu:sed Rasis primo Almansoris diuidit musculos spatule a musculis adiutorii:quia dicit ꝙ in quacunq; spatula sunt septem musculi dantes ei motum : & dicit ab utraq; parte sunt quattuordecim musculi q mouẽt adiutoriũ . Idẽ facit Auer.primo colliget:tñ capite ꝓprio nõ ponit nisi tredecĩ musculos in adiutorio.Et.G.xiii.de uti.cõcordat cũ Auer. numerato inter musculos adiutorii certo musculo magno duplo:pro duobus:& numerato etiam certo musculo bicipiti pro duobus:& musculi spatule a.G.ponuntur etiã septem:numerato etiam secum musculo qui trahit inferius spatulam.Et.G.in anatomia iudicio meo est credendum: & quia de istis musculis optime loquit̃.G.xiii.đ util.c.xiii. & ultimo:ideo remitto legentes ad.G.Ipse tamen prius loquitur de musculis ulne.i.adiutorii . Secundo loco loquit̃ de musculis homoplate.i.spatule:littera sua est clara lõga tamen lege eam.Sed ut dicit Mundinus ad istos musculos bene uidendos requiritur corpus exsiccatum in sole:& de istis musculis latissime loquit̃ Auic.prima primi . Et Iaco-

bus de partibus sup prima primi nõ est renuadus ab anti
qs:licet sit nouus auctor:qa ut plurimũ optime dicit:& hic
& alibi. Vide etiá.G.secũdo de utili.c.ii.&.iii.&.iiii.&.v.
&.vi.&.vii.de musculis mouentibus brachium.i.partẽ il/
lam quæ est a cubito ad aliam iuncturam uersus manũ par
uam:& de musculis mouentibus rasettam seu carpium:&
de musculis implantatis ad intrinsecam cutem quæ est in
interiori parte palme manus:& ibidem uidebis multa no/
tatu digna,quæ iudicio meo essent tediosa legẽtibus/quia
quasi de uerbo ad uerbum essem coactus scribere textum
G.& ne sim tediosus doctis:illum remitto in libribs.G. le/
gendum:ne uidear ponere capitulum in capitulo/multoti
ens tamen illud feci sed breuius quo potui illud feci/ maxi
me in locis necessariis iudicio meo & etiam iudicio multo
rum meorum scholariorum. Zerbus etiam ad longum lo/
quitur de prædictis musculis:tamen in fine operis ponam
certas figuras cum musculis exterioribus corporis post cu
tim imediate positos/quos uidebit quilibet qui multũ iu/
uant medicos & pictores i cognoscẽdis motibus corporis.
¶De neruis uero mouentibus manum magnam & danti
bus eis sensum habeatur etiam recursus ad.G.xvi. de util.
c.vi.&.vii.&.viii.Et quia promissi aliqua dicere de cartila
ginibus:& de ligamentis:& de cordis:& de ossibus:& de
unguibus:dico ꝙ in manu inter os & os i iũctura est certa
cartilago quæ adheret extremitati ossium absq; medio:&
prædicte cartilagini imediate iungitur ligamentum: ligás
inuicem ossa in iuncturis: tã spatule:quam cubiti:& in iun
cturis rasette:& pectinis manus:ligat ẽt simul ossa digitoꝝ.
¶Nota lector ꝙ cartilago est membrum simplex spermati
cum excepto osse durius ceteris membris:durum.n.nõ ce
dit in se ipsum secũdum superficiem:& est facta ut mollia
melius iungantur cum duro.s.cum osse ipsa iter mediãte:
& cartilaginis sũt due speties: una ẽ nõ uera q̃ dr̃ laguaich
quæ est in concauitatibus & in gibbis extremitatum ossiũ
iuncturarum magnorum motuum:& ista est durior omni
mẽbro excepto osse. Altera ẽ uera cartilago minus dura q̃
adheret laguaich/ cui secunde adherent ligamenta:& la/
guaich semp est associatũ ab alio laguaich.s.si est in gibbo
ossis alicuius iuncture est etiam in osse sibi opposito cui alli

gatur mediante ligamento & cartilagine & alio laguaich: sed cartilago secunda superius dicta reperitur sola in pluribus locis/ sicut i ossibus pectoris/ & in palpebris/ & in gloti de seu lingua fistule : & etiam alibi in multis iuncturis : sua complexio est frigida & sicca:suus color est albus:sua iuuamenta teste Aui.prima primi doctrina de membris sunt ut membrorum melior fiat continuatio.s.ꝙ durum non iungatur molli absq; medio/ & ne durum ledatur a duro in cōfricatione:& ut ei alligentur ligamenta/ & ut interdum ipsa cartilago sit substentamentum musculorum sicut est cartilago palpebrarū/de prædictis uide Iacobum de partibus super prima primi:& etiam Zerbum/de cordis autem mouentibus omnes prædictas iuncturas uide Auicē.&.G.ubi supra quando loquuntur de musculis:uide etiam Hali. tertio theorice.c.v.&.vi.qui ibi distincte & breuiter loquitur de musculis magne manus:& aliqua dicit notatu digna de cordis ipsorum/ & inter alios mihi placet Hali.in manu in parte intrinseca est caro musculosa:est etiam caro in extrinseca parte manus maxime in palma/ qui autem/ quales:& quanti:sint musculi in parua manu uide Aui.prima primi: in digitis in parte exteriori & a lateribus non est caro nisi diminuta ne grauaret/ & ut pugnum sit melior arma: teste Aui.sed intra digitos est caro ut sit stragulum ossibus:& cedat sibi obuiantibus cum constringunt digiti aliquid: multi tamen dicunt ꝙ ad intra digitos & totam manum est caro uillosa quæ habet præstare iudicium tactus: quæ caro ē sensibilior in extremitatibus digitorum quā alibi & est sensibilior in extremitate digiti idicis quia ibi est magis refracta cum neruis:post carnem sunt ossa.

¶Ossa uero magne manus sūt.xxxi.exceptis ossibus simeniis seu sisaminis/ pōnēdo in ea os spatule quod est unū: & os adiutorii quod est etiam unum:& duo focilia brachii:& octo ossa rasette seu carpii:& quattuor ossa pectinis seu metacarpii manus:& quindecim ossa quinq; digitorum: sunt tamen aliqui qui uolunt ꝙ digitus polex non habeat nisi duos articulos:& consequenter ꝙ habeat solum duo ossa: in rei tamen ueritate habet tres articulos : & tria ossa : sed G.dicebat illud suum os ultimum ꝙ est uersus rasettā esse de ossibus rasette:& dicebat in rasetta esse nouem ossa . Ad

sensum tamen uidetur ꝙ prædictum os sit seruiens polici digito: & ꝙ sit extra rasettam quamuis adhereat ei. In rasetta manus ego interdum uidi aliqua ossa sisamina: q̄ sunt ossicula rotunda parua similia granis sisami ad replēdas iūcturas: & talia ossa non uidi in anatomiis maxime in manu sed uidi in corporibus uiuis habentibus ulcera ī rasetta manus: propter quæ ossicula illa separata fuerūt a loco suo & exierunt: sed in anatomiis cōmunibus non uidentur ossa sisamina: quia sunt firmissime alligata circa iuncturas: & credo ꝙ uiderentur si coquerentur mēbra ultimata: sicut ego uidi decoquendo pedem humanum in quo ego uidi duo ossicula parua sisamina dicta: adiacētia supra iuncturā digiti policis in pede ubi alligatur primum os policis cum osse pectinis pedis sibi contiguo secūdum longum: uidi etiam unum aliud os sisaminum inter ossa rasette & pectinis pedis in directo digiti minimi pedis: & credo ꝙ talia ossa sisamina solum sint in iuncturis ubi sunt multa ossa numero: sicut in manibus & in pedibus paruis: & secūdum aliquos sunt circa spinam: ea tamen non uidi nisi in rasetta manus: & in pedibus ubi supra: figura: & quantitas: & colligantia: & situs: & complexio prædictorum ossiū omnibus expertis leuiter in anatomia nota sunt: subſtātia ossis adiutorii & & duorum focilium brachii interior est concaua: maxime circa medium eorum: in qua cōcauitate est medulla: circa extrema talia ossa non sunt cōcaua sed sunt porosa: & ideo difficilius rumpuntur circa sua extrema. Aliorum ossiū manus substantia non est habens in se aliquam concauitatem sed solum porosa sunt ipsa ossa ad intra: & os spatule q̄uis sit in aliquali parte compactū & subtile tamē est porosum. Et qui uult bene uidere figura ossium uadat ad cimiteria & multum iuuabitur ad aquirendam scientiam anatomiæ de omnibus istis ossibus remitto legentes ad Auicē. prima primi: quia est breuis & ordinatus: uideatur etiā Rasis primo Almansoris: & Hali. secundo theorice.

¶ Nota lector ꝙ natura fecit multa ossa sine cōcauitate notabili ut essent firma & uix passibilia: teste. G. & sunt porosa omnia ossa: ut sint leuiora: sed aliqua ossa sunt cōcaua ut magna ossa & sunt cōcaua ne sint multum grauia: & ut in eis possit stare medulla ad ea humectanda & etiam nutriē

da secundũ aliquos. Medulla.n.teste Arist.secundo de partibus animaliũ.c.vi.est alimentũ sanguineũ ꝙ in ossa spinã ue distribuit: & est ꝯcoctũ ꝯtentũq; excremẽtũ. Aui.tñ prima primi dicit ossa nutriri a medulla:& ita dicit.G.in pluribus locis quomodo autem nutriantur ossa a medulla uide Iacobũ de partibus super prima primi in capitulo uniuersali de ossibus & iuncturis:& ibidem uidebis quid sit medulla : uideatur etiam Zerbus qui optime dicit de ossibus in uniuersali ad quem remitto legentes breuitatis gratia.

De Vnguibus.

Dissis ossibus manus ad ungues est deueniendũ. Vnguis.n.teste Conciliatore differẽtia.liiii.est corpus expansum petale.i.subtile:ex superfluitatibus productum:induratum super extrema digitorum iuuamento plurimo situatũ. Solũ.n.unguis i ultimis orit digitorũ manuum & pedum:sicut pili oriuntur in cute particula corporis extrema:unde siquid de ossibus paruis in sũmis manuum aut pedum perdatur non ibidem ungues crescunt: sicut neq; in nobis cute deperdita in cicatricibus non nascuntur pili.Et subdit ꝙ in unguibus est diuersitas:tam ratione substantie quã accidentis:quidam.n.sunt grossi:aspери:duri:quidam subtiles:quidam lenes:quidã magis expãsi:quidam stricti.Aliqui planiores:non nulli recti:alii uncosi & recurui:quidam lucidi splendẽtes:quidam obscuri tenebrosi:alii albi:alii fusci:quidam permixti albo & rubeo uiuidiores existentes & nitidi . Hip.in libro de fœtu uidet uelle ꝙ ungues & pili oriantur ultimo loco post alia membra:quia ut dictum est in de generatione fœtus.Primo generantur membra nobilia & itrinseca quam extrinseca : & etiam ut infra uidebit natura non generat pilos & ungues nisi ex superfluitatibus:& non generat eos de prima intentione nature:igitur pili & ungues postremo generãtur: ueritas est ꝙ littera Hip.dicit ꝙ pili & ungues generantur in extremis:& Hip.ibidem uidetur uelle ꝙ ungues generent ab ossibus digitorum:& a suis neruis:& a suis uenis. Conciliator etiam.x.problematum uidetur uelle de mẽte Ari. ꝙ ungues generentur a cuti:quia dicit ungues ethiopum

esse nigros sicut est ipsorum cutis. Conciliator etiam differentia prætacta dicit ungues generari ex superfluitate cordis. Cõmuniter tñ tenet ꝙ ungues generẽt ex sup̄fluitate totius. Et Dinus de Garbo super illo passu Hip. antedicto dicit pilos & ungues generari ex pura superfluitate: qa ut inqnit Ari. secundo de generatione animalium ubi ostẽdit modum generationis rostrorum: cornuum: & unguium: natura facit sicut bonus hiconomus: dás primum bonum cibum filiis, & alium seruis, ita & natura ex puro nutrimẽto generat mẽbra nobilia: ex non ita puro non nobilia mẽbra ex suis sup̄fluitatibus generat pilos & ungues: & q̃uis ungues sint ex superfluitatibus: tamen uirtus informatiua generat eos: teste Dino quia generãtur in illo tempore in quo generantur alia membra: & subdit ꝙ eiusdem agẽtis in eadem actione idem est finis: quæcunq; ergo sunt ex intentione uirtutis informatiue & fiũt in tempore formationis membrorum: necessario fiunt a uirtute isformatiua: ungues etiam apparent cum fœtus uenit maturus in lucem: igitur fiunt a uirtute informatiua. Tamen quãuis ungues fiant a uirtute informatiua fiunt alio modo quã fiãt mẽbra & hoc quãtum ad materiam: quia ut prædictũ est sua materia est superfluitas: fiunt etiam ungues a uirtute informatiua alio modo quantum ad modum generationis: quia generatio membrorũ est ex prima intentione nature: & ideo generatio talium partium animatorum. s. membrorũ omnino depẽdet a uirtute informatiua in quãtũ ipsa agit mediãte spiritu regulato & directo ab agẽte uniuersali & particulari: & propter hoc abscisio illorum nũquam potest recupari, excepta carne: & sua ratio est alibi dicta, sed generatio unguium non est de prima intencione uirtutis generãtis particularis & uniuersalis isformatiue, & ideo dedit eis natura ut ex materia ex qua generãtur quæ sunt superfluitates genite in membris possint iterum generari si abscindãtur: & ita etiam generatur caro: quia habet semper materiam ex qua generatur. s. sanguinẽ, ueritas est ꝙ caro generatur de prima intẽtione nature, ratione sue nobilitatis & sue necessitatis: animal. n. posset stare absq; unguibus: & nullo pacto posset stare absq; carne. Apparet ergo ꝙ natura generet ungues & pillos secũdaria intẽtione. Et ideo di

cebat.G.in techni ꝙ capillorum & unguium non eſt regi
men:ſed generatio ſola:ungues ergo ſunt animati ſecũda
intentione teſte Dino: ſunt tamen aliqui qui dicunt ꝙ un-
gues non ſunt animati ſicut neq̧ ſanguis: ſed Dinus dicit
pro quanto ungues habent ſimilitudinem ad membra ꝙ
ſunt animati:ſecunda tamen intentione:& quamuis un-
gues generentur ex ſuperfluitatibus membrorum quibus
inherent cum eis tamen tantam habent colligãtiã ꝙ mul-
ti putant ꝙ ſint orta ab oſſibus digitorum:& ab extremita
tibus ſuarum uenarũ: ſed uidet̃ ꝙ generentur a cute: quia
aſſimilantur colori cutis Ethiopum:& etiam aliorum cor-
porum:ad quod eſt dicendum ꝙ non generãtur a cute ſed
a ſuperfluitate cutis & aliorum membrorum ſibi uicinorũ
& ſuperfluitas cutis aſſimilatur cuti:igit̃ ungues ſunt co-
loris cutis.ſ.illius corporis in quo ſunt:& homo habet un-
gues molliores aliis animalibus: gratia materie & gratia fi
nis:materia.n.unguium in homine non eſt ita terreſtris ſi-
cut in brutis:& ideo ſui ungues ſũt molles:gratia finis alia
multa animalia habẽt ungues acutos & duros: qa ungues
ſunt eis arma:homo autem habet principaliter ungues ſo-
lum pro capiendis minutis:& ad ſcalpendam & mundan-
dam cutim:& ad alia multa homini neceſſaria ĩ multis ope
rationibus manuum:ungues etiam ſunt in tutellam carni-
um digitorum ne lædantur a compreſſione rei dure: ſunt
& in homine interdum ungues tanquam arma:omnia iſta
iuuamenta ſunt in unguibus manuum:ſed ungues in pe-
dibus non ſunt niſi ad tutellam carnium digitorum pedũ:
ungues etiam in digitis ſunt ad decorem & uenuſtatẽ ma-
xime ſi debite inciddantur & debite mundẽtur: quia ſi nõ
incidantur & teneantur mundi faciunt ad indecorẽ. Aliq
uolunt ꝙ ab unguibus ſummãtur multa indicia etiam ad
egritudines:dicunt aliqui ꝙ ungues curui reflexi indicant
ethicam:indicãt etiam rapacitatem & impudicitiam: & cũ
ungues decidunt ſine cauſa exteriori indicant lepram: ſal
nõ ſinit generari ungues ĩ fœtu: ſi mater multum utat̃ eo:
ungues etiam quãuis ſint ex ſuperfluitatibus producti: qa
producuntur ſecũdum aliquos ex ſuperfluitatibus cordis.
Aliquid ſignificant in moribus:ungues.n.palmi molles te
nues cum ſubrubedine bene perlucidi: optimum ingeniũ

denuntiant:quia significant humores & spiritus subtiles: rotundi uero & asperi:significant pronos in venerẽ: grossi uero & male colorati:fedos & stultos denotãt homines: ungues ualde breues denotant malignitatem.Et aliqui dicunt ꝙ macule albe in unguibus digititorum manus indicant amicos:rubeæ uero inimicos de natura martis: nigre uero inimicos de natura saturni. Substãtia unguium teste Aui.est ex ossibus lenibus:non est tamẽ proprie ossea: nec cartilaginea:sed est quasi ex substãtia contnuũ. Cornua.n. soleæ:ungulæ:rostra:& huiusmodi incuruari possunt: ossa autem non/nisi ultimata mollificẽtur in aqua.Complexio unguium est frigida & sicca:sua colligantia:suus color: sua figura:sua quantitas:suus situs:ex prædictis patent: patent etiam sua iuuamenta:in homine ungues numero sunt.xx. sicut sunt.xx.digiti.x.in manibus:& decẽ in pedibus. Passiones omnium modorum patiuntur ungues.Et inter alias passiones quas ungues inferrunt homini interdum errore nature augumentantur & crescunt in latum : & scindũt carnem digitorum:& sua cura est incidere eas tantum quãtum crescunt:usq̧ quo natura redeat ad faciendum eos crescere solum in longum.Et inter alia remedia hoc est præcipuũ.s.cũ aliquo uitro uel ferro subtiliter incidente : debet unguis in medio sui dorsi ꝑ lõgũ raspari usq̧ ad sui ultimũ: & tunc natura relinquit partes laterales & mittit nutrimẽtum ad sui medium/& sic sanantur:quia amplius non crescunt in latum sed solum in longum:& hoc ego uidi experientia:& etiam audiui a fide dignis. Substãtia magne manus:sua colligantia:sua figura:suus situs:& sua iuuamenta: per antedicta hic & in catalogo omnibus nota sunt.Passiones omnium modorum potest pati magna manus: & hæc sufficiant de anatomia eius hoc addito ꝙ uideaẜ de unguibus.G.primo de uti.& Auic.prima primi.& Hali. secunde theoricæ.

De anatomia cruris & pedis

DE ANATOMIA CRVRIS ET PEDIS.

TEXTVS MVNDINI.

Ultimo autem deueniemus ad ossa quæ sunt fundamenta totius et supportantia omnia et sunt ossa inferiora.

¶ Ante tamen quam ad ossa perueniamus excoria cutẽ subtilissime ut inuenias uenas duas descendentes, quæ ramificate sunt a trunco uenæ chilis descendentes, quæ quando est in fine sphondylium renum ramificatur in duos ramos, quorum unus transit ad tybiam dextram, et aliter ad sinistrã, qđ potest uideri ad sensum, et eodẽ modo ramificatur arteria descendens.

¶ Postea quilibet illorum truncorum ramificatut in duos magnos ramos, quorum unus directe descendit per domesticam partem tybie usq; ad digitos pedis, et hæc uocatur saphena, quæ propter directionem suam flobotomata euacuat a membris naturalibus et genitalibus ut a matrice, a renibus, a testiculis, et huiusmodi, et apparet supra genu et infra supra cauiculam, et infra in calcaneo, et apparet in pectine pedis.

¶ Alius ramus obliquatur et ingreditur iuxta iuncturã sciæ, et ideo dicit̃ sciatica, et propter obliquationẽ quã habet circa has iuncturas flobotomata magis euacuat ĩ passionibus iũcturarum, et apparet in omnibus prædictis locis. In parte tamen siluestri.

¶ Postea eleua musculos et cordas et uide ossa. Et pri-

OOOOOOoooooo

mum eſt os fæmoris, ſupra qđ fabricati ſunt ſphondyli
dorſi, et per conſequens totum corpus, in parte inferio
ri habet piſidem quandam, in cuius cõcauitate locata
eſt extremitas rotunda cannæ coxæ, quæ uertebrum
uocatur, et in medio amborũ in parte ĩteriori eſt quod
dam ligamentum quod poteſt uocari uertebrũ, et quã
do hoc uel primum reſilit foras tunc neceſſe eſt homi-
nẽ claudicare, quia crus ꝑ hoc elongatur et firmari nõ
poteſt, nec corpus poteſt bene ſubſtẽtari, et neceſſe eſt
ut crus tabeſcat, quia uenæ quæ pertranſeunt inferius
propter oppreſſionem, et obliquationem quodammo
do opilantur, licet non ꝑfecte, et iunctura hæc. ſ. iſtorũ
oſſiũ uocatur ſcia, et inde dolor eius uocatur ſciaticus.
¶ Poſtea uidebis os quod nominatur canna coxæ, qđ
eſt maius omnibus oſſibus, quæ ſint in corpore, quia
debet eſſe ſubſtentamentum totius corporis, concaui-
tatem habuit magnam, ut eſſet leue, et ut multam me-
dullam retineret, et quia melius ſubſtẽtare poteſt quan
do non ſtat perpendiculariter, ſed quando ſecundum
extrema plicatum eſt uerſus domeſticã, et iõ in medio
plicatum eſt et cõuexum, hinc eſt quod non eſt rectũ
omnino, ſed plicatum ſecundum modum dictum.
¶ Poſt ipſum in iunctura genu ſunt duo focilia tibie,
uerſus tamen partem anteriorem in iũctura illa eſt os
quod uocatur patella ſiue rotula, factum ad modum
patelle ſiue rotulæ, ut iunctura fit fortior facta ex liga-
mentis ac ſi per nodum fuiſſent ligata.
¶ Et focile maius eſt ĩ domeſtico et groſſius, quia illud

habet maius onus corporis ſubſtentare.

¶Minus autem et ſubtilius eſt in parte ſilueſtri non ꝑ/ ueniens ad iuncturam, quia factum eſt tantum ut ſit appodiamentum maioris.

¶Poſt iſta duo focilia eſt os, cui iſta continuantur ꝑ iũcturam chavb ſiue clauiculæ nominatæ ab oſſe illo qđ chayb nominať, poſt eſt os calcanei, fabricatũ den ſum et groſſum quadrangulatum, ut poſſit bene figi et ſubſtinere totum, et propter fixionem bonã, ut quã do figitur cutim ad terram nõ atterrat, et ideo natura cutim groſſam calloſam multam ſub ipſo poſuit.

¶Poſtea eſt nauiculare quod eſt factum ad modum nauiculæ quadrangulare oblongum, poſtea eſt raſetta pedis quæ compoſita eſt ex quattuor oſſibus, non ex octo ſicut raſetta manus, qa pes nõ debet ita pluribus motibus moueri ad aliquod retinendũ ut manus, ſed propter fixionem habuit tantum tria.

¶Poſtea eſt pecten quod compoſitum eſt ex quinque quia polex poſitus eſt in eadem parte cum aliis.

¶Poſt hæc ſunt oſſa digitorum quattuordecim, quia quilibet eorum digitorum habet tria oſſa, et pollex ha bet duo, et tunc erunt oſſa pedis. xxvi.

¶Quot autem et qui ſint muſculi et corde, magis po teſt uideri in homine exſiccato quã recenter anatomi zato, ſicut alias declaraui, quando legi librum de iuua/ mentis membrorum.

¶Tamen ſcias ꝙ corde extendentes digitos pedis oriũ tur a muſculis qui ſunt in tybia in parte ſilueſtri, ſed

contrahentes digitos oriuntur a musculis, qui sunt in planta pedis, nam pars iferior pedis fuit carnosa multū, propterea ut pes magis figeretur et cutis ab ossibus et a terra non conterreretur, et ideo in planta pedum ratio nabiliter musculi contrahentes digitos fuerunt locati, sed musculi extendentes digitos non potuerunt locari in parte superiori, quia pars superior debet esse excarna ta ne aggrauet pedem.

¶Hic Finit textus Anatomiæ Mundini prius mendis plenus, Nunc autem castigatus et in pristi- num nitorem a Carpo restitutus.

COMMENTVM XXXX. CARPI.

ISte textus diuiditur in tres partes. In prima quarū ponit anatomiam uenarū pedum. In secunda parte ponit anatomiam ossium eorū. In tertia uero & ul- tima parte implicite tamen: ponit anatomiam musculorū & cordarum pedum. Secunda ibi: postea eleua musculos & cordas & uidebis ossa. Tertia ibi: quot autem & qui sint musculi & corde magis potest uideri in homine exsiccato. Ista littera est ubiq; clara: alia expositione neq; diuisione in digens: lege litteram.

¶Sed ultra ea quæ dicit Mundinus a nobis pro ultima di gressione aliquid dicetur. Et primo dico teste Hali. secūdo theoricæ. c. viii. pedem magnum continere in se quattuor partes: quarū una est cōmuuis iter ipsum pedem & sua su- periora, & hæc pars ab Hali. uocatur ancha. Aliæ autē tres partes quæ sunt proprie & uere partes pedis: sunt coxe: & crura: & pedes parui.

¶Nota tamen lector ꝙ iste partes sunt duæ. s. ꝙ est una ab utroq; latere. Auicenna tamen uocat istam partem cōmu- nem quæ est inter partes superiores: & inter coxas & cru-

ra:& pedes/fæmur.Et est notãdum ꝙ Hali.& Aui.per par/
tes supradictas:intelligunt tãtum ossa:quæ sunt fundamẽ/
ta membrorum:& Aui.diuidit illud os quod uocat fæmur
i quattuor partes:& unã partẽ uocat alhartapha/ & os ilii:
& est illa pars quæ est ad partem siluestrem prædicti ossis:
& pars illa quæ est ad interiora uocatur os fæmoris:& illa
quæ est ad posteriora uocatur os anche:& pars domestica
quæ est ad superiora uocatur pixis coxe/quia in ipsa est cõ
cauitas quã caput coxe gibbosum ingreditur:& sic Auicẽ.
diuidit prædictum os in quattuor partes.Hali.tamen diui/
dit istud os in tres partes tantum:istis uerbis.Ancha quidẽ
cõtinuatur cluniũ ossi:& per os clunium intelligit os sacrũ
& ab utroq; latere.s.hominis sũt duo ossa magna.s.ossa an/
che/& alterũ eorum est a latere dextro:alterum a sinistro:
& horum quodq; in tres diuiditur partes.Primum eorum
ipsumq; super his quod subsequitur clunis os:ab exteriori
bus dicitur ancha:& i eo est fouea similis semi sphere q̃ di/
citur uertebrum coxe:secundum autem est quod ista duo
sequitur ossa ab utroq; latere:& est tenue:& subtile:dicit̃q;
os ilii.Tertium autem est os quod est in anteriori parte &
dicitur os pennis.

¶Nota lector ꝙ licet ab Hali.ponatur in osse anche illa cõ
cauitas quæ est in isto osse cum sua parte superiori:& cum
partibus lateralibus:habet tñ propriũ nomẽ:quia ut i me/
diate supra patuit ab Aui.hæc pars uocat̃ pixis coxe/a mul
tis tamen illa pars uocatur scia:& sic uocat eam Mũdinus:
& ab aliquibus dicitur acceptabulum:& a grecis uocatur
cotilas:hæc tamen omnia etiam dicta sunt in nostro catalo
go:quem uide.

¶Nota lector ꝙ ista duo ossa ancharum ligãtur firmissime
absq; aliq̃ cartilagine cũ osse sacro:& ita firmissime ẽt alli/
gant̃ in directo uirge i medio pectinis ubi est ipsoꝝ una cõ
iunctura.Et ideo in parte anteriori ab Hali. uocantur ossa
pennis:quia pennis & uirga idem sũt ut supra patuit loco
suo.Cetera de pedibus magnis remitto uidenda in catalo/
go nostro:maxime de nominibus ossium pedum:& etiam
de nominibus partium pedis:in isto loco esset etiã aliquid
dicendum de natibus:sed quia in catalogo nostro:& etiã i
capitulo uniuersali de carne:de eis sufficienter dictum est:

ideo ad prædicta loca de earum notitia remitto legẽtes:in isto loco etiam secundum ordinem Mundini esset dicẽdũ de uenis pedis magni:sed in eodem loco ĩ quo tractaui de uenis manuum. Completum etiam sermonem feci de omnibus uenis pedum:ad quem locum etiam remitto legentes. Sint tamen memores iuniores medici ꝙ in collo & in cute totius corporis:& in manibus:& in pedibus: teste. G. xvi. de uti. c. xix. & teste sensu:uene pro maiori parte sunt sine arteriis sibi sociis & uicinis / & causam assignat. G. pro parte ibidem. c. viii. & . xiii. & . xiiii. sint etiam memores scolares nostri ꝙ arteriæ neq; uenæ oriuntur a corde ut putauit Ari. neq; uenæ oriuntur ab hepate ut putauit. G. sed ut alias diximus natura a principio generationis animalis format cor:& cerebrum:& hepar:& alia membra: de materia quã habet spermatica seu menstruali proportionata membris:est bene uerum in bona anatomia ꝙ nerui principaliter seruiũt cerebro:& arteriæ cordi:& uenæ hepati : uenæ etiam seruiunt cerebro & cordi seruitute delatoria portando eis sanguinem necessarium. Arteriæ etiam seruiunt hepati & cerebro seruitute prædicta:& nerui etiam seruiunt prædicta seruitute cordi & hepati : uenæ etiam & arteriæ seruiunt modo antedicto omnibus mẽbris corporis:& nerui seruiunt prædicto modo omnibus mẽbris sentientibus. Et quãuis sit tantus rumor inter medicos de ortu taliũ mẽbrorum de quo ego ualde miror:propter hoc nõ est aliter nisi ꝙ nerui seruiunt cerebro principaliter & arteriæ cordi & uenæ hepati:quod autẽ cor sit illud membrũ per quod gratia finis prædicta mẽbra. s. uene arterie & nerui sint a natura intenta peripatetici habent optimas rationes pro se: licet. G. aliter sentiat contra eos de mente Hip. & Platonis & ꝙ sit uerum in uia. G. ꝙ uene sint principaliter facte propter hepar potest persuaderi / quia uidemus uenã umbilicalem in non nato deferẽtem sanguinem : ad intra corpus fœtus igredi primo hepar quã cor : & uenæ meseraice idẽ faciunt portando nutrimentum animali: igitur uenæ principaliter sunt facte pro hepate:& ideo. G. dixit eas oriri ab hepate:& opinio. G. magis est sensibilis. Arist. uero & seq̃ces meliores habent rationes:quia omnia membra corporis seruiũt cordi aut uirtute præparatoria sicut facit hepar

quod præparat sanguinē pro corde:aut uirtute delatoria si cut faciunt uenæ seu uena portans sanguinem præparatū in hepate ad cor/ut in corde acquirat completā digestionē & in eisdem locis in quibus sunt cartilagines inter iunctu ras manuū:in eisdem locis sunt & cartilagines inter iuncta ras pedum.s.iuxta ossa:& ita iuxta cartilagines sunt etiā in pedibus ligamenta ipsas iuncturas seu ipsa ossa inuicem li/ gantia:sed os coxe habet in summitate sua superiori gibbo sa certum ligamentum cordosum: qđ alligatur pixidi seu concauitati anche:& ita in isto membro sunt duo ligamen ta.s.primum antedictum:aliud ligamentum ligat ossa per exterius:& causa propter quid natura fecit duo ligamenta in tali iunctura est ista.s.magnus motus pedis cum magno pōdere.De musculis pedum:& de neruis eorum:& de cor dis:remitto legētes:ad Hali.tertio theoricæ.c.x.& ad Aui. prima primi:sūma secūda: doctrina quinta.c.xxvii.xxviii. &.xxix.&.xxx.& ibidem ad Iacobum de partibus:remitto etiam legentes ad ducem.G.tertio de utili.c.x.xi.&.xii.& xvi.& ad eundem.xvi.de uti.c.ix.ubi loquitur de neruis.

¶ Nota lector ꝙ ego fui diminutus in anatomia musculo/ rum totius corporis: quāuis de aliquibus particularibus musculis completum fecerim sermonem: & non multum me intricaui in anatomia omnium musculorum: quia in ostēsione cōmuni anatomica quæ fit in gymnasiis pro sco laribus maior pars musculorum non potest monstrari: sed requiritur ad eam perfecte uidendam extremus labor: & tempus longū:& ita locus accomodatus:& anatomia om/ nium musculorum non potest uideri nisi in corpore deco/ cto: uel in longo tempore dissoluto in aquis currentibus. Et quia talis musculorum anatomia particulariter est scri/ pta ab Aui.prima primi:& etiam a.G.& ab aliis multis iō de eis sermonem breuitatis gratia perstrinxi. Remittēdo legentes ad alios medicine auctores maxime ad Aui. & ad G.& ad Hali.uolui tamen ad utilitatem chirurgicorum po nere figuras aliquas musculorum manuum & pedum: & etiam musculorum totius corporis cuti adherentes mani/ feste:ut sciant distinguere mala uulnera & ulcera & apo/ stemata a deterioribus respectu loci:& figure horum mu/ sculorum erunt in certis figuris positis circa finem operis

loco ſuo:ponam etiam aliquas figuras in quibus apparent ruge & plicature mediantibus quibus chirurgici reddent cauti in incidendo apoſtemata & in faciendo alias operationes chirurgicas:ponam etiam certas figuras in quibus erunt forme oſſium humani corporis:quæ multum iuuabunt medicos in reſtaurandis oſſibus fractis & diſlocatis. Sed unde digreſſus ſum reddeo:& dico ꝙ ĩ plãta pedis eſt caro aliqua uilloſa ultra muſculos ſicut in manu:& in eiſdẽ locis ad eandem utilitatem & in planta ſeu in palma pedis eſt etiam unus muſculus dilatatus per totũ ſicut eſt in palma manus: tamen caro pedis nõ ita æque ſentit ſicut caro manus:quia redditur cutis pedis groſſior cute manus:propter ſtare & ambulare:nec natura quæſiuit tãtum ſenſum in pede ſicut in manu:quia homo non debet tangere obiecta cum pede. Iuuamenta.n.rigil.i.pedis magni cõſiſtunt tantum in duobus:teſte Aui.prima primi: unum iuuamentum eorum eſt figere & ſtare & hoc eſt per pedem paruũ. Aliud iuuamentum eſt ambulatio.ſ.mutatio æqualis crurium aut currere in quo curſu eſt etiam mutatio æqualis: per pedem magnum etiam ſit aſcenſus & deſcenſus cũ toto corpore:pes magnum habet.xxx.oſſa teſte Auic. primũ eſt os coxe:quod eſt unum ſolum cõcauum in quo eſt notabilis quãtitas medulla/quæ medulle reperitur ẽt in focilibus cruriũ/ & in oſſibus adiutorii/ & in focilibus brachiorum/ & in oſſibus mandibularum ad ea humectanda & forte nutrienda:ſunt tamen aliqui qui uolunt ponere in pede magno unum os anche in quolibet pede:ſicut ponitur ab aliquibus os ſpatule inter oſſa magne manus:ſed cõmuniter in pede non ponitur os anche:quia anche os non mouetur ad motum aliquem magni pedis ſicut mouetur os ſpatule:ſecundum os magni pedis eſt rotula genu oculus genu dicta:ſunt deinde ĩ uno quoq; pede duo oſſa a genu ad pedem paruum:quæ dicuntur duo focilia ſeu duo oſſa cruris:unum quorum eſt groſſius & lõgius altero: & illud quod eſt breuius non peruenit uſq; ad os coxe & focile lõgius ſeu maius eſt locatus ad partem anteriorẽ & ĩteriorẽ. Minus uero ad poſteriorem: & minus focile iungitur cum iunctura pedis parui ſicut facit magnus:poſt prædicta focilia ĩ pede paruo ſunt.xxvi.oſſa quorũ unum eſt os quod

dicitur

chahab siue chahib uel alchahab ab Aui.p qđ iunctura pe/dis cũ crure cõplet:post hoc est os calcanei:post hoc:est os nauiculare:post ista ossa sunt q̃ttuor ossa rasette:quorum unũ os grãdiuosuȝ uocat. Rasetta uero pedis hẽt unã aciẽ ossiũ solam:rasetta uero manus habet duas acies ossiũ/ post ossa rasette sunt ossa pectinis pedis quæ sunt quinq;: quia cum uno quoq; ipsorum quisq; digitorum qui sunt quinq; con stituti in una acie continuatur : quisq; autem digitus pedis præter policem ex tribus consistit ossibus . Polex.n.tãtum duo habet ossa:de istis ossibus Mundinus nõ nominat grã dinosum antedictum:& iõ ossa magni pedis ab aliqbus nõ ponuntur nisi.xxix.de istis ossibus reuideat catalogus no/ster i quo sunt prædictorum ossium nomina notatu digna: uide etiam.G.in libro de uti.uide etiam Aui. prima primi: & Rasim primo Almãsoris:& Hali.secundo theoricæ . De unguibus sufficienter dictum est in anatomia manuũ. Sub stantia pedis magni:figura etiã/ & quantitas / colligantia: & situs eius omnibus nota sunt:sua iuuamenta sunt etiam nota/ passiones omniũ modorum potest pati / & hæc suffi ciant de pedibus magnis & paruis.

¶De numero omniũ ossium corporis humani reperitur aliqua diuersitas inter auctores:quæ tamen est pauci mo/mẽti apud medicos/ & suus numerus prout numerauit ea G.teste Rasi primo Almãsoris est.ccxlviii.excepto osse lau de quod ẽ circa epiglotim in radice lingue:& excepto osse quod est i basi cordis:& exceptis ossibus sisamiis paruis q̃ sunt ad replendas uacuitates iũcturarum.Auic.etiam dicit prima primi omnia ossa corporis humani esse.ccxlviii. ex/ceptis sisamiis prædictis quæ sunt certa officula parua simi lia granis sisami:& excepto osse lingue.Idem dicit Hali.se/cundo theoricæ.c.viii.ab istis auctoribus Albertus uidetur discordare:quia ponit ossa capitis esse.xxvii.& non'ponun tur ab auctoribus prædictis nisi.xxii.s.coronale.i.laude.i. nerualia seu bregmatis.ii.petrosa.ii.paris.ii.superioris mã dibule.xii.inferioris mandibule.ii.ibi deficiũt ossa narium & ossa ossis basilaris & dentes.

¶Sed Iacobus đ partibus sup prima primi dicit.G. Auer. Rasim:& Aui.esse concordes in enumeratione uniuersali omnium ossium corporis humani.s.ꝙ sint.ccxlviii.dicit ta

mē ꝙ sunt discordes in eorum enumeratione particularī: quia secundum computum particularem Rasis non sunt nisi.ccxl.& secundum computū particularē Auer.nō sunt nisi.cc.xxxviii.Et ipse Iacobus dicit ossa capitis humani eē lix.connumerato osse colatorii ꝑ uno osse distincto ab osse basilari.s.os coronale.i.os laude.i.ossa ueruualia.ii.ossa pe/trosa.ii.os basilare.i.os colatorii.i.ossa paris.iiii.ossa mandibule supioris.xiii.ossa mandibule inferioris.ii.dētes.xxxii. Iudicio meo Iacobus errat quia ossa paris non sunt nisi.ii/ Et subdit Iacobus ꝙ ossa quæ sunt in trunco corporis sunt lxvii.s.sphondyli ueri & mēdosi.xxx.ossa furcule.ii.ossa spatularum.ii.coste uere & mēdose.xxiiii. os ī radice cordis.i. ossa thoracis.viii.ossa anche.ii.sed ibidem est error in littera Iacobi/quia ossa thoracis non sunt nisi.vii.& secundum suum numerum in tabula ossa trūchi sunt.lxviii. Et subdit ꝙ ossa magnarum manuum sunt in totum.lxii.s.os adiutorii.i.focilia duo/ossa rasette.viii.unum his additum/ossa pectinis.iiii.ossa digitorum.xv.& totidē sunt in altera manu. Et subdit ꝙ in magnis pedibus sunt.lx.ossa.s.os coxe:& rotula genu:due canne cruris.i.alchahab: os nauiculare.i.os calcanei.i.ossa rasette.iiii.& ossa pectinis.v. & ossa digitorū xiiii.& totidem in altero pede/ista ossa secūdum Iacobum posita sunt.cc.lix. Achillinus etiā numerat talia ossa modo suo:sed in numero uniuersali talium ossium nō est utilitas multa medicis:ideo de eis non est multum curandum:sed uide Iacobum ubi supra q numerat aliqua alia ossa: & hæc sufficiant de ossibus.

¶ Visis prædictis ad maiorem utilitatem medicorū: sicut supra dixi:hic ponētur certe figure:quæ monstrant situm uerum:& figuram:aliquorum musculorum exteriorum: & aliquæ earum figurarū.s.prima assimilatur corporibus marasmatis:in quibus apparent ruge:& plicature secundū quas medici debent perforare seu seccare membra in exi/turis:& etiam in aliis dispositionibus:in quibus requiritur sectio uel cauteriū:uel aliud opus manuale: sunt etiam ali/quæ figure q̄ assimilantur uere:corporibus excoriatis.i.si/ne cute:in quibus uidentur multi musculi exteriores pro/pe cutim stantes:& per tales figuras redduntur medici chirurgici cauti:maxime in curādis uulneribus: ulceribus : &

apostematibus. Multi tamen musculi etiam extrinseci nõ uidentur nec possunt uideri in talibus figuris: quia sunt in terdũ minimi: & interdũ aliq musculi sunt infra musculos: & ideo non possunt uideri: & ad uidẽdam anatomiam om nium musculorum requiritur maximus labor: & talia cor/ pora debent poni in torrente: & per aquam currentẽ mu/ sculi macerantur & deteguntur: adiuuante etiam talem de tectionem perito anatome: & multorum musculorum co/ gnoscitur situs & operatio si anatomizetur animal uiuum: intelligendo ita de musculis exterioribus sicut de interiori bus: & tam de paruis quam de magnis.
De numero musculorum multi auctores sunt cõcordes: & ponunt eos de mente. G. esse quingentos uigenti nouem: tamen teste Iacobo de partibus in uniuersali dicit Rasim affimare eos esse. ccccc.xxix. & ita est: sed ubi Rasis nume/ rat musculos in particulari non ascendunt nisi ad numerũ cccc.lxxxxix. & ut sic secũdum Rasim in particulari ad nu/ merum Rasis respectu numeri. G. deficiunt. xxx. musculi. Et dicit Iacobo ꝙ Aui. numerat ĩ particulari. ccccc.xii. mu sculos: tamen Aui. in uniuersali dicit eos esse. ccccc.xxix. & dicit Iacobus ꝙ Auerrois obmissit in enumeratione parti/ culari. xxxix. musculos: uide Iacobũ qui numerat tales mu sculos: & ponit eos in tabula ẜm prædictos auctores.
¶ Post figuras musculorum a me dictas ponentur certe fi/ gure in quibus uidentur ossa corporis humani: q̃ ossa mul tum iuuant chirurgicos in restaurandis ossibus fractis & ẽt dislocatis: & in aliis operationibus ubi requiritur perfecta positio & cognitio ossium: tum propter cauteria fienda; tũ propter sagittas extrahendas: & his similia.
¶ Et hic finem uolo imponere cõmentariis & digressioni/ bus per me elaboratis super anatomia Mũdini: reddendo eas quas possum gratias illi summo qui trinus & unus est: quem humillime rogo ut me conseruet in salute anime & corporis: & ad maiora me dirigat. Amen.

SEQVVNTVR FIGVRAE:


¶ Hæc ẽ prima figura q̃ assimilat̃ homini marasmato: in qua uidentur plicature: & ruge: quas debent seq incidẽtes apostemata: & uulnera: & ulcera dilatãtes: ne seccẽt musculos p trãsuersum:





¶ Hæc ē se-
cūda figura
q̄ assimilat̄
homini ex-
coriato a cu-
ti:in q̄ uiden
tur figuræ
musculorū
exteriorū p-
tis āterioris
hominis, p
quā iuuātur
medici i co-
gnoscēndis
capitibus: &
ēt partibus
mediis mu-
sculorū: ut in
de meli' pos
sint pgnosti
cari uulnera
ulcera & apo
stemata: &
ut ēt sciāt fa-
cere sectiōes
ulcerū & uul
nerū: & alias
chirurgica-
les opatiōes
absq̄ læsiōe
cordarum: q̄
sunt in capi-
tibus pdicto
rū musculo-
rum.

¶ Hæc est una alia figura similis secunde: i qua uidētur etiā musculi partis anterioris hois imediate sub cuti locatis/ in q̄ ēt optime uidētur musculi partis domestice brachiorum usq figuram suam reddant medici cauti in ādictis operationibus.






¶ In hac q̄r-ta figura ui-dētur muscu-li exteriores laterales cor-poris huma-ni, a qb⁹ me-dici reddunt cauti in pro-gnosticandis apostemati-bus: ulcerib⁹ & uulnerib⁹: & in sectioni-bus: & i aliis operationib⁹ chirurgicali-bus.

¶Hæc ē qn
ta figura: i q̃
a tergo uidē
tur oēs mu-
sculi sub cu-
te imediate
locati: q̃ præ
stat iuuamē
ta prænarra
ta, medicis:
& iste figure
etiam iuuāt
pictores in li
neandis mē
bris.





¶ In ista fi-
gura sexta in
ordine uidē-
tur forme: &
situs/ & ét nu
merus uerus
omnium ossi
um corporis
humani: ex-
ceptis ossib⁹:
capitis & etiā
ossib⁹ dorsi:
quorꝫ iunctu
re oēs nō pos
sūt uideri nisi
in corporib⁹
decoctis uel
exsiccatis in
cimiteriis.

QQQQQQqqqqqq

¶In ista figura uident ossa ptis posterioris hois uidet et due calue: in quarum dextra ut coronalis comissura, que e in pte superiori: ut & sagittalis: que e in medio: ut et laude comissura: que e in pte inferiori: a lateribus et uidet due comissure a me supra noiate in anatomia cranei que sunt supra comissuras squamosas exntes ppe aures: sz iste sunt fere insensibiles: a sinistris e alia calua: in qua uidet madibule: & pars comissure coronalis: & due comissure infra sagittale ad unu latus existentes: & ut unu os de duobus ossibus paris: qd est a regione oculi seu ab osse dictu pomu faciei tendens p latu capitis uersus aurem.



Primū os indicis.
Primū os policis.
Vnū ex octo ossi/b' rasette
Focile maius.
Focile minus.
Vnū ex quattuor ossib' pe/ctinis.
2m os auri cularis.
ultimū os anularis
ultimū os medii.

¶Habes in hac figura numerū: formá: & sitū os/siū manus & pedis. In manu sunt extremitates duo/rū fociliū brachii: & octo ossa rasette: & quattuor pectinis: & quindecim digitorum.

Os chaib
Os naui/culare.
q̄ttuor ossa rasette
Primū os policis.
Duo ossi/cula sisa/mia.
Os calca/nei.
Os sisami um.
Ossa pe/ctinis.

¶In pede habes os cal/canei: & os chaib: & os nauiculare: & quattuor ossa rasette: & quinq; os/sa pectinis: & ossa q̄ttuor/decim digitorum.

TABVLA EORVM QVAE REPERIVN/TVR IN ISTO OPERE.

De laudibus Mundini.Folio. iiii.
De subiecto huius libri.Folio. iiii.
De utilitate anatomiæ.Folio. v.
De necessitate anatomiæ.Folio. v.
Quid sit anatomia.Folio. vi.
Conditiones boni anatomes.Folio. vi.
¶Primus textus Mundini/incipit.Folio. vii.
Commentum primum Carpi/incipit.Folio. vii.
¶Secundus textus Mundini in quo ponuntur differentie aliquæ hominis ad alia animalia/incipit.Folio. vii.
Commentum secundum Carpi in quo monstratur quod corpus sit eligendum pro anatomia/incipit.Folio. ix.
Et in isto cōmento dicitur causa figuræ recte hominis: & causa situs oculorum/ & dicitur aliquid de instinctu na/ture: dicuntur etiā multe differentie hominis ad alia ani/malia de quibus non loquitur Mundinus: & recitatur gi gas mire magnitudinis: & Folio decimoquarto dat no/tabilis distinctio de membris
¶Catalogus de nominibus membrorum exteriorum a ca pite usq; ad caudam incipit.Folio.xv.& finitur folio.xlii:
¶De anatomia uentris inferioris textus Mundini tertius incipit.Folio. xlii.
Commentum tertium Carpi in quo dicitur quot sunt cō sideranda in anatomia: & dicitur ibi aliquid de partibus uentris inferioris incipit.Folio. xliiii.
¶De anatomia mirach textus Mū.q̄rtus incipit.Fo.xlvii.
Commentum quartum Carpi ubi dicitur quid sit mirach & quid sit panniculus carnosus cōtra omnes modernos incipit.Folio. xlviii.
Quid sit pinguedo.Folio. liii.
Quid sit caro.Folio. lxiiii.
De neruis in uniuersali.Folo. lxvii.
De uilis in uniuersali.Folio. lxvii.
De ligamentis in uniuersali.Folio. lxix.
De cordis in uniuersali.Folio. lxx.
De musculis in uniuersali.Folio. lxxi.

De musculis uentris inferioris in uniuersali & particulari cum suis figuris incipit. Folio. lxxvii.
¶De anatomia siphac textus qntus Mūd. incipit. Fo. xciii.
Commentum quintum Carpi in quo redarguitur Gentilis: & ibidem dicitur quomodo membrum oritur a mēbro: & ibidem redarguitur Iacobus de partibus: & Zerbus de ortu mirach: & datur modus ligandi zirbum in uulneratis incipit. Folio. xcv.
¶De anatomia zirbi textus sextus Mnn. incipit. Folio. ci.
Commentum sextum Carpi: in quo multa de zirbo: & de putrefactiōe eius & carnis & pinguedinis icipit. Fo. cii.
¶De anatomia intestinorum textus septimus Mundini incipit. Folio. cvi.
Commentum septimum Carpi ubi habentur multa de intestinis notatu digna: & aliquid de mō clisterizandi incipit. Folio. cx.
¶De anatomia mesenterii textus. viii. M. icipit. Fo. cxviii.
Commnentum octauum Carpi in quo monstratur quod mesentereon est duo membra: & culpatur Zerbus & dicitur ibidem quid sint lactes incipit. Folio. cxix.
¶De anatomia stomachi textus. ix. Mū. incipit. Fo. cxxii.
Cōmentum nonum Carpi nbi de stomacho multa dicunt notatu digna incipit. Folio. cxxvi.
¶De anatomia splenis textus. x. Mūd. incipit. Fo. cxxxiiii.
Commentum decimum Carpi in quo multa dicuntur de splene incipit. Folio. cxxxv.
¶De anatomia hepatis textus. xi. Mū. incipit. Fo. cxxxix.
Commentum undecimū Carpi in quo de uena porte multa dicunrur: & de partibus hepatis: & de operationibus eius notatu dignissimis incipit. Folio. cxl.
¶De anatomia fellis textus. xii. Mūdi. incipit. Folio. cxlix.
Commentum duodecimum Carpi in quo monstratur error littere Aui. & multorum de aliorum ingressu diagonali pororum fellis ad corpus eiusdem: & ibidē habent multa notatu digna incipit. Folio. cl.
¶De anatomia uenæ chilis: & emulgentium: & renū: textus Mundini tertiusdecimus incipit. Folio. clviii.
Commētum decimumtertium Carpi in quo ponitur anatomia fere omnium uenatum corporis: & taxātur Hali.

& Aui. & fere omnes moderni de uenis flobotomari soli tis in manu: & multa dicuntur notatu digna de renibus incipit. Folio. clxi

℄ De anatomia uasorum spermatis & matricis textus Mūdini quartusdecimus/incipit. Folio. clxxxi.

Commentum decimumquartum Carpi in quo dicuntur multa de uasis spermaticis: & ibidem notantur errores modernorum de numero celularū matricis: & ibidē habetur anatomia matricis ordinata: & pinguis magisq̄ ab alio auctore/incipit. Folio. clxxxiiii.

De generatione embrionis auctore Carpo: & ibi habentur opiniones Aristotelis: & Galeni inuicem contrariātes & ibidem habentur fere omnia quæ sunt spectantia ad generationem hominis: & alia multa notatu digna/incipit. Folio. ccxxvii.

℄ De anatomia didimi textus Mundini quintusdecimus incipit. Folio. cclxxxviii.

Cōmentū decimūquintū Carpi in quo dicunt multa notatu digna de didimis: & de herniis/ icipit. Folio. cclxxxix.

℄ De anatomia testiculorum & etiam uasorum spermatis textus Mundini decimussextus/incipit. Folio. ccxciiii.

Commentum decimumsextum Carpi: ubi traduntur de testiculis & uasis seminariis multa scitu digna/incipit. Folio. ccxcv.

℄ De anatomia uesice textus Mundini decimusseptimus incipit. Folio. ccxcviii.

Commētum decimumseptimum Carpi in quo aliqua dicuntur notatu digna de poris uritidibus: & etiam de uesica/incipit. Folio. ccxcix.

℄ De anatomia uirge & ani textus Mūdini decimusoctauus incipit. Folio. ccciiii.

Commētum decimumoctauum Carpi in quo de uirga & de ano dicuntur aliqua notatu digna incipit. Folio. cccv.

℄ De anatomia uentris medii in uniuersali quantū ad partes continentes textus Mūdini decimusnonus / incipit. Folio. cccx.

Commentum decimumnonū Carpi in quo de uentre spiritualium membrorum quantum ad partes cōtinentes dicuntur aliqua huic parti necessaria/incipit. Foli. cccxi.

¶De anatomia mamillarum/textus Mundini.xx. incipit.
Folio. cccxii.
Commentum uigeſimum Carpi in quo de mamillis & de lacte multa narrant neceſſaria medicis/icipit.Fo.cccxiii.
¶De anatomia muſculorũ pectoris/textus Mundini.xxi.
incipit.Folio: cccxvi.
Commentum uigeſimumprimum Carpi in quo aliqua dicũtur de muſculis pectoris notatu digna: & ibidem taxatur Zerbus/incipit.Folio. cccxvii.
¶De anatomia oſſium & cartilaginũ pectoris textus Mundini.xxii.incipit.Folio. cccxix.
Commentum uigeſimumſecundum Carpi in quo de cartilaginibus & oſſibus pectoris dicuntur aliqua medicis neceſſaria/incipit.Folio. cccxix.
¶De anatomia diaphragmatis/pleure/ & pãniculi mediaſtini/textus Mundini.xxiii.incipit.Folio. cccxxiii.
Commentum uigeſimumtertiũ Carpi in quo de diaphragmate & de pleura panniculo:& de mediaſtino dicunt multa notanda/incipit.Folio. cccxxv.
¶De anatomia cordis textus.M.xxiiii.icipit. Fol.cccxxxi.
Commentum uigeſimumquartum Carpi in quo de corde & de eius capſula dicuntur miro ordine fere omnia q̃ ſpectant ad anatomiam:& ibidem mõſtrãtur aliqui textus.G.eſſe corrupti ab eius iterp̃te/icipit. Fo.cccxxxiiii.
¶De anatomia pulmonis textus Mundini.xxv.incipit.
Folio. ccclviii.
Commentum.xxv.Carpi in quo multa notãtur de anatomia pulmonis/ incipit.Folio. ccclx.
¶De anatomia uenarum & arteriarum guidez ſeu ſubeticarum / & duarum amigdalarum/& neruorum deſcẽdẽtium a quibus oriuntur nerui reuerſiui:textus Mundini xxvi.incipit.Folio. ccclxiiii.
Commentum.xxvi.Carpi in quo de uenis & arteriis guidez ſeu ſubeticis/& de duabus amigdalis ĩ collo repertis & de neruis deſcendentibus:& de reuerſiuis aliqua dicũtur medicis iunioribus grariſſima/incipit. Folio.ccclxv.
¶De anatomia oris & partium eius textus Mũdini.xxvii.
incipit.Folio. ccclxx.
Commentum.xxvii.Carpi in quo multa pulchra dicũtur

de partibus oris.s. de labiis:de dentibus:de gingiuiis:de palato:de uula:de faucibus:& de mãdibulis inferioribus incipit.Folio. ccclxxi.
¶De anatomia meri & tracheæ arteriæ: textus Mundini. xxviii.incipit.Folio. ccclxxix.
Commentum.xxviii.Carpi in quo de meri & de trachea arteria aliqua dicuntur anatomicis necessaria/incipit. Folio. ccclxxxi.
¶De anatomia epiglotis & musculorum eius: & neruorũ reuersiuorũ:textus Mũdini.xxix.icipit. Folio. ccclxxxv.
Commentum.xxix.Carpi in quo de epigloti dicũtur multa alibi non uisa:& de musculis eius:& de neruis reuersiuis ẽt tradunt multa notatu digna/icipit.Fol.ccclxxxvii.
¶De anatomia lingue textus Mũ.xxx.icipit.Fol. cccxcix.
Cõmẽtũ.xxx.Carpi ubi dicunt laudes & opatiões lingue & ibi traditur anatomia ossis lingue:& alia notatu digna reperiuntur ibidem/incipit.Folio. cccc.
¶De anatomia capitis in communi textus Mũdini .xxxi. incipit.Folio. ccccii.
Commẽtum.xxxi.Carpi in quo de capite in communi dicuntur aliqua notatu digna:& ibi ponitur anatomia capillorum: & cutis: & carnis capitis: & anatomia pericanei incipit.Folio. cccciii.
¶De anatomia cranei:textus.M.xxxii.icipit.Fol.ccccviii.
Commentum.xxxii.Carpi in quo traditur uera cognitio oium ossiũ & cõmissurarũ cranei incipit. Folio. ccccviii.
¶De anatomia pie & dure matris:textus Mundini.xxxiii. incipit.Folio. ccccxx.
Commentum.xxxiii.Carpi in quo traditur completa anatomia pie & dure matris:& mõstratur ubi sit lacuna sanguinis & torcular/incipit.Folio. ccccxx.
¶De anatomia medulle cerebri & contentorum in ea:textus Mundini.xxxiiii.incipit.Folio. ccccxxvi.
Commentum.xxxiiii.Carpi ubi multa notatu digna dicũtur de cerebro.Et de uentribus eius habetur opinio noua:& ibi traditur anatomia lacune Mũdini quæ uocatur ab aliquibus embotum & infusoriũ & caput rose:& ponitur anatomia uermium : & ancharum existentium in cerebro/incipit.Folio. ccccxxviii.

¶De anatomia

¶De anatomia duarum caruncularum mamillarium: & neruorum ortorum a cerebro: & rhetis mirabilis: textus Mundini.xxxv.incipit.Folio. ccccxlvii.
Commentum.xxxv.Carpi: in quo de omnibus neruis cerebri dicūtur aliqua notatu digna: & ibidem habetur noua opinio de loco rhetis mirabilis: īcipit. Folio.ccccxlix.
¶De anatomia offis basilaris & oculi: textus Mūdi.xxxvi. incipit.Folio. cccclix.
Commentum.xxxvi.Carpi: in quo ponitur anatomia frōtis: & pomorum faciei: & mādibularum superiorum: & nasi/ ubi traditur inuentio noua certorum musculorum naso seruientium: & ponitur ibidem anatomia palpebrarum: & angulorum lachrymalium: & ibidem traditur integra anatomia pelliculatum: & humorum oculi: & de carne: & pinguedine circa oculos: & de eorum musculis incipit.Folio. cccclxii.
¶De anatomia auris: textus.M.xxxvii. īcipit.F.cccclxxv.
Commentum.xxxvii.Carpi: ubi aliqua notatu digna dicūtur de auribus: incipit.Folio. cccclxxvi.
¶De anatomia sphondylium: textus Mundini.xxxviii. incipit.Folio. cccclxxviii.
Commētum.xxxviii.Carpi: in quo amplissime in uniuersali: & particulari traditur anatomia ossium dorsi: & ibidem traditur notitia ossis sacri: & quomodo aperitur in muliere hora partus: & ibidē ponitur anatomia nuche: & neruorum ortorum ab ea: & de eis traduntur aliqua notatu digna: & ibidem habet figura monstrans numerum sphondylium: incipit.Folio. cccclxxix.
¶De anatomia adiutoriorum & manuum: textus Mundini.xxxix.incipit.Folio. cccccvii.
Commentum.xxxix.Carpi: in quo ponitur anatomia amplissima manuum: & ibidē ponitur anatomia laguaich & cartilaginum/ & unguiū: incipit.Folio. ccccc.viii.
¶De anatomia cruris & pedis: textus Mundini.xl. incipit Folio. cccccxiii.
Commentum.xl.& ultimum Carpi: in quo ponitur anatomia pedis: & ibidem ponitur numerus omnium ossium corporis humani: & in calce eius ponuntur certe figure musculoꝝ & ossiū necessarie medicis: īcipit.F.cccccxiiii.

RRRRRRrrrrrr

RECOGNITO TOTO VOLVMINE CA rissime lector/ aliquos Errores collegi: in quibus Im/ pressores a præscripto aberrarunt: quos hic posui in calce operis: multa tamẽ/ mala ortogrophia & inuersas deficiẽtes etiam ac superfluas lr̃as & punctuatiões labeculasq; aliq̃s obmisi: quas uiri legittimi & hu/ maniores agnoscent atq; emendabunt.

¶ In octauo folio: linea nona: spumosam lege spirituosã. Fol.x.lin.l.aliori: lege altiori. Fol.xi.li.xxxvi.frontem: lege fontem. Fo.xii.li.vi.ratione: lege ratio. Fol. xxiiii.li.liii.con tinua: lege cõtentiua. Fo.xxxvi.li.lvi.inuicdm: lege inuicẽ. Fo.xliiii.li.xv.Et ideo/ ut dicit Aui.tales uene: & talis pars notior est in non natis quã imperfectis: ut patet decima q̃r ta tertii de causis asclitis: lege ut dicit Auic. decima quarta tertii de causis asclitis & tales uene & talis pars notior est ĩ non natis quã imperfectis. Fol.xlv.li.xvi. Alexandro: lege Alexandrino. Fol.xlvii.li.xviii.depredatur: lege deperdat. Fo.lii.lin.lix.lacerum: lege lacertum. Fo.liii.lin.lxi. ascen/ dentis: lege descendentis. Fo.liiii.lin.xxviii.reperi: lege re/ peritur: & lin.lxiii.& apud aliquos significat diuitias: lege & apud aliquos pinguedo significat diuitias. Fol. lv. linea xxxvii.saginem: lege sagimen. Fo.lvi.lin.xliiii.conagrũ: le/ ge honagrum. Fol.lxxviii.lin.xxxviii.&.xxxix. conceditur sentiunt: lege cõcedunt: & lin.li.de rectis: lege rectos. Fol. lxxix.lin.xlv.permitti: lege permixti. Fol.lxxxix.lin.xlii. etiam: lege esse. Fo.xcii.lin.iii.lacertosus: lege lacertus. Fo. ciiii.lin.lxxvi.aera: lege aerea. Fol.cxv.lin.vii.eicies: lege eiciens: & lin.xxvi.inuenirent: lege inuenient. Fo.cxxi.lin. xxiii.superioribus: adde licet etiam dicatur mirach sine cu te. Fo.cxxv.lin.xxi.spõdilem: lege ibi & etiam in toto ope re sphondylum in masculino genere: & diafragma: lege in toto ope dyaphragma. Fo.cxxxvi.lin.ix.lyens: lege lyeus. Fo.cxxxvii.lin.xxx.sanguis: lege sanguinis. Fo.cxliii. linea xxxi.scimis: lege & ĩ toto opere simis. Fo.cxliiii.lin.vii. pra uitatem: lege paruitatem. Fo.cxlviii.Ergasterium: lege Er/ persiulum. Fo.clii.lin.xlvi.sanguis: lege sanguinis. Fo.clv.

lin.xiiii.eubie:lege euboie.Fol.clxiiii.lin.lxxviii.arenales:
lege araneales.Fo.clxxxii.lin.prima continentur: lege con
tinuetur:& lin.ix.alouius : lege & in toto opere alhouius:
& lin.xii.uesicā:lege & in toto opere uessicā: & lin.xxxiiii.
coruna:lege cornua.Fo.cxc.li.xxxi.extrices:leg. textrices.
Fo.cxcii.lin.lxi.obstrices: lege obstetrices.Fo.ccxi.lin.iiii.
scortum:lege etiam in toto opere scrotum.Fo.ccxxx.linea
xxviii.recipitur:lege reperitur.Fo.cclxiii. lin.xxxviii.elere
lege eleuare.Fo.cclxiiii.lin.xxxiii.guna:lege genua.Fo.cc.
lxxvii.lin.xxxvii.quia magis:lege maxime quia : & lin.lii.
Iudicio Aui.lege iudicio aliquorum Aui.Fo.cclxxxiii.li.v.
sublantur:lege fabulantur:& consistit:lege constitit.Fo.cc
lxxxvi.Ermofroditi:lege etiam in toto opere Hermophro
diti.Fo.ccxciii.lin.iiii.tantam:lege tantum. Fo.ccxcviii. li.
l.uasas:lege uas.Fol.ccc.lin.xxvi.huda: lege humida.Fol.
ccci.lin.lxii.erina:lege urina.Fo.cccix.li.ii.cluuium & clu-
mes:lege clunium & clunes:& lin.xxiii.fristoriū:lege stri-
ctorium:& lin.lii.eis:lege eius.Fo.cccxii.lin.xlv.debuit: le
ge debuerūt.Fo.cccxiii.lin.iii.colligite:lege colligate. Fol.
cccxv.lin.lxxii.sanguinis:lege sanguis.Fol.cccxvi. lin.xlii.
auxerit:lege hauserit.Fo.cccxxiii.lin.xxxii.tuellā: lege tu-
tellam.Fol.cccxxx.lin.viii.secdūum : lege secundum. Fol.
cccxxxvii.lin.xxvi.sanguis:lege sanguinis.Fo.cccxl.lin.ii.
conientibus:lege conueniētibus.Fo.cccxliii. lin.lxxvi. qui
si uenter dexter attrahit:lege si uenter dexter qui attrahit.
Fo.cccxliiii.lin.vii.quæ:lege quā.Fo.ccclxii.li.xlii.bonus:
lege honus.Fo.ccclxxv.lin.xxiiii.speciositas:lege spaciosi-
tas.Fo.ccclxxxviii.lin.vi.quinto:lege tertio:& lin.x.quin-
to:lege tertio.Fo.cccxcvi.lin.xxii.una:lege uua.Fo. cccci.
lin.xxiii.uos:lege nos.Fo.ccccii.lin.xxviii. ueruale m : lege
nerualem.Fo.ccccl.lin.xxv.non rotunda:lege nō totaliter
rotūda.Fo.ccccliiii.li.xli.eius:lege eū.Fo.cccclxvi.li.xx.iu
dicant:lege iudicat.Fo.cccclxviii.li.xix.secūda ante est tm̄
lege secūda est tm̄.Fo.cccclxix.li.xlvii.uellant: lege uellat.
Fo.cccclxx.li.lvii.quartitunicalis:lege quatritunicalis.Fo.
cccclxxii.lin.lvi.humidas:lege humiditas.Fol.ccccvii. lin.
xxxiiii. Vtrum:lege Verum.Folio.cccccxiii.linea.xi. quod
lege & hoc:& ibidem linea.xxxiii.uel primum:lege uerte-
brum.Folio.ccccc.xiiii.linea.xvii.tria:lege quattuor.

Ludouicus Bucca Ferreus Bonon. Artium & Medicinæ Doctor Ad Carpum.

Quæ modo discerptos miseris mortalibus artus
Tecũ ope certabat restituisse pari
Hic cessit natura tibi, non æqua potestas
Illi erat, in paruas membra secare notas,
Ipsa quidem in penitis orditur cuncta latebris,
At tuus hæc eadem reddit aperta liber,
Iure illam superas, subitæ dum infirma saluti
Reddis, et ex orco mortua busta trahis,

Vergilius Hierardus Artiũ et Medicinæ Doctor Bon. Iacobo Carpo Salutem.

Quæ nam Carpe ingens pietas, quis te impluit ardor
Grande Senis Choi decus, et podalyria proles,
Vt iam iam expirantem animam, atq; extrema loquẽtẽ
Mundinum eripias lœto, ac pallentibus umbris?
Me miserum, qualem uidi, quantumq; decoris
Antiquí exutum heroa, et plura aspra gerentem
Vulnera, q̃ studio intulerit pater ante fideli,
Internam dum forte hominis mollem ense recludens
Spectaret naturæ opus, et secreta latentis,
Ille ergo es bone Carpe, ille es, cui plurima cantent
Renigeni partes uota, ac laudata iuuentus
Galeni, nam ciuem illis, huic nempe magistrum
Seruasti, hic gemina unius tibi gloria facti.

Dominicus Fonteius Artium et Medicinæ Doctor ad Lectorem.

I liber in medicas acies, accincta triumphis
Laurea, et e medica gloria substat ope.
Per te nosse licet minimum quecunque figurat
Natura humano corpore cuncta regens,
Rupta queas, conuulsa suis distinguere transtris,
Procidit utque oculus, uulua, secunda sedet,
Et morbi quoscunque locos, tu præuius offers
Naturæ cunctos clarius archetypos,
Vise patrem patriæ Medicem, quem setta sereno
Vultu suspiciunt enthea Pontificum,
Huius ut humanis animus præfulget habenis,
Pæonios pariter transgrediere choros.

Io. Marius Quernus Bagnonen. ac Regien. Artium et Medicinæ Doctor Candido Lectori, et. D. Gaspari Adoardo.

Quicquid Aristoteli rerum sapientia debet,
Inuentum Carpo debet Apollineum.
Ille sophos priscis melior compleuit, et auxit,
Compleuit Medicum Carpus, et auxit opus.
Si bene pro meritis titulum concesseris, Ille
Naturæ princeps, Hic Medicæ artis erit.

Andreas Bonatius Lectori.

Quos natura dedit, quos artus docta uetustas
Obscure scripsit, nobile signat opus.

Idem.

Spernebat natura uiros, atq; horrida monstra
Multa dabat, formam perdideratq; hominum,
Membrorũ hic medicos numerus, loca, flexus, et ordo,
Congeries, ortus, uix latuere nouos,
Nunc decus heroum medices ingentia Carpi
Naturæ, et medicis, munera constituit,

Idem.

Obstabant latebræ dictis, secordia, patrum,
Membrorum ut series cognita nulla foret,
En Medices Carpum tibi tradere docta iuuentus
Iussit opus, sacro numine perspicuum.
Corripit hic ueterum mendas, confusaq; rerum
Nomina clara facit, perlege, cuncta patent,

¶ Hic Finiunt Commentaria cum digressionibus amplissimis una die compositis: Altera uero sub Impressorio cudine positis: Auctore Eximio Artium & Medicinæ Doctore Domino Magistro Iacobo Berengario Carpensi Chirurgiam ordinariã in Almo Gymnasio Bononiensi docẽte Anno Virginei partus.
M. D. X X I.

¶ Impressum Bononiæ per Hieronymum de Benedictis Pridie Nonas Martii. M. D. X X I.

Registrum Huius Operis.

Aa.Bb.Cc.Dd.Ee.Ff.Gg.Hh.Ii.Kk.Ll.Mm:Nn. Oo. Pp.
Qq.Rr.Ss.Tt.Vu.Xx.Yy.Zz.

AAaa. BBbb. CCcc. DDdd. EEee. FFff. GGgg. HHhh.
IIii.KKkk.LLll.MMmm.NNnn.OOoo.PPpp.QQqq
RRrr.SSss.TTtt.VVuu.XXxx.YYyy.ZZzz.

AAAaaa.BBBbbb.CCCccc.DDDddd. EEEeee. FFFfff.
GGGggg. HHHhhh. IIIiii. KKKkkk. LLLlll. MMM
mmm.NNNnnn.OOOooo.PPPppp.QQQqqq.
RRRrrr.SSSsss.TTTttt.VVVuuu.XXXxxx.
YYYyyy.ZZZzzz.

AAAAaaaa. BBBBbbbb. CCCCcccc. DDDDdddd. EE
EEeeee.FFFFffff.GGGGgggg.HHHHhhhh.IIIIiiii. KK
KKkkkk.LLLLllll. MMMMmmmm. NNNNnnnn. O
OOOoooo.PPPPpppp. QQQQqqqq. RRRRrrrr.
SSSSssss.TTTTtttt. VVVVuuuu.XXXXxxxx.
YYYYyyyy.ZZZZzzzz.

AAAA Aaaaaa.BBBBBbbbbb.CCCCCccccc.DDDDD
ddddd.EEEEE eeeee.FFFFFfffff.GGGGGggggg.HHH
HHhhhhh.IIIIIiiiii.KKKKKkkkkk.LLLLLlllll.MMM
MMmmmmm.NNNNNnnnnn.OOOOOooooo.PPP
PPppppp.QQQQQqqqqq.RRRRRrrrrr.SSSSS
sssss. TTTTTttttt. VVVVVuuuuu. XXXXXxxxxx.
YYYYYyyyyy.ZZZZZzzzzz.

AAAAAAaaaaaa. BBBBBBbbbbbb. CCCCCCcccccc.
DDDDDDdddddd. EEEEEEeeeeee. FFFFFFffffff. GG
GGGGgggggg. HHHHHHhhhhhh. IIIIIIiiiiii. KKKK
KKkkkkkk. LLLLLLllllll. MMMMMMmmmmmm.
NNNNNNnnnnnn.OOOOOOoooooo.PPPPPPppp
ppp.QQQQQQqqqqqq.RRRRRRrrrrrr.

Omnes Sunt Quaterni.

LAVS DEO.

